Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca
Estante 52
Plúteo 6

D. FRANCISCI

TOLETI
SOCIETATIS IESV
COMMENTARIA,
Vnà cum Quæstionibus.

03937

IN VNIVERSAM ARISTOTELIS LOGICAM.

Multò accuratius, diligentiusq; nunc denuò excusa.

Adiecto Indice Quæstionum.

Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Prov. Cast. Orient. S.I.

BIBLIOTHECA OMNIENSIS SOCIETATIS IESU
Traido de Oña en 1936
al separarse la Facultad

CVM PRIVILEGIO.

COMPLVTI, Apud Ioannem Gratianum.
ANNO, 1583.

Traido de Oña en 1936
al separarse la Facultad

Universidad de Deusto
Biblioteca

EL REY.

POR quanto por parte de vos el padre doctor Francisco de Toledo, de la cõpañia de Iesus, nos fue fecha relacion, diziẽdo, que vos auiades compuesto ciertos libros: el vno intitulado introductio in dialecticam *Aristotelis*; y el otro in vniuersam *Aristotelis* logicam cõmentaria vna cum quęstionibus, y el otro cõmentaria vna cum quęstionibus, in octo libros Aristotelis de physica auscultatione, y otro intitulado cõmentaria, & quęstiones eiusdem in libro Aristotelis de generatione & corruptione, y otro intitulado cõmentaria, vna cum quęstionibus in tres libros Aristotelis de anima: los quales dichos libros eran el curso de las artes mãdassemos dar licencia para los hazer imprimir, y preuilegio por el tiempo que fuessemos seruido, al rector del colegio de la compañia de Iesus, de la villa de Alcala de Henares, para que ninguno lo pudiesse imprimir sin su poder, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro Consejo. E por quanto en los dichos libros se hizo la diligencia que la pregmatica por nos agora nueuamente sobre lo suso dicho fecha dispone fue acordado q̃ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien por la qual damos licencia y facultad al Rector de la dicha compañia de Iesus, de la dicha villa de Alcala de Henares para que el, o la persona, que para ello su poder ouiere, y no otra persona alguna pueda hazer imprimir y vender los dichos libros, que de suso se haze mencion, en estos nuestros reynos por tiempo y spa-

cio

cio de seys años cumplidos, primeros siguientes q̃ corren y se quentan desde el dia de la fecha desta nuestra cedula so pena que el que sin tener para ello su poder, lo imprimiere, y vendiere, o hiziere imprimir, o vender, pierda toda la imprision q̃ hiziere y vendiere, con los moldes y aparejos della, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis, por cada vez que lo cõtrario hiziere, la mitad de la qual dicha pena sea para nuestra camara y fisco, y la otra mitad para el dicho rector, y todas las vezes que se ouierẽ de imprimir los dichos libros durante el tiempo de los dichos seys años, se trayga al nuestro consejo, juntamente con el original que en el fue visto, que va rubricada cada plana, y firmado al fin de cada vno de Alonso de Vallejo, nuestro Escriuano de Camara, y vno de los que en el nuestro consejo residen, para que se vea si la dicha impression esta conforme al original, y se os de licencia para que lo podays vender, y se tasse el precio en que se ha de vender cada volumen, so pena de incurrir en las penas cõtenidas en la dicha prematica, y leyes de nuestros reynos: y mãdamos a los del nuestro consejo, y otras qualesquier justicias, destos nuestros reynos, que guarden y cumplan y executen, y hagan guardar y cumplir, y executar esta nuestra cedula y todo, lo en ella contenido.

Fecha en San Lorenço, a tres del mes de Agosto, de mil y quinientos y setenta y siete años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.
Antonio de Erasso.

Universidad de Salamanca Biblioteca

INDEX QVAESTIONVM IN VNIVERSAM LOGICAM.

Quæstiones de Dialectica in communi.

VTrum Dialectica sit necessaria ad omnes alias scientias. fol. 2.
An logica sit scientia. 4.
An logica sit vna scientia. 6.
An logica sit scientia speculatiua, an practica. 7.
Quid sit subiectum logicæ. 9.
De diuisione logicæ, eiusque partibus. 11.

Quæstiones in libellum Porphyrij de quinque vniuersalibus.

Quid & quotuplex sit vniuersale. 13.
An vniuersalia sint res, an solæ sint voces vel cõceptus. 14.
Vtrum vniuersalia sint in rebus distincta ante intellectus operationem. 16.
Quõ respondendũ sit quæstionibus, à Porphyrio factis. 18.
Quid sit prima & secunda intentio. 18.
Vtrum vniuersale, & aliæ secundæ intentiones fiant per notitiam comparatiuam intellectus. 19.
Vtrum vniuersale sit huius libri subiectum. 19.
Vtrum vniuersale sit genus ad illa quinque, genus, speciem, differentiam, &c. 20.
Vtrum sint tantum quinque vniuersalis species (seu) quod in idem recidit, quinque tantum prædicabilia. 20.
Dubia aliquot scitu digniora in priorẽ partẽ capit. de gñe. 23

Quod sit definitum in definitione generis. 24.
An definito generis sit quidditatiua, an sit descriptio. 24.
Quid loco generis in definitione generis ponatur. 24.
Rectenè sit definitio generis posita. 24.
Vtrum induiduum prædicetur. 26.
Quæ et quot sint prædicationum genera. 26.
An definitiones speciei, et reliqua de specie à Porphyrio rectè tradita sint. 30.
Quæstiones seu dubia quędã scitu digniora in caput de differentia, et præsertim circa eius definitionem, rectenè sit tradita 35.
Dubia quædam scitu digniora in caput de propio. 37.
Dubia quædam seu quæstiones scitu digniores in caput de accidenti, et eius definitiones. 38.

Quęstiones in Categorias Aristotelis.

Nũc, quę ab Arist. in caput primũ dicũtur rectè sint dicta. 47
Quod ens non sit genus, nec vniuocum, sed analogum ad decem prædicamenta, ex sententia Aristotelis. 54.
De diuisione substantiæ, ac primo qualis ea sit diuisio substantiæ in primam et secundam. 59.
Quod sit genus generalissimum in predicamento substantiæ, et an complectatur angelos et Deum. 61.
An Deus sit in prædicamento. 63.
De diuisione seu coordinatione eorum, qũæ in prædicamento substantiæ continentur. 63.
De quibusdam alijs, quæ priori parte capitis substantiæ continentur, num rectè ab Aristotele dicta sint. 63.
De quibusdam alijs, circa posteriorem partem capitis substantiæ de propietatibus et communitatibus. 96
An quãtitas sit genus ad cõtinuã et discretã, et qua ratiõe. 69
Circa reliqua, quæ in caput de quantitate continentur, an rectè dicta sint ab Aristotele. 71.
An relatio suscipiat magis et minus. 77.
An ad aliquid sit speciale genus entis. 80.
Circa reliqua, quæ in textu capitis ad aliquid ab Aristotele dicuntur, nunc rectè dicta sint. 83.
An qualitas sit genus, et de eius speciebus ac specierum qualitatis diuisione. 90.
Quid sit actio. 93. De speciebus actionis. ibidẽ.
Dubia quædam scitu digniora in caput de oppositis. 101.
De numero prædicamẽtorum, vtrum tantum sint decem prædicamenta. 106.
De abstractis & concretis prædicamentorum, vtro potius in eis collocentur. 107.
De distinctiõe prædic. an distinguãtur realiter inter se. 107.

In librum primum Perihermenias quęstiones.

De significatione & modo significandi vocum. 116.
Quid sit veritas & in quo subiecto. 117.
Num definitio Nominis rectè sit tradita, in qua singulæ eius particulæ examinantur, ac primò de voce quid sit & quotuplex. 119.
De ijs quæ in capite tertio de verbo continentur, num rectè ab Aristotele dicta sint. 122.
Quotuplex sit oratio. 123. An oratio in communi difiniatur ab Aristotele, an solum oratio perfecta. 125.
An oratio sit genus enunciationis. 126.

Universidad de Deusto Biblioteca

INDEX.

De nomine enũciationis. 126. *De diuisione enũciationis* 126
De diuisione rerum in vniuersales & particulares qualis videlicet sit. 130. *De contingentibus.* 136

Quæstiones in librum secundum.

Quid sit modus, quid modalis enunciatio, et quotuplex, et de eius quantitate. 151.

Quæstiones in librum primum Posteriorum Analyticorum.

Quod sit subiectum librorũ Posteriorum Analyticorũ. 156.
De inscriptione libr. Posteriorum Analiticorum. 156.
De diuisione Logices in partẽ Iudicatiuã et Inuentiuã. 156.
De ordine lib. Posteriorum Analyticorum. 157.
De modo procedendi. 158.
De ijs, que in expositione textus primi capitis dicta sunt. 163
Circa ea, quæ secundo capite continentur. 170.
De regressu demonstratiuo. 174.
Quomodo accidentia definiantur per subiectum. 177
Dubia quædam circa caput septimum. 186.
Dubia quædam notatu digna circa cap. octauum. 190.
Questiones seu dubia quędã scitu digniora, in cap. 23. 221.

Quæstiones in librum secundum Posteriorum Analyticorum.

De ordine, Numero et Diuersitate quæstionum. 228
De Quæstione, an sit. 229.
De medio demonstrationis potissimæ. 237
An principia per se nota inductione cognoscantur. 251.

FINIS.

IEVS MARIA.

IN VNIVERSAM ARISTOTE. LOGICAM COMMENTARIA, VNA CVM QVAESTIONIBVS.

Per doctorem Franciscum Toletum, societatis IESV.

PRAEFATIO.

De Dialecticæ scriptoribus, & eiusdem utilitate.

PEr pauca, ante Aristotelẽ eaq; imperfecta precepta Dialectices extitere præter rudem quandam cognitionem prædicamentorum, (quorum inuentionem ad Archytan Tarentinum nonnulli referunt) & præter argumentationum quarundam genera, tũc temporis maximè nota quibus frequentius vtebantur. Quãuis sophistę plerique, qui disputandi peritia gloriabãtur, vt Gorgias Leontinus, Protagoras, Prodicus, & plures alij, Aristotelem præcesserint: quos quibusdã dialogis exagitat Plato, & ob quorum sophistarum importunitatem Aristoteles libros Priorum se scripsisse profitetur, vt illorum cauillis & obiectionibus plenę satisfieret. Cæterum ipse Aristot. primus omnium Dialecticam ita perfecit, vt vix vllus post eum aliqua in parte superauerit. Extitere quidem Stoici pleriq; post Aristot. qui disserendi arte & acumine plurimum valuerunt, & eius artis præcepta quàm plurima conscripserunt: ita vt longo interuallo Peripateticos & Aristotelẽ ipsum (vt ait Cicero & Senect, varijs locis) dexteritate disputandi, se antẽ cellere arbitrentur. Ceterum posterorum iudicium secus habuit, & vnum Aristotel. ita omnibus prætulit, vt præstantissimi quiq; Philosophi, eum sequi, & in eum commentaria edere non dedignarentur, & publicè omnibus prælegendum proponere. Hunc etiam, præ cæteris Philosophis Ecclesia suscepisse iam videtur, à mille præsertim annis, & eum potissimum in Academijs, cæteris alijs Philosophis post habitis, adolescentibus erudiendis, enarrandum exhibere. In huius ergo vniuersam Dialecticam commentaria edenda curauimus ad iuuẽtutis ipsius institutionem, commoditatem, & vtilitatem.

Aristot. in radẽdis præceptis Dialectices reliquos omnes philosophos anteire.

Est autem Dialectica, ad plurima & maxima, sine vlla controuersia, vtilis: ad scientias, inquam, omnes ad discendas, ad omnes errores vitandos, ad ipsius q; veritatis in abditis occultæ cognitionem, ad rerum denique naturam & essentiam, earumq; principia, causas, partes propietates & earum accidentia peruestigande. Hæc enim Dialectica res latentes definitione explicat, multiplicia & ambigua distinguit, & diuidit. Hæc subtiliter, acutè, & appositè, ac sine deceptione, de omnibus ratiocinandi viam aperit. Tandem hæc omnia inuenit, inuenta iudicat, iudicata disponit, disposita & ordinata probat, ac, si ab alijs oppugnẽtur, defendit.

Dialectica ad quæ sit opportuna & vtilis.

dialecti ca maximè hõi cõpetit.

dit. Denique, vt vno verbo dicam, cum homo sit animal rõnis particeps, hæc autem rationem perficiat: vnde & rationalis scientia meritò vocatur, maximè hominis propria censeri debet, & à cæteris illum animantibus potissimum se iungere. Sed tamen antequam ad Aristotelis Dialecticã accedamus, breuiter proponenda erit scientiarum diuisio: vt appareat quem ordinẽ, quéq; locum & gradum Dialectica seruet inter alias scientias & disciplinas.

CAPVT II.

De artium & scientiarum diuisione.

VAriè quidem à diuersis sciẽtiæ, & artes, multiplicq; diuisione, distinguuntur. Nos autem Aristotelica duntaxat diuisione contentiemus, eam tantullum locupletando. Omnis igitur scientia hoc est, clara & certa alicuius rei cognitio, ab Aristotele. 2. Metaphysices, cap. 1. in speculatiuam & practicã distinguitur, quæ distinctio ex fine desumpta est. Speculatiua enim est, cuius finis in sola veritatis contemplatione consistit. Practica vero, cuius finis est opus: ignobiliores etenim cognitiones dubias & incertas, quales sunt opiniones & suspiciones ac similes aliæ, à ratione scientiæ penitus excludimus. Speculatiuam rursus scientiam diuidit idẽ Aristo. 6. Meta. cap. 1. in Physicam siue Naturalem, Mathematicam, & Metaphysicam, quę vltima, tum diuina, quia de Deo tractat & intelligẽtijs, tum naturalis Theologia, seu prima Philosophia, ab ipso & alijs vocari consueuit. Physica scientia est, quæ de rebus corporeis & mutationi subiectis tractat, vt de animalibus, plantis, arboribus & similibus: sub qua Medicina collocanda videtur, quæ corpus humanum & eius affectiones considerat Mathematica, quæ circa quantitatem & eius affectiones versatur: quæ quidẽ in quatuor partes diuisa est, ipsiusmet quantitatis diuisione. Alia enim quãtitas est permanens, alia successiua, & permanens quidem vnam continua, scilicet magnitudo de qua Geometria disserit, cui annectitur Perspectiua, quæ est de linea visuali: altera discreta, scilicet numerus, de qua agit Arithmetica. Successiua similiter alia continua, vt motus & tempus, quæ in ipsis cælestibus orbibus maximè perspicua cernuntur: & circa hæc Astrologia versatur, quæ & Astronomica dicitur: quãuis & astrorum cælorumq; numerũ & magnitudinem, & distãtiã, & alia similia, in cęlis & astris, ope Geometriæ & Arithmeticæ, ipsa quoque cõsiderat. Tandẽ alia est successiua, sed discreta quãtitas, quasi successiuus quidam numerus, vt harmonicus sonus, & oratio longis & breuibus syllabis constans: & hanc quantitatem eiusq; affectiones, vt sonorũ & concentuum harmoniã, sonorum iaquam numerũ, Musica cõsiderat. Iã vero Metaphysica est, quæ disserit de rebus non cõporeis, sed incorporeis: vt de angelis & intelligẽtijs, & tandẽ de Deo optimo maximo: atq; ideo naturalis Theologia, vt diximus, vocatur: q de istis agat, quantum lumine duntaxat naturali põt cognosci. Diuino autem beneficio præstantior lõge Theologia, supernaturali lumine, humano generi à Deo cõcessa est, cui annecti potest iuris pontificij prudentia: nam ex ea prodijt magna ex parte (præter forẽsia) Cũ Theologia decreta ex sacris literis, & Ecclesiæ diuino lumine deprompta, tum ad mores, tum ad fidem pertinẽtia, in vnũ corpus redacta, ad ipsiusmet Ecclesię gubernationẽ conuerũt, quãuis Theologia, cum sit omnium prima & suprema non tam speculatiua, quàm supra speculatiuã, vocari debet quæ & eminẽter continet Practicam, & speculatiuã vt ait Diuus Thomas, prima. p. q. 1. ar. 5. atque hæc de speculatiuis.

Scientia quo ab Arist. diuidatur.

Metap. cur Theologia dicatur naturalis.

Practica vero cũ circa opationes versetur, diuiditur ipsarũ opationũ diuisione, in Actiuã, videlicet actionũ immanentium, & factiuã, seu effectricẽ operum

rum externorum: ex Arist. 6. Meta. c. 1. Operationes enim aliæ sunt internæ, alię externę, & interne quidẽ in eo, qui operatur manẽt, vt intellectus, cognitio & amor, & similes quæ ob id proprie actiones dicuntur, non effectiones: & starum quidem, actiua est scientia. Sunt aũt internæ mẽtis nostræ actiones triplicisgeneris, volũtatis, intellectus, & memoriæ. Circa volũtatis quidẽ operationes moralis Philosophia versatur: quæ quidem definiri potest, scientia recte volẽdi. In tres autẽ partes secatur, in Ethicã, quæ vnius actiones & mores rectè instituit. Oeconomicã, quæ actiones domesticas probè disponit. Politicã seu ciuilẽ scientiam, quæ publicas actiones ad reipublicæ, videlicet gubernationẽ, complectitur, sub qua Iuris ciuilis sciẽtia magna ex parte continetur: atq; ex illa fere ortum habuit. Iam verò circa intellectus operationes dirigendas. Dialectica verò fatur, quæ est rectè, videlicet, intelligẽdi sciẽtia. Circa memoriæ actiones, ar rectè memorandi versatur: qualem tradit Cicero, & alij Rethores, per loca & imagines, & alia huiusmodi præcepta. Operationes verò aliæ sunt externe, vocis scilicet, vel operis: quæ in eo, qui agit non manent, sed in rẽ transeunt, ex ternam: siue post illas opus aliquod effectũ permaneat: vt post ædificationẽ domus: siue nõ maneat, sed solũ ipsæ actiones trãseãt: vt vox, cãtus, saltatio, &c. huiusmodi. Igitur circa vocis quidẽ actiones, ad congruè loquendum Grãmatica versatur: ad ornate loquẽdũ rhetorica: cui annecti merito poterit, ad carmina & poemata componẽda, Poetica, & ad historias scribendas, Historia. In externis autem operibus efficiendis, cæteræ artes Mechanicæ cernuntur: quæ pro diuersitate operum & operũ, in quibus versantur, quæq; in ipsis efficiũt, distinguũtur: vt Agricultura, Pastoria, Militaris, Nautica, Lanifica, Fabrilis, cum alijs, quæ operosum nimis hic esset sigillatim referre.

Actiones mentis quotuplices sunt.

Operationum partitio.

Ac scientiarum quidem & artium diuisio, sic habet: & quem inter has locũ Dialectica teneat, ex dictis cõstat. Aduertẽdum est autẽ, etiam operum esse posse speculationem, si in se, & per se cõsiderentur, & non ad opus agendũ referatur (sunt enim res quædam, vt cętęrę alię, quas speculamur) esse autẽ practicam cognitionẽ, cum ad opus refertur. Ex istis autem aduertendũ est, septẽ liberales artes ab antiquis connumerari solere: sic dictas, vel quòd liberũ hominem faciant: vel quod liberum deceant hominem, vel quod magis ratione vtantur, quàm cętęrę artes Mechanicę & seruiles, quę in corporis potiũ exercitatione cõsistunt. Sunt autẽ hę liberales reales quidẽ quatuor, quod in rebus versentur, scilicet, Geometria, Arithmetica, Astrologia, Musica. Sermocinales seu rationales, tres qa in sermõne seu ratione consistunt, licet diuerso modo, vt postea ostẽdemus: Dialectica, Rhetorica & Grãmatica. Sed de his hactenus. Nũc de Dialectica nobis iam agendum.

Operũ vt sit speculatio.

Artes illæ septẽ cur dicãtur liberales

CAPVT. III.

De quibus, & quo ordine agendum.

IGitur antequam ad Arist. interpretationem accedamus, quędã in vniuersum ad totam Dialecticã spectantia explicanda erunt. Hęc nempe sex: Primo, An Dialectica sit ad alias scientias addiscendas necessaria? Secũdo, an sit proprie scientia? Tertio, an sit vna scientia? quarto, an sit scientia practica, an speculatiua? Quinto, de Dialecticę subiecto, seu obiecto circa quod versatur. Sexto, de ipsius Dialecticę diuisione & partib.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum Dialectica sit necessaria ad omnes alias scientias.

INter alia, quę in principio cuiũ libet artis & scientię quęrisolent, illud primum est: an ea ars aut scientia sit necessaria, vel vtilis: vt eius necessitate, & vtilitate perspecta, facile animi ad eam capessen

Universidad de Deusto Biblioteca

capessendam accendãtur. Cum autem consltet de eius vtilitate, nec in ea re vlla sit controuersia: de eius necessitate nũc quęramus erit igitur. 1. quęst. Vtrũ Dialectica sit necessaria? In qua quæstione tria agemus, Primo, titulũ quæstionis explicabimus, non. n. parum lucis quæstioni definiendæ, & solutioni comprehendæ affert, vt quod in dubiũ vertitur, semel intelligatur. Secundo, quid alii senserint, cum eorum rationibus proponemus: non admodum soliciti omnium sententias referre, sed eas duntaxat, quę præterquãm q̃ probatorũ virorũ sunt, aliquod emolumentum auditoribus afferre posse videantur. Tertio, quid certius tenendũ sit ostẽdemus: ac oppositas rõnes soluemus: nostrã sic sententiã vndiq; corroborãdo: eademq; disputando methodo, in aliis omnibus, diuina ope freti vtemur.

Tituli quęstionis expositio.

In titulo ergo quæstionis, duę voces explicandæ sunt, ex quarum cognitione eius intellectus pendet. Altera vox est Dialectica, altera, necessariũ. Dialectica idem est, quod ratio disserendi, id est ars, qua verum à falso discernere docemur à multis pars Logicæ constituitur: est enim Logica, vt tradit Boe. 1. Topic. ratio disserendi, cuius duæ sunt partes: vna Topica. i. ars inueniendi: & hanc Philosophus Dialeticam vocat: alia Analytica. i. ars iudicandi: & quãnuis Aristot. aliquando partem topicam Dialecticam vocare visus sit: hic tamẽ de Dialectica nos loquimur, vt vtrãq; complectitur partem, & à Logica, quę in vniuersum rationalis dicitur, nõ differt. Altera vox est, necessarium. Duplicitur autem aliquid necessariũ dici tur: vt docet Aristotel. lib. 5. Metaphi. cap. 5. vno modo absolutè: altero modo ex suppositione. Necessarium absolutè illud est, quod ex natura sua nullo ordine ad aliud habito, non potest aliter se habere, vt, Deus est necessaria res. Et necessarium est, hominem esse animal, duo & tria esse quinque. Aliud est necessariũ, quod ex se aliter se potest habere, tũ alio extrinseco posito, non pót aliter se habere: sicut esse calorem. nõ est necessarium: tũ posito igne, necesse est sit calor. Respirare non est secundũ se necessarium, tamen si animal debet consistere, respiratio est necessaria. Bagittam non est necessarium sursum tẽdere: si tũ proijciatur, id efficietur necessarium: & hoc necessariũ dicitur ex causa: sine causa sit efficiens, vt in exemplis propositis: siue finalis, vt cibus dicitur necessarius homini propter vitã, siue sit quæcunq; alia causa. Hoc autẽ necessariũ, quod à fine dicitur, duplex est: alterũ, id sine quo talis finis obtineri nequit: q̃ necessarium simpliciter dicitur, vt cibus homini simpliciter necessarius est ad vitã, alterũ, id sine quo finis cõmodè non potest haberi: quamuis simpliciter possit, quo pacto homini necessarius est equus ad iter peragẽdũ, & hoc dicitur necessariũ ad bene esse vel vtile. In pręsenti loquimur de necessario ad finẽ: & quærimus, an ista ars disserẽdi, quæ Logica dicitur, sit necessaria simpliciter ad scientias naturales acquirẽdas, an solũ sit vtilis, ita vt sine Dialectica possit quis scientias oẽs alias adipisci. Et hæc de titulo.

Quid sit Logica.

Necessariũ quot modis aliquid dicatur.

Circa secundã partẽ prima opinio est Ioan. Iand. 2. Meta. q. 12. qui asserit, vnã scientiam esse priorẽ alia ordine doctrinæ dupliciter: vno modo secũdum necessitatem absolutã, & simpliciter, altero modo, secundũ necessitatẽ secundum quid, id est, bene esse, docet autem Logicam non esse necessariam simpliciter, sed solũ ad bene esse, & vtilem. Pro hac opinione sunt aliquot argumenta primo, Illud est necessarium simpliciter propter finẽ, sine quo finis haberi non pót: sed scientiæ possũt acquiri sine Logica, ergo non est Logica simpliciter necessaria. Maior est certa. Minor probatur: cõstat. n. experientia, multos discere Mathematicas absque Logica, referunt etiam Hippocratẽ caruisse

Opin. 1. Idem ẽt docet. 1. Meta. q. 2.

Confirmatio opinionis. primę. 1. argumentũ.

ruisse arte logicę, qui tamen rectè obtinuit Medicinã & ius ciuile, ac pontificiũ sine Dialectica acquiritur, & quidẽ perfectè, vt videtur. 2. si Logica esset necessaria propter alias scientias esset, qa docet definire, diuidere & argumẽtari: hæc. n. sunt instrumenta, per quæ acquiritur cognitio rei: sed quælibet scientia habet suas definitiones & diuisiones, & argumenta secundũ diuersitatem rerũ, quas cõsiderat: ergo Logica est superflua. Præterea. 3. si Logica esset necessaria ad acquirẽdas alias sciẽtias, esset primo loco addiscenda, sed hoc fieri nõ pót, ergo nõ est necessaria. Minor probatur. Dialectica tractat de his, quę nõ cognoscũtur, nisi rebus alijs cognitis, vt de argumẽtatione: syllogismo, propositione: hęc aũt nõ cognoscũtur, nisi cognitis rebus, ex quibus fiunt: propter quã causam Auer. 4. Meta. cõ. 2. Logicã asserit tractare de secundis intelligibilibus: & Auic. 1. Met. esse de secundis intẽtionibus. At aliæ scientiæ cõsiderãt res ipsas, ergo potius alię sciẽtiæ sunt prius addicendæ: & ita Logica non erit necessaria. Præterea, quędam pars Logicæ videtur mala & reijciẽda scilicet illa, quæ docet sophismata, & fallacias: qui. n. sophisticè loquitur, odibilis est. Ecclesiast. 37. ergo absolutè logica non est necessaria. 5. præterea, si Dialectica esset necessaria ad quãuis scientiã cõparandã: cũ ipsa Dialectica sit scientia quædã, erit etiam necessaria, ad suãmet acquisitionẽ. Quare antequã Dialectica esset cõparata, erit iam acquisita: quod implicat.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

primum fundam.

Pro horũ determinatione, sit primũ fundamentũ. Homo qua parte intellectu prædius est, omniũ naturas cognoscere, & earũ causas speculari conatur: nulla tũ ei à natura cognitio insita est, sed solũ principiũ à natura habet, quo omnia cõprehẽdere possit, q̃ intellectus dicitur: sicut natura nullã animali visionẽ tribuit, sed potentiã visiuã, qua obiecta per se videre posset. Vti Arist. 1. Eth. c. 6. sicut pupillæ, inquit, inest visus, ita animæ intellectus: & vtrunq; à natura datum esse absq; vllo opere nostro, docuit. 2. de anima, c. 5. quemadmodum autem animal ipsum per visum à natura receptum, postea per se res obiectas videt, ita & anima per intellectũ à natura concessũ, res postea intelligit & contemplatur, propterea. 6. Ethi. c. 11. asserebat, neminẽ esse à natura sapientem: hoc tũ inter alia, inter sensũ & intellectũ interest: q̃ sensus facile in suorum cognitionem peruenit, qa eius cognoscendi modus, vnus & facilis, ac certus est, scilicet ab ipso obiecto præsente mouerit: at intellectus magna difficultate rei speculationẽ consequitur, cũ res in cõmuni intelligat, & modo difficili procedat. s. ex noxis, ea quæ ignota sunt, indagãdo, quem discursum vocamus, hic aũt modus multis est expositus erroribus, cum quid, ex quo, & qualiter sequatur, sit obscurum, nec intellectui, secundum se, peruium. Vnde Arist. 2. de Anima. c. 3. maximam vitæ partem sub errore homines ducere, arbitratur. Hinc enim intellectus in multiplices incidit deceptiones.

Confirmatio primę. 1. argumentũ.

Sit. 2. fundamentum. Quãuis modus procedẽdi in rerum cognitione, nõ sit nobis statim notus aliqua tũ ex parte notus est, cum solo lumine naturali intellectus, aliquos discursus, & ratiocinationes cognoscamus: hoc tũ nõ sufficit, vt absolutè rem omnem speculemur, vt optimè docet Auic. in sua Logica. c. 2. natura inq̃t, & prima inchoactio hominis nõ fuit sufficiẽs ad verũ cognoscẽdũ: fuit ergo opus aliqua arte, per quã modũ procedendi in cognitione haberemus, vt tali modo perspecto, postea ad rerũ speculationem accederemus. Hęc autem ars, fuit Logica, seu Dialectica, quæ modũ vniuersalẽ tradit rem quãlibet speculari: dicitur Dialectica, scientia discernẽs verum à falso: à S. Thom. verò scientia rationalis, actuũ rationis directiua. Ab

2. fundam.

Augustino Logica est ars artiũ, scientia scientiarũ, qua aperta, oẽs aliẹ aperiuntur, & qua clausa, oẽs aliæ claudũtur. est.n. quæ ostendit viã cognoscendi. Et ab Albert. Magno. lib. Prędicab. c. 3. Logica est, quæ à phantasiis, quæ videntur, & non sunt, liberat: errores dãnat: falsitates ostẽdit, & lumen rectum in omni opere cõtemplationis prębet. Hæc aũt Logica acquiritur non.n.â natura est, quanuis initium aliquod lumine naturali habeatur, quam aliqui Logicam naturalem vocant. Et Aristo. 1. Rethor. ad Theodect cap. 1. dicit, homines à natura Dialecticos & Rhetoricos esse: tũ consumatio, & perfectio à magistris modò habetur, vel longa observatione, sicut alij habitus ex assidua operatione in nobis fiunt.

dialecti. non est à natura

Sit. 3. fundamentum, quo Dialecticæ innẽtio explicatur. Sæpè homines multa operantur non cognoscentes modũ, quo operantur, sed modum tũ naturaliter tenent: & inde multa à casu dicuntur facere: ita fit in intelligendo: homo enim naturaliter modũ intelligẽdi habet, cùm homo absq; vllo magistro in multis discurrat, & ratiocinetur: vt dicit Arist. 1. Elench. ca. 11. non tũ modũ hunc semper intelligit & aduertit: ac propterea nescit talẽ modũ applicare omnibus rebus, quibus applicari põt. Et idee nõ semper in multis ratiocinatur. Præterea cũ modum cognoscendi nõ intelligat, nescit bonũ à malo distinguere, & ob hoc frequenter decipitur: imò nec certã consequitur cognitionẽ, modo ignorato, cũ cognitio certitudinis modi non exiguã rei cognitæ certitudinẽ afferat. Fuit igitur inuenta Dialectica ex obseruatione cauta, & diligẽti huius modi, quem homines naturaliter intelligendo obseruãt: qua obseruatione rebus cogãtis, homines supra ipsum modũ sęrellectebãt ipsus naturã considerãtes: & paulatim plurium successione, id q; homo naturaliter, & casu præstabat, ad artem redactum est,

3. fundamentum.

dialecti. vt sit inuenta.

& hæc Logica: q; eleganter Aristo. docet. 1. Rheto. ad Theo. c. 1. probans Dialecticam, & Rhetoricam posse esse artes, ex eo, quia id quod temerè & naturæ ductu fit, ad rationem rectam redactum fit ars, vt fit in ipsis artibus.

His igitur suppositis fundamẽtis sit prima cõclusio. Modus intelligẽdi per discursum qui vsus Logicæ dici põt, est homini naturalis, nec sine illo scientiã aliquam põt consequi. Hæc manifestã est, cũ naturaliter homo sit discursiuus sicut risibilis, aut disciplinabilis nec in hoc põt nec debet dubium cadere. Vt probaui etiam ex Arist. 1. Rethor. & 1. Elench in tertio fundamento. 1. cõclu.

Secunda conclusio. Aliqua cognitio modi est homini naturalis sine aliqua magistro, sed per se ipsum absq; vllo labore percepta ex experientia cum sumẽ naturale rationis aliquas consequutiones manifestet, qualis est illa, quæ in modo perfecto primæ figuræ fit. 2. cõclu.

Tertia cõclusio. Consummata cognitio modi intelligẽdi, quę Logica dicitur nõ habetur, nisi per doctrinã, à magistris, vel propria innẽtione quę magno errandi periculo, & lõgo labore fit: atq; in his nõ est controuersia aliqua. 3. cõclu.

Quarta cõclusio. Cognitio modi intelligẽdi, siue naturaliter sit nota, siue per inuentionem acquisita, siue per doctrinã accepta, est necessaria simpliciter ad alias scientias perfectè acquirendas, & illis est prius addiscenda. 4. cõclu.

Probatur primo. Res non scitur, nisi cognoscatur: quia aliter se habere non põt: sed hoc fieri non põt, nisi cognoscatur syllogismi illatio certissima; ergo Logica, cuius est syllogismos cognoscere, est ad scientiã necessaria. Antecedẽs est Arist. 1. Post. c. 2. Scire, inquit, arbitramur, cũ cognoscimus rẽ ex sua causa, & q; aliter se habere non põt: q; fit, qsi necessitatem syllogismi cognoscimus, vt explicat Albertus Magnus. 1. Poster. tract. 2. cap. 1. Præterea. 2. cognoscere nõ possumus, nisi inueniendo & Arist. 1. Rhe. ad The. c. 1. tunc vehementer credimus cũ demonstratum esse putauerimus.

iudicando: sed non potest cognosci an aliquid sit inuentum, vel non inuentũ: nec similiter, an res processerit exprincipijs, vel nõ processerit, nisi per Logicã: ergo est necessaria simpliciter. Hæc est sententia ipsius Arist. 2. Meta. c. 3. vbi impedimentum vnum ad scientias capessendas docet: nõ prius tenere modũ sciendi, quẽ Auer. & alij vocant Dialecticam. Etiam ex Logicæ ignorantia, sępissimè in errores scientiarũ antiquos, lapsos fuisse tradit. 1. de Partibus animalium c. 1. Præterea Auic. in sua Logica. ca. 2. inquit, esse necessariam: & Alber. mag. Predicab. ca. 3. inquit, nescientes Logicam, & si scire aliquid videatur, nescit tamen, cùm rationem sui sciti nesciat: & se habet ad scitum, & actũ sciendi, sicut ignis ad comburendum lignum: ac propterea dicebat Augustin. clausa Dialectica, omnes clauduntur sciendi: nimirum, quia ignorato modo scientiæ, ignoratur res. Quod idẽ manifestat Arist. 1. Meta. signum scientis est posse docere, docere verò non potest, qui rationẽ sciti ignorat. Hæc tandem cõclusio est Algazel. sua Logica. cap. 2. 2.

Ad Primum ergo argumentũ, Respõdeo, negando minorẽ: nullus enim sciẽtiam cõsequitur absque aliqua Logicæ cognitione, vel lumine naturali habita, qualis est cogaitio aliquarum rationũ Mathematicarum, vel vtropria obseruatione diligentia acquisita, qualis forsan fuit Hipocratis, vel à magistris accepta cùm tamen illa, quæ naturaliter habetur, non sit sufficiens ad scientiam totã, sed quæ vel est multo tempore inuenta vel accepta ab alio. Ideò dicitur Logicã esse necessariam simpliciter ad sciẽtias sine inuentam, siue requisitam. Ius vero ciuile & Pontificium demonstrandi seu sciendi methodo non traditur: nõ enim res per causas & principia comprobantur, sed sola autoritate credẽtur: ac multum etiam ad perfectam eius cognitionem Dialectica conducit. Ad 1.

Ad 2. circa minorem: est consideranda: quod in syllogismo, argumentatione, & reliquis instrumẽtis possumus duo considerare: vnum est forma, alterum materia, ex qua fiũt. Quælibet ergo scientia dat materiam arguendi, sed Logicus formam. Itaque si formam considerẽs, vna potest esse in pluribus materijs sicut vna forma & figura regis potest imprimi auro, argento, & ferro: ita vna argumẽtationis: formaverijs potest rebus aptari: modo consideratio formæ est cõmunis, & ad Logicam pertinet: consideratio materię ad particulares scientias pertinet, quę tales res considerat. Vnde Arist. 1. Rhe. ad Theo. ca. 1. inquit, Dialectica est eorum, quæ omnium quodãmodo, & nullius determinata scientię sunt. Et. 1. Elench. ca. 8. dicit duplicem esse redargutionem, quadam est particularis, quæ in sciẽtia particulari fit, ut mirum in certa materia: quadam communis, & generalis, & hæc est Dialectica. Vnde Auer. distinguebat duplicem modum sciendi, vniuersalem, & particularem, qui in qualibet scientia per se fit ex alijs enim principijs constat syllogismus Mathematicus, & Physicus, sed eadem est forma. Vide Auerr. de hoc, 2. Met. com. 15. 3. Ethi. com. 3. & Paraphr. 1. de partibus animalium & Procemio, 12. Met. idem etiam Albertus in principio suæ Logicæ. Constat autem, q; non posset in vlla scientia definitio, diuisio, argumentatio in particulari fieri: nisi prius cognosceretur in vniuersali, q; fit in Logica. Duplex itaq; est modus cognoscendi vniuersalis omnibus scientijs cõmunis, qui diuisione, definitione, argumentatione fit aliter particularis, secũdum quem, in qualibet scientia diuersã modẽ q; editur, ac varia est methodus. Vnde duplex logica, vniuersalis cognitio prioris modi, particularis cognitio posterioris. Hæ particulari oquẽ Arist. 1. de Part. animaliũ. ca. 1. in principio, & vocat peritiã. Hęc diuisio est ex locis illis Auer. Et. 7. Meta. ca. 2. Et. 1. Physicom. 8. 35. & 8. commen. 40.

Ad 1.

Ad 2.

Universidad de Bilbao Biblioteca

Argu.3. Ad tertium respondeo, concedendo dicta Auer. & Auicēnæ. Dicimus tamē tria. Primum quod simul cognoscimus rem, & vtimur modo cognoscendi, cum discurrentes cognoscamus per intellectum. Secūdò res possumus intelligere non cognito modo intelligendi: non tamen illa cognitio dicetur scientia, vt ostensum est in conclusione quarta. Vnde fit, vt quamuis inuentione Dialecticæ precesserit rerum cognitio cognitionem modi, nunquā tamen illa fuit scientia, quousque ista aduenit, & sic natura prior fuit qualibet alia scientia: potius ergo rei cognitio antecessit logicā quā scientia rei: cognitio enim rei, sine cognitione rationis, quæ Logica est, nō est scientia. Tertio post inuentionem autem, eius cognitio antecedit via doctrinę omnes alias scientias.

Argu.4. Ad quartum facilis est solutio, nō enim traduntur fallaciæ syllogismorum in Dialectica, vt eis vtamur, sed vt eas cognoscentes magis rectum syllogismū intelligamus: vt intellectum nostrū ab erroribus, qui ex ignorantia earum accidere poterat, liberemus.

Argu.5. Ad quintum respondeo, ad eas tantū scientias Dialecticam necessariam esse, quas antecedere potest. Quo fit vt cum ante se ipsam esse non possit, nō dicatur ad se ipsam necessaria, sed ad alias ōes scientias: quāuis, & in ipsa quoq; Dialectica, pars vna cognita alteri profit ad partem alteram melius cognoscēdam. Imò verò id, quod est naturæ, iuuat ad rudē quandā, & imperfectā prima Dialecticæ cognitionē: & hæc imperfecta, rursus facultatem prębet ad perfectiorem: & ita gradu quodam ipsa se ipsam perficit, vsque ad suimet vltimam perfectionem. Quam ob rem etiam ad se ipsam licet diuersis gradibus est necessaria. Hęc de prima quæstione.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum Logica sit scientia.

1. distin. scientiæ Circa tituli declarationem oportet aduertere scientiam dupliciter sumi: vno modo pro ipso actu, scilicet pro cognitione, quā cognoscimus, quę scientia actualis dicitur: altero modo pro habitu, & promptitudine, quę ex frequēti alicuius cognitione in potentia cognoscente remanet. Vt enim ex assidua circa aliquid operatione, quędam in nobis gignitur facilitas ad operādum postea quæ dicitur habitus: ita ex frequenti intellectiōe alicuius, in intellectu super est promptitudo ad cognoscēdum, quæ dicitur habitus cognoscitiuus, & scientia habitualis. Est autem discrimen inter vtrāque. Actualis non est, nisi illo tempore, quo contēplamur. Habitualis verò etiam nobis non cognoscentibus adest, & per eam ad cognoscendum actualiter sumus prompti, & certi.

Oportet præterea aduertere, scientiā tam actualem, quàm habitualem dupliciter vsurpari. Vno modo cōmuniter, p quacunq; cognitione præsertim intellectus, siue sit rei cōtingentis, siue rei necessarię: idque siue certa, siue incerta ratione sciamus: quo pacto omnes artes etiā Mechanidas, scientias vocamus, & secūdum quam scientiam dicimur etiā scire quæcūq; cognoscimus. Altero modo propiè pro cognitione rei tantū necessariæ, & per suam causam ac demonstrationē, vt dicemus: quo pacto Arist. considerat. 1. Post. c. 2. Inter hāc autem scientiam actualem propiè dictā, & habitualem, est discrimen, actualis enim multiplicatur secūdum numerū propositionum cognitarum: alia enim cognitione actuali cognoscitur, homo est risibilis: alia, homo est disciplinæ capax, alia, singulæ ꝓpositiones, quę diuersis demōstrationib9 demonstrātur. Et hoc docet Arist. 1. Elē. c. 8. infinitæ, inquit, sunt scientię, quia & demōstrationes sunt infinitę. Ad scientia habitualis nō multiplicatur secundū numerū conclusionū: imò sub vna scientia habituali cōtinentur multę demonstrationes, vt sub vna Geometria, sub vna Arithmetica plures cōclusiones sciūtur. Quo autem

2. distinctio.

Tituli quæstionis sēsus. modo scientiæ habituales multiplicentur, inferius docebitur. Quæstio igitur est de habituali scientia tā cōmuniter accepta, quàm propiè. Est enim sensus quæstionis. An Logica sit scientia propriè dicta, an communiter dicta: quāuis communiter dicta absolutè non est dicenda scientia. Quod autem dicitur de habituali, dici potest etiam de actuali cùm ab habituali procedat actualis.

1. Opin. Circa secundū fuit quorundam antiquorum opinio. vt Themistij. 1. Post. c. 24. quā sequit Aegid. Romanus. 1. Elē. in principio. Et post hos aliqui neoteri ci, Logicam non esse scientiam propriè dictam, sed organum & instrumentum, quo scientiæ acquiruntur. Pro hoc autē opinione potest multipliciter duci argumentū. Primò, modus sciendi nō est scientia, Logica est modus sciendi, ergo non est scientia. Maior est nota, modus enim operādi non est ipsa operatio. Minor verò est ipsius Aristotelis. 2. Meta. c. 5. vbi ait absurdū esse, quęrere scientiā simul, & modū sciendi: vbi per modū sciendi Dialecticā intelligit: vt D. Tho. & alij exponunt Et idē ait 2. Metaphysi. cap. 3. & Auer. eodem 2 comment. 15.

Proba-tio. 1. Opin. 1. Argu.

Præterea. 2. Scientia versatur circa aliquod obiectum. 1. tractat de aliqua certa re, at Logica non tractat quicquā determinatū, ergo non est scientia. Maior est Aristo. multis in locis: præsertim. 4. Meta. ca. 1. & lib. 11. Meta. c. 6. & 1. Post. ca. 23. Minor est ipsius Arist. expressa. 1. Elen. c. 11. in principio. Et 1. Post. in c. 8 in fine. 1. Rheto. ad Theod. cap. 1 infine & 4. Meta. tex. 5. Tertio argumētorum scientia est de rebus necessarijs, at Logica est de syllogismis, argumētationib9 quę nō sunt res necessariæ: imò aliquādo sunt, quando disputatio fit, cessante autem disputatione, non sunt: ergo non est scientia. Maior est Arist. 1. Post. ca. 7. Vltimò. vna pars Logicę est deceptoria & potius est ad errores, quā ad scientias concipiendas, ergo Logica non est saltem secundum eam partem scientia.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

Ad opposita sentētia est cōmunis, nēpe Logicam esse propie scientiam, quā sequitur S. Tho. 4. Meta. lect. 4. & Scot. q. 1. super prædicab. & Albert9 Mag. suę Logicæ. c. 1. & Auic. c. 1. suę Logicæ. Solet aūt ista quæstio ab antiquis sub ista forma exprimi. Vtrum Logica sit pars Philosophiæ? vt videre est apud Boet. in prologo super Porphy. & Alber. cap. 2. Logicę, & Auic. & Alpharab. in principio suæ Logicæ.

1. Opin. Vide de hac re quę Alexand. 1. Prior. in prologo ibidem Phylop. & Alpharana, & Nyp. qui latè id disputant. Themis. 1. Poste. c. 24. eā negat esse scientiā 1. Fund. Quid sit scientia.

Pro huius quęstionis determinatione sit primum fundamentum. Scientia propriè dicta est habitus certus & euidens rei necessariæ per suam propriā causam, in qua definitione tres scientiæ cōtinentur conditiones. Prima, quod sit de re necessaria, id est, quę aliter se habere non potest, rerum enim mutabiliū & variabilium, quæ modo sunt, & postea mutantur, non est scientię. 1. Post. c. 4. ob quā rationē singularia & entia per accidēs ad scientiam nō spectant, vt docet Arist. 7. Meta. ca. 15. Secunda, quod sit cognitio rei per causam, cū enim res etiam necessarias absque causā cognoscimus, scientia nō est, cum scire rem, sit per causam cognoscere. 2. c. li. 1. Post. & 1. Physi. c. 1. & 1. Meta. c. 3. Tertia cōditio est, quod ista cognitio sit certa, & euidens, certa ad excludendā opinionē, quæ non est certa, euidens ad excludendam fidem, quę licet certa sit, est tamē obscura. Hęc aūt fiunt, quādo talis cognitio procedit per syllogismū bonū & perfectū, syllogismus enim bonus rēnecessariam ꝓbans per suam causam, qui demonstratio dicitur generat scientiā.

2. Fund. Sit secundū fundamentum maximè animaduertendum, ex cuius considerātione, non parua multis accidit deceptio. Aliud est modus operādi, aliud cognitio modi operandi. Modus operandi simul est cum ipsa operatione. At cognitio modi operandi est tantum in potentia cognoscente, verbi gratia, est modus quidam operandi ignis, & hic est simul cum ipsa operatione, huiusmodi cogni

tio est in homine cognoscente. Vnde potest esse longè diuersum vnũ ab altero. Ita similiter est modus intelligendi res & est cognitio modi. Hæc duo, quãuis in eadem potentia sint, scilicet in intellectu: vnũ tamen ab altero se cernitur. Modus enim cognoscendi rem, est idẽ

Logica est cognitio modi intelligẽdi.

est cognitiõ rei. At cognitio ipsius modi est alia cognitio per se distincta. Modus igitur cognoscendi nõ est Logica, sicut res scita nõ est scientia: sed cognitio & cõtẽplatio ipsius modi est Logica. At verò quia ipsa cognitio modi, quæ Logica est, est in eodem, & in eadẽ potentia in qua est ipse modus cognoscẽdi, fit vt aliqui ea in re decepti fuerint, idẽ esse vtrũque arbitrantes. Fit rursus, vt intellectus cognitio suo modo cognoscendi,

Distinctio Logicæ in docentẽ & vtẽtẽ.

iuuetur per talem cognitionẽ ad intelligendũ perfectius: quod non fit in igne quia ipse non cognoscit suum modũ operandi. Propterea qui suum modum cognoscit, potest illum iuuare. Ex quo pcessit illa antiqua distinctio Logicę quã habet S. Thom. Metaphys. lect. 4. & Scotus & alij in docentem, & vtentem. Vocatur enim Logica docens, quę modũ cognoscendi contemplatur. Vocatur vtẽs ipsa met, quatenus cognita, modum intelligendi perficit, & per eam Logici certo, promptè, & in omnibus discursus, & syllogismos componunt, & varijs rerum naturis applicant. Hoc obseruandum est maximè.

1. Cõcl. His suppositis sit prima cõclusio. Modus sciendi seu intelligendi non est scientia, nec similiter Logica, secundũ quod ea vtimur, vt perfectiori modũ cognoscamus. Hæc cõclusio est manifesta. Modus enim operandi, vt modus est, nõ est operatio, sed qualitas operationis: & similiter ille vtus Logicæ nõ est scientia, sicut vsus rei, vt vsus est, non est ipsa res. Quare necvsus, Logica et Logica absolutè, nec secundum talem considerationẽ est scientia, sed dicitur Logica vtens improprio forsan vocabulo. Potius dicẽda passiuè Logica exercita.

Secunda conclusio. Logica docens, quæ scilicet tradit & speculatur ipsum sciendi modum, absque dubio est propriè scientia. Et præter authoritates doctorum inductas, probatur ratione sumpta ex definitione ipsius scientiæ, expressa in primi fundamento. Logica est habitus certus, & euidẽs, rei necessariẽ per suam causam, & per demonstrationem ergo est scientia. Consequentia est certa, Antecedens probatur. Conclusiones enim quæ in Dialectica traduntur, sunt necessariæ & demõstratæ, sicut illæ, quę sunt in Physica: sicut enim est ista necessaria, corpus naturale mouetur, ita demõstratio generat scientiam: Syllogismus Topicus consta ex probabilibus: & sicut Physicus demõstrat illã conclusionem per suã causam, scilicet, omne habens naturã mouetur, corpus naturale habet naturã, ergo mouetur: ita Dialecticus seu Logicus suas demonstrat conclusiones. Omnis syllogismus procedẽs ex probabilibus generat opinionẽ. Topicus est huiusmodi, ergo generat opinionem. Secũdo, præterea illã est vtè sciẽtia, quę habet propriũ subiectũ, circa quod versatur, de quo propias passiones considerat, & per propria principia demonstrat: Dialectica vero est huiusmodi, nã siue ens rationis eius subiectũ assignetur, vt postea dicemus, siue argumentatio aut syllogismus, aut quodlibet aliud, tamẽ illud speculatur & eius propria, principia, & partes, &c.

2. Cõcl. Logicã esse sciẽtiam.

1. Argu.

2. Argu.

Item quãuis Dialectica sit vtilis ad omnes alias disciplinas & scientias addiscendas, non ideo id amittit, quod habet in se, & per se, & ex se, etiã si non esset alijs vtilis, vel necessaria; sicut & alię sicẽtię, quę alijs sunt vtiles vel necessarię, nõ ideò sunt sciẽtię. Declaratur simili, vt bonũ, aliud est honestũ, aliud est vtile, sed nõ in aliquo vtrunq; simul cõiungi cõtingit, vt idẽ sit honestũ & vtile. Vt verbi gratia, fortiter in bello pugnare, ad suũ & suorum defensionẽ. Nec verò quia illud bonũ sit vtile, ideò amittit

tit rationem honesti, sed in se, & per se, est honestum: ita scientia vna, vt verbi gratia. Dialectica, quanuis sit ad alias omnes vtilis vel necessaria, nõ ideò rationem scientię, quam habet ex se, & in se quam etiam quidem si nulli esset vtilis, vel ad nullam scientiam viã præstaret, tamen in se haberet.

Ad. 1. Ad primum argumentũ. Respons. cõcessa maiori, negando minorem, si loquatur de Logica docente, ita. minõ est modus sciendi, sed speculatur, & ostendit modum sciendi: nec Arist. vel Auer. docet, modum sciendi, esse ipsam Logicam, sed dicit prius oportere cognoscere modum sciendi, quàm illas scientias non verò simul vtrunq; quęrere. Cognitio autem hæc modi Logica est.

Ad. 2. Ad secundũ respon. dupliciter posse Logicam considerari, aut secundum ea instrumenta, & modum sciendi de quo tractat, aut secundũ materiam, cui talis modus & instrumenta applicantur. Si Logica primo modo cõsideretur, habet obiectum determinatum de quo sit nempe ipsa instrumenta & modũ sciendi, & secundum hoc, est scientia determinata: at si consideretur secundũ materiam, cui applicantur eius instrumẽta, est ad modum vasta, quia dat modũ cognoscendi quamcunq; rem. Hoc volunt loca Aristotę. non tamen impedit, quo minus obiectũ habeat determinatum, quod scientiam particularẽ possit constituere.

Ad. 3. Ad tertium respondeo, quanuis iste syllogismus, vel ille non sit necessarius & perpetuus, tamen illæ propositiones, syllogismus est cõpositus ex tribus terminis argumentatio est consequentia: & alię similes, ita sunt necessariæ, sicut corpus naturale mouetur, ignis est calidus, de quibus est Physica. Et hoc solũ est necessarium ad scientiam: per accidens est autem quod non sit iste vel ille syllogismus, sicut quod corrumpatur iste vel ille ignis: ista enim omnes propositiones sunt de extremis naturaliter supponentibus.

Ad quartum est facilis responsio. Logica enim, quę docet illas fallacias, ita vera, & necessaria est, sicut quæ docet alias partes: & sicut ista est necessaria, demonstratio generat scientiã, ita ista Sophisticus syllogismus generat errorem. Verum est, quòd vtus Sophismatis facit errorem, sed ille vtus non est Logica, nec ppterea reijcienda est ista pars, quasi doceat malum, quia id docet, vt non erremus, abusus est potius Logicę alios decipere. Hoc autem nihil refert, nam bono possumus abuti, nec propterea sit malum. Ad. 4.

QVAESTIO III.

Vtrum Logica sit vna scientia.

Circa titulum huius quæstionis, vt intelligamus, quid sit vna scientia. Primò aduertẽdum est illud dici vnũ, quod duo habet. Primum est indiuiduum esse in se. Secundum est, diuisum esse à quolibet alio extra se: vt lignum vnum dicitur, quod in se non est in partes scissum, sed continuum, & tamẽ est distinctum, & diuisum ab alijs omnibus. Vnde vnitas secundum quã vnum est, est indiuisio in se, diuisio à quolibet alio. Quid sit vnum & vnitas.

Hæc vnitas triplex est, quædã numerica, quædã specifica, quædã gẽrica. Vnitas numerica est, secundũ quã quęlibet res singularis est vna. Vnitas specifica est secũdũ quã plura singularia habentia vnicã proximã definitionẽ, sũt vnũ, vt Petrus, Ioãnes, & Martinus dicũtur vnius esse naturę, quia vnicam participant definitionem, scilicet, q̃ sunt animal rationale, ista tã. Vnitas est specifica, nã de vnitate numerica id dici nõ potest, cum alia sit vnius, alia alterius. Vnitas generica est inter illa, quæ quãuis diuersas habeant proximas definitiones, ac propterea specie differre dicantur, tamen conueniunt in vnica definitione superiori, vt homo & leo habent quidem diuersas definitiones, tamen participant definitionem ani- Quo tuplex vni

Universidad de Deusto Biblioteca

animalis ex æquo, & propterea sunt vnius naturæ genericæ. Per hęc patebit, quid sit differre numero, specie, vel genere. Differunt.n. numero, quæ diuersam sortiuntur numericam vnitatem, vnam definitionem participantia. Specie verò, quæ distinctas habent definitiones, in vna tamen superiori conueniunt. Distincta genere, quæ nulla definitione conueniunt, vel habent diuersas definitiones, communes: vt animata, & inanimata genere differunt, quia sub se varia cõprehendunt genera.

Quę sit scientiæ vnitas & quotuplex.

Est secundo aduertendum, has vnitates, aliter substãtijs, aliter in scientijs, & habitus summi. In substantijs.n. accipiuntur secũdum se, & ab eo, quod in eis est, scilicet à sua natura, & definitione. At in scientijs non sic: sed vnitas numerica sumitur ab vnitate subiecti proximi, in quo est, sicut reliqua accidẽtia, vnde illa est vna numero scientia, quæ est in vnico intellectu, sicut vna albedo, quæ est in vnico subiecto, & è cõtrario scientiæ, quę sunt in diuersis subiectis sunt numero distinctæ, vt alia est Dialectica tua, alia est mea, alia illiꝰ, sicut alia albedo huius Cygni, alia illius. Vnitas verò specifica, seu generica, ab vnitate obiecti, id est, rei, de qua tractat & finis, ad quem ordinatur, vt illa dicatur vna sciẽtia specie, quę vniꝰ obiecti specifici, & finis est: illa verò vna genere, quæ vnius rei genericę, & vnius finis cõmunis est: & è contrario fit diuersitas specifica & generica. Hinc fit vt cum scientię & habitus ab obiectis sumant suam vnitatem & à fine, definiuntur aliquando per vnum, aliquãdo per alterum, aliquãdo per vtrunq;, vt docet Aimonius in primo Prædicab. poteris enim Medicinam definire, per obiectum solum: est ars, quæ circa humana corpora versatur: à fine, est ars sanitas effectiua: ab vtroque verò, est ars, quæ circa humana corpora versatur, eorum sanitatis effectiua.

Tit. quæ stionis sensus.

His suppositis, est sensus quæstionis, non de vnitate numerica, clarum est enim esse plures secundum pluritatẽ subiectorum. Sed de specifica, seu generica: scilicet an sit plures Logicæ species, seu genera, quę de diuersis rebus tractent hęc de titulo quęstionis.

1. Opin.

Circa secũdã quæstionis partẽ. Fuit opinio Nominaliũ multas esse Logicas iuxta numerũ eorũ, quę tractãtur. Vñ alius est habitus & alia Logica, quę docet definire, alia, quæ docet diuidere, alia, quæ docet syllogismos topicos, & alia, quę docet demonstratiuos: Imò secundũ numerũ conclusiorũ, quę in Dialectica sunt tot esse logicas, & habitus.

Cõprobatio.

Hæc sententia probatur primo: habitꝰ distinguũtur per obiecta, sed in logica sunt plura obiecta specie differẽtia, ergo non est vna logica. Maior est certa. Minor patet: nam alia logicæ pars est de syllogismo alia de demonstratione, alia de diuisione. Præterea secũdo pót quis habere habitum, & esse promptꝰ in definitionibus cognoscendis, nõ aũt in demonstrationibus seu syllogismis, ergo alius est habitus pro illis, alius p his. Atque adeò non est vna Logica.

1. Opin. primum argumẽ.

2. Argu.

2. Opin.

Alia fuit opinio Capreoli. Prolog. 1. Sen. q. 3. quem sequũtur aliqui discipuli S. Thom. hi enim sustinent, Logicam esse vnam specie, & vnicum habitũ simplicem, vt enim in igne non sunt multi calores, sed vnicus, quo diuersa calefacit, ita in intellectu est vnica simplex qualitas & habitus, quo omnibus cõclusionibus, quę in Logica sunt, assẽtimꝰ: Ita sententia probatur primo, Ita se habet habitus ad suum obiectũ, sicut potentia ad suũ: sed vnica est potẽtia simplex, qua multa percipimus obiecta, puta vnicus visus, quo multos colores videmus: ergo vnicus & simplex erit habitꝰ quo multas cõclusiones vnius rationis cognoscimus. Secũdo præterea, Logica est vna scientia, ergo est vnus habitus, ergo est vna qualitas. Tenet illatio, à specie ad genus: sicut est vnus homo, ergo vnũ animal, ergo vnum corpus.

Confirmatio.

2. Opin.

1. Argu.

2. Argu.

Pro

1. Fund. operationes intellect. quot sunt

Pro decisiõe huius quęstionis sit primum fundamentum. Intellectus noster habet duplices operationes. Prior operatio est, qua res ipsas simplici, vel cõposita cognitiõe percipit, vt quãdo cogitat hominẽ, leonem, plãtam: seu hominẽ esse animal, leonẽ nõ esse hominem, & talis operatio dicitur apprehẽsio. Posterior operatio est, assentire, & acquiescere rebus cognitis & apprehẽsis cognitione composita, que operatio dicitur iudicium, siue etiam dissẽsio: vt quando iudicat, ac assentit huic, homo est animal, dissẽtit verò huic, homo nõ est lapis, & ex hac operatione oritur veritas vel falsitas, non enim est deceptus intellectus in apprehensione, quantumcunque apprehendat aliter quàm se habet res: sed quando assentit apprehẽsioni rei sic se habentis. Scientia ergo, quæ intellectum perficit ad verũ, potius perficit actus iudicij intellectus, vt assentiat cui assentire oportet dissentiat, cui dissentiendum est. Propterea scientia dicitur habitus indicatiuus. Præter hoc etiam perficit intellectus apprehensionem, nam qui scit apprehensiones & compositiones rectas, per scientiam efficit, quibus assentit.

2. Fund. Ad intellect. operationes quæ concurrant.

Sic secũdum fundamentum. Ad has duas operationes exercendas, duo concurrũt: ex parte rei, quæ intelligitur, vnũ, alterũ, ex parte intellectus. Ex parte rei cõcurrit ipsius similitudo recepta in intellectus: vt enim visus ad videndũ recipit in se quãdã obiecti imaginẽ, seu similitudinẽ, quæ dicitur species: ita intellectus ad intelligẽdum. Alterum ex parte ipsius intellectus, scilicet prõptitudo ad facilius & certius iudicandum, quæ dicitur habitus est tamẽ inter vtrũque discrimẽ. Species enim est necessaria ad cognitionem, ita, vt sine ea cognitio esse nequeat: at habitus non est necessarius simpliciter ad iudicãdum, cũ solus intellectus iudicare possit. sed ad perfectius iudicandum, & cognoscendũ habitus enim perficit operationem potentiæ, vt docet Aristo. 7. Physic. ca. 3. Scientia igitur est ipse habitus intellectus ipsum ad iudicandum de rebus apprehensis perficiens.

3. Fund. Habitus & scientiæ qui distinguantur

Sit Tertium fundamentum. Habitũ & scientiæ distinguuntur per distinctionẽ rerũ, de quibus tractãt, & erga quas versantur: nõ tamen quæcũque rerum distinctio diuersas scientias facit, sed distinctio obiecti formalis. In obiecto eñ & re qualibet, quæ sub scientia continetur, duo sunt consideranda, sicut in obiecto potentiarũ. Vnum, id quod talis sciẽtia cognoscit, & erga, quod talis potentia operatur: vt albedo, quæ videtur ab oculo: planta, quæ consideratur à Philosopho. Alterum, id ratione cuius, illud prius sub tali sciẽtia cadit, seu à tali potentia percipitur: vt in visu est color albedo enim videtur ab oculo, quia color est, & planta cõsideratur à Philosopho, qa corpus naturale est: prius dicitur obiectum materiale, posterius autem formale obiectũ. Potestque esse, vt multa obiecta materialia contineãtur sub vnico formali, vt albedo, nigredo, rubedo sub colore, cuius ratione à visu percipiũtur. Distinctio igitur generica, seu specifica scientiarũ, ab obiecti vnitate vel diuersitate formali sumẽda est: vt enim non ponitur diuersus visus ad albedinẽ percipiendam, & alius ad nigredinem quia quãuis sint duo obiecta, sunt tamẽ materialia, & cõueniunt in vnica ratione formali coloris. Ita in scientijs sit, licet multa tractentur, tamen si sub vnica formali ratione comprehendãtur, erit vna scientia genere, vel specie.

1. Cõcl.

His igitur suppositis, sit prima cõclusio. Logica absolutè & simpliciter est dicenda vna scientia. Hæc probatur. Vna scientia est, quę est vnius obiecti, sed Logica vnicum habet obiectum ergo est vna scientia. Maior est Arist. 1. Post. c. 23. Minor est certa, & probabitur inferius esse ens rationis Logicũ, seu sciendi modum

dum, quod idem est, Neque argumentũ Nominaliũ prius factum quicquã probat: quamuis enim multæ sint res, quæ tractentur in Logica, tamen conueniũt sub vnica ratione formali obiecti, scilicet quæ ad argumentationem ordinantur: sicut in philosophia & quauis alia scientia.

Secunda Cõclusio. Logica plures partes habet sub se specie differentes, quæ tamen sub vnica ratione formali generica cõueniũt, ac propterea vnius est generis Logica ipsa. Hæc conclusio patet: nã in lib. De interpretatione est aliud partiale obiectũ, aliud in libris Priorũ aliud in alijs: hæc tamen omnia sub ratione modi sciendi, seu argumentationis comprehenduntur, quam Logicus primo considerat. 2. Cõcl.

Tertia Conclusio. In logica sunt plures habitus partiales secũdum diuersas partes præcipuas ipsius Logicæ, & hoc patet secundo argumento Nominaliũ: non tamen propterea sequitur esse plures Logicas, seu plures partes Logicæ: Logica enim constat expluribus habitibus partialibus vnam scientiam facientibus: quia eorum obiecta sub vnica ratione generica formali cõueniunt. Nec est simile de potentia: nam potentia à natura est, habitus verò partim ab obiecto fit, partim à nobis. Ad aliud aũt quo arguitur: est vna scientia, ergo vnus habitus, concedo consequens in hoc sensu, quòd est vnus totalis, conflatus tamẽ ex multis partialibus. Nec est hoc præter doctrinam Aristot. qui. 5. Meta. cap. 6. docet, quæ sunt plura in vno genere, possunt vnum esse in altero, vt plures milites in ratione substantiæ sunt multi, in ratione quantitatis sunt vnus numerus. 3. Cõcl.

Quarta Conclusio. Probabilis est sentẽtia Capreoli, q̃ sit vnus simplex habitus, vt probant argumenta, & alia, quæ possent adduci. Sed quia admodum Metaphysica est, omittatur in propium locum. 4. Cõcl.

QVAESTIO. IIII.

Vtrum Logica sit scientia speculatiua, an practica.

IN disputatione præsenti primo nobis quis sensus huius quæstionis sit, aperiendum est Practica scientia idem est q̃ operatiua. Speculatiua vero idem quod cognoscitiua, seu contemplatiua. Dicitur autem scientia practica illa, cuius cognitio ordinatum ad opus, id est, quando per eam cognoscimus vt operemur. Speculatiua verò, per quam solũ nos cognoscimus, nec talis cognitio ad opus est aliquod ordinata. Iuxta hoc quæritur de Logica, an sit practica, vel Speculatiua. Quid scientia practica & speculatiua.

Fuit sententia quorundam neotericorum, Logicam esse practicam. Huius opinionis est primum argumẽtum. Illa scientia est practica, cuius finis est operari, sed finis Logicæ est operari, ergo est practica. Maior est nota. Minor probatur, quia finis eius est syllogismos, & discursus facere, hoc autem est operari. Secundò, scientia practica est de obiecto operabili & factibili à nobis, at obiectũ Dialecticæ scilicet argumentatio, est à nobis factibile, ergo est practica. Tertiò, scientia practica causatur in dirigẽdis & ordinãdis aliquibus operationibus nostris, vt ars pingendi ordinatur tales operatiões, quibus pingimus, similiter reliquæ artes, sed Logica versatur in dirigendis intellectus operationibus, vt ait S. Tho. primo Perihermen. & 1. Post. ergo est Practica. 1. Opin. 1. Argu. 2. Argu. 3. Argu.

Pro huius quæstionis determinatione, sit primum fundamentum. Scientia Practica & Speculatiua in vno conueniunt, in alijs differũt, cõueniunt enim, quia sicut per scientiam speculatiuã res cognoscimus, & de ipsis iudicamus, ita similiter per practicam, vt enim Physicus per Physicam cognoscit plantas, ita artifex per artem, & scientiam practicam cognoscit res, quas operatur. Differunt autem primo, in fine, per scientiã enim 1. Fund. Speculatiua & practica scientia vt conueniant & distinguantur

Specu-

Speculatiuam rem cognoscimus, nõ vt illam operemur, at per practicã cognoscimus, vt operemur. Hanc aũt conuenientiam Practicæ & speculatiuę, simul & differentiã, nõ male explicuit. Auerr. 2. Meta. com. 3. per speculatiuã, inquit, scimus, vt sciamus: per practicã sumus scientes vt operemur. Est autẽ duplex finis, intrinsecus, & extrinsecus intrinsecus est, ad quem scientia ex sua natura ordinatur: extrinsecus, qui finis sciẽtis dicitur, est quem sibi proponit, qui eam scientiam habet, vel addiscit: vt qui disceret Philosophiã animo lucrãdi, vel qui disceret artẽ ædificãdi, vt sciret solũ. Hic autem finis extrinsecus non facit scientiã Practicam aut Speculatiuã, sed intrinsecus. Secundo differunt in modo operãdi. Practica enim procedit modo practico, seu operatiuo considerat rem, vt simul tradat modũ operandi. Propterea. 2. Meta. c. 3. dixit Aristo. Practicum nõ considerare causam secũdum se, sed in ordine ad opus. At Speculatiua solũ procedit via cognitionis, nec modum tradit operandi. Hinc sequitur, cũ practicę finis sit operari, & modo operatiuo procedat, q̃ necessario tractet de re, quæ fit à nobis, non tamen propterea est practica, licet hoc sit necessariũ: quia potest esse Speculatiua de re, quàm effecimus: vt Geometria, quę est de figuris. Sed differentia cõsistit in fine intrinseco, vt vult Aristo. 2. Meta. ca. 3. & in modo procedẽdi ex quo fit, scientiã Practicam & Speculatiuam non differre penes actum suum proprium immediatum: quia per vtrãque primo intelligimus res: nec in obiecto, cũ possit esse Speculatiua de re à nobis facienda, sed in fine, & modo vnde in quauis sciẽtia Practica, primo reperitur Speculatio operum, quę tractat & facit, deinde præcepta faciẽdorum eorum operum, quo scilicet modo fiant, quæ propriè cognitio est ipsa Practica. Sed hæc præterea duplex: vel in vniuersaliter: vt temperatè agendum est, emittendus est sanguis in dolore laterali, vel in particulari, tunc, nunc, & hoc modo, quod est prudẽtia, & experti medici. finis sciẽtiarũ duplex. Et. 3. de anima. cap. 10.

Sit secundum fundamentum. Cùm scientia practica fit propter operationem: operatio autem duplex sit, quædã quæ dicitur actio, quędam, quæ dicitur effectio, erit duplex scientia practica, quædam actiua, quædã effectiua. Actio verò est operatio immanens, nec in aliquam materiam exteriorem transiẽs, vt tristari, sentire, amare. Effectio verò est operatio in materiam exteriorem transiens, vt scribere, pingere, ædificare. Scientia igitur effectiua dicitur, cuius finis est rectè has exteriores operationes efficere: quales sunt artes Mechanicæ. Vnde Aristot. 6. Ethicorum, cap. . . Ars, ait, est habitus verus, cum ratione factiuus. Scientia aũt actiua, quæ moralis dicitur, est, cuius finis sũt immanẽtes operationes, qualis est prudentia dicitur habitus verus cum ratione actiuus. 2. funda. Practica scientia vt & operatio est duplex.

Vnde Aristot. 6. Meta. cap. 1. omnis, inquit, scientia aut est actiua, aut factiua, aut Theorica, aut Speculatiua. Sumit autem hic scientiam largo modo pro quocũque habitu intellectiuo, Inter has tres autem scientias constituit discrimen quoddam notandum. 11. Meta. cap. 6. & 6. Meta. cap. 1. In Speculatiuis principium est in ipsis rebus, id est, nos sumimus cognitionẽ ab ipsis rebus & sciẽtia nostra Speculatiua cõformatur ipsis rebus: vt tunc perfecta sit, quando ipsis rebus adæquatur. Propterea obiectũ in his dicitur principiũ & mensura sciẽtiæ. At in practicis, rerum cognitarum principium est in nobis, quia nos sumus causa rei, & nostra scientia est rerum ipsarum mensura, vt talis sit res, qualis scientia, à qua procedit. Interest tã quod principium actiuæ est electio voluntatis, à prudentia regulata: vnde agibile & elegibile idẽ est. At principiũ in factiuis, est ars

quæ

quæ in intellectu est: ex quo sequitur quædã notatu dignum, videlicet illã scientiam, quę non dirigit operationes immanentes, vt ab electione voluntatis procedunt nõ esse actiuam. Quæ est expressa sententia Aristotelis loco citato 6. Meta. & 6. Eth. cap. 10. Principiũ inquit, actionis est electio. Sequitur etiã quod intellectus, seu scientia practica habet pro fine actionẽ, seu operationẽ aliqua extra ipsum intellectum: vt clarissimè colligitur ex Aristo. 3. de Anima, cap. 9. & doctè tradit Albertus Magnus. 3. de Anima, tract. 4. cap. 4.

3. funda. Scientia proprie accepta & ars qd distent.

Sit tertium fundamentũ. Ex istit põt colligi triplex discrimen inter scientiã propriè dictam & artem. Primò, in fine finis scientia est speculatio & contemplatio sui obiecti: finis artis est aliquod opus, aut operatio extra ipsum intellectum. Secundò, in obiecto ars. n. est de rebus contingetinbus 6. Ethi. c. 4. scilicet nõ de rebus, quę possunt esse, & nõ esse solũ, sed de rebus, quæ cũ sint, possunt aliter & aliter se habere, vt est ars scribẽdi, quia scribere. põt aliter & aliter fieri. Prudentia est circa actus, qui cũ sint. possunt aliter, scilicet benè aut malè fieri. Est aũt ars & prudẽtia, vt benè recteq; fiant. At sciẽtia est de rebus necessarius, quæ semper sunt & eodem modo. Discrimẽ tertiũ est in modo procedẽdi: ars cõsiderat rem qualiter fiat, & causas applicat ad opus: propterea cõponendo semper procedit, & species cõpositas formando. At scientia, qualiter res sit considerat, & semper minutissimas, & vltimas eius causas, & principia speculatur. His igitur suppositis.

1. cõclu. Logicã non esse practicã scientiã.

Sit prima cõclusio. Absolutè loquẽdo, Logica nõ est propriè Practica sciẽtia, nec etiã ars. Probatur primò Si esset practica, vel esset actiua, vel effectiua, sed neutra harũ, ergo nõ est practica Maior est nota ex Arist. loco citato Minor probatur. Nõ effectiua, quia eius operatio non transit in materiam externam. Nõ actiua, quia nõ est circa

1. Argu.

actionẽ, quę procedat ab electione voluntatis, cũ eius actio sit intellectu discurrere. Secũdo, scientia Practica, aut ars, habet pro fine aliquid extra intellectũ at syllogizare & discurrere, est opus, ipsi9 intellect9, ergo absolutè nõ est ars. Tertio, ars, & scientia Practica propriè rei naturã non tractãt, sed qualiter fiat, tantũ ostendũt à Logice naturam argumẽtationis & syllogismi aperit, nec qualiter fiãt, per se solum ostendit: ergo nõ est propriè practica. Ex quo patet q̃ finis proximus & intrinsecus Logica est modi procedendi cognitio: finis sequens. scientia rei, quæ ex cognitione modi procedit finis reiectus, per Logicam syllogismos constituere.

2. Argu.

3. Argu.

2. cõclu. Logica cur ars dicatur.

Secunda conclusio. Logica habet aliquid artis & practica: hoc scilicet q̃ in aliquẽ finẽ extra se ipsam ordinetur, scilicet in rei sciẽtiã, & per eã operationes intellectus regulentur, ac propterea dicitur ars rationalis, ars artium. Quæ conclusio satis ex dictis est manifesta.

3. cõclu. Logicã esse sciẽtiam speculatiuã

Tertia cõclusio. Simpliciter est dicẽda Speculatiua, vt patet rationibus ad primam conclusionem inductis. Probatur, quia licet tradat pręcepta argumẽtandi & definiendi, &c. tamẽ per se primo speculatur quid sit argumentatio, definitio, diuisio, & cætera omnia. Deinde his perspectis, præcipit vt fiant.

Ad. 1.

Ad primum argumentum respõdetur, negando finem proximũ esse syllogismos facere, sed id cõsequi ex eorũ cognitione, sicut qui, cognita natura triãguli potest triangulum facere.

Ad. 2.

Ad secũdum negatur consequentia, est. n. fallacia accidentis: ista enim consequentia est bona. Si est Practica, ergo de obiecto factibili: & à negatione consequentis, si non est de obiecto factibili: ergo non est practica: non tamen valet, ab affirmatione consequentis. Si est de obiecto operabili, ergo est practica: nisi finis sit operatio vt diximus.

Ad. 3.

Ad tertiam respõdetur: illud probatur

tur secundum quid esse practicam: & ita vocari solere quandam artem, non tamen absolutè, quia deficiũt illa quæ sunt de ratione artis & scientia proprię Practica.

QVAESTIO V.

Quod sit subiectum Logicæ.

Quod modis dicãt subiectum.

VOcabulum hoc subiectum multipliciter apud Aris. vsurpatur. Vno enim modo significat inferius alicuius superioris: quo pacto in Antepræ dicamentis dicit Arist. quædã de subiecto dicuntur. Secũdò pro vna parte propositionis: quomodo dicitur, propositio constat ex subiecto & prædicato. Tertiò pro illo, cui insunt accidẽtia: vt corpus est subiectũ albedinis: hoc dicitur subiectum inhæsionis: priora verò subiecta prędicationis. Quartò subiectũ, pro eo quod à scientia primo cõsideratur: vt idem sit quod obiectũ. Vñ Arist. 1. Post. c. 23. vna scientia est vnius generis subiecti. & sic in præsenti sumitur, q̃ dicitur etiã materia. Sed materia multipliciter etiã sumitur. Primo, pro substantia, in qua recipitur, forma substãtialis, quomodo dicitur, materia animæ est corpus: & sic sumitur. 1. Physic. Secundò pro eo, ex quo aliquid fit, vt ferrũ est materia serræ, quia ex eo fit: & sic sumitur. 2. Physi. c. 3. Tertiò pro eo, cui applicatur opus artis: vt materia fabri est ferrum, quia opus suũ in ferro facit. Quarto, pro illo, circa q̃ scientia, versatur. Quæ dicitur materia, circa quã: & sic idẽ est cũ obiecto & subiecto sumpto vltimo modo: & secũdũ hoc est quæstio de subiecto Logicæ, scilicet qd sit id, de quo præcipuè sit Logica.

Ad obiectũ sciẽtiæ quę requirãtur.

Vt aũt aliquid sit subiectum, seu obiectum in aliqua sciẽtia, quatuor sunt necessaria, duo ex parte obiecti: duo ex parte ipsius scientiæ. Primũ ex parte subiecti, vt cõtineat omnia, quæ tractãtur in scientia adæquatè, vt nihil sit sub illa scientia, quod nõ cõtineatur ab illo obiecto: nec illud obiectum contineat quicquam, quòd non sit sub tali scientia. Secundò, quod det vnitatem & speciem scientiæ, id est, ab eo sit sciẽtia: vna ab alijs distincta, & per illud definiri possit. Tertiò ex parte sciẽtiæ, vt nihil scientia consideret, quod non sit subiectũ, vel ad subiectum pertinens. Quartò, quòd tradat causas sui subiecti. 11. Meta. cap. 6. & passiones, seu proprietates. 4. Meta. ca. 1. & inferiora partes, & species ipsius. 4. Meta. text. 3.

1. Opin.

Circa hanc quæstionem fuit opinio Scoti. q. 2. vniuersalium & Aegidij Romani syllogismum esse subiectum Logicæ, ratio est, Logica enim docet rationes & discursus intellectus: sed inter omnes præcipuus est syllogismus, ergo hic est obiectum eius.

2. Opin.

Secunda opinio fuit Auic. Logi. c. 3. & Alga. Log. c. 2. quã sequitur Albert. Magnus lib. Prædicabilium, cap. 4 argumentationem esse obiectũ. Huius ratio est. Logica tradit modũ procedendi ex noto ad ignotũ, sed non solũ per syllogismũ, sed per quãcunque argumentationem, hoc fit: ergo argumentatio est subiectũ.

3. Opin.

Tertia opinio est Ammo. esse nõ omnem argumentationem, sed potissimã omnium, videlicet demõstrationem, cuius causa omnia considerari videntur à Logica.

4. Opin.

Quarta opinio est neotericorum quorundam, orationem esse subiectum Logicæ, nec isti sumũt quamcunque orationem, sed illã, quæ est ignoti manifestatiua, qualis est definitio, diuisio, & Argumentatio. Huius ratio est Logica tradit modũ cognoscẽdi, sed hic non sola est argumentatio, sed definitio, & diuisio, per quas explicãtur natura, & partes rei, hæc per illas cognoscũtur, & sciũtur, ergo aliqd, vt est his cõmune, erit subiectũ. Ista sententia fuit antiqua, eorũ scilicet, qui sermonem faciebant. Logicæ commune obiectum, quasi idem esset Logica qd sermocinalis, quos impugnat Auicen. & Alb. locis citatis.

5. Opin.

Quinta sententia fuit S. Thom. 4 Meta. lect. 4. qui asserit ens rationis esse subiectum Logicæ.

Ratio huius est: quia ens rationis comprehendit ea, quæ sunt in Logica, quæ tamen sub oratione, argumentatione, vel syllogismo non continentur, vt prædicatũ, subiectum, genus, species. Pro declaratione verò huius entis rationis est aduertendum. Res dupl citer possunt considerari. Vno modo secundum se, & suam naturam, altero modo, secundum quòd à nostro intellectu percipiuntur. Si in se considerentur, habẽt quasdã proprietates sibi consequentes, vt quòd homo sit risibilis, sit coloratus; sit quantus. Si verò considerentur, vt à nobis sunt intellectæ, habet alias proprietates, scilicet esse subiectum, esse prædicatum, esse genus, esse propositionem. Inter has autem & illas, vnum interest, quod illæ sunt in ipsis rebus: albedo enim, calor, & alia accidentia rebus insunt: at istæ sunt extrinsecæ: vt enim columna est mihi dextra, non qa in ipsa sit aliquid à quo dicitur dextra, sed ab extrinseco quia ego habeo illã ad dextram meam: ita istæ res dicũtur genera, subiectum, &c. non quod in eis sint istæ proprietates, sed ab extrinseco proueniunt, ex eo quòd à nobis tali modo, vel tali cognoscuntur: & propterea tales proprietates dicuntur entia rationis, id est, intellectus, quia ab intellectu cognoscente, rebus adueniant. Dicũtur pariter intentiones secundæ: quia cum prius sit rem esse in se, quàm à nobis intelligi, proprietates adueniẽtes rei secundum quod est in se, dicuntur primæ intentiones posteriores verò, secundę intentiones. Ex quo patet, quod ens rationis est proprietas extrinseca adueniens rebus, vt ab intellectu percipiuntur. Hoc voluit sanctus Tho. esse subiectum Logicæ: cum nihil sit in Logica, quod non sit talis proprietas rei. Sunt præterea istis correspondentia in ipsis cognitionibus entia alia rationis illis correlatiua: rei inquàm respectus ad cognitionem, & contrà respectus hic rationis cognitionis ad rẽ.

Quid sit ens rationis.

Istæ itaque sunt opiniones præcipuè.

Pro huius determinatione sit primũ fundamentum. Logica, si vocabuli significatio consideretur, idem est quod sciẽtia sermocinalis, seu rationalis: qua ratione Grãmaticam, Rhetoricã, Dialecticam, sub se complectitur, quia omnes in sermone versantur: tamen cum discrimine. Grammatica enim solũ sermonem per se considerat, cum nihil aliud intendat, quàm congruũ sermonẽ facere. At Rhetorica non solum sermonem, sed etiam rationem complectitur cum & dicere & probare doceat. Vñ qua parte sermonem habet, cũ Grãmatica conuenit; licet in hoc ipso differat, quòd hæc congruum, illa ornatum doceat sermonem. Grammatica autem & à Rhetorica, & à Dialectica differt; q rationis non est cõtẽplatiua, cũ nullum argumentandi genus per se Grammatica tradat, sicut Rhetorica & Dialectica. Inter has aũt duas, vna est conuenientia, sed multiplex differentia. Cõueniunt n. in materia remota: sunt pta materia pro eo, cui opus artis applicatur: vt enim Logicus sua applicat instrumenta rebus omnibus, & cuilibet enti; ita & Rhetoricus sua applicat instrumẽta rebus omnibus: ob quã causam Ab Aristo. & Rhetorica cõtrapõsita Dialecticæ censẽtur, & vtrunq; artẽ communẽ vocat. Differunt tamẽ inter se. Logicus enim considerat res oẽs vt à nobis sunt cognoscibiles: tradit n. methodum rem quamcunq; contemplandi, & speculãdi. At Rhetoricus versatur circa res, vt à nobis exprimũtur & manifestãtur. Propterea Rhetoricus per se cõsiderat sermonem, quo exprimit rem, & vtitur probatione ad aliud, scilicet vt alteri probet. At cum Logicus sit primo ad se, per accidens verbo vtitur, cũ conceptus & probationes alteri communicare intendit: tamen eius integra ratio absq; sermone est, quod non fit in Rhetoricæ: ob idq; eloquutio pars Rhetoricę, nõ aũt Logica numeratur,

1. funda. Logicæ vocabulum quę nam cõplectatur.

ratur. Hui9 discriminis ratio est, qa Logicus est ad se, at Rhetoricus præcipuè ad aliũ, vt habet Arist. 1. Rhet. ad The. c. 2. in fine. Vsus ergo Rethoricæ absq; sermone cõstare nõ poterit sicut potest vsus Logicæ primus & potissimus. Secũdò differunt etiam in amplitudine materiæ formaliter, nam Rhetor. in omnire considerat id, quod probabile est, id est, dat methodũ cognoscendi & persuadẽdi, id, quod probabile in omnib9 est. At Logicus, & id quod est probabile, & id quod est necessarium perspicit, idest dat viã inuestigãdi probabile & necessarium. Propter quod duplex est Logicę pars. Topica, cuius est tradere methodũ circa ꝓbabile, vt docet Arist. 1. Topi c. 1. & Analytica, cui9 est modũ necessarij peruestigãdi aperire. Tertiò differũt etiã in hoc probabili. Rhetorica enim cõsidera e ꝓbabile singulare, vel vel cum aliqua circũstantia singularitatis, persuadet n. singulare vel aliquid cõmune determinatũ secundũ aliquod tempus vel locum, vel ordinẽ ad opus, quæ omnia ad singulare spectant, propterea dicitur versari circa quæstiones definitas, vel circunstantijs terminatas vel hipotheses. At Logica, probabile cõmune & vniuersale cõsiderat, & ab omni cõditione singulari abstrahit, atq; ideò circa quæstiones, quas vocãt infinitas, & theses. Quartò differunt in fine, finis enim Logicæ est adhibere methodum, per quam consequamur sciẽtiam necessariorum, probabilium opinionẽ at Rhetorici finis est adhibere methodum persuadẽdi, ex quo sequitur fides, quæ est remissa quędam opinio & quæ maximè pendet ex affectione voluntatis. Quintò differũt instrumẽtis. Rhetoricus enim vtitur enthymemate & exẽplo, Logicus inductione & syllogismo. Hoc autem ideò fit, cum enim Rhetoricus omnibus alijs probet & persuadeat nec omnes capaces sint ad percipiendũ vim syllogisticã, assumit rationẽ omnibus facilem, scilicet Enthymema, cum autem Enthymema sit syllogismus maior ut supressa. Dialecticus autem sit ad se, & ad intellectum, cui non potest maior supprimi, syllogismo ad se vtitur, licet aliquando ad alium enthymemate vtatur. Cum igitur Logicus argumentationẽ consideret, & enthymema sit species quædam argumentationis, merito Rhetoricam, quæ speculatur enthymema, Aristoteles particulam & germen Logicæ vocat. 1. 2. Rhet. cap.

Rhetorica cur Enthymemate & exemplo, Logica syllogismo & inductione vtatur.

Secundũ fundamentum. Aliud est de obiecto loqui Dialecticæ secũdum se, & in vniuersum Dialecticam considerando, Aliud de dialectica dũtaxat, quam nunc habemus ab Arist. conscriptam, & de eius obiecto. Nam, vt mox dicemus, quædam apparent ad dialecticam spectantia, de quibus non egit, vt videtur, Aristoteles nempe de diuisione, & definitiõe de syllogismis hypotheticis, & alijs aut si egit, ei9 certè libri nõ extãt.

2. Fund.

Sit tertium fundamentum. Obiectũ sciẽtiæ duplex est, vt diximus superius, materiale, & formale. Materiale est illud, quod talis scientia cõsiderat, vt Physica tractat de plantis, de elementis, de animalibus. Aliud est formale, id, ratione cuius omnia illa à tali scientia considerantur, vt Pysicus omnia illa tractat, vt corpora mobilia sunt. Ita fit in qualibet alia scientia, arte, habitu, & potentia. Item obiectũ aliud totale est, aliud partiale, sed præcipuum.

3. Fund. Obiectũ sciẽtiæ esse duplex.

His suppositis, sit prima cõclusio. Sermo, vel oratio non est subiectum Logicæ. Patet. Illud est subiectum Logicæ, quod Logica primò & per se considerat, sed sermo, vel oratio, per accidẽs & minus principaliter ad Logicũ spectat, vt diximus, ergo non est subiectum. Maior est nota, quia cum subiectũ sit intrinsecum, & de ratione scientiæ, nõ debet ab eo, q per accidens est, considerari. Præterea, qa sine sermone seu externa oratione potest Logica constare, cũ illa sit, quæ modum intelligendi per se manifestet. Præterea, Sermo, vel oratio si dicat

1. Cõcl.

Universidad de Deusto Biblioteca

eam orationem, quæ fit in voce, probatum est in præcedenti cõclusione, id esse per accidens ad Logicum. Si verò sumatur pro illa, quæ est in mente, nõ est sub ectum. Nam oratio comprehendit etiam eam, quæ non significat verũ vel falsum: vt optatiuam, imperatiuam, & omnia alia, quæ ad Grãmaticos & Rhetoricos spectant. Hæc autem Logicus non considerat, sed Grammaticus, & Rhetoricus.

2. Cõcl. Secunda conclusio. Demonstratio nõ est totius Logicæ subiectum. Probatur ex prima subiecti conditione: debet enim cõtinere sub se omnia illa quæ tractãtur in ea scientia. At verò nõ omnia quæ in Dialectica tractantur, continentur sub demonstratione: non enim syllogismus probabilis, nec sophisticus, nec enthymema sub demonstratione continentur. Est tamen partiale potissimum subiectum demonstratio: & eatenus rectè opinabatur Ammonius, cum inter alia omnia primum locum teneat demonstratio.

3. Cõcl. Tertia cõclusio. Ens rationis in vniuersum non est formale subiectum Logicæ. Patet, quia Logicus non cõsiderat ens rationis, vt tale est, nec illius causas nec principia, nec passiones: hæc enim occultissima sunt: nec omnia entia rationis in tota sua latitudine: non enim priuationes, nec entia rationis Rhetorica, qualia sunt, esset tropũ, vel figurã, esse exordium vel peroratione &c. nec Grãmatica entia rationis considerat Dialecticus.

4. Cõcl. Quarta conclusio. Ens rationis Logicum, id est, q; consequitur ad operatione intellectus, quatenus intellectus intelligit, est formale subiectum Logicæ. Hoc autem vno cõmuni nomine vocari posset ens rationis Logicum, vel intellectuale, vel ratio instrumentaria intelligendi: vel intelligendi modus, seu scientia, quæ omnia in idem ferè incidere videntur. Probatur hæc cõclusio. Omnia enim, quæ in Logica considerantur, sub illo cõtinentur, & ad id spectant, vt modum sciendi & intelligẽdi teneamus: & hęc fuit sententia S. Tho. nec sumpsit in vniuersum omne ens rationis, sed illud solũ, quod rebus aduenit ex intellectus operatione: non autem illud, quod voces cõsequitur quale est esse nomẽ, aut verbum, aut participiũ, hæc enim Grãmatica sunt. Propterea definiuimus superius, ens rationis esse proprietatẽ rebus aduenientem, quatenus ab intellectu percipiuntur. 5. Cõcl.

Quinta conclusio. Materiale obiectũ Logicæ sunt res ipsæ cognitæ, aut cognitiones rerum. Probatur. Nam in istis & ex istis, illa pullulant entia rationis, & istis conueniũt, & in istis inhærẽt, vt tales sunt: nam istę dicuntur, & sunt Genera, & Species &c. & ex istis fiunt propositiones, syllogismi, &c, voces verò, vt dictum est per accidens & secundario à Dialectico considerantur.

Diximus res cognitas & cognitiones quia res sunt remotius obiectum, cognitiones verò intellectus propinquius. Et quia sunt correlatiua inuicem: nam si cognitio est, alicuius rei est cognitio, & si res cognita est, per aliquam cognitionem est cognita: habent enim inter se motuum respectum rationis.

6. Cõcl. Sexta conclusio. Argumentatio est Logicæ subiectum: si Logicam accipiamus pro ea tantum parte, quam Aristoteles in libris istis, qui ad nos peruenerunt, tractauit. Quod sanè videntur spectasse, quia argumentationem subiectum Dialecticæ dixerunt, & eatenus verè affirmarunt. Perspicuum enim est non egisse de definitione ac diuisione per se, vt per se faciunt scire essentiam & partes rei, sed solum quatenus demõstrationi, seu argumẽtationi subseruiũt. Quod sanè rectè aduertit Albertus Magnus, & vt ipse circa initium Porphyrij refert, Auicenna, & Alpharabius, item Caietanus in principio Categoriarum Aristotelis, & Aegidius in principio, in proœmio, & alij. Id autem siue puta-

putauerit minoris esse monenti, quã quod fusius tractarentur, ac seorsum, siue quia in argumẽtandi modos, quos primus (vt ipse ait lib. 2. Elench.) inuenit, incumbendum siue potissimum existimarit siue quia scripserit quidem his de rebus seorsum, sed eius libri perierint: cerctè quæ extant, illud duntaxat subiectũ argumentationis habent, & eo cuncta referuntur. Imò si quis rectè perspexerit, cum desint hypothetici syllogismi, istorum operum Aristotelis sola argumentatio cathegorica subiectũ videri poterit. Ex dictis constare potest rationum contrariarum, si quæ sint, solutio, & quo pacto omnes opiniones aliqua ex parte veritatem attigerint, & quomodo omnia verò consonent.

QVAESTIO VI.

Diuisio Diale. De diuisione Logica, eiusq; partibus.

LOgica diuersimodè ab aliquibus diuiditur. Boet enim 1. Topic. principio in res diuidit partes, in eã scilicet quæ docet definire, & in eam, quę docet diuidere, & in eã quæ docet argumẽtari. Quod si argumẽtatio procedat ex propositionibus necessarijs, est demõstratio: si ex probabilibus, Topicus: si ex appparentibus, Sophisticus. Et secũdũ hæc est pars demonstratiua, Topica, & Sophistica. Philop. in partẽ inuenẽdi, quæ Topica dicit, & in partẽ resoluendi, simul & iudicãdi, quæ Analytica dicitur, Logicã distinxit: & partem Sophisticam posuit cum Topica: quia sophisticus syllogismus est obliquitas topici. Cicero. 1. Topic. Logicã, in iudicandi, & inueniendi partem diuisit. Possumus tamen aliter commodius Logicam diuidere ex sancto Thoma, principium Peribermen. celebri & recepta diuisione. Cùm enim ipsa dirigat operationes intellectus, diuidetur ipsarum distinctione operationum. Triplex autem est intellectus operatio prima, simplicium apprehensio, qua res ipsas singulas per se intelligimus: secunda, compositio seu diuisio, qua res intellectas vnam alteri copulamus, tertia, ratiocinatio est, qua ex noto ignotum discurrentes deducimus, quæ operationes similes sunt sermoni. Aliquãdo enim simplices voces proferimus, aliquãdo propositiones componimus, tandẽ ex propositionibus syllogismos conflamus. Triplex igitur est Logicæ pars, prima quæ dirigit primam operationem intellectus, docens modum quamq; rem per se intelligendi: & ad hãc reducitur pars, quæ tractat de definitione. Secunda, quæ dirigit secundã operationem quę tractat de propositione sub qua aliquo modo continetur diuisio. Tertia, quæ dirigit tertiã: & hæc est de syllogismis. In singulis autem harum est inuentio, & iudicium. nam & docemur inuenire genera, & differentias: ex quibus est definitio, & de inuentis iudicare. Similiter in propositione, & syllogismo. Vide Boetium primo Topicorum. Triplex intellectus operatio.

Atque hęc in vniuersum de Dialectica dixisse sit satis. Iam ad primam ipsius Dialecticę partẽ, quę de simplicibus disserit, & in hac, ad Porphyrij prius. De quinque vniuersalibus, tractationem accedamus.

IN LIBRVM
PORPHYRII DE QVINQVE Vniuersalibus.

QVI in aliquem authorem commentaria ediderunt, quædã solent quasi proœmij loco, ante illius enarrationẽ pertractare. De illius videlicet operis autore, vita, moribus, doctrina, ac laudibus. De ipsis operis argumẽto, vtilitate, ac necessitate. De scribẽdi modo, & methodo, & ordine, & partibus, & similibus alijs. Ex quibus, nos more aliorũ interpretũ, breuiter, quantum satis est ad nostrum institutum, nonnulla referemus.

TEXT. *De autore*, & huius operis argumẽto, ac vtilitate, scribendi methodo, ac modo, eiusdem ordine, & partibus.]

PORphyrius Philosophus hoc opus edidit, natione Phœnix: vixit tempore Aureliani & Diocletiani Imperatorum: Plotinum habuit insignem Philosophum Platonicum præceptorem: Discipulos verò inter alios Iamblicũ egregium Philosophum, & Chrysaorium Romanum virum patricium, in cuius gratiã, librum hunc conscripsit, ea occasione, vt referunt: q̃ cum Chrysaorius in Arist. Prædicamenta incidisset, & in quasdam ibi voces & res sibi ignotas impingeret ad Porphyriũ scripsit, vt sibi in ea re aliquod auxilium ferret. Atq; ita hunc ad eum libellum, quem inscripsit Porphyrij Eisagogij, id est, Porphyrij introductio (sub audi in Aristot. Dialecticã) misit: & quãuis hic autor à fide Christiana defecerit, & eius factus fuerit hostis acerrimus, aduersus quem aliquot nũc extãt sanctorum Patrum scripta pro Christiana religione: ac D. Hieronymi & D. Augustin. & aliorũ: Tamen hoc illius opus, q̃ Arist. doctrinæ consentaneum, & bona ex parte ex Aristo. sit decerptum, & ad illius Prædicamenta, imò & vniuersam Dialecticam multũ conducat, nihil aduersus fidem contineat, meritò & ab ecclesia permissum, & in publicis vbiq; scholis interpretandum ante Aristo. Dialecticam susceptum est.

Agit enim de quinque vniuersalib9, Genere, Specie, Differentia, Proprio, & Accidente: quæ de rebus omnibus prædicãtur, aut prædicari possũt, tum essentiã rerũ intrinsecã, tum extrinseca propria & accidentia rerũ, cõtinentibus. Ex quibus etiam oẽs constant de vnaquaq; re quæstiones, imò & definitiones, & diuisiones: & ex istis quoque constant, quæ in Prædicamentis collocãtur: vt ipsemet postea Porphyrius sui operis vtilitates cõnumerans referet, & nos postea explicabimus diligẽtius.

Scribẽdi modus ac methodus fuit facilis, introductorio scilicet more, definiendo, diuidendo, & exẽplis singula illustrãdo: vt ad introductionem tyronis accommodam & aptã expediebat.

Ordo hic fuit, vt prius de singulis istis vniuersalibus, & quidẽ à prioribus ad posteriora naturæ ordine progressus fuerit. Deinde singula inter se contulerit. Vnde in partes tres hic liber secatur: in Præfaciuncusam, seu exordiolũ, & ipsorum per se quinq; vniuersalium tractationem, totidem capitibus. & in ipsorum vniuersalium inter se comparationem, vltimo capite in varias adinuicem comparationes subdiuiso.

DE INSCRIPTIONE LIBRI.

Porphyrij Phœnicei introductio.

QVæri potest cur sic inscripserit (introductio) tã latè patenti vocabulo? nec addiderit cuius rei sit introductio. Respõderi potest, vel per Antonomasian sic inscriptum fuisse ob illius libelli excellẽtiã: vt dicunt Ammon. & nonnulli eius lib. interpretes: vel quia ad vniuersam Dialecticam atq; adeò vniuersam Philosophiam primum additum patefaciat: vel quia certè ad Chrysaorium scripserat, & subintelligendum erat, ad id quod ille petierat, esse introductionẽ, videlicet, ad Prædicamenta & Aristot. Logicam intelligenda.

Inscribitur aũt à cõplurimis præsertim neotericis, de quinq; prædicabilibus, ab alijs de quinq; vniuersalibus, q̃ in idẽ ferè recidit: nam illa vniuersalia sũt, quę p̃dicãtur & dicũtur d̃ plurib9: & ideò sunt prædicabilia, quia sunt vniuersalia: de qua tñ re postea agemus.

Alij verò qui putant Dialecticam nõ de rebus, sed de vocibus agere, titulum faciunt iuxta eorum sententiã, de quinque vocibus. Sed in hoc etiã titulo sub

subaudiendum erit aliquid: nempè de quinque vocibus, scilicet, vniuersalib9 seu prædicabilibus. An vero de rebus, seu de vocibus, vel intẽtionibus, Dialectica disserat, supra ostendimus: & diligẽtius paulò post de ea redisseremus. Oẽs autem in hoc titulo absolutè cõueniũt scilicet, de quinque vniuersalibus, seu de quinque prędicabilibus, nihil aliud addendo: licet vnus putet has esse res, alius esse tantum voces.

TEX. *Cum* sit necessarium Chrysaori & ad eam, quæ est apud Aristotelem. Prædicamentorum doctrinam.]

Diximus superius, cùm quæsiuimus, an Logica sit necessaria quot modis vox necessariũ, accipiatur quod hic breuiter repetemus. Duobus etenim modis necessarium dicitur, vt ait Arist. lib. 5. Meta. cap. 5. vno modo absolutè necessarium: q̃, scilicet nõ potest vllo modo aliter se habere. Altero modo ex suppositione necessarium, quod posito aliquo alio, ad id necessariò consequitur: quamuis in se res sit cõtingẽs, vt si ignis est, necessario calor erit: at calor ipse, & calorẽ esse cõtingens est. Est aũt rursus hoc ex suppositione necessariũ multiplex, pro suppositionũ diuersitate, ex quib9 necessario sequitur: videlicet necessarium ex suppositione causæ alicuius efficiẽtis, formalis, materialis, vel finalis, vel etiã alterius rei cuiusque suppositione, ex quo aliud necessario cõsequitur. Sed nos, alijs omissis, de necessario ex suppositione finis, q̃ ad præsentem difficultatem attinet, dicamus. Necessarium ergo ex fine, seu ad finẽ est duplex. Alterũ sine quo is finis obtineri non potest: quod dicitur simpliciter necessarium, vel necessariũ ad esse rei, vt cibus necessarius est simpliciter ad vitã sustinendam. Alterum, sine quo non potest cõmodè assequi eiusmodi finis, quãuis simpliciter possit. Et hoc dici solent à Philosophis, necessariũ ad benè esse, vel vtile: vt equus ad iter agendũ: nã si ne illo iter posset peragi, licèt non ita cõmodè: atq; ita illud alterũ vocari solet necessariũ ad esse rei, hoc ad benè esse: illud simpliciter necessariũ, vt res sit: hoc secundum quid necessarium, vt scilicet, res benè sit, vel benè fiat.

Deinde aduertendum est, posse nos quærere: vel de hac quinque vniuersaliũ cognitione, an sit necessaria, vel de ipsa Porphyrij tractatiõe. Igitur tã tractationem Porphyrij, quã ipsam per se notitiã vniuersaliũ, certum est non esse absolutè necessariã hominibus: sed ex suppositione dũtaxat finis, si velint videlicet Dialecticã, præsertim Aristotelis addiscere, & alias disciplinas. Sed si de necessitate ad finem loquamur, distinguendum erit: ipsa quidẽ per se cognitio vniuersalium est necessaria ad eum finem simpliciter: nam tum in Prędicamentis Aristoteles ipsorum frequẽter meminit Generis, Speciei, Differẽtiæ, Propriorum, & Accidentium, tũ in Topicis & alijs eius Dialecticæ libris, atq; ideò necessarium erit omnino, vel tũc simul addisci, vel antea. Si verò de Porphyrij tractatiõe loquamur, necessaria quidem non est simpliciter, cùm cõstet alium quamuis authorẽ de eisdem vniuersalibus disserentẽ non posse suscipere. Est tamen vtilis valdè, etiam necessaria secundo modo ad benè esse, q̃ magna dexteritate & breuitate de eisdem egerit. Sed nec etiã ipsa per se cognitio vniuersalium est simpliciter necessaria vt addiscãtur ante ipsa Prædicamẽta, quãdoquidem in ipsis Prædicamẽtis & alijs libris, cum occurrerẽt, addisci possent. Est tamen valde cõmodũ vt prius addiscantur, ne po lea in decursu lectionis Aristotelicæ studiosi retardentur. Atq; ita necessariò etiam antea addiscentur ad benè esse, vt melius scilicet, & facilius addiscant.

Cognitio quinque vocumquomõ simpliciter dicatur necessaria.

TEX. *Nosse* quid sit Genus, quid differẽtia, quid Species, quid Proprium, & quid Accidens.]

Seruauit Porphyrius naturæ ordinẽ in horũ numeratione & tractatione, à priori

rioribus, ſcilicet ſecundum naturã, ad oſteriora profectus: nã prius abſolutè de ipſis in ſe vniuerſalibus egit: deinde illis conſtitutis ea inter ſe comparauit: prius enim oportet rẽ eſse, deinde ad aliam cõparari & referri: res enim primò eſt in ſe, deinde referi ad aliud: De ipſis verò ſingulis, ſimiliter naturæ ordinẽ: vt prius intrinſeca, quę ad eſsentiã rei attinent, referret nẽpè, Genus, Differentiã, & Speciem. Deinde extrinſeca, quæ extra eſsẽtiã ſunt rei. Propriũ & accidẽs. Inter intrinſeca rurſus, prius partes ſcientię: ex quibus eſsentia tota conſtituitur, retulit. Nam ex partibus haud dubiè totum conſurgit: & prius oportet partes adſint, quàm totum fiat: quod ſine partibus eſse nõ poteſt. Et in partibus, eam quę in potentia prior eſt collocauit: ſcilicet Genꝰ, deinde, quę illi tanquam actus & perfectio aduenit, Differentiam, ex quibus ambabus tota Speciei eſsentia conſurgit, atq; cõponitur quam tertio propoſuit loco. Inter extrinſeca quoque primum locum Propria, vt potè quæ ex ipſa promanẽt eſsentia, obtinent. Deinde vltimo quæ extrinſecus ex alijs cauſis contingũt, Accidentia, tantillum autem in ipſa tractatione, Naturę ordinẽ quem hic propoſuit, doctrinæ ordine permutauit. Vt de Sſpecie proximè poſt Genus ante Differẽtiam, quod illi eſset corollarium, diſputauerit.

Ac præterea idẽ naturę ordo ex alia quoque cauſa conſpicitur: proportione ad rerum naturalium generationem, & eius generationis ordinem, à prima origine vſque ad earum porfectionem. Nã in generatione rei cuiuſque naturalis, primum eſt materia in potentia ad formã, deinde in eã ipſa forma inducitur, poſtea ex materia & forma fit totũ compoſitum, ex cõpoſito rurſus, ipſius totius eſsentiæ proprietates emergũt: vltimo tandem accidentium ornatus omni rei ſuperadditur. Atque ita res naturalis vndequaque tota interius ex teriusq; perficit, igitur ꝓportione quadam Genus ſe habet vt materia, Differentia vt forma, Species vt totum compoſitũ. Propria proprijs, & Accidentia accidentibus reſpondent. Atq; is ordo eſt, quẽ Naturę dicimus, quòd à prioribus ad poſteriora Natura ꝓgrediamur. TEX. *Et* ad definitionum aſſignationem & omnino ad ea, quę in diuiſione, & demonſtratione ſunt, vtili iſtarum rerum ſpeculatione, compendioſam tibi traditionem feciens.]

Vtilis quidem iſtorum vuiuerſalium cognitio eſt, ad definitiones cõficiẽdas fiunt etenim definitiones ex Genere & Differẽtia, & deſcriptiones fiũt ex Genere & proprio, vel Genere & Accidẽtiũ collectione. Ad diuiſiones quoque vtilis eſt: nam diuiſiones quoque fiunt. Generis in differentias, vel Generis in Species, & aliquando etiã per propria loco differentiarũ: & fiunt quoque ſubiecti in Accidentia, & Accidẽtis in ſubiecta, aut accidentis in Accidentia. Vtilis etiam ad demonſtrationes, nam demõſtrationis potiſſimę medium eſt definitio ex Genere & Differentia conſtans, & propria aliqua paſſio demonſtratur de Specie in ipſa demonſtratione. Accidẽtia demũ cognoſcẽda erũt vt à demonſtratione remoueantur, & quia conferunt plurimum ad rei naturam perfectius cognoſcendam.

Sed cur ad hæc vtilem dixit Porphyrius horum cognitionem, non etiã neceſsariam, cũ nõ ſit minus neceſsaria ad hęc: quàm ad ipſa Prædicamenta? Facilè reſpõderi poteſt: vel quia ante vſus fuerat vocabulo neceſsitatis, noluiſse idẽ iterũ repetere ne faſtidiũ generaret ſed in aliud affine vocabulum, vt ſolent ſcriptores, mutare voluiſse, vel quia vtile interdũ pro neceſsario accipitur. dicitur enim vtile duobus modis: vno modo pro eo, ꝙ alteri cõducit, ſed nõ eſt ei omnino neceſsarium ad eſse rei: altero modo pro eo, ꝙ expetitur propter alterũ (de quo loquitur Ariſto. 3. Et. cap. 2.

ſiue

ſiue autem illud omnino neceſsariũ ſit ſicut animali cibus, ſiue non ſit neceſsarium ſicut hominiveſtis. Aliquiverò diſtinguũt: aliud (inquiunt) eſt dicere vtilem ad definitiones faciẽdas, & diuiſiones ac domonſtrationes: & ad hoc eſt vtilis tantum, cùm ſine horum vniuerſalium cognitione, nõ nulli, vt Geometrę & Arithmetici definiant, diuidãt, & demonſtrent. Aliud eſt ad artem & præcepta definiendi, diuidendi, & demõſtrãdi cognoſcenda: nam ad hoc non ſolum vtilis eſt, ſed neceſsaria horũ vniuerſalium cognitio. Id quoque obſeruandũ erit. Porphyrium non de ſua tractatione loqui, ſed de ipſorum vniuerſalium per ſe cognitione.

TEX. *Tentabo* breuiter, velut introductionis modo ea, quę ab antiquis dictaſunt aggredi, ab altioribus quidem quæſtionibus abſtinens, ſimplicioribus verò mediocriter cõiectans.]

Hic Porphyrius tractationis ſuæ modum indicat, & eius aperit inſtitutũ: ꝓponitq; ſe ſub breuitate, & vt introductionis ratio egit, quæ ab alijs Philoſophis dicta ſunt, pręſertim Peripateticis allaturũ: obſcuriores verò & difficiliores quæſtiones, vt potè ad naturalẽ. l. Metaphyſicum potius ſpectãtes, pręteremiſsurũ: & ea ſe ſolum dicturũ, quæ faciliora, & quæ ad rem potius ſpectare videantur, & legentium captum nõ ſuperent. magisque ſint accommodata.

TEX. *Mox* de Generibus & Specieb9, illud quidẽ ſiue ſubſiſtãt, ſiue in ſolis nudis intellectibus poſita ſint, & ſiue ſubſiſtẽtia corporalia ſint, ſiue incorporalia: & vtrũ ſeparata à ſenſibilibus, an inſenſibilib9 poſita, & circa hæc cõſiſtẽtia, dicere recuſabo: altiſſimum.n. eſt huiuſmodi negotiũ, & maioris egẽs inquiſitionis. Illud verò quemadmodũ de his ac de ꝓpoſitis magis ꝓbabiliter antiqui tractauerũt, & horũ maximè Peripatetici tibi tunc tentabo mõſtrare.]

Aliquot ex illis difficiliorib9 quæſtionibus, quæ de vniuerſalib fieri por- quas ſe prætermiſsurum pollicebatur, reijcit. Prima quæſtio eſt, an Genera & Species exiſtant in rerum natura: an vero ſit contra aliquod figmentum mẽte & intellectu ſolum conceptum? vt cùm dicimus: animal vel homo, ſit ne aliqua res ille homo cõmunis, & aliud animal cõmune, an ſolũ generalis ſit quędam ſola cognitio cum mente noſtra hominis, inquam, in communi, & animalis in communi? Secunda quęſtio eſt. Eſto ſint in rerum natura illæ res cõmunes, quas Genera & ſpecies vocamus: an ſint corporea, an corporis expertia & incorporea? Tertia quæſtio. An exiſtãt iſtæc Genera & Species in ipſiſmet ſingularibus rebus indiuiduis, quas ſenſu percipimus: an verò ab iſtis rebus indiuiduis ſint ſeparata. Has quæſtiones, quoniã ad Metaphyſicũ potius ſpectãt, prætermittit Porphyrius: pollicetur aũt ſe de ijs tãtum tractaturum, quę vtiliores, & Dialecticis magis accommodatę videbãtur: quæ ab alijs Peripateticis qui ſe quuti ſunt Ariſtotelẽ, tractatæ fuerunt. Sed tamen quia mens noſtra nõ ita his auditis conquieſcit, & ob rationes quas iam referemus: de iſtis nõnulla, quantũ ſatis eſt Dialectico, magna facilitate, ac pariter breuitate referamus.

QVAESTIONES.

In proœmium Porphyrij.

ERrit tripartita diſputatio. Primò diſserem9 de vniuerſali in cõmuni. deinde de primis ac ſecundis intentionibus, quibus ipſa conſtant vniuerſalia & alia ad Logicã ſpectãtiã. Tertiò de huius libri ſubiecto. Poſtremò vniuerſalium facta diuiſione aggrediemur ſingulorũ in particulari tractationẽ, hoc ordine qui ſequitur:

De vniuerſalibus.

¶Primò. Quid ſit vniuerſale?

Secundò. Vtrum vniuerſalia ſint res an ſolę voces vel conceptus?

Tertiò. Vtrũ vniuerſalia ſint in reb9 diſtincta ante operationẽ intellectus?

Quartò

Universidad de Deusto Biblioteca

Quartò. Quomodo respõdendum sit quęstionibus de vniuersalib9 à Porphyrio factis?

¶ De secundis ac primis intentionibus

Primò. Quid sit prima & secunda intentio.

Secundo. Quomodo fiat intentio vniuersalis, & aliæ secũdæ intentiones: an scilicet per notitiam absolutã per primam tantum abstractionem, an per notitiam comparatiuam?

¶ De subiecto huius libri.

Primò. An vniuersale sit huius libri subiectum?

Secundò. An sit gen9 ad illa prædicabilia, Genus, Speciem, differetiam, &c.

Tertiò. De numero prædicabilium, eorumue diuisione: an sint tantũ quinq; vniuersalia, seu q; in idem recidit, quinque tantum Prædicabilia? Sed iam de singulis, eo ordine quo proposita sunt: disseramus.

QVAESTIO PRIMA.

Quid & quotuplex sit vniuersale.

QVamuis Porphyrius ab istis de Generibus & speciebus quæstionibus abstinuerit, id nobis vitio dari non debet, quod de eis disputationem aliquam habeamus præsertim qui non ad Arist. solum prędicamenta, sed ad totam Logicam & Physicã auditores instituere studemus, quorum vtilitati & in literis progressui nullaten9 fieret satis, si quæstiões has, quæ omni doctrinę maximè sunt necessarię, in Metaphysicam vsque differremus. Cum nulla cõmodior offeratur occasio eas elucidandi, quàm hæc præsens id quod multi insignes Doctores, inter quos Albertus Magnus, & Boetius sunt, diligenter prę stiterunt. Nec tamẽ omnia, quæ in Metaphysica iure dici possunt, sed ea duntaxat, quæ negotio nostro vtiliora fuerint ac tanta claritate & breuitate, quãta fieri possit, proponemus.

Primò ergo naturæ & doctrinæ ordine, ne in ambiguo versetur disputatio, nobis explicãdum est, quid vniuersale, & quotuplex. Vniuersale igitur nomẽ est multiplex. Vno enim modo sumitur complexe, altero incõplexè. Vniuersale complexum est propositio, cuius veritas ex singulorum multorũ per se veritate dependet, vt si dicatur, omnis homo currit, siue sit circa res contingẽtes siue circa res necessarias: quomodo vtitur hoc nomine Arist. 1. Post. c. 7. 1. Meta. c. 1. Vniuersale, inquit, est principiũ sciẽtię. Vniuersale incõplexum est aliquid vnũ simplex ad plura ordinẽ habens, q; multiplex esse potest per ordinẽ multiplicẽ, quem vnũ ad plura potest habere. Primo. n. potest habere ordinẽ causæ, siue efficiẽtis, siue finalis: quãdo vna causa existẽs plures & varios habet effectus: quo pacto cæli dicuntur causæ vniuersales horũ inferiorũ efficientes: qa hæ omnes res naturales, cęlorum virtute producũtur. Deus etiã est omnium causa vniuersalis efficiẽs, & finalis, qa omnia ab ipso, vt ab efficiẽte, & ad ipsum vt ad finem supremũ & optimum referuntur: & hoc vniuersale cõmuniter dici solet in causando. Secũdò dicitur vniuersale, id quod multorũ est similitudo: vt imago est in mente artificis vniuersale, qa multorum artificiatorum exteriorum est similitudo & exemplar, quod etiã vniuersale in repræsentando dici solet. Tertiò potest aliquid vnũ existens intelligi multorũ esse substantiã: quo pacto Auerroes, falso putabat vnum esse intellectum assistentẽ hominibus: seu potius Plato, vnicam esse ideam hominibus, quia vna existẽs omnibus per se dabat hominib9 esse & hoc vocant communiter vniuersale in essẽdo. Quartò est vniuersale in significando: quo pacto vna vox vniuoca, seu cognitio vna, multa significat, qualis est aliqua cõmunis. Tandem quinto est vniuersale in prædicando, scilicet id quod de multis diuisim verè affirmatur, vt homo, qui de Petro & Paulo per se prędicatur.

Vniuersale complexum quid sit.

Vniuersale incõplexum qd sit, & quotuplex.

tur. De his ergo tribus vltimis est inter Philosophos disputatio, & cõtrouersia An id, quod de multis vniuocè prædicatur, sit sola vox, vel cõceptus, an sit aliqua natura cõmunis per vocem & conceptum immediatè significata. Quod si natura per vocem & conceptũ significata, An talis natura sit per se separata: an in ipsis rebus habeat esse, de quibus prædicatur? Hoc autem vniuersale Arist. 1. Periherm. c. 5 sic definit. Vniuersale est id, quod de pluribus prædicari aptũ est: in qua definitione multæ cõditiones vniuersalis tacitè assignantur. Primũ. n. debet esse aliquid vnũ in hoc, quod dicitur (id quod) vnũ inquã & nomine & ratione. Sic enim Aristo. docet, lib. 1. Post. c. 8. & c. 20. vbi ait, vniuersale esse vnũ quid, nõ solũ nomine, sed etiã ratione: hac ergo particula excludũtur primo complexa, quoniam vt talia, non sunt vnum nomine. Excluduntur etiam æquiuoca, quia non sunt vnum ratione. Analoga verò, quia sunt vnũ quidẽ nomine, & cõceptu formali, & ita quodãmodo vnũ ratione, sed in ęqualiter participata, qualia sunt, vnũ ens, bonũ, ac similia: ideo ab Arist. quibusdam locis vniuersalia, ista: scilicet vnũ, ens, bonũ, vocantur: vt. 3. Meta. c. 3. &, 4. cum ait, ens & vnum esse maxime vniuersalia. & lib. 4. cap. 2. tot ait esse species vnius, quot sunt species entis: quibusdã verò alijs locis, id negare videtur, vt. 4. Meta. c. 2. cum ait, ens & vnũ non esse vniuersalia, & eadem in omnibus, &. 1. Ethico. ca. 6. ait, bonum æquè ac ens, nõ esse quicquam vniuersale ac vnum: quia in omnibus Prædicamẽtis reperiantur: sunt enim vniuersalia analoga & transcendẽtia, non vniuersalia vniuoca, quæ sint verè Genera aut Species. Oportet ergo propriè vniuersale, sit vnum scilicet incõplexum & vniuocum, quod indicauit Aristotel. cum in eius definitione posuit particulã illã, id quod. Deinde in secunda particula cũ dicit (prædicatur) intellige, affirmatur de pluribus scilicet diuisim, ita vt illa multitudinẽ habeant in illo nomine, quo pacto hic Deus, nõ est terminus vniuersalis: qa licet tribus personis cõueniat, nõ tã secundũ illũ recipiũt multitudinem, cum nõ sint plures Dij. Præterea intellige in prædicatione propria & directa, qua superius de inferiori, vel accidẽs de subiecto prædicatur. Notandũ etiã est Aristot. non definisse vniuersale per actũ præd cãdi, sed per aptitudinẽ: quia nõ est necesse, vt actu prædicetur, vt sit vniuersale, sed si aptũ de pluribus prædicari. Vniuersale ergo debet esse incõplexũ, vniuocũ, prædicatũ directũ de pluribus in illo diuisim multitudinẽ habentibus. Alteram definitionẽ vniuersalis attulit Aristo. lib. 7. Meta. c. 13. quæ est eiusmodi. Vniuersale est, quod aptũ est, vt in plurib9 insit: quæ quidẽ ab altera in eo differt, quod hæc per causam illa traditur per effectũ. Causa. n. cur aliquid verè possit de multis affirmari, ideo est, quia illud re ipsa est in multis: alioquin nõ posset verè de illis affirmari, si in eis non esset: nã qa Petrus est homo, & in eo est natura humana: ideo verè homo de Petro affirmatur: & quia albedo est in subiecto, & ita re ipsa est albũ, ideo de illo albũ dicitur: ab eo etenim q res est, vel nõ est oratio dicitur vera vel falsa, vt rectè ad idẽ Arist. Cũ aũt hæc definitio ab altera definitione solo verbo, insit, differat: intelligendũ est verbũ, insit, id est, quod verè rei ipsi cõueniat: id aũt siue intrinsecè, & secundũ essentiã cõueniat, vt esse hominẽ, vel rationale: siue extrinsecè & extra essentiã vt propria & accidẽtia rebus ipsis conueniũt. Atq; ita cũ illo effectu p̃dicationis primę definitionis reciprocabitur. Nã cũ sic insit in pluribus, de plurib9 vtiq; verè p̃dicabitur: & cõtra, si verè de pluribus p̃dicabitur, verè pluribus inerit. De hoc aũt vniuersali, an sit res aliqua à parte rei existẽs, an solę sint voces, vel cõceptus, vel qd aliud, iã videndũ est.

QVAE-

QVAESTIO II.

Vtrum vniuersalia sint res, an solæ sint voces vel conceptus.

TItulus ipse quæstionis, ex dictis satis est perspicuus, vt nulla alia indigeat explicatione. De illo namque vniuersali in prædicando quod iam definimus, quæritur, num sit in rebus, an in sola tantum mente & cogitatione, & quidem initio, hoc primo notandum est, negari non posse, esse aliquas voces communes & vniuersales, & esse conceptus quoque formales mentis cõmunes & vniuersales. Sed quæstio in hoc versatur, an etiã in rebus ipsis sint vniuersalia, an verò tantum sint voces, vel conceptus.

Fuerunt igitur in hac re tres philosophorum opiniones: duæ extremæ, & vna quasi media.

1.Opin. Igitur vna fuit sententia Nominalium, quam tradit Ochan suæ Logicæ cap.14. & aliorũ qui illum sequuti sunt. Vniuersale in prædicãdo esse idem cũ vniuersali in significando, ita vt non sit aliqua natura communis, quę de multis prædicetur: sed solum esse vocem communem significantem plura, quæ aliquam inter se habent similitudinẽ. Sic etiam Buridanus in principio Prædicabilium, inquit: Vniuersale est terminus cõmunis, cui est modo suę significationis non repugnat prædicari de multis vniuocè & diuisim: & alij plerique istius sunt sententiæ, qui ideo Nominales vocantur, quòd tum hæc, tum alia multa tribuant nominibus.

Hæc opin. probatur. 1. Arist. 1. de Anima. c. 1. inquit. Vniuersale nihil est, aut posterius est: quod idẽ videtur esse, ac si dicatur nihil esse vniuersale, nisi vocẽ, aut cõceptũ in repræsentãdo, vel significando, quod vniuersale posterius est, cũ res sint priores vocibus & cõceptib. Itẽ idẽ Arist. in Prædicamẽtis. c. de substãtia, ait secundas substãtias, hoc est, vniuersales significare quale qd: & hoc rebus non conuenit, sed nominibus.

Præterea. Quidquid est in mũdo, est singulare, vt experiẽtia patet, ergo nullum est vniuersale.

Tertio. Si aliqua esset natura vniuersalis, vel haberet principium, vel à nullo esset: hoc fieri non potest, omnia. n. per Deum principium habent: quod si habet principium, ergo per aliquam actionem incipit esse, ergo est singularis & non vniuersalis, actio enim singularis est. 1. Metaph. cap. 1.

In opposita sentẽtia fuit Plato, vt tradit sæpissimè Arist. hic. n. singulas substãtiæ species posuit naturas separatas quasdã per se existentes, communes & vniuersales, quarũ participatione res cõstarẽt singulares: & has ingenerabiles & incorruptibiles posuit, Ideasq; vocauit. Huius placiti Arist. 7. Met. à tex. 17. vsq; ad 32. inclusiue, recitat duo motiua, & vtrunq; impugnat. Primo enim Plato motus est ad ponẽda ista vniuersalia separata propter scientiã: scientia enim est vniuersaliũ, & necessariorum, ergo per singula oportet cõstituere vniuersalia, quorũ sunt scientiæ & definitiones. Secũdo propter generationes: cũ multoties videamus ignẽ à nõ igne, & alia à non similibus produci: quod ostendit esse aliquam causam vniuersalem similem, à qua producũtur per sui communicationem. 2.Opin.

Aliqui Platonem interpretantes, asserunt hoc ei Aristo. imposuisse inter quos est Augu. lib. 83. quæst. 46. dicit Plat. per Ideas intellexisse rationes & imagines existẽtes in mẽte diuina, quę sint idem cũ sua essentia, per quas omnia produxit, q̃ idem interpretatur Seneca lib. 8. epist. 66. Deus, inquit, in se rerũ exẽpla habet, quas Plat. Ideas vocat. Sed quicquid de hoc sit, q̃ parũ ad præsens conducit negotiũ, illa sententia sic secundũ Arist. exposita, est falsa & impossibilis. Quod primo patet. Nulla quidditas est separata ab eo, cuiq; est quidditas & natura: sed illa natura est quidditas singularium, ergo nõ est ab eis

eis separata. Pręterea. Nullꝰ singularis homo potest esse cõmunis omnibus hominibus, nã singulare est, quod de pluribus dici, aut prædicari non potest: sed illa Idea hominis, sic per se separata ab alijs hominibus, qui intereũt & corrumpuntur, esset quoddã singulare ab alijs realiter distinctum, ergo illis cõmunis esse non posset. Tertio, Pręterea, quod ab altero realiter distinctũ est, de illo prædicari, aut dici non potest, nec esse idẽ cum altero: imò hoc implicaret cõtradictionẽ esse distinctũ realiter ab aliquo, & esse idẽ realiter cũ illo. Sed illa Idea hominis, si esset separata ab individuis, per se existẽs, & per se subsistẽs, esset realiter distincta à quolibet alio homine particulari & singulari: ergo de illo dici, aut idẽ ei esse nequiret. Quarto rursus, hæc vera est prædicatio, Petrus est homo: ista esset falsa, Petrus est illa Idea: igitur homo in cõmuni nõ est illa Idea separata: neque id significatur per vocẽ hãc, homo, sed aliud, quid q̃ vere cõuenit Petro, & est in Petro: & quod de vno particulari & in vno exẽplo hominis dicimus, de omnibus eadẽ ratione accipiendũ est. Quinto amplius magis intrinseca sunt vnicuiq; rei, quæ ad eius essentiam attinent, quã eius rei accidentia, sed accidentia rei hærẽt in ipsamet re, ergo multo magis ipsa natura cõmunis, scilicet Genera & Species, quæ sunt rei ipsius essẽtia. Multis posse hæc sententia redargui: quæ omittantur in locum proprium.

3. Opin. Vniuersale esse naturã quãdam cõmunẽ

Fuit, ergo tertia sentẽtia quasi media inter vtrãq;, Diui Thomæ, Alberti magni, Scoti, & Realium omnium. Et sine dubio Aristotelis: Vniuersale in prædicando, non solam esse vocem, vel cõceptum: sed naturam communem, per vocem immediatè, vel per conceptũ significatam: quia non est tantum realiter à singularibus separata, sicut aiebat Plato sed in ipsis singularibus: quo aũt modo, postea declarabimus. Hęc sentẽtia probatur. Primo. Sũt multæ propositiones, in quibus prædicatum nec vocibus, nec singularibus potest cõuenire, ergo est natura vniuersalis. Antecedẽs patet si dicatur, homo est præstantissima species animalium: prima definitio hominis est animal rationale: sonus est obiectum auditus: in his clarum est, prędicata non voci, sed naturæ cõmuni per vocem significatę cõuenire. Secũdo. Sciẽtia est de rebus. & nõ singularibus, ergo vniuersalibus. Maior est Arist. 4. Meta. c. 1. & minor ipsius. 7. Meta. ca. 15. Præterea, ex Arist. 7. Met. c. 13. Itẽ Vniuersale est in illis, de quibus prædicari aptũ est sed vox nõ inest, ergo aliqua natura est in eis communis. Ista sententia est vera & à probatissimis authoribus Græcis, Latinis, Arabibus, recepta. Propter ea posita aliquot fundamentis, aliquibus etiam conclusionibus explicanda erit diligentius. Quartò rursus Idẽ ex Aristot. testimonijs planè conuincitur, vt lib. 1. Perihermẽ. cap. 5. rerum, ait, quasdam esse singulares, quasdam vniuersales, quo nihil apertius dici posse videt, aduersus Nominales: & primo li. Post. cap. 2. ait vniuersalia esse notiora singularibus: item vniuersale intellectu, singulare sensu cognosci posse. Et c. 7. nec definitionem, nec demonstrationẽ esse de singularibus, & vniuersalia esse perpetua: quę omnia vocibus cõuenire nõ possunt. Ac præterea quoties Aristoteles disputat cõtra Platonẽ, vt lib. 7. Meta. ca. 13. & plerisque alijs locis, nõ eum reprehẽdit, quod vniuersales res posuerit: sed quasi supponẽdo quod essẽt res aliquæ, reprehendit, quod à rebus separata vniuersalia, quas Ideas vocabat, posuerit, & non potius in ipsis rebus.

Sit igitur primũ fundamentum. Quę cunque res Mundi adinuicem conueniunt, & adinuicẽ differunt: vt patet, si vniuersa considerentur. Petrus & Paulꝰ vterq; est homo, licet particulariter differant: similiter, planta & animal vtrunque viuens, intellectus autẽ noster quandoq; percipit id, in quo multa conueniũt 1. Fund. Res mũdi inter se & conueniun & differunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

neniunt & sine differentia, & tunc illud in quo multa conueniunt, nude cõsideratum, dicitur vniuersale. Vnde vniuersalia secundum Aristotelem, sunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea conuenientiã. & eã facit intentionem vnam. Plato ponebat vniuersalia extra animam existentia.

2. Fund. Potentias nostras cognoscẽdi, esse finitas.

Sit Secũdum fundamentum, quo natura abstractionis, per quã vniuersale fit, manifestatur. Omnis nostra potẽtia cognoscitiua tam sensitiua, quam intellectiua limitata est & finita, ita vt vnũ possit percipere, non aliud, verbi gratia visus videt colorem, nõ odorem, gustus sentit saporem, sed non sonum, intellectus cognoscit primo communia, nõ singularia, inuenitur autem hoc passim in rebus, vt multę res diuersæ sint, & coniunctæ sint, vt in pomo simul sunt substãtia ipsius, color, odor, sapor, quantitas, humiditas, quæ omnia clarum est, esse inter se longè diuersa, ex his duobus fit vt quãdo aliquid huiusmodi nostrę potentiæ cognoscitiuæ limitatę cognoscendum proponitur, ipsa tantum percipiat, quod suũ est cognoscere, omittat autem alia, quæ sua non sunt, verbi gratia, visui proposito pomo, visus ex omnibus his, quæ sunt in pomo, non percipit nisi colorem propriè, non odorem, gustus saporem, sed non colorem. Istæ cognitiones si considerentur ratione eius quod per illas cognoscimus, dicũtur sensatiões, si fuerint sensus, intellectiones si fuerint intellectus, at si eędem cõsiderentur quatenus suum obiectum percipiunt, vt multa alia, quæ ibi erant, maneant incognita, dicũtur abstractiones, Abstractio enim nõ aliud est, quàm cognitio vnius, non cognitis his, quæ cum coniuncta erant, nec oportet existimare quod ibi fiat aliqua separatio realis, non enim mutatur color pomi, per hoc, quod à pomi qualitatibus alijs cognoscatur seiunctus, sed dicitur abstractio si militudine quã dicãt abstractionẽ quæ in rebus fit, isto modo etiam intellectu abstrahimus, dum vnum absq; alio conuũcto intelligimus, licet multum sit inter sensum, & intellectum discriminis, à nobis modo prætermittendum. Vnum tamen adnotãdum est, quod sensus rẽ cognoscit vnam absque alijs, nõ tamen componit affirmando aut negando, vt visus videt colorem absque odore pomi non tamen affirmat vel iudicat, color non est cum odore: atque ideo qui colorem solum percipit, non decipitur, aut habet falsitatem, quia falsum & verũ in iudicio solo componente consistunt: ita intellectus aliquãdo intelligit rem vnã absque alia, non tamen componit & diuidit vt quando simplici cognitione cognoscit hominem non cognitis eius accidẽtibus: & ista dicitur abstractio præcipua, & in hac non est deceptio, vt docet Bne. hoc p. oæmio, & Arist. 2. Phyca. 2. abstrahentium, inquit, nõ est mendacium: & Auer. 12. Meta. com. 39. intellectus, inquit, noster vatus est à dunata in esse, diuidere in ea, ex quibus cõponũtur: licet non diuidantur in se. Aliã tamen pręter hanc propiam, habẽt intellectus abstractionem, qua cõpositę vnum ab alio diuidit, vt quãdo iudicat homo non est coloratus, & hæc dicitur abstractio negatiua in qua potest esse verum & falsum. Nec de ista in pręsenti loquimur, sed de simplici, in qua error & falsum non est, quãuis aliter quã sint res, per talem abstractionem intelligãtur, sicut in sensu non est falsum.

Abstractio sensus & intellectꝰ quid sit.

3. Fund. potẽtiã qua cognoscimꝰ esse triplicem.

Sit tertium fundamentũ. Triplex est potentia in nobis per quam cognoscimꝰ; sensitiua exterior, id est, visus, auditꝰ & reliqui sensus exteriores. Sensitiua interior, scilicet imaginatiua, per quã absẽtia imaginamur. Tertia intellectꝰ, quo rerũ naturas cognoscimꝰ. Vna quæq; autem horum potentiarum non percipit suũ obiectũ, nisi prius recepta similitudine illius, quæ vocatur species: ita eadem similitudo non repræsentat aliud, quam q̃ à tali potẽtia percipi potest, v.g. Species pomi, quam visus recipit,

pit, repræsentat visui colorem pomi cũ figura & loco & præsentialitate. At species quã recipit gustus, repræsentat saporem in corpore illo præsentij, non aũt coloré. Vnde potentiæ cognoscunt id, quod per talem speciem repræsentatur: & cùm in specie repræsentetur vnũ, non aliud, dicũtur potẽtiæ abstrahere, qũ cognoscunt: sed prior abstractio est in specie repræsentante vnum, nõ aũt aliud: ista autem species non eodẽ modo fit, nec eodem modo repræsentat in his potentijs: sed in sensu exteriori, producitur ab obiecto exteriori, v.g in oculo, à re colore affecta: in odoratu, à re odorifera: at in sensu interiori ab ista specie recepta in sensu exteriori producitur alia similis in interiori, quæ idem obiectũ repręsentet, & talis species dicitur phãtasma: at ex isto phãtasmate virtute quadã animæ, quę dicitur intellectus agẽs, producitur alia species, quę recipitur in intellectu qui vocatur possibilis. & iste per talẽ speciẽ intelligit rẽ in ea repræsentatam. Istę species nõ eodẽ modo repręsentãt: propterea non est eadẽ abstractio in sensibus, & in intellectu: in sensu n. exteriori repræsentat rẽ ratione alicuius qualitatis, scilicet coloris, vel saporis, vel odoris: tũ repræsentat rẽ cum loco & figura, & repręsentẽ: propterea sensus exterior per illam cognoscens, abstrahit ab his, quæ in ea nõ repræsentantur: cum aũt rẽ præsentet rem præsentem, sensus exterior non abstrahit à pręsentia rei: at species sensus interioris abstrahit à pręsentia: q̃a nõ repræsentat rẽ præsentẽ & actu existentem: vũ absentia, & præterita sensu interiori imaginamur, non autẽ sensu exteriori percipimus: at species intellectus repræsentat rẽ non repręsentata singularitate cum qua erat: v.g. phãtasma repræsentabat hunc hominẽ: at species intellectus repræsentat hominẽ: vt sicut species coloris repręsentat oculo coloré, nõ saporẽ, ita species intellectꝰ repræsentat naturã, non aũt singularitatẽ, per quã erat singularis quia repræsentat naturã, nõ repræsentãdo locũ, aut figurã, aut colorẽ, quę repræsentabat phãtasma: & cũ talis natura in specie repręsentetur, nõ repræsentãtis alijs omnibus: ita intelligitur. Et talis abstractio dicitur à singularibus: ex quo fit, vt illa natura sit vniuersalis: non quod in se sit vniuersalis, sed q̃ ab intellectu cognoscatur tanqnã vniuersaliter, dũ cognoscitur separata à singularibus: & hoc est, q̃ dicitur, vniuersale fit per abstractionẽ intellectus, vel per abstractionẽ speciei à phantasmatibꝰ sicut color dicitur separatus ab odore, non quod ita sit, sed quod videntur nõ visio odore: ita fit natura vniuersalis, nõ quod sit, sed quod intelligitur, nõ cognitis singularibus, & inde dicitur esse vniuersale per intellectum.

4. Fundã vniuersale quot in se cõplectat.

Sit quartũ fundamentũ. Vniuersale duo habet in se, materiale, scilicet, & formale: vt. n. albũ pro materiali dicit corpus, at pro formali dicit albedinem ita vniuersale in materiali significat naturã illã, scilicet hominẽ & leonem, in formali verò ordinẽ ad plura. Ista verò natura in ipsis singularibus est, scilicet homo, in Petro, Ioãne, Cęsare: nec reperitur vna omnibꝰ cõmunis: at quãdo talis natura separata intelligitur, iã est cõmunis, & vniuersalis, & per talem intellectionem, cõmunitatẽ, & vniuersalitatẽ, acquirit ab extrinseco propterea fit ab intellectu vniuersale, non q̃ fiat natura & materiale vniuersalis, illud. n in rebꝰ est, tũ nisi quã acquirit vniuersalitatẽ quousq; talis natura per intellectũ abstrahitur, id est, intelligitur, non intellectis differentijs singularibus: propter q̃ Auer. 1. de Anima, com. 8. intellectus, inquit, facit vniuersalitatem in rebus: nec propterea existimandum est istam vniuersalitatẽ esse in rebus ipsis intrinsecam, sed est relatio & proprietas quędam extrinseca, consurgẽs ex hoc, quod intellectus cognoscit rem, non cognitis singularibus differẽtijs:

Natura vt fiat vniuersalis.

Universidad de Deusto Biblioteca

tijs, quæ ꝓpriet̃as habet solũ esse per intellectus cõsiderationẽ: & propterea dicitur ens rationis, vt inferius dicemꝰ

1. Concl. Ex his fundamẽtis colligitur prima conclusio. Vniuersalia pro materiali, q̃ fundamẽtum dicitur, sunt in rebus, scilicet naturæ ipsæ factæ singulares.

2. Cõcl. Secunda conclusio. Tales naturæ dicũtur vniuersales per intellectũ cõsiderantẽ illas, nõ cõsideratis singularibꝰ.

3. Cõcl. Tertia conclusio. Vniuersalitas consurgit rei ab extrinseco, ex tali intellectus abstractione.

4. Cõcl. Quarta conclu. Talis vniuersalitas est quidã respectus, & relatio, qua natura intellecta abstracta ad plura inferiora refertur, de quibus prædicari põt.

5. Cõcl. Vltima conclu. Tunc res primo dicitur vniuersalis, quando in specie intellectus repræsentatur non repræsentatis singularibus: secundo autem quãdo cognoscitur non cognitis etiam eisdem singularibus. Per hæc patet solutio ad argumenta Nominalium.

Ad. 1. Ad primum respon. sensum Aristot. hunc esse: nullam esse naturam cõmunem & vniuersalem separatã: q̃ si est, posterius est, id est, per intellectum abstrahentem illã à singularibus præexistentibus. Ad alium testimoniũ Aristo. ex lib. Prædicam. respõdetur: omnia serè quę in Prædicamẽtis tractat, esse de rebꝰ ipsis vt cõstat, & in eodẽ capit. disseruit de ipsa substãtia reali. Sensus ergo fuit. Aris. secundas substãtias, id est, nomina secundarum substantiarũ significare quale quid: primas verò substantias, id est, nomina primarum substantiarum significare hoc aliquid: sed res ipsas esse primas substantias, & in eis esse secundas substantias.

Ad. 2. Ad secundũ respondetur, concedendo, nihil esse in rebus ipsis secundum se vniuersale separatum, tñ per considerationem fiunt naturæ vniuersales.

Ad. 3. Ad tertium etiam est facilis solutio: actiones enim sunt rerum per se existẽtiũ, hæ autem omnes sunt singulares: at vniuersale in rebus nullum per se existit, sed sunt ipsa singularia, solum intellectu vniuersaliter res apprẽhenduntur, & horum nulla est generatio, sed vt singularibus sunt.

Nec argumentũ Platonis quicquam valet, nam licet corrumpatur iste, vel ille homo, iste vel ille equus, semper tñ manet equus, qui idẽ est in hoc & in illo. Semper etiam manent propositiones, homo est animal rationale, equus est hinnibilis, quod sufficit ad scientiã. Similiter nec secundũ valet, quia vnũquodque producitur à suo simili, vel formali, vel in virtute: sed de hoc alibi dicendum.

Posunt aũt oẽs opiniones ex parte quadã cõciliari: si dicamus esse vniuersalia quædam in voce, videlicet voces specificas, & genericas, &c. imò etiã inscripto simili modo. & esse etiã vniuersalia in mente, conceptus, videlicet intellectus formales, specificos, & genericos, &c. quæ possunt dici vniuersalia formalia. Esse præterea vniuersalia in rebus, rerum videlicet ipsarũ genera & species realia, &c. quę possũt dici vniuersalia obiectiua, quia sunt ipsarum cognitionum vniuersalium obiecta: nã profectò voces ipsæ in voce prędicãtur de pluribus, & subijciuntur: & conceptus in mẽte prædicãtur & subijciũtur, & res ipsæ per conceptus subijciuntur, & prędicantur. Demum esse quoque separata à rebus alia vniuersalia, scilicet Ideas in Deo ipso videlicet, & mẽte diuina, vt aliqui Platonem interpretantur, atque ita omnia conuenirent veritati.

QVAESTIO III.

Vtrum vniuersalia sint in rebus distincta, ante intellectus operationẽ.

HVic quæstioni partim videtur satisfactum ex præcedenti: quatenus illic solũ intẽdimus præcipuè ostẽdere vniuersale non esse realiter separatũ à singularibus: hic verò disputatur cõstituto iã, quod vniuersale nõ sit realiter extra

extra singularia scilicet, sola intellectus operatione, quod oẽs Peripatici admittunt. Dubitatur, an sit in singularibus aliqua natura, quæ secundum se sit vniuersalis, & nõ ex operatione intellectus? pro cuius adhuc maiori explicatione est aduertendũ q̃ aliqua rei natura, puta hominis leonis, aut ignis, põt tripliciter cõsiderari. Vno modo, vt in singularibus, & indiuiduis est cõtracta, & determinata singularibus differentijs. Altero modo, vt repræsentat̃ in specie intelligibili, siue vt cognoscitur ab intellectu denudata à talibꝰ differentijs. Tertio modo põt secundũ se, & suã substantiã considerari. Quã triplicẽ cõsiderationẽ expressit Auic. suę Logicę. c. 1. Si primo modo consideretur: nõ dubiũ est, quin sit singularis, homo. n. cũ differẽtia singulari est Petrꝰ, aut Ioannes, aut aliud indiuiduũ: at si cõsideretur vt est in intellectu cognita, aut repręsentata, non dubiũ, quin sit vniuersalis, & habeat quãdã relationẽ & ordinẽ ad multa, quæ relatio dicitur vniuersalis. Natura itaq; primo modo dicitur vniuersale in potentia remota, natura secundo modo est vniuersalis actu separata iam per intellectũ ab indiuiduis: at si consideretur tertio modo est difficultas, an talis natura secundũ se sit vniuersalis, id est, habeat aptitudinẽ, vt participetur à pluribus, quod vocant aliqui vniuersale obiectiuum, seu in potentia propinqua.

Natura rei cuiusque tribus modis põt spectari

1. Opin. Scotus 7. Metap. q. 16. & 2. sen. d. 3. q. 1. quẽ sequitur Paulus Venetus quæst. de vniuersalibus, item ante hos Alber. lib. 1. dict. tract. vltim. c. tertio & dicit esse hanc opinionem Realiũ, aserunt, quod natura rei, si secundũ se consideretur, habet aptitudinem quandã, vt ei non repugnet à multis participari: v. g. natura hominis, quæ est, in Petro vt natura hominis est, apta est, vt sit in Ioãne, Paulo, & cuiuis simili: ac proinde est vniuersalis, quãuis non actu, quousque per intellectum separetur à singularibus: vnde duas vnitates ponit in rebus ante operationẽ intellectus, vnitatem numericam, quam habet natura per hoc, quòd contrahitur ab indiuiduali differẽtia: & aliam specificam, seu genericam, secundum quam natura in se, & sua substantia considerata vna est specie, vel genere. Huius sentẽtię est primum argumentum.

Obiectum præcedit actum potentię sed vniuersale est obiectũ intellectus, ergo ꝓcedit operationẽ intellectꝰ, ergo vniuersale est antequã intellectus, operatio sit. Maior patet, color. n. prior est visione, & sonus auditione. Minor verò est Arist. 1. Phys. cap. 5. in fine.

Præterea, Secũdò natura humana secũdum se est indifferẽs ad plura, nõ magis vt sit Petrus, quàm Ioannes, ergo secundum se est apta vt sit in pluribus.

Pretereà tertio, Seclusa operatione intellectus istę oẽs propositiones sunt verę, Petrus est homo. Ioannes est homo, Cæsar est homo, ergo seclusa opatione intellectus est aliqua vna natura in eis cõmunis, quæ de ipsis prædicet̃.

Præterea Quartò. Natura secundũ se sumpta est ens, ergo est vna. Non numero, quia secundum se non est: singularis, ergo specie, ergo illa natura secũdum se est communis. prior consequentia patet, quia ens & vnum se mutuo sequuntur. 4. Meta. cap. 2.

Opposita sentẽtia est S. Tho. in opusculo de ente & essẽtia. c. 4. & aliorum, qui eũ sequũtur: cuius placitũ hoc est, Natura quęlibet secũdũ se sumpta, nec est vna numero, nec specie, nec vniuersalis, aut particularis, sed ei cõuenĩunt sua ꝑdicata essentialia, scilicet genus, differentia, & propriũ: accidit ei, q̃ sit vna numero, quatenus est in hoc, vel illo indiuiduo: similiter accidit, q̃ sit vniuersalis, quatenus per intellectũ considerata abstracta: v. g. homo secundũ se solum habet, q̃ sit substantia viuẽs, animal rationale, visibile. &c. essentialia: vt autem est in Petro, est vnus numero, 2. Opin.

Universidad de Deusto Biblioteca

mero, & particularis: vt per intellectũ solitarie consideratur, est vnus specie, & vniuersalis. Ista videtur expressa sententia Auice. 5. Meta. c. 5. Equinitas, inquit, id est, natura equi secundum se, est tantum equinitas, nec vna nec plures, nec vniuersalis, nec particularis.

Hęc opinio probatur. Si natura aliqua puta hominis, secũdũ se est vniuersalis, ergo nullo pacto posset fieri particularis, sed natura hominis, in Petro est particularis, ergo secundũ se nõ est vniuersalis. Cõsequẽtia est certa: & minor patet: maior probatur, quia cui vnũ oppositum per se competit, alterũ opsium competere nequit, at vniuersale & singulare opponuntur. Secũdò quòd per se competit naturæ, prædicatur de illis, quibus talis natura cõpetit. Si natura hominis per se est vniuersalis, ergo Petrus, qui est homo, erit vniuersalis, quod absurdum est.

1. Fund. Quot modis aliquid dicatur esse in intellectu.

Circa huius quæstionis dissolutionẽ sit primum fundamentũ. Tripliciter aliquid dicitur esse in intellectu, vno modo subiectiuè, scilicet ea, quæ ei insunt vt accidens in suo subiecto: quo pacto sciẽtiæ & specie intelligibiles, & cõceptus dicũtur esse in intellectu: qa ei insunt sicut albedo corpori: altero modo aliquid dicitur esse in intellectu, sicut effectus in causa, nimirũ qa intellectus est causa eorũ, quo pacto dicitur, domo est in mẽte artificis, qa mens artificis est prima causa domus: sed iste modus est extrinsecus, qa domus facienda, secundũ suũ esse, nõ est in ipso intellectu subiectiuè. Tertio modo aliquid dicit esse in intellectu obiectiuè, illud scilicet, qd̃ ab intellectu cognoscitur, quo pacto oia, quæ intellectus cognoscit, dicũtur esse obiectiuè in intellectu: nõ quod ipsi inhæreant, sed q̃ pars ipsius operationẽ intelligãtur: vnde res, quæ est extra intellectũ, qñ cognoscitur, dicitur esse obiectiuè in intellectu. Horũ igitur, quæ obiectiuè sũt in intellectu, quædã habẽt esse in se, licet non como do, quo intelliguntur: vt homo, animal albedo, habẽt esse obiectiuè in intellectu & in se, quãuis non sint separata sicut intelliguntur: quædam non habent aliud esse in se, quã cognosci, & ista dicuntur habere solũ esse obiectiuè in intellectu sicut Chimera, & ea, quæ non sunt qñ à nobis cognoscuntur: horũ verò quæ obiectiuè tantũ habent esse in intellectu, quædã sunt obiectiuè directè, nẽpè ea, quæ per talem intellectus operationem cognoscuntur, vt Chimera Antichristus: quædã habent esse obiectiuè indirectè, & cõsequẽter, scilicet illa quæ nõ sunt nisi aliqua existente opatione intellectq, licet nõ per illam eandẽ cognoscãtur, sed cõsequũtur ad rẽ ipsam cognitã obiectiuè existentẽ in intellectu: vt qñ intellectus cognoscit hominẽ, resultat quędã relatio vniuersalitatis, hominis intellecti in cõmuni: quæ nõ habet esse, nisi solũ obiectiuè in intellectu: tñ indirectè: quia qñ ego hominem cõsidero, nõ considero tunc eius vniuersalitatem: hoc igitur est discriminis inter naturam rei, & eius vniuersalitatem: q̃ natura est in rebus, & etiã obiectiuè in intellectu: at vniuersalitas non est nisi obiectiuè in intellectu. Præterea, natura est obiectiuè directè, vniuersalitas autem indirectè.

2. Fund. Natura, vt sit vniuersalis duo requruntur.

Sit secundũ funda. Vt aliqua natura sit vniuersalis, duo necessaria sũt: alterũ vt sit vna, si.n. essent multæ naturæ, nihil esset, q̃ à multis participaretur, quoniã vnũ participaret vno, aliud alio: & hoc significat Aristo. dum dicit esse vnum potentia multa: hoc tamen nõ sufficit, sed est necessaria aptitudo, vt possit pluribus inesse. quod docuit. 7. Meta. ca. 13. Vniuersale est aptũ esse in pluribus: ita vnitas cum aptitudine, vocatur vnitas specifica, seu generica, seu vnitas vniuersalis: id fit hoc pacto cũ nõ reperiatur in rebq natura cũ tali vnitate, nõ est ea ratione vniuersale in rebq natura enim quælibet est singularis, nec fit vna cõmunis, nisi quãdo ab omnibq separatur, & intellectu repræsentatur, & cognoscitur: tũc enim habet esse quoddam cõmune: ante intellectq autem operationẽ, natura ex se vna est sicut quælibet res est vna transcendẽta li vnitate tantũ, re nõ est distincta ab vnitate indiuidui nisi interuentẽte intellectus operatione, per quã cõsideratur natura non cõsideratis singularibus, & tunc talis vnitas est communis, & natura dicitur vniuersalis, & hęc est opinio. S. Tho. quæ magis Peripatetica est: nec argumenta Scoti aliquid probant.

Ad. 1. Ad primum distinguitur consequens: vniuersale enim est obiectũ intellectus posibilis, & intelligentis, & huius operationem præcedit vniuersale, quia, vt diximus, vniuersale statim est, ac repręsẽtatur in specie intelligibili, quę prior est ipsa intellectione si vero argumentũ probet, quòd vniuersale est ante intellectus agentis operationẽ, per quã abstrahitur species, vel genus falsum est: nam intellectus agens est potentia actiua, & obiectum potentiæ actiuæ nõ præcedit eius operationẽ, sed per eam fit: antea vero solum erant res ipsæ indiuiduę, hic homo, & ille homo, illæ scilicet naturæ factæ singulares, & determinatæ, & contractæ differentijs indiuiduantibus, ex quibus intellectus abstrahit species illas intelligibiles repręsentantes vniuersale.

Ad. 2. Ad secundum negatur cõsequentia: natura enim vt sit vniuersalis, debet esse apta vt sit in pluribq: at secũdũ se nec est apta, nec inepta: sicut homo ex natura sua neque est albq: nec nõ albus: sed natura, si per intellectum consideretur est apta vna ad plura, in rebus vero est singularis: & est magna fallacia argumẽti in reduplicatiuis argumẽtari à negatiua ad affirmatiuã, vt homo secundũ se nõ est albus, ergo secũdũ se est nõ albq.

Ad. 3. Ad tertiũ, Illę omnes propositiones sunt veræ, qa natura humana est in omnibus indiuiduis, licet in vno quoq; sit vna numero facta: quod si est vnum prędicatum, id fit, quia per intellectum abstrahitur: prædicatio enim nõ fit, nisi interueniente intellectus operatione.

Ad. 4. Ad quartum. Est facilis solutio, natura enim secundum se est vna, se ista vnitas non est communis, sed ea qũa vnum quodque in se ipso consideratum, est vnum.

QVAESTIO. IIIIi.

Quomodo respondendum sit quæstionibus à Porphyrio factis.

EX his, quæ in hac quæstione & prędcedenti dicta sunt, posumus quæstiones à Porphyrio positas soluere.

Ad primã enim dicimus vniuersalia non subsistere per se extra intellectum: nec similiter sunt, quid ab intellectu fictũ, sed sunt naturę existentes in rebus separatę tãtum à singularibus per intellectum, & hoc significat Aristoteles cũ dicit vniuersalia non esse substãtias, id est nõ subsistere per se. 3. Meta. tex. 20. & li. 7. tex. 45. & lib. 13. c. 10. subsistũt. n. in singularibus, quæ si fuerint substãtia, & vniuersalia, ad substantiam pertinẽt, vt homo, leo, animal, si accidẽs, ipsa sunt accidentia, vt albedo, color, quantitas.

Ad secundam quęstionem Respõdeo corpus aliquado sumi pro trina dimensione, scilicet latitudine, lõgitudine, & profunditate, incorporeũ autem pro eo quod quãtitas nõ est. Altero modo pro substantia indiuidua corporea habẽti hanc dimensionem, scilicet ligno hoc, vel illo, Petro, Ioãne. Tertio modo pro cõposito ex materia & forma. Vniuersalia nõ sunt corporea primo, & secundo modo accepta qa nec sunt quãtitas nec substantiæ indiuiduæ, at vero tertio modo essẽt quædam corporea, scilicet illa quę haberent materiã, vt homo, & animal, & leo, quædam alia essent incorporea, quę scilicet non habent materiam vt angelus & spiritus. Corpus quibus modis sumatur

Ad tertiũ Respõ. Vniuersalia ista corporea nõ esse separata à sensibilibq singula-

gularibus, sed solũ per intellectꝰ operationẽ intelligẽtis naturã nõ cognitis singularibus differẽtijs. Ex dictis intelligimus, quæ soleant à Philosophis appellari vniuersalia ante multa, in multis & post multa: vniuersalia si quidẽ ante multa, sicque esseut, illa esse ideæ Platonis: in multis, sunt res ipsę, seu rerum naturæ in ipsis rebus existentes, vt ait Aristoteles. Vniuersale verò post multa est ipsa vniuersalitatis ratio per intellectum facta: ac de his hactenus.

¶ De primis & secundis intentionibus.

QVAESTIO PRIMA.

Quid sit prima & secunda intentio.

Cum frequenter in hac materia, & in reliquis mentio fiat primæ, & secundæ intentionis, vtile erit, si, qd sint, & in quo inter se differant, semel dixerimus. Intentio igitur in vniuersum, si vim nominis spectemus, nihil aliud est, quã actus mẽtis nostræ, quo in aliquid tendit: atque inde dicta intentio, quòd in aliud aliquid mens tendat: hinc etiã pro ipsa re, in quam tẽdit, quoque accipitur: atq; ita apud Philosophos, tũ actꝰ ipse mẽtis, tũ res in quã fertur per illũ actũ, intentio vocari cõsueuit, est enim frequens vt nomine actionum vocemus obiectum ipsius, & cõtra, ex inopia nominũ hinc factũ est, vt duplex dicatur intentio, scilicet formalis & obiectiua, formalis est ipse actus, obiectiua est ipsum obiectum, scilicet res ipsa, in quã fertur talis actus, res inquam obiecta, vt obiecta est.

Iam verò voluntatis intentio ad Morales Philosophos spectat, quæ est actꝰ voluntatis, q̃ finem volumus, de qua nihil ad Dialecticum. Intellectus verò intentio, quæ ad nostum attinet institutã nihil est aliud, quàm conceptus seu cognitio ipsx intellectus, qua rem sibi obiectã cognoscit, vt quo Solem, verbi gratia percipit, cuius obiectũ ipse est Sol: ac ita prima intẽtio formalis, ipse actus secunda intentio obiectiua, dicitur ipsum obiectum cognitum, hæc etiam, q̃ in idem omnino recidit, vocantur & vocari consueuerunt conceptos formalis & conceptus obiectiuus.

Sed rursus, vt antea dictum est, in re cognita, quã vocamus intentionẽ obiectiuam, seu cõceptum obiectiuũ, resurgit quidam respectus eatenus, quatenꝰ inquã cognita est, quem vocamus, ens rationis, quod ad ipsam operationẽ intellectus consequitur, & hic dici potest secunda intentio obiectiua, quãdo ipse met per reflexã cognitionem cognoscit vt verbi gratia cum de vniuersali, & modo, quo fit dicebamus, intellectum cognoscere rem aliquam, nõ intellectis cõditionibus indiuiduãtibus, & quot talis natura sic cognita, seu potiꝰ per speciẽ repręsentata, fit vniuersalis, & resultat ista vniuersalitas, quę dicitur ens rationis, similiter resultãt alia scilicet ratio speciei & generis, ac (vt ita loqui liceat) ipsa generitas, & varia entia rationis,

Igitur in ipso vniuersali, naturæ ipsę primo cognitæ & repræsentatæ, dicuntur primæ intẽtiones obiectiuæ, illa vero entia rationis secũdę intẽtiones obiectiuę, intellectus aũt non solum cognoscit naturas, & primas intẽtiones, sed postea reflectitur, & cõsiderat ipsum vniuersalitatẽ & secũdas intentiones, illa ergo cognitio, qua cognoscit rẽ, seu primã intentionẽ, dicitur prima intentio formalis, seu conceptus, seu notitia prima formalis: illa autẽ cognitiõ, qua entia rationis cognoscit, dicitur secũda intẽtio formalis. Quadruplex ergo intentio intellectus reperitur, videlicet primã obiectiua secũda obiectiua, qui cõceptus obiectiui dicũtur, deinde prima formalis secũda, formalis: interduas priores & duas posteriores est hoc discrimen, vt diximus: q̃ priores intentiones sunt tres cognitę, posteriores sunt ipsæ notitiæ & cognitiones per quas intelliguntur. Secundũ est discrimen, q̃ intẽtio formalis est subiectiuè in intellectu, qa est operatio ipsius intellectus & accidens reale: at prima & secũda intentio obiectiua nõ est subiectiuè, sed obiectiuè in intellectu, licet cũ discrimine: nã prima est etiam in rebus, propterea est ens reale, at secunda est obiectiuè tm̃, & ens rationis. Sicut autẽ de cõceptibus diximus, ita de nominibus, quæ illis respondent, dicendũ esse nomina primæ intentionis, & nomina secũdæ intentionis. Ex his præterea possumus colligere, vniuersale pro materiali quidẽ esse primã intentionẽ, pro formali esse secundã intentionem.

QVAESTIO II.

Vtrum vniuersale & aliæ secundæ intẽtiones fiant per notitiam comparatiuam intellectus.

Videndum est iam, quomodo fiant secundæ intentiones, tum vniuersalis, tum aliorum, an per notitiã absolutã, an per notitiã cõparatiuam. Igitur notitia ipsa est intellectus opatio, qua rem cognoscimus. Dupliciter aũt possumus rem cognoscere: vno modo in se, nõ cognoscendo illã in ordine ad aliud vt qñ cognosco hominẽ secundũ se albũ, animal: & talis cognitio dicitur notitia absoluta: altero modo possumꝰ rẽ cognoscere in ordine ad aliud, vt qñ cognosco naturã humanam conuenire multis indiuiduis, naturam animalis multis speciebus & accidens in esse subiecto: & talis cognitio dicit notitia cõparatiua. Ex his patet sensus quæstionis, cũ natura in rebꝰ nõ sit vniuersalis actu, nec species, nec genus, quousq; accedat opatio intellectus abstrahentis.

Quæritur, an res dicatur vniuersalis species aut genus, qñ notitia absoluta cognoscitur per primã abstractionẽ dũtaxat, an qñ cognoscitur notitia comparatiua, scilicet in ordine ad inferiora? Sunt multi, qui asserunt has secundas intentiones non resultare, quousq; res cognoscatur notitia comparatiua: verbi gratia, homo non dicitur vniuersale, quousque cognoscatur ab intellectu pluribus conuenire, nec species, quousque cognoscatur de pluribus numero differentibus prædicari. Sed iudicio meo, ista opinio peccat in æquocatione, vel est falsa: aliud.n. est, vniuersale esse Speciẽ, aut Genus esse, aliud est cognosci: vniuersale quidẽ Species, & Genus sunt, simul atque intellectus cognoscit naturam, non intellectus inferioribus, quæ inferiora, si fuerint indiuidua immediata, talis natura dicetur Species: si vero inferiora fuerint Species, dicetur Genus imò prius natura ante cognitionem sunt in specie intelligibili repræsentante natura absq; inferioribus: at ista nõ cognoscuntur ab intellectu, esse vniuersale genus, aut speciem, nisi per notitiã comparatiuã, vt explicuimus. Et hoc est argumentũ magnum contra illam sententiam, q̃ natura non dicitur in vniuersalis, Species, aut Genus, eo q̃ actu prædicetur de pluribus, sed q̃ aptũ sit proximè de pluribus prædicari: vnde qñ in specie intelligibili repræsentatur, vel actu, & notitia absoluta cognoscitur, est aptum proximè de pluribus prædicari, quanuis actu non nisi per notitiam comparatiuam de pluribus prædicetur.

¶ De Subiecto huius libri.

QVAESTIO I.

Vtrum vniuersale sit huius libri subiectum.

Postquã de vniuersalibus, & primis ac secundis intentionibus egimus, nunc videndũ est, An vniuersale sit huius libri subiectum. In qua quæstione, primum oportet cognoscere discrimen inter vniuersale & p̃dicabile, Vniuersale est, quod aptũ est esse, in multis, vt antea ostensum est, siue q̃ à multis participari aptũ est: illa aũt, quæ vniuersalis ratione participant dicuntur singularia, siue sint prorsus singularia, siue minus vniuersale: hoc.n. respectu magis vniuersalis singulare quodãmodo dicitur. At prędicabile dicitur, q̃ aptũ est de pluribꝰ p̃dicari & sic referẽ ab subij

cibile. Igitur quòd vniuersale non sit subiectum huius libri, apparet.

Primo, qa nullam in hoc libello eiꝰ Porphy. fecisse mentionem, videtur: cũ tũ si esset subiectum, principua de illo deberet esse tractatio, & de illo passio nes tradi & demõstrari oporteret.

Secundò, si esset eius subiectũ, aliæ scientiæ nõ tractarẽt de vniuersalibus, at Arist. tum in Topic. egit de Genere, Specie, Differẽtia, Proprio, Accidẽte, tum in. 7. Meta. c. 13. & sequentibus de vniuersalibus disseruit. Imò verò omnes scientiæ de vniuersalibus agunt, vt idem Aristot. sepè docet, præsertim. 1. Poster. c. 7. & 2. de Anima, cap. 5.

Tertiò, videtur potius Prædicabile esse subiectum & nõ vniuersale: qa hic Porphyr. tractat de indiuiduo, q̃ ait esse quod de vno tantum prædicatur: at indiuiduum, vt constat, non est vniuersale, sed singulare, est tamen quoddam prædicabile, scilicet de vno tantum.

Quartò, qa tam Genus, quã Specie, quã Propriũ, quã reliqua definit Porphyr. per prædicari, nõ per esse vniuersale, vt constat ergo potius erit prædicabile genus, & non vniuersale.

Quintò. Omnis scientia demõstrat, passiones ẽ propriã de suo subiecto, si ergo prædicabile esset proprũ animalis, posset d̃ illo demõstrari, q̃ nõ videtur.

3. Fũda. Pro illius quæstionis dissolutione, sit primum fundamentum. Causa quare aliquid est prædicabile, hoc est, quare prędicari aptum est de multis, est, quia est in multis, vel aptum ex esse in multis, vt antea diximus ex Aristo. 7. Meta. c. 13. cum duplicem vniuersalis definitionẽ attulimus, atq; adeo extrinsecè, & per se, hoc cõuenit vniuersali, scilicet esse in multis: prædicari vero ex quid cõsequens tanquã proprium ipsius vniuersalis, vniuersale itaq; est essentia, p̃dicabile vero vniuersalis est propriũ: atq; ideo opus fuit vt de vniuersalibus tractaretur, vt ait Albertus lib. Prædicabilium tract. 2. cap. 1.

Respondemus igitur vnica cõclusione vniuersale est subiectum illius lib. Porphy. Probatur primo: quia illud est subiectum alicuius tractationis, in qua omnes species illius subiecti tractãtur: atqui in hoc libello omnes vniuersalis species tractantur, scilicet Genus, species, Differentia Propriũ, & accidens, ergo est subiectum Vniuersale.

Secundò. Deinde quia oẽs subiecti, cõditiones ei cõueniũt: nã eius passio, scilicet prædicabilitatis in omnibus, suis inferioribus ostenditur: etiã, nihil tractatur in hoc lib. quod nõ possit ad vniuersale aliquo modo reuocari, vel tanquã ad partes eius, vel tãquã ad passiones eius, vel tanquã ad essẽtiã eius, &c. ergo vniuersale est subiectum.

Ad argumenta. Ad primum respondemus in hoc libello factã esse mentionem vniuersalis, capite de Genere, cũ ait, eorum, quæ prædicantur, quædam de vno, quędam de pluribus prędicantur: vbi apertè definitio vniuersalis traditur per eius proprium, scilicet prædicari de pluribus: atque idem postea, cũ omnia comparat inter se vniuersalia, agit, cap. vltimo, cum ait hoc commune esse omnibus vniuersalibus, vt de pluribus prædicentur. Ad. 1.

Ad. 2. argumentũ: dicimus alias sciẽtias agere de rebus ipsis, quæ vniuersales dicũtur. Dialecticæ verò proprium est de vniuersalibus, quatenus vniuersalia sunt, & quatenus p̃dicabilia, agere: pro formali itaq; relationẽ vniuersalitatis & p̃dicabilitatis cõsiderãdo: aliæ scientiæ pro materiali dũtaxat, res scilicet ipsas, q̃bus talis ratio cõuenit, & quidẽ res ipsas in se, nõ vt subsunt tali rationi. Topica quidem de vniuersalibus agit, Genere, Differẽtia, &c. quatenus efficiunt & cõstituunt quæstionũ Dialecticarũ diuersa genera, hic verò per se & in se cõsiderãtur vniuersalia, eorũ natura, & propria eorũ explicãtur: in Metaphysicis aũt nõ quatenus cõferũt ad modũ sciendi, seu intelligendi, vel quatenus Ad. 2.

tenus conferunt ad Prædicamenta: & alias Dialecticę partes agnoscendas vt dialecticus cõsiderat: sed ipsam per se essentiã in abstracto, speculando & cõtemplando: & in hoc à dialectico in istorum tractatione differt.

Ad. 3. An tertiũ. Tractauit Porphyriꝰ de indiuiduo, quatenꝰ erat necessariũ illud cognoscere ad cognitionem ipsorum vniuersalium, quæ de pluribus differẽtibus numero prædicãtur: & qa est quod dã subijcibile, de quo illa prædicari possunt, & quia est correlatiũ oppositum vniuersali ipsum singulare.

Ad. 4. Ad quartũ. Porphyrius hoc ipso indicat se de vniuersalibus agere, quod propria passiõe ipsius vniuersalis vtitur in omnium illorum explicatione. Potius autem per prædicationem definit, quia notior erat, & vniuersalis essẽtia, vt talis occultior: atque ita ad finem, quẽ volebat introductionis, accommodatiùs. Dici etiam secũdò potest, Prædicabile duobus modis accipi, vno modo, pro aptitudine ad prædicãdum, & ita esse propriã passionẽ vniuersalis, altero modo pro principio intrinseco, vnde ꝓuenit illi ipsa aptitudo: & eatenus esse essentiã & veram ipsam differentiã essentialẽ indicare, per q̃ vniuersale est vniuersale. Cũ verò dicimus prædicabile esse proprium vniuersalis, intelligẽdum est vt superiꝰ in vniuersalis definitione exposuimus scilicet prædicabile de pluribꝰ vniuoce per se directè &c. quo pacto indiuiduum non prædicatur, & cætera, quę tunc exclusimus.

Ad. 5. Ad quintum demõstrari potest per illam primam essentialem definitionẽ vniuersalis hoc modo: omne quod est aptum esse in multis, est prædicabile, sicut aptũ prędicari de multis, sed vniuersale est aptum esse in multis, ergo est prædicabile de multis.

QVAESTIO. II

Vtrũ vniuersale sit genus ad illa quinq; genus, speciẽ, Differentiã, &c.

POsset hic dubitare quis, An vniuersale sit Genus ad quinq; prædicabilia? Albertꝰ magnus lib. Prædicab. tract. 2. c. 9. existimat, esse prædicatũ analogũ, quia ratio vniuersalis, scilicet esse in pluribus, seu de pluribus prędicari, nobilior & perfectior est in vno prędicabili, quam in alio: nã Genus, & Species nobiliorem modum prædicandi habẽt vt patebit postea, quã differẽtia & alia duo & differentia quam Propiũ, & hoc quã Accidens, Similiter nobiliori modo est Genus, & Species in pluribus, quam Proprium, & Accidens, nam illa sunt substantia eorum quibus insunt, at hęc sunt extra substantiam. 1. opia.

Secundo itẽ possumus idem sic ostendere. Vniuersale & prædicabile non cõueniũt in vna, & eadẽ ratione, nec ex æquo omnibus illis, sed aliquibus prius, alijs posterius, igitur nõ est vniuocum sed analogũ: nã Generi & Speciei conuenit vniuersale primo, vt prædicatur de pluribus inferioribus sub se: at differentię & Proprio vt prędicat primo de equali, scilicet de ipsa Specie, cuius est differẽtia vel Propium & de indiuiduis inferioribus: postea mediante Specie. Iã verò Accidens alia ratione, scilicet extrinsece & posterius prędicatur. Imò & Genus de indiuiduis, mediãte specie prędicatur, species verò infima immediatè de indiuiduis. At verò id analogũ est quod non eadẽ ratione dicitur, & q̃ vni primo, alijs cõuenit posterius, ergo vniuersale, & prędicabile, est analogũ & ita non erit genus.

Tertio si esset Genus, sequẽtetur, q̃ aliquod Genus sub sua specie cõtineretur, nẽpe vniuersale sub genere: si quidẽ omne genꝰ cõtinetur sub Genere in communi, at hoc videtur falsum, & impossibile, vt Genus sub sua Specie contineatur, ergo vniuersale nõ erit Genꝰ.

Quãuis illa sentẽtia Alberti sit, pbabilis, mihi magis placet sentẽtia Sentiq; & esse scilicet genꝰ ad illa quinq; Quod pbatur primo, quia ratio vniuersalis,

Universidad de Deusto Biblioteca

in communi vniuoce ei cõuenit scilicet aptũ esse in multis, prout abstrahit ab esse mediatè, vel immediatè: sic etiam ratio prædicabilis in cõmuni, aptũ prædicari de multis, prout abstrahit à prædicatione mediatè, vel immediatè, quę postea species prædicationis distinguũtur, & Prædicabiliũ, secundũ diuersitatẽ modorũ, quibus res insuntin multis de quibus prædicãtur, quæ sunt Differẽtiæ diuidẽtes Genus vniuersalis, & eius rationem vniuersalem. Præterea cùm vnũquodq; Prędicabile, per illud definiatur, dũ dicimus, Genus est vniuersale, Species est vniuersale, Differentia est vniuersale, & sic reliqua, cõuincitur esse Genus: nã aliàs id nõ liceret, si Genus, non esset, & vniuocum: definitio enim non est per analogum assignanda, vt Arist. docet. 6. Topi. cap. 2.

Ad. 1. Ad argumenta respondendum erit. Ad illam rationem Alberti, infirmã esse, nõ enim illud solum facit analogiã: si quidẽ id in omnibus Generibus, apparet, nam verbi gratia, animal est Genus & tamen perfectius est in vna specie, quã in altera, & eodẽ modo in cęteris.

Ad. 2. Ad secundum, dictum est conuenire vna & eadẽ ratione cõmuni, put abstrahit ab esse mediatè vel immediatè. Deinde dici etiã potest, Differẽtia, & Proprium quãuis immediatè de specie prędicentur, alterum in quale essẽtiale, alterum in quale accidentale, tamẽ hoc ipso esse vniuersalia, quia de vniuersali prędicantur ex æquo: & ita vtrunq; postea de indiuiduis inferioribꝰ: & ita hoc solum discrimẽ efficere, varias esse formas, seu species vniuersalis, q̃ a sunt varię formæ & species prædcationis: nam si vnus solus esset in omnibus prædicandi modus, vna tunc solum esset species vniuersalis, non verò quinque.

Ad. 3. Ad tertiũ dicimus nõ contineri vniuersale sub sua specie scilicet sub Genere essentiali prædicatione, sed accidẽtali. Est enim hęc accidẽtalis prędicatio, vniuersale est genus, sicut hæc animal, est Genus: & (quod in idẽ recidit) materialiter cõtinet, nõ formaliter. Est autem inconueniens, & impossibile, vt idẽ cõtineatur sub sua Specie essentialiter prædicatione scilicet essentiali.

Potest etiã dubitari, An vniuersale habeat aliquam propriã passionem, cũ sit Genus: subiecta enim scientiarum & partium scientiarũ habent suas passiones, & proprietates, vt patet primo Poster. cap. 23. Respon. passionem vniuersalis, vt dictũ est, esse, prędicari, seu prędicari posse de pluribus inferioribus, vt enim ab homine, vt homo est, procedit hęc propietas, quòd sit risibilis, ita ab vniuersali, vt ad plura ordinẽ habet fluit, quod si prædicabile: & prędicetur.

QVAESTIO. III.

Vtrũ sint tantũ quinque vniuersalis species (seu) quod in idẽ recidit, quinque tantũ Prædicabilia.

DE numero iam vniuersalium, seu Prædicabiliũ inquirendũ est: num tãtũ sint quinque an verò plura, aut pauciora? Ac primo, q̃ sint pauciora quam quinque, apparet: nã Prędicabile & prędicatũ idẽ videntur esse, in hoc enim solum differũt, quòd vnũ dicit actum, alterum dicit aptitudinem, seu potentiam, ad eiusmodi prædicationis actum: at verò quatuor tãtũ prædicata ab Arist. traduntur primo lib. Top. cap. 3. Propium videlicet, Definitio, Genꝰ, & Accidens, de quibus postea sigillatim disserit.

Quòd verò sint plura, sic ostendi potest. Definitio est quoddã Prædicabile siquidem loco citato inter alia prædicata connumeratur ab Aristotele: quare iam erunt sex, si definitio ad illa quinque, addatur.

Secundò. Imò etiam alicui videri poterit ipsa quoque diuisio aliud prędicabile: siquidem de diuiso ipso potest diuisio prædicari, vt animal aliud est homo aliud brutum.

Tertiò. Item Genus & Species dicunt essentiã rei, sed existẽtia rei videtur aliud

aliud prædicatũ, quod prius adhuc ante essentiã quæri debet, nam prius quęrimus, an res sit, deinde quid sit, aut qualis. Hæc itaque est omnũ de existentia rei prima quæstio, An inquã sit? erit ergo existentię quoddam Prædicabile, & quidem omnium primum, vt videtur.

Quartò Præterea indiuiduum vaguũ vt quidã homo, de pluribus prędicatur. sub disiunctione, est enim Petrus vel Ioannes, &c. ergo erit iã aliud vniuersale Imò de ista voce hic homo, seu cõceptu respondente, videtur idem dicendũ, ex se indifferẽter posse isti vel illi homini applicari, & de hoc vel illo dici, & prædicari, vt hic homo est Ioannes, hic homo est Petrus, &c. atq; ita cætera, quæ dicũtur indiuidua demostratiua.

1. fundamentum. Ad istius quæstionis dissolutionẽ, Primũ sit fundamentũ: species vniuersaliũ nos posse colligere triꝭ modis. Primo à posterioribꝰ & notioribus quo ad nos vt Porphyrius collegit ex diuersitate prædicandi. Vel secũdo modo, à priori ex diuersitate existẽdi in alio si quidem vniuersale est, q̃ aptum est esse in multis. Tertio modo ex ipsismet rebꝰ à parte rei & his, quæ secundum naturam ipsis rebus conueniunt: siquidẽ vniuersale fundamentum habet in rebus? & per intellectũ perficitur in ratione vniuersalis: & postea sic conceptũ, de rebus ipsis prædicatur: & ea ipsa, quę sunt in rebus à nobis cognoscũtur, si vere cognoscimus. Sunt etiam aliæ vię hunc numerum vniuersaliũ ostendẽdi, tamen hæ tres videntur præcipuæ.

2. fundamentum. Sit secundum fundamentum. Ad hoc vt aliquid sit vniuersale, oportet (vt antea fuit ostẽsum, cùm quæsiuimus, quid esset vniuersale) sit vniuocũ, & simplex & directa prædicatione de pluribꝰ sub eadem ratione prædicetur.

His positis sit prima conclusio, quinq; tantum esse Predicabilia, seu vniuersalium species: nempè genus, specie, Differentiam, Proprium, & Accidens: quæ sic ostẽditur. Primo modo, Porphyrij ratione, ex quintuplici diuersitate modi prædicãdi, videlicet de vno, & de pluribꝰ in quid, vel in quale in quid rursus de pluribꝰ numero, vel pluribus differẽtibus specie: at in quale, vel essẽtiale vel accidentale: & demũ accidẽtale, cõuersim, seu reciprocè, vel non conuersim. Igitur quicquid dicit, seu de altero prædicatur, aut prædicatur de vno tantũ, & hoc est indiuiduum & singulare: aut de pluribus, & hoc est vniuersale. Rursus si de pluribus, aut in quæstione q̃d est, aut in quęstione quale est. Si in quid, vel de pluribus specie differẽtibꝰ, & est genus: vel de numero tantũ differẽtibꝰ & est species. Si in quale, aut essẽtiale, q̃ ei solet, quale q̃d, & est differẽtia aut quale accidentale, scilicet Accidens: accidentaria prędicatione: & tunc aut cõuersim & reciprocè prędicatur de specie aliqua, vel Genere, & est Proprium: aut non conuersim, & est Accidens.

Secundò modo, idem ostendi potest à priori Philosophicè, ex modis existẽdi in multis: nã quicquid est, aut est id, in quo omnia alia insunt, aut sunt ea quæ insunt: si id in quo insunt omnia, est indiuiduũ, si quæ in alio insunt vel quę in vno solo, & hæc sunt indiuidualia accidẽtia, & conditiones, alię indiuiduãtes, vel insunt in multis, & sunt vniuersalia. Sed omisso indiuiduo, & quæ vt indiuiduo cõueniũt, de eo q̃ inest in multis videamus, si est in multis, ergo aut intrinsecè inest in essẽtia eorũ, aut extra essentiã extrinsecè adiacet, vt in subiecto, & si intrinsecè, aut inest vt totũ, aut vt pars, si in totũ, scilicet tota essentia, est Species, si aũt inest, vt pars in toto, quæ se habet vt materia, & in potẽtia, est Genus, aut tanquam forma, & est Differẽtia, si verò inest extrinsece, & in subiecto, vel vt ab essentia fluens ab intrinsecis ab ea depẽdens, & est Propriũ vel subiecto adueniẽs ex externis causis extrinsece adiacens, & est Accidens.

Tertio modo ex ipsismet rebus, à parte rei. Quicquid est in vnaquaq; re siue

singulari siue vniuersali, & quicquid de illa cognosci potest, aut sunt eius rei essentia, aut accidētia: si essētia, aut tota essētia rei, aut pars essētiæ, si pars essētię, aut in qua conuenit cū alijs rebꝰ & est genus: aut in qua differt, & est Differētia. Si tota rei essētia, est species iāverò ſi Accidēs est, aut proprium eius tantū rei, & est propriū Accidēs, aut cōmune cū alijs, & est Accidens commune, q̄ absolutè vocamus Accidens cōmuni vocabulo: at de his superius quoque diximus cum ostendimus Naturæ ordinem seruasse Porphyrium in istorum vniuersalium tractatione, quare plura hoc loco non erit necesse superaddere.

Nunc ad argumenta. Ad primū dicimus, Aris. de his egisse in libris Topicorum, quatenus spectāt ad efficienda varia genera quæstionum Dialecticarum atq; ideo illa quatuor sola retulit, quæ discrimen questionum efficiebant, & diuersitatem locorū, ac tractationis, & ob id etiam addendam quæstionem de eodē & diuerso, præter alias quatuor quæstiones, Generis definitiōis, Proprij, & Accidentis, q̄ diuersam ab alijs requirere tractationē, & loca videntur, Specié ergo ob id ad Genus reuocasse videtur Arist. eò q̄ ex ijsdē locis quibus quęstio Generis tractatur, potest etiā quæstio tractari Speciei. Differentiā vero ad definitionē retulisse videt, si quidē vltra Genus addit ipsam Differentiāvel Differentias. Atq; ita omnia cōueniūt, & nulla est Aristotelis cum Porphyrio pugnantia.

Ad. 2. Ad alia argumenta, quod sint plura, quā quinque. Respōdemus ad primum & secundum. Vniuersalia, & Prędicabilia nos simplicia tātum quinque asserere, at composita & complexa Prędicabilia esse posse per multa, & definitionē, & diuisionem, & complexa alia omnia vel accidentalia vel essentialia.

Ad. 3. Ad tertium dicimus, Existentiā, rei, cū quęrimus de re aliqua an sit, nō esse prędicatum aliquod praeter ipsum verbum, quod medio verbo de subiecto dicatur: sed est ipsummet substantiuū verbum. Vnde in hac quęstione, si rectè dispicimus, non tam quęritur aliquod prędicatum, quam ipsummet subiectū quęritur perse, an sit in rerū natura. Postea verò subiecto iam posito existente in rerum natura de illo & quęrimus & dicūtur quinque illa Prędicabilia vniuersalia. Et certum est antequā res, si nil ei posse cōuenire, & oportere, vt res prius sit, antequam ei aliquid conueniat, aut de ea prędicetur.

Ad. 4. Ad quartum. Quidam homo, vel hic homo, & alia similia indiuidua vaga, in cludunt in sua ratione duo, naturam cōmunem, & rationem seu differentiam indiuiduātē. Quare impossibile est, vt vnica & eadem ratione conueniant singulis indiuiduis, atque ideo vniuersalia nec esse, nec dici possunt, q̄a non prędicātur de multis sub vna & eadem ratione. Deinde hęc indiuidua vaga ex modo significandi, sunt complexa, nō solū cōplexione vocis (quia posset facile vna vox imponi ad significādum illud ipsum) sed cōplexione significationis, & cōceptus apprehendentis multa singularia per disiunctionem, nam tātum, valet quidā homo, ac si diceres, hic homo vel iste homo, vel ille homo &c. Tandē de indiuiduo demonstratiuo, cùm dicimus hic homo, demonstrādo verbi gratia Petrū, & hic homo demōstrādo verbi gratia Ioannē, in mēte diuersus omnino cōceptus illorum diuersorū respōdet, atq; adeò nō est eadē ratio cōmunis sed equiuoca & diuersa, & ideo non est vniuersale. Ac de his hactenus, nūc de singulis vniuersalibus videamus.

Caput primum de genere.

VIdetur autem neque Genus, neque Species simpliciter dici: Genus cùm dicitur & aliquorum quodāmodo se habentium ad vnū aliquod, & ad se habētium ad vnū aliquod, & ad se inuicē collectio: secundū quā significationē Romanorū dicitur genus, ab vnius scilicet habitudine (dico aūt Romuli) & multitudinis habentiū aliquo modo ad se inuicē eā, quę ab illo est, cognatione: secundū diuisionē ab alijs generibus, dictū, dicitur aūt & aliter rursus genus illud, q̄ est vniuscuiusque generationis principiū, vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco, in quo quis genitus est. Sic.n. Orestem quidē dicimus à Tātalo habere genus, Hylū aūt ab Hercule: & rursus, Pindarū quidē Thebanū esse genere, Plat. vero Athenienſem: etenim patria principiū quoddā est vniuscuiusq; generationis, quemadmodū & pater. Hæc autem videtur promptissima esse significatio generis. Romani enim dicūtur, qui ex genere descendunt Romuli, & Cecropidæ, qui à Cecrope, & horum proximi. Et prius quidē appellatū est Genus vniuscuiusque generationis principiū: de hinc etiā & multitudo eorum, qui sunt ab vno principio, vt à Romulo: quā diuidētes & ab alijs separantes, dicebamus omnē illā collectionē esse Romanorū Genus. Aliter aūt rursus genus dicit, cui supponitur species: ad horū fortasse similitudinē dictum. Etenim principiū quoddā est huiusmodi genus earū, quę sub ipso sunt, Specierum, videturq; & multitudinē cōtinere omnē, quæ sub ipso sunt Specierum.

Tripliciter igitur cū genus dicatur, De tertio apud Philosophos sermo est: quod etiā describentes assignauerunt, genus esse, dicentes, q̄ de pluribus & differentibus specie in eo, q̄ quid est prædicatur, vt animal. Eorum.n. quæ prædicantur, alia quidē de vno dicuntur solo sicut indiuidua vt Socrates, & hic, & hoc: alia verò de pluribus, quē ad modum genera, & Species, & differentia, & propria, & accidentia communiter, sed nō propriè alicui: est autem genus quidē, vt animal. Species verò, vt homo, Differētia autem, vt rationale: Propriū, vt risibile, accidens, vt album, nigrū, sedere. Ab ijs igitur, quæ de vno solo prædicātur, differunt genera: eo q̄ hæc de pluribus prędicātur. Ab ijs aūt rursus quę de pluribus: à species: q̄ dē qm species etsi de pluribus prędicetur, nō tn de differentibus specie, sed numero, homo.n. cum sit species, de Socrat. & Plat. prædicatur, qui nō specie differunt, sed numero: animal vero, cum sit genus, de homine, & boue, & equo prædicatur, qui differūt à se inuicē specie, nō numero solū. A proprio verò differt genus: quoniā propriū de vna sola specie, cuius est propriū, prædicatur, & de ijs, quæ sub ipsa specie sunt indiuiduis: quemadmodū risibile de homine solo, & de particularibus hominibus: Genus autem non de vna specie prædicatur, sed de pluribus & differentibus. A differentia vero, & ab ijs, quæ cōmuniter sunt accidentia, differt genus: qm & si de pluribus & differentibus specie prędicentur differentiæ, & cōmuniter accidentia, non tn in eo q̄ quid est prędicantur, sed in eo, q̄ quale quid est. Interrogantibus enim aliquibus quid est illud, de quo prædicantur hæc? Genus respondebimus, Differentias autem & Accidentia non respōdebimus: non. n. in eo quod quid est prædicātur de subiecto, sed magis in eo quod quale quid est: interrogāti enim quale quid est homō? dicimus quod rationale: & quale quid est cornus? dicimus quod nigrum: est autem rationale quidem differentia, nigum vero accidens quando autē quid est homo? interrogamur, animal respondemus, est autem hominis Genus animal. Quare de pluribus prædicari diuidit Genus ab ijs, quę de vno solo, eorū, quę sunt indiuidua, prædicantur: hoc verò, de differētibus specie, separat ab ijs, quæ sicut species prædicantur, vel sicut propria: in eo autem quod quid est prædicari, diuidit à differētijs, & cōmuniter accidentibus, quæ non in eo quod quid est, sed in eo quod quale quid

quid est vel quomodo se habet vnumquodq;, prædicatur de ijs, de q̃bus prædicatur. Nil igitur superfluum, neq; minus continet Generis dicta descriptio.

¶ Quæstio cur prius de Genere quam de specie aut alijs egerit.

AGgreditur modo Porphy. de singulis vniuersalibus in particulari tractationem: quã quinq; sequentibus capitibus absoluit: postea vltimo cap. ea inter se cõparat, & quã ad inuicem habitudinem habeat, ostendit. Incipitur igitur ab ipso Genere: in quo meritò quis dubitare posset, qua rõne id factũ fuerit. Boet. huius duas assignat causas prior est, Genus. n. est vniuersalius, cũ comprehendat sub se multas Species. Vniuersalia aũt nobis sunt notiora. 1. Physi. c. 1. propter ea ab eis est incipiendũ: cuius rationẽ Arist. 1. de Partibus. ca. 1. dat. Si enim vniuersalia primò nõ traderentur, cum illa sint in particularibus, oportet in particulariũ tractatione sæpè idẽ repetere. Posterior ratio, quæ est etiam Ammo. Gen9 est generatione prius, quã species, cuius signum est: si genus auferatur, auferuntur Species, at non ablata vna, aut altera Specie, genus aufertur: q̃ docet Arist. 2. de Generat. animaliũ. c. 3. dum dicit, vitã plãtæ priorẽ esse, deinde vitã sensitiuã tandẽ rationalẽ. Ex vtraq; autẽ ratione colligitur Porphy. seruasse & naturæ, & doctrinæ ordinẽ, seu cognitionis naturæ dum à prioribus cognitionis, dũ ab vniuersalioribus incepit. Hæc tũ vtrãq; ratio declaratione indiget: genus. n. & Species dupliciter cõsiderari posũt, vno modo secundũ naturam, & substratũ, altero modo formaliter secundum rationem, & relationem Generis, & speciei. Si primo modo cõsiderentur, genus, scilicet natura ipsa est prior, & cõmunior specie: at si secundũ relationẽ, tunc simul tempore, & natura sunt nõ est prius genus, quàm sit species, sicut nõ prius, formaliter est pater quàm sit filius: relata enim simul natura sunt, vt docet Arist. in Prædicamento, ad aliquid.

Sed si sic est, poterit meritò q̃s obijcere, cũ hic considerentur ista secundũ formam, videntur istæ rationes nõ sufficientes. Ad quod dicendum, rationes esse nihilominus bonas, & probabiles, quia cũ natura ipsius generis sit prior, & cõmunior, equũ fuit, vt eius intentio prius consideraretur. Possumus aũt tertiã, rationem addere etiã secundũ intentiones ipsas: cũ enim ista introductio sit ad Prædicamenta Arist. fuit cõgruũ, vt illud primò explicaretur, quod illic primò occurrit: illic aũt primo occurrit genus, cũ statim ens in decem genera diuidatur: & in Prædicamẽto quoque substãtiæ, quod ante accidẽtia est, primũ sit ipsum genus generalissimum hæc autem ratio est vniuersalis probãs ordinem omniũ Prædicabilium, substãstantia enim est primũ Prædicamentũ in quo, nec propria, nec accidentia sũt, & in eo primum locum habent genera, & species, ille aũt rationes solum ordinem inter genus & species probant.

¶ Videtur autẽ neq; Genus, neq; species, dici simpliciter.

HOc caput in duas potest partes secari, in priori, aliquot modos acceptionis nominis huius narrat: in Posteriori, Genus ipsum Logicũ, de quo præsens inquisitio est, definit, ipsamq; definitionem manifestat.

Tripliciter ergo Genus sumitur Primo, Genus dicitur cõgregatio multorũ habentiũ inter se aliquã affectionem vel habitudinem, & hæc habitudo, & affectio, adinuicem ad vnũ aliquid est, sicut dicitur genus Heraclidarum, cõgregatio multorũ, inter se ordinẽ habent, aliquo modo, scilicet q̃a affines, vel cognati sunt: & hoc respectu vnius scilicet Herculis, à quo descendũt: & ꝓpterea, dicuntur Genus Heraclidarũ, & sumũt nomen ab vno illo, vt distinguantur ab alijs generibus. Hoc exemplũ sumpsit Por-

tur ab alijs Generib9. Hoc exẽplũ sumpsit Porphirius ab Arist. 10. Meta. c. 11. Boet. quia Romanus erat, trãstulit, Genus Romanorum, qui ab vno Romulo descendunt. Secundò sumitur pro ipso principio, à quo talis collectio emanauit q̃ duplex esse potest, aut pater, aut patria: nã & ipsa patria, quoddã principium est; nõ enim solum locus naturalis est corporum cõtẽtiuus, sed eorũ aliquo modo productiuus, & cõseruatiuus cum influxum habeat erga corpora, cuius argumẽto est diuersa temperies horum, quæ illorum corporum, & varietas eorum, quæ diuersis locis producũtur. Sic inquit Virgilius.

Hic segetes, illis veniũt felicius vuę
Arborei fœtus alibi, atq; in iussa virescunt.

Granina, nonne vides, croceos vt Tmolus odores.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

Et Chalibes duri ferrum?

Dubiũ. Hic posset esse dubiũ. An ipse pater vel patria sint dicẽda Genus. Auerroes videtur id affirmare, ac credẽdum cum Caietano non dici Genus patrẽ ipsum aut patriam, sed ipsum principium, & originem, quæ ab eis ducitur.

Statim Porphyrius cõparat has duas acceptiões, dicit itaq;. Posterior est prõptissima, id est, se primo offert, est enim prior, quod ꝓbat; prius enim illud principium, quod Genus dicitur, fuit, atq; ab eo appellatio facta est, scilicet Genus Romanorũ, Heraclidarũ, Vnde potest duplex ratio fieri, propter quã ista significatio est magis in prõptu prima, q̃a ab eo, quod est Genus primo modo, sumitur denominatio: dicitur. n. ab Herculẽ Heraclidarũ Genus, secunda, quia ista fuit prior, pri9 enim fuit illud principiũ quã collectio eorum qui, ab eo fluxerũt. Tertiò sumitur Genus pro eo cui supponitur Species, id est pro eo, quod de Speciebus prædicatur, & hoc est Genus Logicum, cuius est tractatio præsens.

Hui9 Generis Porphyrius similitudinem assignat cum alijs Generibus, cũ posteriori, secũdo modo accepto, sicut enim Genus secundo modo est principium, eorum, quæ ab eo originẽ trahũt ita Genus hoc est suarum specierũ principiũ: similiter est simile Generi primo modo accepto, vt enim hoc est multorũ collectio, ita & Genus Logicum est multarũ specierũ aggregatio, id est, sub se multas cõtinet Species.

Dubia aliquot scitu digniora in præsẽtẽ hanc partem capitis de Genere.

CIrca hãc capitis partẽ aliquot sunt aduertenda. Primo, Porphyriũ has Generis acceptiones ex Arist. ferè desumpsisse, nam Arist. 5. Meta. c. 18. refert quatuor Generis acceptiones. Primo, Genus dicitur continua aliquorum generatio, quod idem est cum collectione multorum habẽtium habitudinem secũdum generationem, vbi intelliges istam habitudinem, quã dicit Porphyrius esse inter illa, quorum collectio dicitur Genus, debere esse secundũ generationem, & ea quæ ad generationẽ attinent, vt quòd sint cognita, vel consanguinei, vel filij, vel aliud simile. Quod adnotauit Albertus explicans Porphyriũ contra Auicennã. Secundò dicitur Genus principiũ, à quo talis generatio est q̃ est pater, vel patria, & aliquando etiã dicitur mater. Tertio Genus est subiectum, ex quo res fiunt, vel in quo, quomodo dicitur Genus figurarum superficialium esse aliud à genere solidarũ: & in naturalibus materia dicitur Genus, quo pacto cęli & elementa dicũtur esse Genere diuersa iuxta eorum sententiã qui asserũt esse ex diuersa materia, & tale Genus dicitur Physicum. Quartò Gen9 est, quod prędicatur, scilicet istud, q̃ hic ꝓponitur tertio loco à Porphyrio.

Dubiũ. Poterit autem quis dubitare, Quare prætermisit Porphyrius Genus tertio loco positum ab Aristotele. Dicitur, q̃ istud habet similitudinem quãdam cũ Logico vt enim Logicũ est, ex quo fiũt Species

Species, ita & illud: Logicum enim est, velut materia Specierũ: vel forsan, qd parabat facilẽ introductionem, & esset obscurũ explicare, quid esset illud subiectum, quod Genus appellatur.

Circa verba ipsius Porphyrij, notail lud verbum (videtur) aliquãdo enim, p eo, quòd apparet & non est: sumitur, vt patet apud Arist. 1. Elench. c. 1. & 2. Sit syllogismi, inquit, qui videtur, & nõ sunt ac hic nõ sic vsurpatur, sed pro eo, quod est, & patet, ac est manifestum. Notaverbum (simpliciter) nam vno modo idem est, q̃ vniuersaliter, vt habetur. 1. Meta. tex. 44. & 1. Elench. c. 6. Secundo modo idẽ est, quod vniuocè, vt habetur. 1. Meta. tex. 47. Tertio modo accipitur pro eo quod est sine addito diminuẽte. 1. Elẽ. c. 5. quo pacto dicitur, Aethiops nõ est simpliciter albus. Vltimo modo pro eo quod est solũ, vt Brutum est simpliciter sensitiuũ: qua significatione vtitur Porphyrius. c. de. Differentia: hic sumitur, modò secundo, ac si dicat; Genus non dicitur vniuocè

Nota præterea, dicit (videtur autẽ) hic velut excusat se ab eo, qd proposuit scilicet docere, quid sit horũ quodq; ac propterea incepturus erat à difinitione sed id prohibet ei9 equiuocatio, æquiuoca enim prius diuidẽda. Nota præterea nõ explicasse nisi Genus, & Speciẽ, qa ista sunt relata, vt docet Ammonius vel vt vult Boetius, omnia alia subintelligi, quæ etiam sunt æquiuoca: quæ quia iam erant enarrata, prolixitatis vitandę gratia prætermisit.

Nota vltimo, secundum Albertum differimen inter genus tertio modo, & alia Genera: Genus enim secundo modo, nõ est in tota collectione eorũ quę ab eo, procedũt. nõ enim est Romulus in singulis Romanis: at tota natura generis est in singulis Species9: homo enim est substãtia animata, sensibilis, pariter & leo, & aliæ species. Præterea, Genus primo modo cõtinet multa tãquã partes integrantes, de quibus prędicari nequit: nõ enim singuli Romani sunt genus, at Genus hoc, de singulis Speciebus per se prædicari valet.

TEX.

Tripliciter igitur cum Genus dicatur, de tertio apud philosophos sermo est.

Hæc est posterior cap. pars, quia Porphy. definit Genus tertio modo: eius enim vsus ad Dialecticos & Philosophos pertinet. Definitio est ista. genus est id, quod p̃dicatur de pluribꝰ differẽtibꝰ Specie, in eo, q̃ quid est: quæ definitio ad literã desumpta est ex Arist. 1. Top. c. 4. pro cuius explicatione Porphy. tres distinctiões insinuat eorũ quę prædicatur, quædam enim de vno prędicantur, vt Socrates, Plato: quædam de pluribus, vt homo. Secũda, eorum quæ de pluribus prædicantur: quædã de pluribus differentibus numero, quædã de differẽtibus Specie prędicãtur. Tertia, eorũ quæ de pluribus differẽtibus Specie prædicãtur, quædam prædicãtur in eo quod quale quædã in eo, quod quid. Illud est prędicari inquid, esse tale prędicatum, vt ad quęstionẽ factã per quid dere, scilicet de natura rei, possit per illud, responderi, vt quid est homo? congrue respondebis, si dicas, animal: animal igitur prędicatur inqd de homine. Illud aũt est prædicatum in quale, esse tale prædicatũ vt possit per illud respõderi ad quæstionem factam de qualitate rei: vt, qualis est homo? dices, doctus aut albus, ista prædicantur in quale.

Hac diuisione Porphyrius colligit definitionem Generis sufficiẽtem esse, cũ ipsum separet ab omnib9 alijs Prædicabilibus. Ex hoc enim quod Gen9 de pluribus prædicãt, ab indiuiduo distinguitur, quod quidẽ prædicatur, sed de vno solo, per hoc quod genus prędicatur de differentibus Specie, à Specie distinguitur, & à Proprio. Species. n. de pluribus indiuiduis. Propriũ aũt de vna specie cui9 est Propriũ, de indiuiduis illi9 speciei quoque prædicatur, per hoc aũt, q̃ in eo, q̃ quid, à Differentia & Accidẽti distin-

guitur. Hæc enim in eo quod quale, de pluribus prædicantur: vt si dicas, qualis est homo? respõdebitur, est rõalis vel albus. Patet igitur definitionem neq; esse superfluam, nec diminutam iuxta præceptũ Arist. 6. Topi. c. 1. & 2.

Hic notat Ammonius, q̃ definitio superflua diminuit definitum, id est coartat: vt iuxta illã definitionem paucioribus conueniat, quã cõuenit: vt qui dicit, homo est animal rationale album, facit, vt nõ sint homines nisi albi: definitio verò diminuta, definitũ dilatat, vt qui dicit, homo est animal mortale, facit vt equus sit homo, qui est aial mortale: hoc fit, qñ definitio est superflua per additionem illius, quod nõ est de natura rei, aut ipsius naturæ propriũ.

¶ De definitione Generis quæstiones quatuor.

Circa definitionem Generis positã videda sunt quatuor, deinde de indiuiduo, cuius tum in hoc capite, tũ in sequentibus frequenter fit mentio, agẽdum quoq;. Igitur quæremus primo, quod sit definitũ in hac Generis definitione? Secũdo quæ sit ista definitio, an quidditatiua, an sit descriptio? Tertio quid loco Generis in hac definitione ponatur? Quarto rectè ne sit posita: vbi videbimus, quo modo singulæ partes sunt intelligẽdę? Vltimo de indiuiduo, an indiuiduum prædicetur.

QVAESTIO I.

Pro declaratione primi dubij, aduertere oportet, ista nomina secũdæ intentionis, scilicet genus, speciẽ, differẽtiã, & reliqua esse connotatiua, & ita duo includere in sua significatione, videlicet materiale, & formale, vt antea sæpè dictũ fuit. Significat. n. pro materiali, seu pro substrato, quod idẽ est natura & rem aliquam: pro formali verò secundã intentionẽ obiectiuã: sicut albũ pro materiali significat corpus, pro formali, albedinem. Est igitur dicendũ qñ definitur genus, an definiatur intẽtio ipsa, an materiale substratum, an simul materiale substratum cum intentione. Est autem rursus aduertendum aliud esse in connotatiuis, id q̃ definitur, aliud rationem secundũ quã definitur: v.g, quando dicitur album est visus disgregatiuum: quod definitur, est subiectum, vt formæ substat: at ipsa ratio secũdum quam est definitio, est forma. Præterea aliud est cui cõuenit: definitio, aliud ratio per quã cõuenit: vt id q̃ disgregat, est corpus albũ: ratio disgregandi est albedo: definitio enim de subiecto verificatur. Quod Caietan. alijs verbis explicuit, dicens, quòd definitio competit subiecto denominatiuè, forma quidditatiuè. Hoc suppposito, per spicuis quibusdam conclusionibus respondemus quæ per se satis manifestæ sunt, & ex iam dictis constant.

Sit prima conclusio. Natura & substratum Generis est id, quod definitur, vt intentioni substat. 1. Cõcl.

Secunda conclusio. Ratio, secundum quam definitur, est secunda intentio. 2. Cõcl.

Tertia, definitio cõpetit naturæ substratæ, animal enim est, quod prędicatur & corpus, & aliæ naturæ, quæ Genera sunt, sed non prædicantur, nisi quia Genera, & vt secundæ intentioni substant: non tamen intentio prædicatur: hoc idem dicimũs de alijs definitionibus Prædicabilium. 3. Cõcl.

QVAESTIO II.

Circa secundũ sunt tres opiniones, Scot. vniuersaliũ. q. 15. existimat, hanc definitionem esse quidditatiuã, cuius Genus est Prædicabile. Alij existimãt esse descriptiuã, & dari per Genus quod est Vniuersale, & propriã passionem, quæ est prædicari. At Ammon. credit hanc definitionem esse descriptionem, nec per Genus proprium assignari, nec posse assignari. Ratio Ammon. est duplex, prior est. Genus hic definitũ cõprehendit decẽ genera suprema, nam singula sunt genus, at nihil potest esse genus generis supremi ergo genus nõ pót definiri per genus. Posterior

rior, Genus hoc cōprehendit Genera Substātiæ, & Accidentis, sed Substātiæ & accidenti nihil est cōmune, Vniuocū ergo non pōt assignari ipsi Generi.

Hæ rationes Ammonij fundātur in hoc cùm hic definiatur natura generis vt substat intentioni: si definiri debet q dditatiuè, erat dandū Genus non solum ex parte intentionis, sed ex parte materialis, q̄ esse non pōt: quia materiale est Substātia, vel Accidens, quæ non possūt habere Genus cōmune, sed accidens aliquod, & illā proprietatem, quæ est prædicari: & propterea dicit esse descriptionē, & est sententia Alberti, tract. 3. c. 3. vniuersale enim ex parte solius intentionis, Genus q̄ idē est, non tamen ex parte materialis.

Sed hæc sententia Ammo. & eius rationes nō placent: nā in concretis accidentalibus, definitio & essentia attendenda est secundū formam, quæ potest esse vnius rationis, etiā si materialia, nō sint eiusdē rationis: & certū est, rationem vniuersalis eādem esse, siue materiale sit Accidens, siue substantia, sicut in distinctis etiā substantijs potest ergo esse Genus propriū, atq; adeò dicendū est, definitionē esse potuisse q dditatiuā, quantū est ex parte generis, si deinde addita fuisset essentialis Differentia: vt si diceretur, Genus est vniuersale, q̄ inest multis specie differētib9: sed tū cū per prædicabile, tāquā per notius nobis definierit Porphyrius, puto descriptionem hanc esse, vt dicit secunda opinio, & idem Porphyrius, quia nō per Differētiam, sed passionem, id est, prædicationem datur.

Et ad primā rationem Ammonij dicendū esse posse aliquid Accidens genericum, imò Specificum, quod conueniat supremo generi, & alijs generibus, scilicet rationē ipsam generis, ratio verò posterior Ammon. non valet: nā diuersis Prędicamentis nihil pōt esse vniuocū quidditatiuè: potest tamen aliqd esse accidentale, quales sunt hæ intentiones: sicut etiam relatio vniuoce conuenit multorum Prædicamentorū fundamentis, quanuis secundum Porphyrium non ponatur: vniuersale, vt genus vt in sequenti dubio dicetur.

QVAESTIO III.

SEd tunc dubitabis circa tertium q d saltem constituatur loco Generis, secundum Porphyrium? Breuiter respō debo, non vniuersale loco Generis, sed prædicabile constitui. Hujus est ratio conuincens. Differentia, in definitione ponitur, ad excludendum ea, quæ sub eodem Genere conueniunt: verbi gratia, rationale ponitur in definitione hominis, vt separet illa animalia, quæ non sunt rationalia: non autē ponitur ad differentiam lapidis, aut alterius extra Genus: sed Porphyrius exclusit indiuiduum à ratione Generis, per illam differentiā prædicari de pluribus: ergo Genus non est vniuersale, quia indiuiduum non continetur sub vniuersali, cōtinetur autem sub prædicabili: nam indiuiduū est prædicabile, sed de vno: Genus autē de pluribus: prędicabile ergo erit loco Generis.

QVAESTIO IIII.

CIrca quartum, An videlicet rectè sit posita Generis definitio? objicitur contra definitionē ipsius Generis Primò contra vltimam particulam, in qua à Differentia distinguitur: Differentia prædicatur in quid, ergo nō differt in hoc à Genere. Probatur antecedens ex Aristotel. expresse. 7. Topic. cap. 3. & 4. Topic. cap. 4. vbi non in hoc differre à Genere docet, sed quod Genus de pluribus, quàm differētia prædicetur.

Secundò, Accidens nec est de substātia rei, nec pars substantiæ rei, ergo nō prædicatur in quale quid, vt dicit Porphyrius.

Tertio. Multa sunt propria quæ de pluribus Speciebus prædicantur, ergo non differt in hoc à Genere, q̄ solū de vna Specie propriū prædicetur. Antecedens

cedens probatur, mobile, æquale, similе, sunt passiones propriæ, quæ tamen de pluribus corporibus Specie differētibus prædicantur.

Quartò. Differentia nō prædicatur de pluribus speciebus, ergo nō conuenit in hoc cum genere, patet antecedēs, rationale enim est differentia, quę tamen vni speciei est propria.

Quintò. Genus prædicatur de pluribus differentibus numero, animal. n. de Petro, & Ioanne prædicatur, ergo à specie non differt.

Pro horum argumentorū solutione, est primò notandum duo esse necessaria, vt aliqua differant specie: alterum est, vt habeant distinctas definitiones: qua propter Petrus & Paulus, & indiuidua vnius speciei speciei nō differunt: alterum est, quod sub eodē sint genere: q̄ docet Arist. 10. Meta. c. 11. differre ergo specie est sub eodem genere distinctas habere definitiones.

Possumus etiā tres modos differendi specie desumere, ex Arist. 5 Meta c. 10. Primò illa differunt specie, quę sub eodem genere distinctas habent definitiones, & ipsa in alias species inferiores diuidi nequeunt, quo pacto differunt species vltimæ, homo, leo: & ista dicuntur differre specie athoma, & hæc est propriè differentia specifica.

Secundò. Illa differunt specie, quæ sub eodem genere ex æquo continentur, & rursus diuidi possūt in alias species sub se: sicut corpus animatū, & corpus inanimatum, & ista dicūtur differre specie subalterna, seu genere intermedio. Dicuntur autem ex æquo cōtineri sub genere, quæ per æquales differentias illius generis componuntur: sicut corpus animatum & corpus inanimatum: corpus enim, quod est illorum genus, & qualiter per animatum & inanimatum diuiditur.

Tertiò, illa differunt specie, quæ sub eodem sunt genere, tamen non æqualiter: cùm videlicet vnū est cōmunius, alterum minus cōmune: quia pluribus intermedijs differētijs, ab illo genere, in quo cōueniunt, distāt. licet nō vnum sit superius ad alterū, quo pacto, homo, & plāta specie differunt: clarum est. n. q̄ planta communior est, quàm homo, sed non ad hominem, quia homo plāta non est. Si enim esset superior illo, esset genus: at genus, & species sub ipso, nō dicūtur differre specie, vt ait Arist. 10. Met. c. 11, Genus igitur est, quod de pluribus specie differentibus prædicatur, vt cunq; specie differant, siue primo, siue secundo, aut tertio modo.

Est secundò notandum, duo esse necessaria, vt aliquod prędicatū prædicetur in quid: vnum, quod sit de natura, vel pars naturæ rei: nec hoc sufficit, nā differentia est pars naturæ rei, tū non prædicatur in quid, sed est necessariū alterum, scilicet q̄ prædicetur per modum naturæ, scilicet quod non sit connotatiuum, qn̄ subiectum fuerit absolutum: tunc enim significat per modū accidentis: sed vel vtrunq; absolutum, vel vtrunq; cōnotatiuum. Genus ergo respectu speciei habet vtrunq;, & est de natura speciei, & prędicatur per modum naturæ & substātiæ, propterea prędicatur in quid. At differentia habet vnum scilicet est de natura rei, non tū habet modum prædicandi: propterea nō prædicatur in quid, sed dicitur in quale quid: quid, quia est de substantia rei, quale, quia est admodum accidentis: & accidens neutrum habet, propterea simpliciter in quale prædicatur: vnde fit, vt constituatur p̄dicatio in quid, & in quale quid, & in quale.

His suppositis, respō. ad primū. Differentia prædicatur in quid secundū rē, sed non secundum modum: sicut Gen9, quod absolutè in quid prædicatur. Nec Aristo. dicit oppositum, sed asserit prædicari in quid, sed differt à genere, q̄ a se habet, vt qualitas, in quo manifestat prædicari in quale quid. Ad.1.

Ad secundū respon. Quādo dicitur,

quale quid est coruus? illud quid, non petit naturam, sed idem est, ac si dicatur, quale ens est coruus?

Ad 3. Ad tertium respon. admittendo aliquod proprium de pluribus speciebus prædicari, sed id non habetur vt propriũ, & Porphy. hoc intendit, q; prędicatio, quæ necessario, & semper constituit genus, est de plurib9 speciebo9 prædicari: at ꝑdicatio necessaria proprio est de vna specie: reliquum est per accidens, & secũdario, quia illa sua species, de qua prædicabatur, erat subalterna. Dici etiam pōt, concedendo illationẽ: aliqua inquam propria esse generica, quæ de genere immediatè prædicantur: aliqua esse propria specifica, quæ de specie vltima prædicantur: differre autem à genere & specie, quia non in quid, sed in quale prædicantur.

Ad 4. Item respon. ad quartum de prædicatione de indiuiduis, hæc enim prædicatio, est primò & immediatè & per se speciei, non autem generis, nisi secundariò, & mediatè.

Ad 5. Ad quintum respō. Porphyriũ existimasse, nullã esse particularem & propriã speciei differentiam, sed oẽs esse communes, & rationale non solum homini, sed angelis cõuenire. Sed de hoc latius dicemus cap. de differentia.

DE INDIVIDVO.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum indiuiduum prædicetur.

1. Opin. Circa vltimam difficultatem, an scilicet indiuiduum prædicetur, sunt tres opiniones. Prima est S. Thomę. 7. Meta, cap. 3. qui loquens de indiuiduo substantiæ, inquit, posse dupliciter prędicari: vno modo de alio, vt homo est Petrus, animal est Cæsar, & talis est prædicatio per accidens, & indirecta: altero modo potest de se prędicari, scilicet Petrus est Petrus, & talis est prædicatio per se, & hoc videtur asserere quoq; Boet. Nihil, inquit, verius, quam idem de se ipso prædicari. Imò videtur Aristo. sententia. 2. Periherm. cap. vltimo, Bonum, inquit, per se est bonum: vbi approbat prædicationem identicam, qua idem de se ipso prædicatur, & 5. Metaphy. cap. 1. homo per se est homo. Eiusdem sententiæ est Porphyrius qui indiuiduum de vno prædicari affirmat, scilicet de seipso.

2. Opin. Secunda opinio est Auerroe. de specie, qui interpretãs Porphy. definitionem illam. Indiuiduum de vno prędicatur, dicit, duplex esse indiuiduũ: substantiæ, vt Petrus, accidentis, vt hoc albũ indiuiduũ accidẽtis de vno prædicatur, at substantia indiuiduũ, de nullo: & propterea nõ bene Porphy. ꝑfiniuit, quia soli indiuiduo accidentis illa definitio competit. Melius Arist. dixit. 1. Periherm. c. 5. Singulare est, quod non de multis prędicatur. Ista sententia videtur Arist. c. de substantia, & 7. Meta. cap. 3. Prima substãtia, inquit, id est, indiuiduũ substãtię de nullo prædicatur: nõ. n. Auer. vult. prędicationẽ esse eiusdẽ de seipsa. 1. Priorũ, in digressione de quarta figura, quę est Galeni, inquit, si daretur quarta figura, idẽ de seipso prędicaretur, q; est in fine abbreuiationis & 10. Meta. cõm. 8. & 4. Meta. cõm. 3. dicit illam esse nugatoriam: neque habere subiectum, neq; prædicatum.

3. Opin. Tertia opinio est Caiet. cap. de Specie: vbi distinguit duplicẽ prędicationem: naturalẽ, & artificialẽ. Naturalis est, quæ est vera: tũ nõ est apta ad disputationem aliquam, & talis est illa, in qua idem de seipso prædicatur: Alia est artificialis, sicut sunt reliquæ, quarum vsus arti & sciẽtiæ deseruit, & per hãc distinctionem conciliat opiniones.

Pro huius determinatione, est aduertendum, aliud esse necessariũ ad veritatẽ prædicationis, aliud ad proprietatẽ Vnde aliud est ꝑdicatio vera, aliud propria: ad veritatem sufficit, q; ita sit in re, sicut ipsa significat ad proprietatem est necessariũ quòd prædicatũ sit forma,

forma, & subiectũ materia, q; esse nõ potest in prędicatione eiusdẽ de se ipso.

1. Cõcl. Iuxta hoc sit prima cõclusio. Prædicatio, quia indiuiduum substãtiæ de alio prædicatur, vt iste veniens est Petrus, est per accidens: ista est Aristo. 1. Priorum cap. 28.

2. Cõcl. Secũda cõclusio. Prædicatio, qua de se ipso aliquid prædicatur est vera, sed impropria propter rationem prædictã. Hęc est Alber. tract. 3. cap. 4. & Auerr. nec oppositũ voluit Boetius: dixit enim nihil verius, non autem dixit, nihil proprius: imò nec sanctus Thomas: quid dixit, illa esse ꝑ se, eo modo, quo etiã vocat Arist. per se, id est, nõ per aliam causam: si enim dicas, quare homo est homo? dices, nulla causa, sed per se, & ita interpretatur Boetius. 2. Periherm.

3. Cõcl. Tertia conclusio est quantum existimo etiã vera contra Auerroem: nec indiuiduũ Accidentis de vno proprie prędicatur, quãuis vere de illo prędicetur. Hæc est sententia expressa Arist. c. 2. Ante prędicã. Hoc albũ, inq;, est in subiecto, sed nullo prædicatur, Ratio autem est, quia quando demõstratur Accidẽs indiuiduũ, demõstratur ipsum subiectũ in quo est, quia ab eo indiuiduatur: vnde perinde est dicere. Petrus est hoc albũ, ac Petrus est ipse, habens albedinẽ.

QVAESTIO. II.

Quæ & quot sunt prædicationum genera.

Qvia tamẽ de prędicatione loquuti sumus, & omnia ista ad prędicationem spectant: non erit inutile, dicere. Est igitur prædicatio, affirmatio alicuius de aliquo: propositio enim negatiua, non proprie prædicatio, sed diuisio quædam dicitur. Hęc prędicatio duplex est, quædam propria, quædã impropria: propria est, cuius veritas pendet ex propria significatione, & propria acceptione terminorum pendet, vt homo est albus: impropria, cuius veritas ex impropria acceptione terminorum, vt homo est bulla, dimittit sunt fumus. Propria est triplex ordinata, & inordinata contra ordinem, & inordinata prętęr ordinem.

Ordinata est, in qua subijcitur id, q; subijci debet, scilicet, id quod se habet, vt materia: prædicatur id, q; debet prædicari, scilicet quòd habet modum formę, quales sunt prædicationes inferiorum respectu superiorum prædicatorũ & accidentium de subiectis, & Differentiarũ de suis Speciebus. Hæc ordinata duplex est, essẽtialis, & accidentalis: essentialis est, in qua prędicatum vel est natura, vel de natura subiecti, quæ duplex est, essentialis quidditatiua, essentialis sola, essentialis quidditatiua qualis est prædicatio generis, & definitionis, scilicet quãdo prædicatũ est in quid essẽtialis sola quãdo prędicatum est in quale quid, qualis est prædicatio Differentię. Accidentalis, in qua prædicatũ nõ est de natura subiecti: quæ duplex est, propria, & cõmunis, accidẽtalis propria est in qua prædicatum est Propriũ alicuius Speciei, vt homo est risibilis, cõmunis est, in qua prædicatur Accidẽs cõmune, vt homo est albus. Accidẽtalis cõmunis duplex, externa, & interna: interna, in qua prædicatur Accidens, q; inest subiecto, de quo prædicatur, vt homo est albus externa in qua Accidẽs nõ inest subiecto de quo prędicatur, vt homo videtur. Prętęrea triplex est, prima quę sumitur ab actib9 animę, vt paries videtur, homo amatur, secunda, quę sumitur à secũdis intẽtionibus, vt homo est Species, animal est genus: tertia, quę sumitur ab aliquo alio extrinseco, siue loco, vt homo est Romanus, siue alia habitudine, Philosophus est Platonicus.

Inordinata prædicatio cõtra ordinẽ est, in qua id prędicatur, q; debet subijci, id subijcitur, quod debet prędicari, istę sunt oppositę seu cõuertentes omniũ ordinatarũ, nec oportet nunc has rursus distinguere. Antiqui vocabãt ordina

Vide Philpo.

hac præ dica. 1. Post. cõ. 85.&. 3. in Theo. 34.&tab. fol.3.colum.8.

dinatam prædicationem, naturalem: in ordinatam, non naturalem: quã distinctionem ponit Auer.7.Meta.com.59.& 4.Physi.com.33. vbi soluit problema logicum, scilicet cur Aristoteles facit syllogismos ex terminis cõuertibilibus in secũda figura ex puris affirmatiuis, cũ possit per conuersionem eos facere in prima, & esset cõsequentia bona de forma: dicit id eum fecisse, ne daretur prædicatio nõ naturalis, scilicet in qua subiectum de Accidenti, vel definitio de passione prędicetur. Eãdem distinctionem habet Themistius.1.Post.capi.38. Alij prædicationem naturalem vocãt directam: non naturalem, indirectam.

Alia est prædicatio inordinata præter ordinem: hæc est triplex, quædam identica, quædam disparata, quædã per accidens: identica, qua idem de se ipso prædicatur: disparata, qua disparatum de disparato, vt homo est leo: vel cõtrarium de contrario, vt album est nigrũ. per accidens est, in qua duo cõnotatiua inuicem prędicantur, quorum prædicatio in abstracto falsa est. Est enim obseruandum, quando connotatiua prædicãtur, ad veritatem propositionum sufficere identitatem subiecti, vt album est dulce: veritas huius pendet ex eo, quod albedo & dulcedo sint in aliquo vno subiecto, tales vocamus per accidens, dummodo illorum prædicatio in abstracto non valeat: aliter enim erit nõ per accidens: vt album est coloratum, non est per accidens, valet enim albedo est color. Hęc est triplex. Prima, in qua connotatiuum vnius prædicamenti prædicatur de alio alterius Prædicamenti, vt album est simile, Musicus ędificat. Secũda, in qua cõnotatiuum vnius Prædicamenti prædicatur de connotatiuo eiusdem Prędicamenti, vt album est dulce. Tertia, in qua vna Differentia, vel Proprium de alio, vt rationale est sensibile, risibile est flebile.

DE SPECIE.
Capit. II.

1. SPecies autem dicitur quidem & de vniuscuiusque forma: secundum quã dictum est. Prima quidem species digna est imperio. Dicitur autem species & ea, quę est sub asignato genere: secũdum quam solemus dicere hominem quidem speciem animalis, cũ sit genus animal, album autem coloris speciem: triãgulum vero figuræ speciem. Quod si etiam genus asignantes speciei meminimus, dicentes quòd de pluribus & differẽtibus specie, in eo quod quid est, prædicatur, & speciẽ dicimus id, quod sub asignato genere est: nosse oportet quod quoniam & genus alicuius est genus, & species alicuius est species, id circo necesse est in vtrumque rationibus vtrisque vti. Asignãt ergo & sic speciẽ. Species est, quæ ponitur sub genere: & de qua genus, in eo quod quid est, prędicatur. Amplius autẽ sic quoque. Species est, quæ de pluribus & differentib9 numero, in eo quod quid est prędicatur. Sed hæc quidem asignatio specialissima est, & quæ solum species est, nõ autem & genus: aliæ vero erunt etiam non specialissimarum.

2. Planũ autem erit quod dicitur hoc modo. In vnoquoque Predicamẽto sunt quædã generalissima, & rursus alia specialissima: & inter generalissima & specialissima sunt alia, quæ genera & species dicuntur eadẽ. Est autem generalissimum quidem, supra quod nullum aliud sit superueniẽs genus. Specialissimum autem est, post quod nõ est alia inferior species. Inter generalissimũ aũt & specialissimũ alia sunt, quæ genera & species sunt eadem, ad aliud tamẽ & ad aliud sumpta. Fiat autem in vno quidẽ prædicamento manifestum quod dicitur. Substantia est quidem & ipsa gen9 sub hac aũt est corp9: & sub corpore animatũ corp9: sub quo animal: sub animali vero rationalę animal, sub quo homo sub

sub homine verò Socrates & Plato, & qui sunt particulares homines. Sed horum substantia quidem generalissimũ est, & genus solum: homo vero specialissimum, & solum species. Corpus aũt species quidem est substãtiæ, genus verò animati corporis, sed & animatum corpus species quidem est corporis, genus vero animalis rursus animal species quidẽ est corporis animati, genus vero rationalis animalis: sed rationale animal species quidẽ est animalis, genus autem hominis: homo vero species quidem est rationalis animalis, non autem genus particularium hominũ, sed solum species: & omne, quod ante indiuidua propinque prędicãtur, species erit solum, non etiam genus.

GENERVM AC SPECIERum in Prædicamento Substantię ordo.

Genus	Substantia	generalissimũ.
Species	Corpus	& Genus
Species	Animatũ corpus	& Genus
Species	Animal	& Genus
Species	Rationale animal	& Genus
Species	Homo	specialissima.
Particulares	Socrat. & Plat. homines.	

Quemodmodum igitur substãtia cũ suprema sit, eo q̃ nihil supra eam sit, genus est generalissimũ, sic etiã homo cum sit species, postquã nõ est alia species, neq; aliquid eorũ, quæ possũt diuidi in species, sed solũ indiuidua (indiuiduum enim est Socrat. & Plat. & hoc album) species erit solũ & vltima species, & (vt dictum est) specialissima: quæ vero sunt in medio, eorum quidẽ, quę ante ipsa sunt, erunt species: eorum autẽ, quæ post ipsa sunt, Genera. Quare hęc quidẽ duas habent habitudines, eam, quæ est ad ea, quę antecedunt, secundũ quam species ipsorum esse dicuntur: & eam, quæ est ad posteriora, secundum quã genera ipsorũ esse dicũtur: Extrema vero vnã habent habitudinem. Nã & generalissimũ ad ea quidem quæ posteriora sunt, habet habitudinem, cũ sit genus omniũ id, quod est supremũ: eã vero, quæ est ad superiora nõ habet, cũ sit supremum & primum principium, & (vt diximus) supra quod nõ est aliud superueniẽs genus. Specialissimũ autẽ vnã habet & ipsum habitudinem, hanc quidẽ, quæ est ad superiora, quorũ est species: eã vero, quæ est ad posteriora, non diuersam habet habitudinem sed eandẽ, & species indiuiduorũ dicitur: sed species quidẽ dicitur indiuiduorũ, velut ea continens: species aũt superiorum, velut quæ ab eis continetur.

3. Determinant igitur generalissimũ genus ita, quod cũ genus sit, nõ est species, & rursus, supra quod nõ est aliud superueniens genus. Specialissimã vero speciẽ sic, quæ cum sit species, nõ est genus: & quam cum sit species in species diuidere non possumus: adhuc autem, & quæ de pluribus & differẽtibus numero in eo quod q̃d est prędicatur. Ea vero, quę in medio sunt extremorũ, subalterna vocãt genera & species, & vnumquodq; ipsorum speciem esse, & genus ponunt: ad aliud tamen & aliud sumptũ: ea enim, quæ sunt ante specialissima vsq; ad generalissimum ascendentia, & genera dicuntur, & species: vt Agamenon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimum Iouis. Sed in familijs quidem plerunq; ad vnum reducuntur principiũ, verbi gratia ad Iouẽ: in generibus vero & speciebus nõ sic se habet. Neq; enim est commune vnum genus omnium ens: nec omnia eiusdẽ generis sunt secundum vnum supremũ genus, quemadmodum dicit Aristoteles: sed posita sint (quemadmodum in

Prædicamentis dictum est) prima decem genera, quasi prima decem principia. Et si omnia quis entia vocet, æquiuocè (inquit) nuncupabit, sed nõ vniuocè. Si enim vnum esset cõmune omniũ Genus entis, vniuocè omnia entia dicerentur. Cum verò decẽ sint prima, communi: ne cundum nomen est solum, nõ tamen secundum rationem, quæ secundum nomen est.

4. Decem igitur generalissima, quidẽ sunt: specialissima vero in numero quidem quodã sunt, nõ tamẽ infinito. Indiuidua aũt, quæ sunt post specialissima, infinita sunt. Qui propterusq; ad specialissima à generalissimis descendẽtes, iubebat Plato quiescere, descendere aũt per media diuidẽdo species differẽtijs, infinita verò (inquit) relinquenda sunt, neq; enim eorum scientiam posse fieri.

5. Descendentibus igitur ad specialissima, necesse est diuidẽtes per multitudinem ire: ascendentibus verò ad generalissima necesse est colligere multitudinẽ in vnũ: collectiuum enim multorũ in vnam naturam Species est, & etiam magis id, quod genus est: particularia verò & singularia è contrario semper in multitudinem diuidunt id, quod vnum est. Participatione enim speciei plures homines, sunt vnus homo. In particularibus autem & singularibus vnus & communis plures: diuisiuũ enim semper est quod singulare est: collectiuum autẽ & adunatiuum, quod commune est.

6. Assignato autem Genere & Specie, quid sit vtrunq; eorum, & genere quidẽ vno existente, speciebus vero pluribus (semper enim in plures Species diuisio generis est) Genus quidem semper de Specie prædicatur, & omnia superiora de inferioribus: Species autem neq; de proximo sibi genere, neq; de superioribus: neque enim conuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de equo: aut minora de minoribus, vt animal de homine: maiora vero de maioribus minimè: neq; enim dices animal esse hominem quemadmodum hominẽ dices esse animal. De quibus aũt species prædicatur, de ijs necessario & speciei genus prædicabitur, & generis Genus vsq; ad generalissimum: si enim verum est dicere Socratẽ hominem, hominem autem animal, animal autem substantiam verum est & Socratem animal dicere, atque substantiam, semper enim cùm superiora de inferioribus prædicẽtur, species quidẽ de indiuiduis prædicabitur, genus aũt & de specie, & de indiuiduo: generalissimũ verò de genere vel generib9, si plura sint media & subalterna, & de specie, & de indiuiduo. Dicitur enim generalissimũ quidẽ de omnibus sub se positis generibus & speciebus, & indiuiduis. gen9 autem quod ante specialissimum est, de omnibus specialissimis & indiuiduis, solũ autem species, de omnibus indiuiduis, indiuiduũ autem de vno solo particulari.

7. Indiuiduum autem dicitur Socrates, & hoc albũ, & hic veniens Sophronisci filius, si sol9 sit ei Socrates filius. Indiuidua autẽ dicuntur huiusmodi, quoniã ex proprietatibus cõsistit vnumquodq; eorum, quarum collectio nũquã in alio eadem erit, Socratis enim proprietates nunquam in aliquo alio particularium erunt eędem, ex vero, quæ sunt hominis proprietates (dico autem eius, qui est cõmunis) erunt eędem in pluribus, magis autẽ & in omnib9 particularib9 hominibus, in eo quod homines sunt.

8. Continetur igitur indiuiduum quidem sub specie, species autem sub Genere. Totum enim quoddam est genus, indiuiduum autem pars, species vero & totum est, & pars, sed pars quidem alterius totum autem non alterius, sed in alijs, in partibus enim totum est. De Genere igitur & specie, & quid generalissimum, & quid specialissimum, & quæ genera eadem, & Species sint quæ etiã indiuidua, & quot modis Genus & Species dicantur, sufficienter dictum est.

Cur

Cur de specie post Genus, & non prius de Differentia egerit?

POst gen9 tractat Porphyrius de specie: quain re non absq; ratione potest quis dubitare, cum Differentia sit prior specie, est enim eius pars, & cùm in prooemio fuerit ante speciem proposita, cur modo de specie postposita Differentia tractauerit? Ammon. & Boet. huius vnam assignant causam: nempè quia Genus, & species relatiua sunt, & vnum relatiũ perfectè absque altero cognosci nequit. Auicen. secundã huius dat causam, quia gen9 est magis intrinsecum speciei, quam Differentiæ, propterea post genus sequitur species: Species enim cõstat ex genere & Differentia: Genere, vt materia: Differentia, vt forma: vt autẽ materia magis est intrinseca cõposito, cuius est pars, quàm formæ: ita Genus speciei, quã Differentię est magis propinquũ. Poterit etiã in tertio dici, q; quãuis in esse præcedat Differentia, tamẽ in prędicãdi modo prior est species, prædicatur enim in quid, at Differentia in quale, & fere admodum Accidentis.

¶ Species autem dicitur, &c.

1. Hoc igitur caput in tres diuiditur partes: in prima tradit acceptiones speciei & definitiones, in secunda constituit ordinem prędicatorũ, in tertia definit & diuidit indiuiduũ. Dupliciter igitur sumitur species. Vno modo, pro forma & pulchritudine rei, quo pacto dicimus, prestãtissima species digna est imperio scilicet homines pulchri & formosi sunt digni, vt alijs, imperent. Secundo modo dicitur species, quæ subijcitur Generi, quo pacto dicitur homo est species animalis, de qua in præsenti loquitur Porphyrius. Et quia potemus ei obijcere quare specie per genus definit, cũ gen9 per speciem definiri? vitium enim est circulus in definitionib9, scilicet definiri vnum per alterum, & è contra: excusat se, dicens id in his, quæ relata & ad aliud sunt, non esse inconueniens: imò vnum per aliud definire necesse est.

Huius speciei tres assignat definitiones. Prima est, species est quæ ponitur sub genere. Secunda, species est, de quo genus in eo quod quid prædicatur: quãuis has duas aliqui, inter quos est Auic. vnam esse velint: & admodum probabile videtur, scilicet, species est quæ ponitur sub genere, de qua gen9 in eo quod quid prædicatur, vt posterior pars sit prioris declaratio. Tertia, species est quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid, vt homo prędicatur de Petro, & Paulo, & alijs similibus. Statim hanc tertiam comparat duabus præcedentibus, & hic manifestat Porphyrius illas esse duas, dũ pluraliter de eis loquitur: discrimẽ autem est, illæ duæ priores cõpetunt omni speciei, ista posterior soli speciei vltimæ, & specialissimæ.

Est enim duplex species, quædã quæ solum est species & relata ad superiora & relata ad inferiora, ad superiora, qa inferius dicitur species superiorum, ad inferiora quidem quia sunt solum indiuidua, & singularia de quibus prædicatur, vt homo, leo, equus, & hęc dicitur species specialissima, seu athoma, seu species subijcibilis & sic prædicabilis.

Altera species est quæ ralata ad superiora est species, ad inferiora vero est Genus, quia inferiora eius sunt plura specie Differentia, vt animal respectu viuentis, seu substãtiæ est species, at respectu hominis & leonis est genus, & hæc dicitur species subalterna. Modo illæ definitiones priores cõueniunt vtrique speciei specialissimæ, & subalternę, at tertia definitio solum specialissimæ cõpetit.

Dubia aliquot scitu digniora in primã partem capitis, de Specie.

Nota. 1. Species vt nomẽ t. & 2. intentionis.

Circa hanc partẽ est primo notandũ quòd species est nomen primæ intentionis, id est, significans res ipsas secũdum se,

se: & est nomen secundæ intentionis, vt rem significat: qua ratione prædicatur vel subijcitur: si priori modo consideret adhuc multiplex est: significat enim apud Philosophos similitudinē rei, quę in potentia cognoscente recipitur, quo pacto loquuti sumus superius. Secundò significat formam rei substantialē, quę est altera pars compositi: cōpositū enim constat ex materia, & forma, cuius vsus est frequēs apud Aristotelē, qui formā rei vocat Speciem. Tertiò sumitur pro pulchritudine corporis, quæ quoddā accidēs est. Porphyrius duas priores prętermisit, quia obscurę erant, tertiam explicuit, quia facilis est similitudinem aliquam cum Specie Logica habet: vt enim rei pulchritudo ex debita partiū compositione fit, ita Species ex Generis & differentiæ recta vnione & coniūctione: quæ Species dicitur Logica, & secunda intentio.

Est præterea notandum circa literā: aliquos textus habere, (Species Priami digna est Imperio) & ita legit Albertus & Auerr. at Græcè habetur, prima seu præstās Species digna est Imperio: quasi pulchritudo corporis, animi virtutē arguat: vt dicit Arist. 1. Rheto. lineamēta corporis virtutis animi signa sunt.

Circa exemplū Porphyrij, quo triangulum assignat tanquam Speciem, & figuram, vt Genus: aliquid id esse falsum existimant, credentes figuram non esse Genus ad triangulum, quadrāgulum & alias: quia per prius dicitur de vna, quā de altera, & quia ex triangulo reliquę cōponuntur. Ammonius hic Porphyrium defendit: nos hoc prętermittimus quia in secundo de Anima, vbi maior hoc examinandi offeretur occasio, differemus: interim id saltem suppofuisse satis est.

Nota 3. Qua ratione in definitionibus & demōstrationibus fiat circulus

Et tertio notandum. Circulus in alia definitione, vel demonstratione fit quando perid, quod definitium est, definimus aliquid eorum, quæ in definitione sunt, vel per id quod probatum est, probamus iterum ea, quę ad illius probationem assumpsimus: quod quidem vitium est, vt docet Arist. 1. Post. cap. 3. quā sequitur aliquid esse notius se ipso. Nā si hoc, verbi gratia. A. definitur per B. seu probatur per B. notius est B. quia definitio est notior, & antecedens similiter notius est, quàm consequens, iterū si B. definitur per A. seu probatur per A. sequitur q̄ A. est notius, quā B. ergo A. est notiꝰ se ipso, quia est notius eo, q̄ ipso est notius. At quamuis hoc non liceat alijs, in relatiuis licet vnum per alterum definire: quia iste defectus non committitur in his: relatiua enim sunt æque ignota per se sola: singula tamen ad alterum relatiuum comparata, sunt & fiunt notiora se ipsis, non ad aliud relatis: & innotescunt cum alijs sumptis: notius enim est relatiuum, pater, simul cum suo relatiuo sumptum, quàm ipsum per se: hoc autem non est inconueniens.

Est quarto notādum esse dubium circa definitionem primā. Species est quæ ponitur sub Genere: videtur enim alijs competere, quā speciei, nam indiuiduū ponitur sub Genere: aliqui sub intelligunt vniuersale, alij prædicabile, asseruntq; hoc debere intelligi de prædicatione immediata. Alber. & Caietanus hoc videntes non esse cautum, quia indiuiduum Generis immediatè ponitur sub Genere, scilicet hoc animal est animal, nescio quid imaginātur scilicet q̄ Species est sub genere, quantum ad ordinem positionis, & participationis, & totalis principationis, q̄ est dicere, Species est inferior per se genere ordine naturali, & prædicādi, & iste est ordo positiōis, & est inferior ordine participationis, quia species in sua substātia participat Genus, Genus verò non speciem: & Genus continet totam substantiam speciei, nā species cōstat ex genere & Differētia, at Differētia in potētia continet sub Genere, & hoc est dicere genus esse totale principiū speciei, & specie habere ordinē

Nota 4.

ordinem ad genus totalis principationis q̄ non fit in indiuiduo: quia indiuiduatio est in materia & accidētibus, nō autem procedit à Genere sicut Differētia: & sic volūt illi doctores, illud (sub) in definitione scilicet, Species est quæ sub genere ponitur, habere hos tres ordines: hęc optimè dicta sunt ab Alberto tract. 4. cap. 1. Sed profectò nescio an præter rem, cùm sensus sit alia ex parte clarissimus, & minus expositus cauillo, scilicet, Species est quę ponitur sub genere, tali positione secundum qualē genus est Genus, & hoc nulli prętер speciem competit.

Nec similiter est curandum, cur Porphyrius dixit sub assignato genere, volūt enim q̄ (sub assignato) id est certo & determinato, quia vna species ad vnum pertinet genus, patet enim ibi significare illud verbū sub assignato genere, id est, definitio & descriptio paulò ante, & hoc ipse declarat consequenter dicens, Genus assignantes, id est, definiētes seu describentes.

Secunda pars Capitis de Specie.

TEX. *Planum* autē erit quod dicitur hoc modo, &c.

2. HAec est capitis secunda pars, qua Porphyrius manifestat hoc, q̄ dixerat de duplici Specie, & comparatione, & ad superiora & ad inferiora, describitque totum Prædicamētum, quo ista continentur.

Hęc autem pars in tres alias diuidi potest. In prima, ea quę in quoque Prędicamento constituūtur, explicat, & differentiam assignat, & eorum similitudinem. In secunda. singula eorum definit & exemplo quodam manifestat, offendens in quo similitudo, & dissimilitudo exempli consistat. In tertia eorum numerum, & modum ea constituendi, & inter se prędicandi ordinem enarrat.

Nota 1. Quid sit Prædicamētum.

Circa primum est notandū, q̄ Prędicamentū vt in prędenti sumitur, est quę ordinatio sub vnico supremo contentorum vt patet in exēplo, q̄ Porphyrius proponit de substantia, est enim quoddam commune, substantia scilicet, sub qua est corpus, sub corpore est corpus animatū, sub corpore animato est animal, sub animali animal rationale, sub animali rationali homo.

Nota 2.

In quo exēplo sunt duo sunt cōsiderāda, alterum q̄ hic defectu nominum ponuntur vocabula cōposita, tamē illa cōsideranda sunt tanquam simplicia, quorum loco ponuntur, alterum est, quod Porphyriꝰ in ista ordinatione ponit animal rationale tāquā Genus hominis quia ipse existimabat cęlos & Angelos esse animalia rationalia, sed ista sententia est error, nec eā recipit Christiana religio. Imò nec schola Peripatetica sed animal rationale est solꝰ homo propterea istud genus est prętermittendum.

Est etiam aduertendū tertiò, potuisse istam coordinationē in prædicatis accidentis constitui, quia verò notior est in substantijs, & prima, propterea in substantia fit exemplum.

Nota 3.

Enarrat Porphyrius ea, quę in hoc Prædicamento sunt. Sunt autem tria. Primum est generalissimus quoddā vnum Genus omnia alia cōplectens, est etiam species vltima, & sunt inter media, verbi gratia, Genꝰ supremū substātia, species vltima, homo: Genera inter media, animal corpus, & reliqua. Hæc autem sic se habent. Genus supremum non habet aliud genus supra se propterea semper est Genus Species vltima nō habet speciem subse propterea semper est species: at inter media vtrumque habent, & supra se Genus sub se Species, propterea habēt duas habitudines, qa respectu superiorū sunt Species, respectu inferiorum Genera, at Genus supremum vnicā habet habitudinē, sicut species vltima, vocat autem habitudinem relationem mutuantem denominationem, vnde species vltima duas habet relationes, & ad superiꝰ, & inferius, sed vnica est habitudo, quia secundū vtrunq; dici-

dicitur species. Hęc est prima pars huius secundæ partis.

TEX. *Determinant* igitur generalissimũ Genus ita, &c.

3. HAc secunda parte describit Porphyrius horum singula: generalissime aute duas ponit descriptiones. Prima est, generalissimum est quod cũ sit Genus non est Species. Secunda, Generalissimum est genus, supra quod non est aliud genus.

Speciei autem ponit tres descriptiones. Prima est: species specialissima est quæ cùm sit species non est genus. Secũda cùm sit species, non diuiditur in species. Tertia species est quæ prædicatur de pluribꝰ differẽtibus numero, in eo ꝙ quid. Specieiverò subalternæ est descriptio, quæ cũ sit genus est species, & cũ sit species, est genꝰ respectu diuersorũ.

Hanc prędicatorum seriem exemplo familiari naturalis generationis manifestat: in generationibus enim datur vnũ vltimũ, vt verbi gratia Agamemnõ, ante quem est pater scilicet Atrides: ante hunc Pelops ante hunc Tantalus: ante hũc verò Iuppiter: sed discrimẽ est, nã plerũq; ista ad vnũ referũtur ad ista Genere prima & prędicamẽta sunt plura, sunt enim decem suprema Genera, quæ ad vnum genus reduci nequeunt: nam si ad vnum reducerẽtur, hoc esset ens, quod nõ potest esse genus, quia genus, vt constat, esse debet vniuocum, ens secundum Aristo. 4. Meta. cap. 2. est analogum, quod hic Porphyrius vocat æquiuocum.

Circa quod est cõsiderandũ, ista genera dici generalissima superlatiuo gradu negatiuè sumpto, vt substantia est genus generalissimum, nõ quod sit cõmunior omnibus sed quod nihil illa sit cõmunis: eadem ratione singula aliorum generalissima, & suprema dicuntur.

TEX. DECEM igit generalissima sunt, &c.

4. HIc numerum eorum, quæ in Prædicamento collocantur, constituit tali conclusione. Genera suprema decẽ tãtũ sunt, specialissima vero plura sunt sed non infinita, at indiuidua infinita sunt. Hæc duo probat ex doctrina Platonis, quæ habet in dialogo dicto. Sophista, Plato enim iubebat, vt quãdo ab aliquo generalissimo descẽderemus ad inferiora, sisteremus in speciebus, non vltra procedẽtes, quia vltra speciem sola sunt indiuidua, hęc autem sunt infinita propterea ad artem, & scientiam non spectant, ars enim & scientia certis limitibus continentur.

Hic nota, infinitum bifariam sumi, vno modo in actu, quo pacto si modo realiter infiniti simul homines existerent, diceretur numerus infinitus in actu, altero modo est infinitũ in potẽtia, & hoc in numeris apparet, quorũ argumentũ nũquã esset, sed multis datis adhuc plura dantur, quo pacto si mũdus esset duraturus in ęternũ, cum hominẽ perpetua propagatione, vt existimauit Porphyrius, darentur infiniti homines, nõ quidem actu, sed potẽtia, quia nunquã cessaret alij, & alij cõtinuè nasci, & esse. De hoc infinito est intelligendus Porphyriꝰ, quãdo aserit indiuidua esse infinita, non quidẽ actu, sed potentia. At species vtroq; modo finitæ sunt, & actu, & potentia, quia semper sunt eędẽ species, licet non eadem indiuidua.

Nota. Infinitũ quot modis capiatur.

TEX. *Descendẽtibus* igitur ad specialissima necesse est, &c.

5. HC Porphyrius, quantum existimo, respondet obiectioni, quã quis potest obijcere, si enim generalissima deẽ sunt, quare species tot sunt, & indiuidua infinita? respõdet vniuersalia in se multa inferiora includere, ita, vt sub vna specie singularia innumera, sub vno genere, species multę, & sub genere superiori multa inferiora cõprehẽdant, vniuersale enim est collectiuũ, & quò magis vniuersale, magis est collectiuũ. & particularia sunt plura, & quò magis particularia, plura sunt, & propterea superiora genera per differentias varias in varias species multiplicantur.

Obiect.

Solutio.

Hic

Nota. quot modis aliquid dicat magis collectiuè.

Hic notandũ est dupliciter aliquid posse dici magis collectiuũ, vt notat Caietan. priori modo id ꝙ est magis vnũ, ꝙ dicitur magis collectiuũ intẽsiuè, altero modo id ꝙ plura cõprehẽdit, & sic dicitur magis collectiuũ extẽsiuè. Iuxta hoc intellige minus vniuersale esse magis collectiuũ intensiuè, quia magis sunt vnũ, quæ in minus vniuersali conueniunt, quã quæ solũ in magis vniuersali: at magis vniuersale est magis collectiuũ, extensiuè quia sub se plura cõtinet, & sic loquitur Porphyrius.

TEXT. 6. *Assignatio* autem genere & specie.

Ordinem prędicandi horum quę in prædicamento constituuntur, hic explicat, & ex his, quæ clarè & rectè dicit, ista conclusio potest colligi: scilicet superiora de inferioribus, & de his, de de quibus dicuntur inferiora, prędicãtur, & æqualia de æqualibus: vnde Genus de speciebꝰ & indiuiduis ꝑdicatur: & genus superius de inferioribus generibus & horũ speciebꝰ, & earũ indiuiduis: & tandẽ generalissimum de omnibus inferioribus, non tamen è contra inferiora de superioribus prædicãtur: hæc intellige de prædicatione ordinata & directa.

TEXT. 7. *Indiuiduũ* aũt dicitur Socrat. &c. Pars tertia.

HAEc est tertia huius capitis pars in qua quid indiuiduũ sit, & quotuplex, & quale indiuiduũ dicatur, tractat. Est igitur indiuiduum, ꝙ de vno ꝑdicatur, vt diximus superius: triplex esse indiuiduũ exẽplo manifestatur est in diuiduũ substãtiæ determinatũ, vt Petrus, Ioannes: & est indiuiduum ex suppositione, vt filius Petri, si vnicũ habeat filiũ: est etiam indiuiduum accidẽtis, vt hoc album, & sub hoc potest esse in diuiduum ex demonstratione, scilicet iste homo, hoc animal.

Dicit aũt indiuiduũ, eo ꝙ collectio Proprietatũ, quæ in vno sunt in altero esse nõ possit: & optime dixit collectionem proprietatũ, quia vnũ: Accidens vnius indiuidui nihil prohibet esse in altero: vt ꝙ sit ex eisdẽ parẽtibus natus, vel eodẽ loco, vel eodẽ tẽpore: at oẽs simul, quæ in vno sunt, in altero esse nequeunt, sicut proprietates speciei, quæ omnibus sunt communes.

Hæ autẽ proprietates indiuiduorũ ad septem plus minus reduci possunt, sub quibus omnes continentur, quæ sunt, hæ: Forma, Figura, Locus, Tẽpus, Sanguis, Patria, Propriũq; nomen: per formam intellige temperiem: per figuram vultum coloremq; corporis, & ilaturam, ac quantitatem: per sanguinem cognationem, parentes, & reliqua.

7. Proprietates indiuidui.

Hoc loco Auer. reprehẽdit Porphyr. qa ista definitio indiuidui soli indiuiduo accidẽtis videatur cõpetere: & ita eius iudicio melius esset cũ Aristot. 1. Periherm. c. 5. dicere. Indiuiduũ est, ꝙ non prædicatur de multis. Sed iam de hoc quid sentiẽdũ esset, quodq; Auerrois sententia non sit vsquequaq; vera, latius diximus capit. de genere.

7. Dubi.

Est vnicũ dubiũ: nã habetur. 7. Meta. cap. 15. indiuidui vel singularis nõ esse definitionẽ, neq; scientiã, quomodo ergo hic definitur? Ad hoc dico indiuiduum posse dupliciter cõsiderari: vno modo primę intentionaliter, scilicet pro ipsa re, quæ est singularis secundũ se, scilicet ꝑ Petro, aut Paulo: & sic nullatenus põt definiri, Petrus. n. nõ definitur: altero modo secundæ intentionaliter, scilicet pro regulari, quatenus habet hanc proprietatẽ intellectus, ꝙ de vno prædicetur, vel nõ possit in alia inferiora diuidi: & sic definiri potest, & in præsenti definitur à Porphyrio.

Respon. indiuid. duplex consideratio.

TEXT: 8 *Continetur* igitur indiuiduum sub specie, &c.

POrphyr. ex his, quę dixit, scilicet genus de speciebus, & speciẽ de indiuiduis ꝑdicari, infert indiuiduũ sub specie, & speciẽ sub genere cõstituit: vñ species, & ad genus referẽ, & ad indiuidua,

Universidad de Deusto Biblioteca

dua, sed aliter ad vnũ, aliter ad alterũ, ad genus enim vt pars ipsius, ad indiuidua verò vt totũ in ipsis: & ad explicandas has duas diuersas relationes, & respectus: diuerso loquẽdi modo est vsus, scilicet, species est alterius, scilicet generis, quia est eius pars: & species est in alijs, scilicet indiuiduis, tanquam totum in partibus. Tandem epilogat Porphyrius ea quæ dicta sunt.

Totum triplex. Est notandũ totũ esse triplex, vniuersale, definibile, & integrale, vniuersale est superius respectu inferiorum, & inferiora dicuntur partes potentiales: totum definibile est definitum respectu partium definitionis: totum, integrale est compositum respectu partium integrantium & quantitatis, vt manuum, pedum, capitis.

Iuxta hoc intellige specié esse totũ definibile respectu ipsius generis, & genus partem: nã ex genere: & differẽtia fit species, at species est pars potentialis generis, & ipsum genus est totũ vniuersale: & ita loquitur Porphy. scilicet genus est totum vniuersale, & species est ipsius pars potentialis, indiuiduorũ verò est totum vniuersale. Hæc quantum ad capitis interpretationem.

QVAESTIO VNICA.

¶ An definitiones speciei, & reliqua de specie, à Porphyrio rectè tradita sint.

CIrca ea quæ in capite hoc de specie, & ius definitionibus dicta sunt præcipuè aliquot difficultates erunt agitandæ. Et primo obijciam nonnulla contra definitiones duas speciei, deinde contra alia.

1. Argu. Sit ergo primũ argumẽtum. Species vt species est, est quoddam vniuersale, sed illæ definitiones nõ sunt de specie, vt vniuersale, ergo non sunt rectæ. Maior est nota. Minor probatur: quia vniuersale dicitur aliquid in ordine ad inferiora, sed species relata ad genus nõ sumitur nisi in ordine ad superius.

2. Secundò arguitur contra id, quod dicitur, vltimã definitionem soli speciei specialissime competere. Genus etiam prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid ergo non soli speciei vltimæ competit illa definitio. Antecedẽs est notum, animal enim de Petro, & Paulo, & reliquis in eo quod quid prædicatur.

3. Tertiò. Illa definitio tertia non conuertitur cum specie, ergo non est bona. Probatur antecedens. Sunt multæ species quæ de pluribus non prædicantur vt Sol, Phœnix, Mũdus ergo nõ omnibus definitio competit: similiter, sunt multa quæ prædicãtur de pluribus numero, differentibus in eo ꝙ quid, quæ tamen nõ sunt species. Probatur. Punctus prædicatur de multis punctis, instãs de multis instãtibus, anima de multis animabus: hæc aũt non sunt species, quia sub nullo genere sunt: punctus. n. non est in genere, nec alia, cum in prædicamento non sint, sed reductiuè, ergo non sunt species. aliter enim species esset, quæ non est sub genere, contra aliam definitionem.

4. Quartò. Petrus & Paulus & similiter alia indiuidua propriè nõ differunt numero, ergo species non prædicatur de differentibus numero. Antecedens patet. Differre numero nõ põt, nisi quod est numerus, sed Petrus per se, & Paulus per se sunt vnũ, quod nõ est numerus, sed numeri principiũ, ergo nõ differunt numero. Præterea quia sunt multę species, quę nulla ratione de numero differẽtibus dicũtur, qa numerꝯ pertinet ad quantitatem, indiuidua autẽ, & species multæ sunt extra quãtitatẽ.

5. Quintò. Argumentor cõtra quędam alia, quæ in capite continentur. Genus est prius specie, vt superius probabimus: ergo genus & species non sunt relata. Patet consequẽtia, quia relata simul sunt natura, vt docet Arist. in Prędicamento ad aliquid.

6. Sexto. Id quod dicitur genus inferius generalissimo, esse genus subalternũ,

Con-

Cõtra. Esse subalternũ, est esse sub altero, sed genus, vt sub altero est, nõ est genus, sed species: ergo est implicatio, & repugnãtia in adiecto, dicere genus subalternum.

7. Septimò. Ista genera vocantur media. Contra. Medium participat naturã extremorum, vt color medius, scilicet, rubedo, vt videtur, constat ex albedine & nigredine: at genus non fit nec participat ex superiori & inferiori: ergo nõ est dicendum medium.

8. Octauò. Contra id ꝙ dicitur, vniuersale esse collectiuũ. Si ita esset, ista nomina essent collectiua, homo, animal, corpus, & tantem omnis terminus communis, sed hoc manifestè est falsum ergo & antecedens illud est falsum, scilicet vniuersale est collectiuum.

Alia posset proponi argumenta, cõtra ea, quæ de specie dicũtur quæ quia minoris momenti sunt, & partim ex his quę diximus in capite de Genere nota, prætermittuntur: hæc autem, quæ proposuimus, eiusmodi sunt, quorũ solutio maximè speciei, naturam, & essentiam perfectamq; eius notitiam aperiat.

Circa primũ ergo argumentum, Alpharabius & Auicẽna in sua Logic. c. de specie, mouent dubiũ, an species, vt ad genus refertur, sit vniuersale. Auicẽna videtur dubitare propter quod ab Alberto reprehenditur tractatu quarto, cap. 2. asserit enim Albertus cũ Alpharabio. specie, vt ad Genus refertur, non esse vniuersale. cuiꝯ ratio est fortis. Species, vt ad genus refertur, est subiectũ, nempè de qua genꝯ prædicatur: sed vniuersale, vt vniuersale est prædicatũ, est ergo vniuersale vnũ multis, & de multis: ergo vt species referẽ, nõ est vniuersale.

Ex hac doctrina infert Caietanus in præsenti. Cũ de natura species vt species est, sit ad genus, & species vt species nõ sit vniuersale, de natura speciei non est esse vniuersale, sed est ꝓprietas & accidens, ꝙ sequitur ipsam speciem. Atq; ita Porphyrius definiens speciem in ordine ad genus definit illam secundũ naturã, in ordine verò ad id indiuidua definit per proprietatem: vnde secundũ Alberum & Caietanum species, vt ad genus refertur, accidit esse vniuersale.

Sed pace tantorum virorum dicam. Ista sententia nõ mihi videtur recipiẽda, quia prius est esse vniuersale quam esse speciem: cum vniuersale sit cõmunius. Imò, vt antea ostendimus, sit genꝯ ad specié, & alia Prædicabilia, ergo nõ accidit speciei. Et præterea, quod me magis mouet, Species est nõ solũ quod refertur ad genus, sed quod refertur immediatè ad genus: sed quod immediatè ad Genus refertur, est vniuersale, cum genus vt genus immediate de singularibus non prædicetur, ergo species, vt ad genus refertur, est vniuersale, & de ratione tali est quod sit vniuersale.

In specie tria sunt considerãda

Propterea dico. Species habet tria ꝙ sit vniuersale, quod sit species, & specialissima: quod sit vniuersale, habet in ordine ad inferiora, quod sit species in ordine ad superiora, ita tamẽ quod nisi sit vniuersale, nõ sit species: quod vero sit specialissima respectu ad inferiora indiuidua de quibꝯ immediatè prædicatur atque ita species specialissima cõstituit secundum Prædicabile, & est species vere, & vniuersale eius genus. Quod si Albertꝯ voluit dicere, quod illa species nõ dicitur vniuersale comparatione ad genus, sed ad inferiora, recipimus, si tamẽ velit dicere cum Caietano, quod nõ est de natura speciei, quæ ad genus refertur esse vniuersale falsum est, vt probaui, quia quod immediate ad genꝯ refertur, est vniuersale: ex quo patet tertia definitio Porphyrij, quæ est de specie, vt species specialissima est.

Distinctio. Dici etiam potest, vt arbitror, facilꝯ & clarius, adhibita quadã distinctione quæ omnes videtur euacuare difficultatem. Vniuersale vt vniuersale, sicut antea ostẽsum fuit, dicit per se & intrinsice esse in multis, & ex hac eius essẽtia, qa tale est, duas relationes, seu duas ꝓprieta-

Universidad de Deusto Biblioteca

prietates consequitur: quarũ altera est esse prędicabile de multis: altera est esse subijcibile, secũdum illa omnia multa, quę in se continet: sicut è cõtra indiuiduũ habet duo, quæ ipsum, vt tale est consequuntur: alterum quod de vno tãtùm prædicatur, alterũ quod subijcitur vt vnum tãtum. Vnde fit, vt sicut aliud est prædicabile de multis, scilicet vniuersale, aliud prædicabile de vno scilicet singulare & indiuiduum: ita subijcibile, alterum sit subijcibile vniuersale, alterum subijcibile, sed singulare.

Dicendum igitur, speciem vt generi subijcitur esse subijcibile, sed tamẽ subijcibile vniuersale. Nã genus immediatè nõ de indiuiduis, sed de speciebus vniuersalibus prædicatur: & ita ipsæ species, vt tales, subijcibilia vniuersalia sunt: similiter vt respicit inferiora, esse prædicabile vniuersale. sed si inferiora sint: vniuersalia quoque, esse genus subalternũ si indiuidua tantùm, esse speciẽ specialissimam prædicabile scilicet de ijs tantùm: & ita tam secundum prædicationem, quã secundũ subijcibilitatẽ est vniuersale, scilicet prædicabile vniuersaliter & subijcibile vniuersaliter: atq; ita per oẽs gradus, prædicabile genericũ, & subijcibile genericũ, & prædicabile specificum & subijcibile specificũ, & prædicabile, ac subijcibile mediũ scilicet subalternum.

Imò verò si quis subtilius consideret vniuersale ex se & per se prius est & abstrahit à prædicabili, & subijcibili, quatenus scilicet est in multis: siue prædicetur siue subijciatur, siue non, nec sub talibus rationibus concipiatur, sed secundũ intrinsecũ, vt est in multis: & ita ex se & per se diuidi potest intrinsecè per esse in multis, in his scilicet, aut in illis.

Quoddam itaque est genꝰ generalissimum, si sit in omnibus quæ non conueniũt genere cũ alijs: est species, si est solum in his, quæ differũt tantũ numero: est subalternum, & altius, & minus altũ quò est in pluribus vel paucioribus subse contentis. Quamobrem nec per prædicabile, nec per subijcibile cõstituitur intrinsecè vniuersale genus, vel species sed per esse in multis, in istis, aut illis. Nam prædicari & subijci postea consequuntur. In quibus tota difficultas euacuata est.

Ad argumentum dicitur, quòd quamuis species à tali ratione ad genus non sit vniuersale, tamen taliter non posse referri nisi esset vniuersale, propterea dum ad genus definitur referri, esse vniuersale definitur. ad 1. arg.

Secundò respondetur, à tali relatione ad genus formaliter & intrinsecè nõ esse speciẽ, neq; vniuersale, sicut nec à relatione prædicabilitatis, sed ab eo q̃ est esse in multis, verũ tanquam per duo propria, essentiã, illis duabus relationibus subijcibilitatis vniuersalis & prædicationis vniuersalis explicari, & merito, quia ad essentiam ambę illę pariter consequuntur.

Circa secundum, Auicenna suæ Logicæ ca. 9. voluit propter hoc argumentũ addendum seu intelligendum particulam exclusiuam, tantũ, vt sit sensus, species est quę prædicatur tantùm de pluribus differẽtibus numero, at genꝰ prędicatur de his, & de differẽtibus specie, quam sententiã recipit Caietanus. At quia posset fieri argumentũ genus prędicatur etiam tantum de differentibus numero, quia prędicatur de indiuiduis quæ differunt numero, & de speciebus quę etiam differunt numero, nam maior distinctio includit minorem, quę enim differunt specie, differunt numero licet non è contra.

Propterea alij dicũt differẽtibus solo numero, vnde duas exclusiuas addunt. Species est, quæ prædicatur tantum de pluribus differentibus numero tantũ.

Sed melius est cũ Alberto dicere tractatu quarto c. 1. in fine, hic fieri sermonẽ de prędicatione immediata, quãdo enim genus de indiuiduis prędicaf, est mediata prędicatio, q̃ prius speciei & per Ad. 2.

per specie indiuiduis inest: at species immediatè ab indiuiduis participatur. Nec est aliqua exclusio addẽda, q̃ denominatio absoluta indicat ꝓcipuũ denominatũ. per differẽtia verò numero, singularia simpliciter intelliguntur.

Ad 3. Ad tertium respon. Boet. explicans definitionẽ speciei, quæ ferè in fine capitis traditur: & ait, q̃ dupliciter pót excusari Porphyr. Primò, quia multo plures sunt species, quæ de numerosis indiuiduis prædicãtur, quã de vno Porphyr. autem definiuit quæ vt plurimũ inuenitur. Secundò dicit, q̃ intelligendus est Porphyrius de aptitudine & potestate, non actu: illæ autem species quamuis actu de pluribus non prædicentur, potestate tamen prædicantur: & ista est melior solutio.

Dubi. Sed dubitabis & meritò, an sufficeret hoc ad genus, q̃ in potentia de pluribus speciebus prædicetur, q̃ est dicere, si vnica esset actu species, an esset genus per hoc q̃ potestate de pluribꝰ speciebus prædicaretur? Ad hoc respõdet Boet. loco allegato, & paulo superius in eodẽ cap. Quòd nullatenus, sed necessario, vt genus sit, plures actu species requiruntur: quã sententiã ex professo sustinet Albert. tract. 4. c. 6. & videtur doctrina Aristo. 4. Topicorũ. c. 3. Horum ratio est: quia genus contrahitur ad speciem per differentiam, sed differentia non constituit nisi simul distinguens ab alijs, ergo genus non est in vna specie, sed pluribus. Sol.

Nota. Genus cur plures formas postulet. Pro declaratione est notãdum quod aliter se habet genus ad speciẽ, aliter species ad indiuidua: natura enim generis est natura imperfecta, & incõpleta, quæ perficitur per formã, sicut materia per formã perficitur, & sicut cera, quæ quid informe est in genere artificiatorũ, per formã aũt perficitur. Prętea, sicut materia nõ per vnã formam perficitur quantũ ad totã eius potẽtiã, sed per multas, ita nec generis natura per vnam differentiam solam habet perfici, sed per plures & ex hac parte natura generis nõ pót existere pfectã in vnica specie, & inde cũ nõ sit natura genus nisi sit perfecta, hinc est, q̃ plures postulat genus species. At species natura in se est natura pfecta, nec ab indiuidui accidẽtibus perficitur, sed multiplicatur, in vno tũ perfecta manet: inde est, q̃ sufficit indiuiduum vnum, vt dicat manere speciem, & sufficit quòd possit de alijs prædicari: q̃ in genere non est, quia in vna specie non existit eius natura perfecta, & hęc doctrina est maximè considerãda. Huius sententiæ fuit idem Boet. in lib. de Diuisionibus, & D. Thomas distinctiꝰ. quæst. 4 art. 2. lib. 1. sententiarum.

Ad secundã partem huius argumenti respõdet Caiet. & bene, quod ad speciem duo sunt necessaria: & quod prædicetur de pluribus numero differentibus in quid, & q̃ sit natura perfecta scilicet pertinens ad lineã rectã prædicamenti sub aliquo genere, & hoc secũdum deest illis, pũcto animæ, instanti, quia nõ sunt nisi partes naturæ perfectè cũ per se in prædicamẽto nõ collocentur: dicentur aũt species imperfectę quæ propriè non sunt prædicabiles prędicatione prędicamentali.

Ad quartum respondet Boet. q̃ indiuidua nõ dicũtur numero differre, quasi vnum indiuiduum faciat distinctum numerum ab alio, sed quasi dum numerantur differant: scilicet q̃ũ numeramus singularia, vnum distinctũ ab alio facimus, nec sub eadem vnitate collocamus. Ad aliam partem respõdeo admittendo esse alias species præter quãtitatem, tã harum indiuidua numero differunt per ordinẽ ad quantitatẽ: nã distinctio numerica accidentiũ, sumitur penes diuersitatem subiectorũ, in quibus est quãtitas, vel habent ordinẽ ad quantitatem, hæc enim albedo differt ab illa, penes subiectum. Ad 4.

Ad quintum facilis est solutio. Genꝰ enim & species possũt dupliciter considerari, Ad 5.

derari, vno modo fundamẽtaliter secũ ſuum naturas ipſas materialiter ſignificatas: & ſic natura generis eſt prior natura quã ſpeciei natura: ſi vero altero modo conſiderentur formaliter, tunc ſunt relata, nec vnũ eſt altero prius, nõ enim dicitur genus, niſi ſint ſpecies.

Ad.6. Ad ſextum perinde eſt facilis ſolutio. Genus enim nõ dicitur ſubalternũ, quia ſub altero ponitur, ſed quaſi alter natum ſe habeat, vt modo ſupponatur alteri, modo ſuperponatur alteri: modo ſit genus, modo ſit ſpecies.

Ad 7. Mediũ quibus modis capiatur. Ad ſeptimũ reſpondeo, mediũ multis ſumi modis: aliquãdo dicitur mediũ poſitiuè, ſcilicet quod æqualiter diſtat ab extremis, vt pũctus eſt mediũ in circulo, ſiue in linea: aliud eſt mediũ participatiuè, q̃ ex extremis conficitur: vt rubedo dicitur medius color inter albedinem & nigredinẽ: aliud eſt mediũ metaphoricũ, vel ſecundũ rationẽ, quo pacto dicitur, Virtutem eſse in medio: aliud eſt mediũ in prædicatione, quale eſt in præſenti, ſcilicet id q̃ de alio & de quo aliud p̃dicatur: vt animal dicitur medium inter viuens & hominẽ: hoc aũt medium, in multis differt à medio ex participatione: in medio ex participatione extrema cõcurrunt per miſtionem quandam accidentalem ad faciendum mediũ, vel per virtutẽ vtrinq; ex parte cõmunicatã. Præterea, nulla eſt inter ea prædicatio, cum nec mediũ ab extremis, nec extrema de medio prædicentur. Præterea tertio, medium eſt poſterius extremis cum ſit eorũ effectus: at in medio prædicationis nõ cõcurrunt extrema, non enim animal fit ex homine, & viuenti, ſed viuens eſt de eſſentia & ſubſtantia animalis, & animal de ſubſtantia hominis.

Præterea, extremum ſuperius de medio, & mediũ de extremo inferiori prædicatur: & tertio vnum extremum ſuperius eſt natura prior medio, ſed mediũ eſt prius natura altero extremo, vt viuẽs eſt prior natura animali, ſed animal prius eſt natura, quàm homo.

Circa octauum argumentum, nota, aliqua multa tripliciter poſſunt in vnũ conuenire. Ad.8. quot modis multa in vnũ conueniunt.

Primò, in vnum aliquod extrinſecum puta locum, finem, cauſam efficientẽ, vt plura grana congregari vno loco, & plures ciues vnica vrbe, & plures homines ad aliquid agendum: & nomina ſignificantia iſta plura, ſecundum talem vnitatem dicuntur ſimpliciter collectiua, vt Ciuitas, Vrbs, Senatus.

Secũdo, aliqua plura conueniunt in aliquod vnũ intrinſecum, ſiue accidẽtale, ſiue ſubſtãtiale, q̃ tũ nõ eſt in ſingulis per ſe perfectè, & totaliter quo pacto plures partes domus conueniunt ſub vnica forma, & plures partes totius ſub vna forma totius, quæ tamen in ſingulis per ſe non eſt, vt Petrus, Ioãnes, homo reſpectu animæ, & corporis. & talia nomina ſignificantia plura ſub iſta vnitate non ſunt dicenda collectiua.

Tertiò, aliqua plura conueniunt ſub aliqua forma intrinſeca, quæ tũ eſt in omnibus & ſingulis per ſe: & alia nomina dicuntur vniuerſalia, ſpecies, & genera, & reliqua, quæ de ſingulis diuiſim prædicãtur, quia forma, quã ſignificãt, in ſingulis per ſe perfectè inuenitur: & de tali collectiuo hic loquitur Porphyrius, quod conſtat longè diuerſum ab eo, quod ſimpliciter vocatur collectiuum: hoc enim tertium nõ propriè collectiuum, ſed vniuerſale dicitur.

¶ De differentia.

CAP. III.

TEXT. 1. DIfferentia verò & communiter, & propriè, & proprijſſimè dicitur. Nam communiter quidem differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate differt quocũq; modo, vel à ſeipſo, vel ab alio. Differt enim Socrates à Platone alteritate, & ipſe à ſeipſo, & puero exiſtẽte & viro facto, & faciente aliquid vel quieſcente: & ſem per in aliquo modo habẽdi ſe alteritatibus ſpectatur. Propriè autem differre alterum ab altero dicitur, quãdo in ſeparabili accidente alterũ ab altero differt. Inſeparabili verò accidens eſt, vt cæcitas oculorum, aut naſi curuitas, aut cicatrix cum ex vulnere ocaluerit. Proprijſsime autẽ differre alterũ ab altero dicitur, quãdo ſpecifica differẽtia differt quẽadmodũ homo ab ęquo ſpecifica differẽtia differt, rationalis qualitate. Vniuerſaliter ergo omnis differẽtia addita alicui alteratum facit.

Sed eæ quidem, quæ & communiter & propriè ſunt, alteratum faciunt, quæ verò proprijſsimè, aliud. Quæ quidem igitur aliud faciunt ſpecificæ vocantur illæ verò, quæ alteratũ, ſimpliciter differentiæ. Animali enim adueniens rationalis differentia, aliud fecit: eius autem quod eſt moueri, alteratũ ſolum à quieſcẽte fecit Quare illa quidẽ aliud hæc verò alteratũ ſolũ fecit. Secũdum igitur aliud facientis differẽtias, diuiſiones generũ fiunt in ſpecies, & deſinitiones aſsignantur, quæ ſunt ex genere & huiuſmodi differentijs: ſecundũ autem eas, quæ ſolũ alteratũ faciunt, alteritates ſolum conſiſtunt, & aliquo modo ſe habentis permutationes.

3. A ſuperioribus ergo rurſus inchoãti dicendũ, differentiarũ alias quidẽ eſse ſeparabiles, alias verò inſeparabiles. Moueri enim, & quieſcere ęgrum eſse, & ſanũ eſse, & quæcunque his proxima ſunt, ſeparabilia ſunt: at verò aquilinũ eſse vel ſimũ, vel rationale, vel irrationale inſeparabilia ſunt. Inſeparabiliũ autem aliæ quidẽ ſunt per ſe, aliæ verò per accidens. Nam rationale per ſe inest homini, & mortale, & diſciplina eſse ſuſceptiuũ. at verò aquilinũ eſse, vel ſimum per accidens, & non per ſe: Illæ igitur, quę per ſe ſunt, in ſubſtãtię ratione accipiuntur, & faciunt aliud: illæ verò, quæ ſecũdum accidens, nec in ſubſtantiæ ratione accipiuntur, nec faciunt aliud, ſed alteratum. Quæ quidẽ igitur per ſe ſunt, nõ ſuſcipiũt magis & minus: quæ verò per accidẽs (etſi inſeparabiles ſint) intenſionẽ accipiunt & remiſsionẽ. Nã neq; genus aut magis & minus prædicatur de eo, cuius fuerit genus, neque generis differentiæ ſecũdũ quas diuiditur. Ipſæ enim ſunt, quæ vniuſcuiuſq; rationẽ cõplent, eſse autẽ vnicuiq; vnũ & idẽ, neq; intentionẽ, neq; remiſsionẽ ſuſcipiẽs eſt: aquilinũ autẽ eſse, vel ſimũ, vel coloratum, aliquo modo & intenditur & remittitur.

Cùm igitur tres ſpecies differẽtiæ cõ- 4.
ſiderentur: & hæ quidem ſint ſeparabiles, illæ verò inſeparabiles: & rurſus inſeparabilium hæ quidẽ ſint per ſe, illæ verò per accidens: rurſus earũ, quæ per ſe ſunt, differentiarũ, aliæ quidem ſunt ſecundũ quas diuidimus genera in ſpecies, aliæ verò, ſecundũ quas ea, quę diuiſa ſunt ſpecificantur: vt cũ per ſe differẽtiæ omnes huiuſmodi animalis ſint animatũ & ſenſitiuũ, rationale & irrationale, mortale & immortale: animati quidẽ & ſenſitiui differentia conſtitutiua eſt ſubſtantiæ animalis (eſt enim animal ſubſtãtia animata ſenſitiua) mortalis vero & immortalis differentia, & rationalis & irrationalis diuiſiuæ ſunt animalis differentia, per eas enim genera in ſpecies diuidimus. Sed eæ quidẽ, quæ diuiſiuè ſunt differẽtiæ generũ cõpletiuæ fiũt, & conſtitutiuæ ſpecierũ: diuiditur enim animal rationalis & irrationalis differentia, & rurſus mortalis & immortalis differẽtia, ſed rationalis & immortalis differentiæ conſtitutiuæ ſunt hominis: rationalis verò & immortalis Dei: irrationalis autẽ & mortalis irrationalium animaliũ. Sic & ſupremæ ſubſtantię, cùm diuiſiuè ſint animati & inanimati differentiæ, & ſenſitiui & inſenſitiui, animata quidem & ſenſitiua, iuxta ſubſtantiam ſumptæ, animal perfecerunt: animata verò & inſenſitiua perfecerunt plantam. Quoniam ergo eadem aliquo modo quidem acceptæ fiunt conſtitutiuæ, ali-

quo modo autē diuisiuę, specificè omnes vocantur.

Et his maximè opus est ad diuisiones generum, & ad definitiones: sed nō his, quę secundum accidens inseparabiles sunt, neque etiam magis ijs, quę sunt separabiles.

Quas etiam determinantes dicunt. Differentia est, qua abundat species à genere. Homo enim plus habet, quàm animal, rationale & mortale: animal enim nihil horum est. Nā vnde species haberent differentias? Neq; verò oēs oppositas habet, quoniam idem simul habebit oppositā. Sed, quemadmodum sentiunt, poteritate quidē habet omnes eorū, quę sub se sunt, differentias, actu verò nullam: ac si neq; ex ijs, quę non sunt, aliquid sit: neq; opposita circa idē erunt. Definiunt autē eam & hoc modo Differentia est, quæ de pluribus & differentibus specie in eo, q̄ quale qd est, prędicatur. Rationale enim & mortale de homine prędicatū in eo quod quale quid est homo dicitur, sed non in eo, quod quid est. Quid est enim homo? nobis interrogatis, cōueniens dicere, animal: quale autē animal? inquisitis, q̄ rationale & mortale est conuenienter assignabimus. Rebus enim ex materia & forma cōstantibus, vel secūdū proportionē ad materiā & formā cōstitutionē habētibus: quemadmodū statua ex materia quidē est æræ, ex forma autē figura: sic & homo cōmunis & specialis ex materia quidē ꝓportionaliter cōsistit ex genere, ex forma autem differētia: totū autē hoc, animal rationale mortale, homo est, quēadmodum illic statua. Describūt autē & hoc modo. Differētia est quod aptum natū est diuidere ea, quæ sub eodem genere sunt. Rationale enim & irrationale hominē & equum, quę sub eodem genere sunt, q̄ est animal, diuidunt. Assignant autem & hoc modo. Differētia est, qua differūt à se singula, namq; homo, & equus secundū genus non differūt, sumus enim animalia nos, & equi: sed additum rationale disiūxit nos ab illis: & rationales sumus, & nos, & dij. sed mortale oppositū disiunxit nos ab illis. Exactius autē pertractantes ea, quę ad differentiam pertinent, dicunt non quodlibet diuidentiū ea, quæ sub eodē genere sunt, esse differentiam, sed quod ad esse conducit, & quod qd erat esse, & quod rei pars est. Neq; enim quod aptum natum est nauigare, est hominis differentia, & si sit propriū hominis. Dicere enim possumus animaliū hęc quidē apta esse ad nauigandū, illa verò minimè, diuidentes hominē ab alijs: sed aptum natum esse ad nauigandū, nō est substantię cōpletiuū nec eius pars, sed aptitudo solum ipsius: idcirco quia nō est talis differentia quales sunt, quę specificę dicuntur differentia. Erūt ergo specificę differentię quęcunque alteram faciunt speciem, & quhcūque in eo quod quid erat esse accipiūtur. Et de differentia quidem tot sufficiant.

Non oportet, vt benè dicit Boetius, hic quęrere, quare differētia proprio, & accidenti anteponatur, cùm in dubiū reuocatum fuerit, an species esset proponēda, est enim prędicatū essentiale, quod nec proprio, nec accidenti cōpetit. Non autem hic agimus de differentia concretè scilicet de ipsis, quę differre dicuntur, sed de ipso principio & forma, per quā vnum ab altero differt: vt differentia sit forma, per quam vnum ab altero differt. Nec agimus de isto principio, & forma secundum se, sed vt per intellectum assumitur ad prędicādum de illo, cuius est differentia.

Hoc igitur caput in duas prātes diuiditur: in priori sunt quinque diuisiones differētię, in posteriori quinque definitiones: est autē prima diuisio. Differentia triplex est, quædam cōmunis, quædam propria, quędam proprijssima. Diuis.1.

Differētia communis est accidens separabile, per quod vnū ab alio, vel à se aliqualiter differt, vt Petrus sedēs à nō sedente, currēs à quiescente, senex à se ipso puero differunt.

Differētia propria est accidens inseparabile, per quod vnum ab alio differt, vt cæsijs occulis differt ab eo, qui nō est oculis cæsijs, illa oculorū affectione, & colore cęso, quæ dicitur differētia propria: illa enim affectio non separabitur à subiecto, dum ipsum fuerit.

Differentia proprijssima est forma substantialis, per quam vnū ab alio differt, vt homo ab equo differt per rationale. Porphyrius ponit conuenientiam inter has, & discrimē, omnes enim tres hoc habent, quòd faciūt diuersum vnū ab altero, sed differūt, quod duę primę faciunt differre in accidēti, tertia verò in substantia: vnde illæ duę primę dicūtur tātum facere, diuersum, seu alteratum, tertia vero facit aliud, id est, diuersum in substantia.

Nota.1. Circa istam definitionem est primo notandū ex Auicenna hoc capite, quod acceptiones differētiæ aliter se habēt, quā acceptiones speciei, & generis: illa enim generis scilicet & speciei, nō omnes sunt Logicæ, sed tātum tertia generis, & posterior speciei: at istæ tres acceptiones differentię omnes ad Logicum & Physicum spectant.

Nota 2. Nota secundò cum Boetio, quod istæ duæ primę differētiæ, scilicet prima, & secunda sunt indiuiduorum, & singularium, ista enim accidētia propriè sunt singularium: at differentia tertia est specierum & generum, id est, per quam species, & genera differunt, sicut per illam differunt indiuidua: qua de causa illæ tres differētiæ superius positæ, scilicet differentia numerica, specifica, & generica ad has reducuntur: numerica enim ad duas priores, specifica verò & generica ad tertiam.

Nota 3. Differētia cur dicat cōmunis & propria. Nota tertio. Differentia prima dicitur cōmunis: dicta, iudicio meo, propterea cōmunis dicitur, q̄ sit tale accidens, quod sicut modò accidit vni extremo, quod per tale differt ab alio, ita vicissim & alteri extremo possit alias accidere, verbi gratia, sed ens differt à stāte accidenti, & differentia cōmuni, secundum quam potest etiā, & qui modo stat à sedēte differre, nā stans potest sedere & qui sedet aliquando stare: reliquæ dicuntur propriæ differentiæ, id est, peculiares vniusciuiusq; q̄a quod semel per illas differt, semper per eas differt.

¶ Differentiarum ergo aliæ quidē, &c. 2. Diuis.3.

EX discrimine superiori inter illas tres differentias assignato, Porphyrius infert diuisionem secundam. Quædam differentiæ faciunt alteratum, id est diuersitates in accidentiquædam faciunt aliud, id est, diuersam substantiam: sub priori membro sunt differentia prima, & secunda, scilicet cōmunis & propria: sub posteriori vero est tertia, scilicet proprijssima: inter quas est duplex discrimen: prius, differentiæ facientes alteratum dicuntur simpliciter & tātum differentię, at facientes aliud dicuntur differentiæ specificę, quod additum est perfectionis, explicans huius differentiæ specificę munus, quod explicat in posteriori discrimine: nā definitiōes quidditatiuæ & generū diuisiones fiunt per has specificas differētias, & facientes aliud, non per illas secundum quas non fiūt nisi alterationes, & mutationes quędam accidentales.

¶ A superioribus ergo rursus inchoantibus.

RVrsus in cōmuni iterum tertiò diuidit differentias. Quædam sunt differentiæ separabiles, quædam inseparabiles, separabiles sunt accidētia, quę non constant, vt sedere, currere, & sub hoc membro, est differētia communis: inseparabiles sunt, quæ nūquā à re manente dimouentur, quales sunt differētia propria, & proprijssima. 3. Diuis.3.

Et hanc subdiuidit in inseparabilē per accidens, qualis est propria, quę accidēs est quoddam inseparabile, & inseparabilem per se qualis est ꝓprijssima quę ad rei substantiam & naturā pertinet: Diuis.4.

net:& hæc est quarta diuisio, quę subdiuisio est potius vnius mēbri, tertiæ præcedentis. Costituit autē duplex diseri men inter has duas inseparabiles. Alterum, inseparabilis per Accidēs facit diuersum in accidēti vt superius diximus at inseparabilis per se facit aliud, idest diuersum in substantia. Alterū, differētia inseparabilis per accidens suscipit magis & minus, idest, nō æqualiter sem per inest: nā aliquis homo est magis cæsius, quā alius, & curiori naso, quā alius at inseparabilis per se non suscipit magis aut minus vnus homo nō est magis rationalis, quā alius. Huiꝰ dat rationē quia differētia pertinet ad esse, & naturā rei, at esse & natura non suscipit magis in his, quàm in illis, aut minus: vnus enim non est magis homo, aut animal, quam alius, nec magis corpus, quàm alius.

¶ Cùm igitur tres species differētię cōsiderentur.

TEXT. 4. *Porphyrius* epilogat has diuisiones propositas, insinuans vnū consideratione dignū: videlicet species differētiæ esse solū tres illa primo loco cōstitutas: sed quia varię sunt proprietates illarū factę sunt rursus aliæ diuisiones secundū ea, quæ illæ habent vnde eadē sunt prorsus numero mēbra diuidētia, scilicet illæ tres differentiæ, & inter has quędā iuueniūtur faciētes alteratum, quædam aliud, quædā separabiles, quædā inseparabiles, tam per se, quàm per accidens.

Diuis. 5. Postea verò Porphyrius differentiā inseparabilem per se, scilicet specificā, quinta diuisione subdiuidit, quædā, inquit, sunt alicuiꝰ generis diuisiue, idest per quas genus diuiditur: quædam illiꝰ generis constitutiuę, id est, per quas genus illud constituitur: verbi gratia, animal habet has differentias, animatum sensibile, rationale, irrationale, mortale, immortale: sed harum quædam sunt per quas animal cōstituit, scilicet duæ priores: animal enim est animatū & sensibile corpus: per alias diuiditur, per rationale & irrationale, mortale, immortale. Inter has vnū est discrimē, nā per diuisiuas generis constituuntur species illius generis, non autē per constitutiuas: vt per rationale, mortale iuxta opinionē Porphyrij cōstituitur homo, per rationale immortale, simul cum animali, Deus: per irrationale vero mortale constituitur brutū. At verò quāuis istæ constitutiuę non faciant species, tamē si ad superius tale genus considerentur tales differētię dicentur illius superioris diuisiuæ, & ipsiꝰ inferiorum, tanquā speciei constitutiuę, vt animatū, & sensibile, sunt superiorum diuisiuę, corpus enim per animatum & inanimatum diuiditur: & corpus animatum per sensibile, & insensibile, animatum autē, & sensibile, cum substantia faciunt animal, sicut insensibile cum animato facit plantam, vnde eædē differentiæ simul sunt & diuisiuę, & constitutiuę, sed inferiorum cōstitutiuę, superiorum diuisiuę, quapropter omnis differentia specifica dici potest, quia constituit speciem aliquam siue subalternam, siue specialissimam.

Circa hoc. Nota istud exemplū esse falsum, non enim Deus est animal, nec corpus, nec aliquod est animal, quod sit immortale, Porphyriꝰ loquitur, vt philosophus Platonicoꝰ, vt superiꝰ diximꝰ.

Nota etiam genus generalissimū solum habere differentias diuisiuas, non constitutiuas, cum nullum supra se habeat genus, specialissimā verò solas habere differentias cōstitutiuas, quia sub se non habet inferiores species, in quas per differentias diuidatur.

Nota similiter tertio, si istę differentiæ ad idem genus comparētur, alię distinctæ sunt differentię diuisiue, alię cōstitutiuæ, si vero ad diuersa cōparētur, eadem potest esse differētia diuisiua & constitutiua, sed respectu diuersorū superioris quidem diuisiua, inferioris vero constitutiua.

Nota. 1. Nō esse aliquod animal immortale.

Nota. 2. Genera summatātū habere differētias diuisiuas.

Nota. 3.

Et

TEXT. *Et his* maximè opꝰ est ad diuisiones generum. &c.

Hic Porphyrius duos vsus harū differentiarum specificarum ponit: prior est ad diuisiones generū faciendas, hæc.n. præcipuè per tales differentias diuidūtur: posterior ad definitiōes cōponendas ipsarū specierum, aliæ.n. differentiæ per accidens, tam separabiles, quā inseparabiles, nō sunt aptę ad præcipuas diuisiones, & definitiones, sed ad descriptiones, & diuisiones non essētiales, & miꝰ prēcipuas, cùm sint accidentia rei, nec de eius natura.

TEXT. *Differentia* est, qua abundat species à genere.

6 Haec est posterior pars huius capitis, qua ponuntur aliquot ipsius differentiæ definitiones.

1. definitio differentiæ. Prima est proposita, scilicet, differētia est, in qua species excedit genus, natura enim speciei ex genere & differentia cōstat: vnde plus includit in sua natura, quam genus. genus enim nō includit in sua natura differentiam speciei, sicut ipsa species.

Dubiū. Posset tamē dubitare quis, vnde habet species differentiā? non enim à genere, quia in genere quomodo possunt esse plures differentiæ oppositę nō autem differentia potest esse ex nihilo. à quo ergo est.

Solutio: Respō. quod differentiæ sunt in genere, nō actu, id est, non sunt de natura eius, sed in potentia, quia illo fiūt: sicut è cera extrahitur forma alicuius imaginis: & nō est incōueniēs, q. multæ differētiæ sint in genere in potētia, vt multa figurę ceræ in potentia.

2 Secūda definitio est. Differentia est, quæ prędicatur de pluribus differentibus specie in quale quid: quod exēplo claro ostenditur, vt enim res componūtur ex materia & forma, vel aliquo simili materiæ, vel aliquo simili formæ: vocat simile materiæ subiectum in rebus artificialibus, vt statua fit ex ereꝰ, vt materia, & figura tanquam forma: dicit autem subiectum simile materiæ, quia propriè materia est pars compositi substantialis: ita, inquit, species, scilicet homo componitur ex genere tanquā ex materia, & ex differentia tanquam forma: vt ex hoc intelligamus, quod differentia est velut qualitas, sicut forma.

Tertia definitio. Differentia est, per quam genus separatur, id est, diuiditur in ea quæ sub se sunt. 3

Quarta verò differentia est, secundū quam vna species ab alia differt: At quia istæ duæ vltimæ videbātur insufficientes, cum essent aliqua, per quæ genus diuiditur, & vna species ab alia differt, scilicet accidentia propria: dicit differentiam non solum habere hoc, sed etiam esse de definitione & quidditate rei, & ipsius definitionis & quidditatis partem. 4

Propterea addit quintam definitionem, exactant, scilicet, differentia est, qua vna species ab alia separatur, cum sit ipsius natura speciei pars. 5

TEXT. *Quæstiones*, seu dubia quędam scitu digniora in cap. de differentia, & prēsertim circa eius definitionem rectè ne sit tradita?

Dub. Circa hoc caput sunt aliquot dubia quæ à nobis breuiter erūt examinanda. Primū est. Cū Logicus non tractat de rebus ipsis secundum se, sed vt intentionibus subsstāt, tales intētiones considerando, cur hic Porphy. de differentia ipsa reali tractat, quod munus videtur esse Metaphysici, quod quidē tractat. Aristo. 5. Metaph. cap. 9.

Solutio. In hac re dicendum q. differentię tres actus habent. Primus est diuidere, seu determinare genus ipsum. Secūdus est constituere naturā. Tertius est eam ab alijs distinguere. Isti tres dupliciter possūt cōsiderari: vno modo fundamentaliter, vt in rebus ipsis sunt. Nam in rebus ipsis natura generis est determinata, & facta species per differentiæ naturā, & natura specifica ab alijs distincta, & hīc isti tres actꝰ ad Metaph. pertinēt, & cōsiderare differētiā secundū illos

Differētiæ triplex est munus.

actus in rebus. Altero modo posſũt cõsiderari, vt per intellectũ isti asumantur & exercẽtur, id est, quatenus genus ipsum abstrahẽtes per differẽtias diuidimus, & speciẽ ex genere cũ differentia cõponimus, & per differentiam ab alijs separamus: & sic cõsiderare differentiã est Logici: consideramus enim differentiã, vt intentioni secundæ substat, & ex his procedit quidem quartus actus ipsius differentiæ, qui magis est Logici, scilicet prædicari de his, quæ per talẽ constituũtur differentiam, & hoc peculiariter hic consideratur, scilicet vt est prædicabile. At quia omnia ista melius considerãtur & cognoscuntur in ipsis rebus, propterea Porphyr. miscet res ipsas, tũ intelligẽda sunt omnia in ordine ad intentiones.

Dub. 2. Dubitatur secũdò. Videtur enim ista definitio diminuta, scilicet, prædicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quale quid cũ multis differẽtijs non competat, nam vltimæ differentiæ non prædicantur nisi de vnica specie.

1.Opin. Circa hoc multiplex est dicendi modus. Fuit prima sententia Burlei in præsenti loco: cũ duplex genus sit differentiarũ: quædã generica, per quas genus constituitur: quędam sunt vltimæ, per quas vltima species, & specialissima cõponitur, inquit Burle. Sicut in cap. de specie, quædam est data definitio, quæ soli specialissimæ competit, quædam aliæ pro vtraq; specie: ita in hoc capit. ista definitio est pro differentia generica, aliæ pro omnibus sunt.

2.Opin. Alia fuit sententia multorũ asserentium. Porphyriũ nõ meminisse in hoc capite, nisi solam differentiarũ genericarum, quia vltimæ non sunt cognitæ à nobis: & hic modus dicendi nõ videtur abhorrere à doctrina S. Thom. 2. Post. lect. 13. qui idẽ docet super Aristo. scilicet nõ meminisse vltimarum, quia incognitæ sunt. Nec longè ab hac sententia distat Simpl. c. 3. Ante prædicam. regul. 2. vbi refert Porphyriũ definisse differentiam, vt in plurimum.

Confut. Sed prima sententia Burle. non videtur mihi admodũ rationabilis, quia cũ ratio præcipua differentiæ in hoc loco sit, vt prædicabile est, & id explicetur solũ in hac definitione, debuisset Porphyrius omnẽ differentiã definire, sicut fecit in capite de specie, vbi dedit definitionẽ conuenientem speciei, quæ est prædicabile. Secunda itẽ sententia videtur Alber. tract. 5. c. 6. nõ esse recipienda, quia cum veritas sit, esse differentias vltimas, nõ debuit assignare definitionem Porphyr. non conuenientẽ omnibus differentijs.

3.Opin. Fuit tertia sententia aliorũ, qui nullas esse differentias vltimas existimauerũt, sed oẽs genericas, & communes, & q̃ duæ, aut tres simul iunctæ speciẽ vltimam componunt: vt mortale cõuenit homini, & bruto, rationale homini & angelo secundũ Porphyriũ: at rationale mortale soli hominis, & hanc crediderũt esse sententiã Porphyr. & videtur esse doctrina expressa Aristo. 2. Post cap. 14. vbi asserit differentias singulas per se cõpetere multis specieb9, tamen aliquæ simul iunctæ vnam rem componunt: & sic esse dandas definitiones, & 1. Top. c. 3. Problem. differẽtia ad problem. generis reducit, & 4. Top. c. 6. ponit discrimẽ inter genus & differentiam, q̃ quanuis vtraq; de pluribus prædicẽtur, tamen adhuc de pluribus genus, quàm differentia.

Confut. Circa hoc dico duo. Primũ mihi videtur ista sentẽtia esse Porph. vt clarè patet in ipso capite: nõ enim aliter cõstituit species, quàm per multas differentias genericas. Dico secundò istã sentẽtiã, q̃ non sint vltimæ differentiæ, esse manifestè cõtra Aristo. qui. 7. Met. cap. 12. inquit, vltimas differẽtias cum specie cõuerti, & 1. de partib. animal. c. 2. dicit aliquas species nõ habere nisi vnicam differentiã. Nec locus Aristotel. in oppositum probat quicquam, quia illic docet Aristoteles definitionẽ secundum

dum eas differentias, quę inueniuntur, at vltimæ occultissimę sunt, non tamen propterea sunt negãdæ: & in Topi. ipsæ clarè dicit differentiam, quæ generica est, cum genere esse ascribendã: vbi insinuat esse differentiam, quæ non est generica.

4.Opin. Quarta opinio fuit Alber. tract. 5. c. 6. & Auicen. & Alphar. Dicunt enim q̃ differentia duo habet, secundum quod est differentia: alterũ est, Genus distinguere, alterum, speciem constituere: q̃ verò constituant differẽtię determinatam & vltimam speciẽ, non habent in quantũ differentiæ, sed in quantũ sunt quædam naturæ particulares non conueniẽtes pluribus speciebus, ex quo fit quòd propria ratio differentiæ inueniatur in genericis, nam vltima differẽtia habet aliquid mistum, quod non est differentię secundum se: & ita dicunt Porphyrium definisse differentiam secundum ea, quę per se habet, & ita non curauit vltimas definire.

Conclu. Contra hoc dicit benè Caietanus, quod vltima differẽtia, licet habeat aliquid, quod non est differentiæ secundũ se, non tamen amittit ea, quæ sunt differentia secundum se: nam diuidit, & constituit, & propterea debuit definiri.

5.Opin. Vnde est quinta sentẽtia ipsius Caietani asserẽtis illic definiri omnes differentias etiam vltimas: & sensum definitionis esse negatiuum, scilicet differentia est, cui in quantũ differẽtię nõ repugnat prædicari de pluribus specie differentib9: si enim repugnaret, nulla differẽtia prædicaretur de pluribus. Et hæc fuit sentẽtia Iãbici asserentis, quod differentia vltimæ vt differentia est, nõ repugnat de pluribus specieb9 dici: quod idem docuit Auicen. c. de communitatibus: vnde sententia Caietani non est noua & propria.

Conclu. Sed quamuis ista sunt probabilia, tamen existimo esse præter mentem Porphyrij, qui vltimas differentias non definiuit: siue quia credidit non esse, siue quia occultæ sunt.

Solutio. Propterea vniuersaliter posset sic differentia definiri. Differentia est, quæ prædicatur de specie, cuius est differentia, in quale quid.

Dub. 3. Dubitatur tertio. Quomodo differẽtia prędicetur in quale quid. Pro quo oportebit aduertere, quod qualitas nõ est aliud, quam id per quod fit modus & determinatio alicuius, quod ex se est indifferens & indeterminatum.

Sol. Potest autẽ aliquid tripliciter determinari. Vno modo, ad aliquem modum se habẽdi accidẽtalẽ, vt homo postquã est homo, est indifferẽs, vt sit albꝰ vel niger, calidus, vel frigidꝰ: & vniuersaliter omnis substãtia postquã est, est indeterminata, vt sic, vel sic se habeat, & talis forma determinãs in communi dicitur qualitas accidẽtalis. Secũdò, aliquid est indifferẽs ad esse substãtiale, quo pacto materia est quędã substãtia indeterminata ex se, & imperfecta, ex qua multa fieri possunt & determinatur per formã ipsam, vt si sit forma ignis, fit ignis, si forma equi, fit equus, & talis forma dicitur qualitas substantialis. Tertiò, aliquid est indifferens, tanquam aliquid confusum, & multa comprehendens, & per particulare determinatur, quo pacto se habet genus respectu differentię, vnde & differentia dicitur etiã qualitas substantialis: has qualitates posuit Aristoteles 5. Meta. capit. 14.

Determinatur aliquid tribꝰ modis.

Est autẽ notandũ discrimẽ inter has, qualitas enim accidentalis, cũ eo quod determinat nõ facit aliquã naturã, vt albedo determinat hominẽ, sed homo & albedo nõ faciũt vnicã naturam per se, sed tantũ compositum accidentale, at forma cũ materia facit vnicã naturã per se, scilicet vnicum compositum substantiale hominẽ, leonem, aut aliud quodcũquis, similiter differentia cum genere facit vnicam naturam specificam.

Nota.

Quid differentia & genus.

Sed omissa qualitate accidẽtali inter has scilicet formam & materiam, differentiam & genus, est triplex discrimen con-

Universidad de Deusto Biblioteca

nus forma & diſtinta per ſe non claudunt totam rei ſubſtantiã, ſed materia dicit vnicam partẽ forma alteram partem: at genus & differentia vnumquodque per ſe totam ſubſtantiã dicunt & claudunt, verbi gratia animal totam ſubſtãtiam compoſitam ex forma & materia dicit: ſimiliter rationale, ſed cũ diſcrimine: nã animal in homine dicit totam ſubſtantiam hominis ſecundum quod in ea eſt aliquid, in quo homo alijs animalibus eſt ſimilis: at rationale dicit eandem hominis ſubſtãtiam, ſecundũ q̃ in ea eſt aliquid, in quo ab alijs animalibus ſeparatur: & vniuerſaliter genus dicit rei integram ſubſtãtiã, vt in ea alijs ſpeciebus aſsimilatur: at differentia dicit eandem rei ſubſtantiam, vt in ea aliquid eſt, quo ab alijs ſeparetur. Propter quod S. Th. de Ente & Eſsentia cap. 3. dicit hominẽ ſeu ſpeciẽ non componi ex genere & Differentia, ſicut ex duabus rebus: ſed ſicut ex realiter intellecta, & eadẽ realiter intellecta.

Secũdum diſcrimen eſt, quod ex hoc infertur, materia & forma, cùm ſingula rei ſubſtantiam non dicant, de compoſito prædicari nequeunt: nõ enim dicet homo eſt anima, homo eſt corpus, at genus & differẽtia, ex ſingula totã rei ſubſtantiã dicãt, per ſe de re prædicãtur, vt homo eſt animal, homo eſt rationalis.

Tertium, compoſita ſingula nõ participant totam materiæ ſubſtãtiam, cum ex alia parte materiẽ fiat vnum, ex alia aliud: ſingulę Species totũ genus participant, quantum ad eius ſubſtantiã, quæ per definitionem explicatur, vt homo per ſe, leo per ſe, capra per ſe, ſunt participes integrę ſubſtãtię animalis: ſed nõ participant ſingulę ſpecies totã generis potentiã, quia genus in potẽtia continet omnes ſpecies ſuas: at vna ſpecies non continet aliam.

Hinc patet quantum interſit inter genus & materiam, & differentiam & formam, quòd ſi genus dicitur materia, & Differẽtia forma, eſt ad ſimilitudinem conſiderandum. Primũ materia vel forma vt enim materia contrahitur, & forma contrahit, ita genus per differentiã cõtrahentem limitatur: vnde Differentia ipſa dicitur etiam qualitas.

Sed eſt maximè conſiderandum. Differẽtia poteſt dupliciter cõparari, & ad ipſum genus, quod determinat, & ad ſpeciẽ, quam cõſtituit: reſpectu.n. generis eſt qualitas, ſed extrinſeca aliquo modo, q̃ nõ eſt de natura generis: vnde de genere prędicatur in quale, ſed nõ eſsẽtiali: at ſpeciei eſt qualitas eſsentialis, quia eſt pars naturæ eius: propterea de ſpecie, in quale quid prædicatur, ſicut aĩa eſt qualitas corporis, ſed nõ eſt de eſsẽtia corporis, at hominis, & cõpoſiti eſt pars, ꝓpterea dixit Porphyrius. Differentia dat eſse rei. ſ. ſpeciei, & eſt pars eius ſubſtãtialis, id eſt, eſt intrinſeca ei. Nota.

Dubitatur quartò breuiter, quomodo vltima differẽtia, cùm de vna ſpecie prædicetur, ſit vniuerſale? Dico primò ſecundum nos nullum dubium eſse, qui diximus huius libri ſubiectum primum eſse vniuerſale, vt eſt in multis, & quia rationale eſt in multis, ſicut & ipſa ſpecies, quam conſtit, uitideò eſse verè, & propriè vniuerſale: ſed etiã ſi quis ſubiectum diceret eſse Prædicabile, idem conſequitur, conſtat enim differẽtiam eſse prædicabilem. Dub. 4. Solutio.

Dici etiã ſecundò poſset, differentiã talem eſse vniuerſale, quia de ſubiecto vniuerſali prædicatur, vnde & de cõtentis ſub tali ſpecie prædicabitur, ſed cum diſcrimine: nã ſpecies immediatè at differentia mediatè, ſcilicet per ſpeciem ipſam prædicabitur.

Dubitatur quintò, quomodo Porphyrius vtitur differẽtijs priuatiuis, ſcilicet irrationale, immortale? Boetius exiſtimauit tales differentias poſse cõſtituere ſpeciẽ, ſed quia alias latius de hoc dicemus, interim dico abſque vllo dubio ſententiam Boetij eſse contra Ariſtotelem ca. 1. de partibus anima. vbi docet & probat oppoſitum. Boetius forſan ſequitur Platonẽ, qui huius ſentẽtię fuit Dub. 5.

ratio

ratio eſt clara cõtra eum, quia priuatio non eſt de eſsentia alicuius entis poſitiui & abſoluti, quales ſunt Species.

Solutio. Vnde dico, illas Differẽtias priuatiuas poni loco poſitiuarum: quod fit ob duplicem cauſam, quam tradit Ariſt. 6. Top. ca. 3. vel quia Differẽtię alię ſunt occultæ, vel quia ſunt multæ, quas enũtiare eſse prolixum.

DE PROPRIO.

Cap. IIII.

TEX. PRoprium vero quadrifariam diuidunt. Nam & id, quod ſoli alicui ſpeciei accidit, & ſi non omni, Proprium id dicitur: vt homini medicũ eſse, vel geometram. Et quod accidit Speciei, etſi non ſoli, quemadmodum homini eſse bipedem. Et hoc ſoli & omni, & aliquãdo: vt omni homini in ſenectute caneſcere. Quartũ autem id q̃ conuenerunt & ſoli, & omni, & ſemper: quemadmodum homini eſse riſibile: nam & ſi non ſemper rideat, tamen riſibilis dicitur: non quod rideat ſemper, ſed quòd ſemper aptus natus ſit vt rideat: hoc autem ei ſemper connaturale eſt, quemadmodum & equo hinnibile. Hæc autem & propriè Propria dicuntur, quoniam etiam conuertuntur, ſi quod enim equus eſt, hinnibile eſt: & ſi quid hinnibile eſt, equus eſt.

SEquitur quartum prædicabile, ſcilicet Proprium, quod meritò Accidenti proponitur: quia quãuis de rei ſubſtãtia non ſit, eſt tamen ſubſtantiæ & eſsẽtia rei proximum, ab ea, ſcilicet, immediatè emans. In hoc igitur capite duo tantum continentur: alterum, quatuor ſunt proprij acceptiones, alterum ipſius prorrij Logicæ prædicabilis definitio.

Sumitur autem propriũ quatuor modis. Primò dicitur proprium prædicatũ aliquod accidẽtale, quod ſoli aliqui ſpeciei ineſt, nõ tamẽ omnibus indiuiduis illius ſpeciei competit, ſicut eſse Grammaticum, Medicum, nõ niſi homini conueniunt, non tamẽ omni homini. Aliquo modo proprium dicitur prædicatum accidentale, quod omni indiuiduo alicuius ſpeciei, non tamen ei ſoli competit, quo pacto homini eſt Propriũ eſse bipedem, omnis enim homo eſt bipes, non tamẽ ſolus homo, quia alia aliqua animalia duos pedes habent. 2.

Tertium. Proprium eſt prędicatum etiam accidentale, quod omni indiuiduo alicuius ſpeciei, & ſoli competit, tamen non ſemper, ſed aliquo tempore, quo pacto caneſcere eſt Propriũ homini, omnis enim homo, & ſolus homo caneſcit, ſed nõ ſemper, niſi in ſenectute. 3. Canicies quomodo naſcatur

Quarto modo dicitur Proprium, prædicatum accidentale, quod omni, & ſoli & ſemper conuenit: & hoc propriè & ſimpliciter dicitur proprium, ſicut riſibile eſt proprium hominis, ſolus enim homo, & omnis homo, & ſemper eſt riſibilis. Poſset autem aliquis dubitare, nam non ſemper homo ridet. Reſpon. quamuis actus ridendi ſemper non inſit, tamen aptitudo ad ridẽdum eſt ſemper: propterea ſemper homo eſt riſibilis, id eſt, aptus natura ad riſum. Ex hoc infert propietatem vnã proprij, ſcilicet, quod cõuertitur cũ ſuo ſubiecto: valet enim homo eſt, ergo riſibile eſt: riſibile eſt, ergo homo eſt. Exquibus poteſt cõponi integra definitio proprij, ſcilicet, Propriũ eſt accidentale prædicatum, quod conuenit omni, & ſoli, & ſemper ſpeciei & conuerſum prædicatur de ea, 4. Definitio proprij.

Dubia

Universidad de Deusto Biblioteca

Dubia quædam scitu digniora in caput de proprio.

1. Propriũ duobus modis sumitur.

CIrca hoc caput aduertendũ ex primò, Proprium dupliciter sumi: vno modo vt distinguitur cõtra impropriũ: quo pacto dicimꝰ homo propriè significat viuum, impropriè pictũ, & sic in præsenti non consideratur: altero modo vt distinguitur contra commune, vt id sit Proprium alicui, quod non alijs præter ipsum competit: & sic in præsenti sumitur. Vbi considerandum quoque est, in omnibꝰ his acceptionibus Proprij, semper loco Generis, sumi illud (accidit) id est, est prædicatum accidẽtale, id est, quod non est de natura rei, de qua prædicatur.

2. Propriũ vt ab Aristo. distinguatur.

Est secundo aduertendum, quod Aristo. 1. Top. c. 4. distinguit Proprium in absolutè proprium, & ad aliquid, & quando Propriũ absolutè est (vt definit ipse) quod non indicat naturam rei, soli aũt inest, & conuersim prædicatur. Prima particula est ad excludendũ Genus. De finitionem, & Differentiam, quæ sunt natura rei, vel de natura rei secũda particula ad excludendum Proprium secũdo modo, & Accidens commune, quæ pluribus insunt: tertia particula ad excludenda propria primo & tertio modo, quæ soli Speciei insunt, tamen non conuertuntur. Proprium ad aliquid est quod secundũ se, commune est, tamẽ si subiectum, cui est, alijs comparetur, illi est Proprium, vt bipes absolutè homini non est proprium, tamen si homo ad equum cõparetur, homini bipes est proprium. Proprium quãdo, est idem quod Porphyrius ponit, & quamuis non his verbis de proprio, Porphyrius egerit, tamen omnia, quæ dicit, re ipsa sunt eadem cum Aristot. nam proprium, quarto modo, est absolutè proprium: & definitio hic assignata (vt dixi) est eadẽ cũ illa Arist. Proprij autem tertio modo vocat Aristoteles, quando reliqua sunt ad aliquid: quãuis Proprium primo modo cum sit indiuiduorum, ab Aristotele sit prætermissum, qui ea, quæ vniuersaliter dicuntur, ibi quærebat.

3. Propriũ vt sit vniuersale.

Dubitari etiam solet, an propriũ sit dicendũ Vniuersale? Aliquibus videtur dubium: quia non prædicatur de indiuiduis, vt proprium est, nisi mediatè: dico tamen esse vniuersale, & immediatum: vt enim vniuersale sic immediatũ, sufficit quòd immediatè de vniuersali prædicatur: scilicet de Specie, sicut diximus de vltima Differẽtia superius, & q̃ sit in multis sicut ipsa species cui cõuenit.

DE ACCIDENTE.
Capit. V.

ACcidens autem est, quod adest & abest præter subiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo: hoc enim ipsius separabile est, illud verò inseparabile: dormire quidem separabile accidens est, nigrum vero esse inseparabiliter coruo & Aethiopi accidit. Potest enim intelligi & coruus albus, & Aethiops nitens candore præter subiecti corruptionem. Definiunt autem sic quoque. Accidens est quod contingit eidem inesse & non inesse. Et quod neque Genus est, neque Differentia, neque Species, neque proprium, semper autem est in subiecto subsistens. Omnibus autem determinatis quæ proposita sunt (dico autem Genere, Specie. Differentia, propro, Accidente) dicendum est quæ eis communia sunt, & quæ propria.

NOn est hic, quod in dubium vertamus, quare de Accidenti tractet Porphyrius cum nullũ superfit Prædibile, cui anteponatur: & inter omnia sit maximè extra rei essentiã. In hoc igitur breuissimo capite sunt tres Accidẽtis definitiones, cum vnica diuisione.

Prima definitio est, Accidẽs est, quod adest, & abest, præter subiecti corruptionẽ, ac si dicat, est, prædicatũ vniuersale, quod de subiecto ita affirmari, vel negari

negari potest, vt nec propter eius præsentiã, vel affirmationem, nec propter eius absentiã, vel negationem, natura subiecti destruatur, vt siue dicas, homo est albus, siue homo non est albus, non propterea homo corrumpitur.

Sequitur accidentis diuisio. Duplex est accidẽs, quoddã est separabile, qdãdam inseparabile, inseparabile, quod à subiecto separari non pót, vt albedo est Cygno inseparabilis separabile, q̃ separari potest, vt cedere, currere. At quia quis posset obijcere Porphyr. q̃ hæc diuisio videatur aduersari definitioni, si enim est accidẽs inseparabile, non ergo adest, & abest. Respõ. quãuis re adesse & abesse non possit, intellectu tamen separatur: dum Aethiopem absque nigredine, & Cygnum absque albedine considerare possumus.

Secunda definitio est. Accidens est q̃ contingit eidem inesse, & nõ inesse. Ita magis explicat naturam accidentis: nam adesse, & abesse, non solum accidentibus, sed alijs competit, at inesse est proprium accidentis.

Tertia definitio est. Accidens est, q̃ nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium: semper autem est in substantia subsistens, id est, nũquam extra substantiam reperitur Hæ duæ vltimæ definitiones sunt Arist. 1. Top. c. 4

¶ Dubia quædam seu Quæstiones scitu digniores in caput de Accidenti, & eius definitiones.

Nota, Accidẽs tribus modis sumitur.

OMnia ferè, quæ in hoc capite cõtinentur, ab Auicenna reprehendũtur: at vt nos horum sensum perfectum teneamus, erit primo aduertendum, accidens tripliciter sumi: vno modo, vt distinguitur contra substantiã, vt omne ens, quod non est substantia est accidens, quo pacto dicitur ens diuidi in substantiam & accidens; & hoc aliqui vocant accidẽs nominale, quia scilicet per nomẽ accidentis significatur, & de illo in se dicitur, hoc est accidẽs: altero modo latius sumitur pro omni eo, q̃ extra substãtiã alterius esse siue sit substãtia, siue accidẽs, quo pacto homo est accidens animalis, & Petrus hominis, in qua significatione Philosophi cõcedũt illas esse ꝓdicationes accidẽtales, animal est homo, homo est Petrus, & hoc vocãt accidẽs verbale: quia nõ tã dicitur, homo est accidẽs animali, quã accidit animali: & de isto modo accidentis loquutus est Arist. 5. Meta. cap. 30.

Tertio. Accidẽs sumi particularius pro vna parte accidẽtis primi modi accepti, quod dicebatur nominale: hoc enim diuiditur in cõmune & propriũ: commune est, q̃ non fluit ex principijs essentialibus alicuius subiecti, respectu cuius dicitur cõmune, vt albedo respectu hominis nõ enim ex natura hominis fluit albedo. Aliud est, q̃ ex subiecti natura fluit, & hoc illi dicitur proprium, vt risibile homini: tunc autem signũ erit fluere ex principijs essẽtialibus subiecti, quando nec illud sine subiecto, nec subiectũ sine eo esse possũt: quando vero contra nõ fluit, cõmune reputatur: illud ergo accidens proprium facit quartum prædicabile, commune verò quintum prædicabile.

quod sit ex principijs essentialibus subiecti fluere.

Ex quo sequitur accidens, quod est quintum prædicabile, non esse accidẽs secundo modo, quia secundũ illud fiũt prędicationes indirectę, quę nõ sunt artis: nec esse accidẽs in vniuersum, vt distinguitur contra substantiã, quia hoc comprehendit propriũ, & istud prædicabile quintum: sed est accidens cõmune quod nõ fluit ex principijs essentialibus subiecti, de quo prędicatur, & hoc non voluit aduertere Auicenna.

2 Accidẽs tribꝰ modis cõsideratur

Est secundo notandum, accidens tripliciter posse cõsiderari. Vno modo secundũ q̃ in rebus est, & secundũ suam essentiã & naturam, & sic ad Metaphy. pertinet. Altero modo secundũ quod est intellectu, & hoc respectu eorum, quæ sua sunt, id est, respectu inferiorũ vel superiorum, vel differentiarum, & sic

Universidad de Deusto Biblioteca

ſic nec eſt quartum, nec quintum prędicabile, ſed aliqua ſunt genera, aliqua ſpecies, & differentiæ. Tertio modo vt ad ſubiectum comparātur, de quo prędicantur, & tunc accidens proprium facit quartum, commune vero quintum prędiçabile: & hoc eſt conſiderandum. Vnde accidens non dicitur prędicatū proprij, aut accidētis, niſi reſpectu ſubiecti: & ita Porphyrius de iſtis duobus ſemper in ordine ad ſubiectū tradidit, nam reſpectu inferiorum, vel ſuperiorum genera ſunt, aut ſpecies.

3 Dubiū. Dubitatur cōtra primam definitionem, quid ibi loco generis cōſtituatur? In qua re oportet annotare, illa verba in prima definitione, dupliciter poſſe conſiderari. Vno modo primæ intētionaliter, ſcilicet, adeſſe pro reali inhęrētia accidentis in ſubiecto: & abeſſe pro reali accidentis ſeparatione: & corruptionē ſubiecti, pro reali deſtructione: vt ſit ſenſus, accidēs eſt, q̄ realiter ſubiecto inhęret, & non inhęret abſq; vlla reali ſubiecti corruptione: & iſte ſenſus quanuis ſit verus, non eſt Logicus, qui res abſolutè nō cōſiderat. Alter ſenſus eſt ſecūdę intentionaliter, vt adeſſe ſit affirmari: ab eſſe negari: ſubiecti corruptio ſit repugnātia naturę ſubiecti: vt ſit ſenſus. Accidēs eſt prędicatū vniuerſale, q̄ & de ſubiecto affirmari, & negari pōt abſq; vlla repugnantia naturę ſubiecti: vt ſiue dicat homo eſt albo, ſiue dicas, homo non eſt albus, nihil dicitur repugnans naturæ ſubiecti: & talis ſenſus eſt Logicus, & ſic à multis intelligitur talis definitio: ita enim explicat Caiet. & idē videtur Auerroes: & tunc loco generis eſt illud prædicatum vniuerſale q̄ in multis alijs ponitur.

Solutio. Ratio aūt, quę monet hos autores, vt exiſtimēt definitionē eſſe intelligendā in ſenſu ſecundæ intentionis, eſt, q̄ iſte ſenſus eſt Logicus, & poteſt definitio ſub eo explicari. Poſſumus etiam dicere, q̄ ſumitur primæ intētionaliter, nec eſt inconuenienſ quia cum Logica innitatur Metaphyſicæ, poteſt aliquādo ab ea aliqua petere: præſertim, quādo clara & valdè nota ſunt, ſicut iſta: hæc enim definitio potius admittere videtur ſenſum realē: nam ſi Porphyrius intendere definire Logico modo, clarię id poſſet explicare, quā explicauit.

4 Dubiū. Cuiuſmodi accidēs definiatur. 1. definitione. Dubitatur, an tali definitione definiatur accidēs propriū: quibuſdā enim videtur, q̄ ſic: quia ſi aliqua ratio id vetaret, eſſet, quia propium abeſſe non poteſt: at eadem ratione inſeparabile abeſſe non pōt: q̄ ſi dicas inſeparabile intellectu ſeparari, ſimiliter & propriū ſeparatur, vt enim coruus abſq; nigredine, ita homo abſq; riſibilitate intelligi pōt. Alijs viſum eſt oppoſito modo, nec propriū, nec inſeparabile hic definiri, ſed tantū ſeparabile, quia hoc ſolū poteſt abeſſe. Sed hoc nō videtur ad mentem Porphyr. ſi enim accidens ſeparabile hic definiretur, oportuiſſet diſtinctionem præmittere definitioni, & non committere vitium: prius enim diſtinguendum eſt æquiuocū, ſeu multiplex, quàm definiendum. Alijs cōmuniter viſum eſt, & hoc magis eſt ad mētem Porphyr. vtrunq; tantum accidēs commune definiri, ſed ad argumētum non vno modo reſpondetur.

Albertus videtur dicere, q̄ hominē ſine riſibilitate intelligere poſſumus, at riſibilitatē ſine homine nullatenus: coruū verò abſq; nigredine, & nigredinē abſq; coruo poſſumus intelligere. Hæc doctrina vera eſt & certa. & eſt Ariſt. 7. Meta. c. 5. tū nō ſoluit dubium, nā Porph. loquitur de ſeparatione ſubiecti, dicit enim q̄ Cygnum abſque albedine poſſumus intelligere. Qua ſeparatione, etiam hominem abſque riſibilitate poſſumus intelligere.

Solutio. Caietanus aliter reſpōdet, diſtinguit de duplici ſeparatione per intellectū, altera eſt ſimplex, qua vnum abſq; alio intelligimus, altera eſt compoſita, qua vnum ab alio diuidētes, ſeparamus, vt ſi quis intellectu componat, homo non eſt albus, dicit primo, ſimplici cognitione poſſumus ſubiectū abſq; Proprio, & abſq; inſeparabili æquè intelligere ſcilicet hominem abſq; riſibilitate, & coruū abſq; nigredine. Secūdo, abſtractione compoſita ſubiectum à proprio ſeparare non poſſumus, dicentes, homo nō eſt riſibilis: ſubiectum vero ab inſeparabili poſſumo optimè ſeparare dicētes, coruus nō eſt niger. Quòd ſi dicas id nō poſſe fieri, q̄ ſicut prior eſt falſa, ita & poſterior. Reſpō tertiò, q̄ poſterior eſt falſa, non alia ratione, niſi quia ita non eſt in rebus: at prior eſt falſa, nō ſolum quia ita non eſt, ſed quia deſtruitur natura ſubiecti, cui repugnat, quòd nō ſit riſibilis. Iſta ſentētia eſt ſubtilis & vera quamuis ad mētē Porphyrij exiſtimo eſſe dicēdum, ſubiectum inſeparabilis poſſe intellectu coniungi cum Accidēti opoſito, ſcilicet Aethiopem album intelligere: nec erit compoſito implicans repugnantiam: & hoc manifeſtat ipſum Porphyrij exemplum: at ſubiectum cū oppoſita forma Proprij, non poſſumus intelligere, quia eſt implicatio, quamuis abſque vllo Accidenti nudè poſſit intelligi: & hæc omnis abſtractio fit abſque aliqua compoſitione propoſitionis ſed per ſimplicem cognitionem eo modo quo corpus album ſimplici cognitione cognoſcere poſſumus. Hæc etiā ſententia fuit Aegidij Romani. 1. Poſt. ca. 6. in fine t ex. 18.

5 Dubiū. Dubitatur circa ſecundam definitionem, an tantū ſeparabili Accidenti cōpetat? Reſpōdeo, quod ita exiſtimauit Auerro. alij verò inter quos Caietanus credunt vtrumque tam ſeparabile, quā inſeparabile: cuius ratio eſt firma, quia iſta definitio eſt deſumpta ab Ariſto. 1. Toc. ca. 4. Sed Ariſt. vtrumque illic definit, quia ad Problema Accidentis, de quo illic tradebat, æqua eſt vtriuſque Accidentis ratio.

Sed tunc inſurgit argumentum, quia ſunt multa accidentia, quę nō adeſſe, & abeſſe poſſūt ſine ſubiecti corruptione vt lethales morbi, ſimiliter mors, cōbuſtio, corruptio, & alia ſimilia.

Ad iſta reſpondet Albertus, mortē, combuſtionem, non eſſe accidētia, ſed deſtructiones ſubſtātiæ & priuationes. Caietanus reſpōdet, hāc, homo eſt mortuus, eſſe diſparatā, ſed veram propter ampliationem quia ſenſum facit. homo qui eſt, vel fuit, eſt mortuus, imò, inquit eſt per ſe cauſalis, quia cauſa, quod mortuus eſt, eſt, q̄ fuit. Sed hoc videtur ridiculum, nam quid dicet ad hāc, domo eſt combuſta? non enim cauſa, quia cōbuſta eſt, eſt, quia fuit, & ſunt alię innumeræ huiuſmodi propoſitiones.

Solutio. Præterea exiſtimarem ita eſſe dicendum, ſubiectum febris eſſe hominē: tamen febris ſua præſentia non corrūpit hominem, imò dum febris eſt, homo eſt & cū homo non eſt, febris non eſt: imò ſi multum febris durat, homo etiam durat. Ad illud verò de morte, & conbuſtione, & corruptione, crederem illarū mutationum, in quibus ſubſtantia corrumpitur, ſubiecto non eſſe hominem nec lignum, quod comburitur, ſed materiam ipſam: & hæc ſemper manet: ſimiliter deſtructionis domus materia ipſa eſt ſubiectum, & hęc etiā manet, deſtructa domo: iſta eſt ſentētia Burlei, ſuper hoc caput: & videtur idem docere Ammonius in præſenti.

Dices, Si ſubiectum eſt materia, ergo prædicabuntur de materia, dicēdo, materia eſt mortua, lapides ſunt deſtructi quod eſt falſum. Dico igitur quod iſtæ mutationes inducunt alicuius præ exiſtentis priuationem vel alicuius quod non erat, poſitionem, & propter hoc de eodem prędicantur, dicendo, domus eſt combuſta, quia priuatio eſt domus: homo eſt mortuus, quia homo non eſt, & cōtra, ignis eſt generatus quia ignis acquirit eſſe.

De his, quæ communia ſunt quinque vniuerſalibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Caput. VI.

TEXT. COmmune quidem est omnibus de pluribus prædicari, quemadmodũ dictum est. Sed genus quidem de omnibus sub se speciebus & indiuiduis, & Differentia similiter. Species autem de ijs, quæ sub ipsa sunt indiuiduis. At vero Proprium & de Specie, cuius est Proprium, & de ijs, quæ sub specie sunt indiuiduis. Accidens autem & de Speciebus & de indiuiduis. Namque animal de equo & bouе prædicatur, quæ sunt species, & de hoc equo, & de hoc boue, quæ sunt indiuidua: irrationale verò & de equo & boue, & de ijs, qui sunt particulares prædicatur. Species autem, vt homo, solum de ijs, qui sunt particulares homines, prædicatur, Proprium verò de Specie, cuius est propriũ & de ijs, quæ sub specie sunt indiuiduis vt risibile de homine, & de ijs, qui sunt particulares. Nigrum autem & de Specie corvorum, & de ijs quę sunt particulares, quod est Accidens inseparabile: & moueri de homine, & de equo, quod est Accidens separabile: sed principaliter quidem de indiuiduis, secunda ratione autem de ijs, quæ continent indiuidua.

POstquam Porphyrius de singulis secundũ se Prædicabilibus tractauit, ea ipsa inter se comparat: explicãs, quibus inter se & conueniũt & differũt. Caput quidem hoc, vt est longissimum, ita est clarissimũ, nec est expers vtilitatis: cũ magis prædicabilium naturę, & proprietates ex mutua comparatione clarescant. Ea igitur omnia, quæ hic Porphyrij sufficiũtè tradit, in summã quãdam breuem, & epilogum redigemus, si quid dignum occurrerit, adnotantes.

In hoc ergo capite fiunt decem collationes prędicabiliũ inter se, vnde in decem posset secari partes. In prima Genus cum Differentia conferitur, & quãtum ad ea, quę cõmunia, & quatũ ad ea, quæ diuersa habent. In secunda conferitur similiter genus cum Specie. In tertia Genus cũ proprio. In quarta Genus cum Accidenti. In quinta Differentia cum Specie. In sexta Differentia cũ Proprio. In septima Differentia cũ Accidẽti. In octaua Species cum proprio. In nona Species cum Accidenti. In decima Proprium cum Accidẽti. Ac si quis rectè dispiciat, reperiet non posse esse plures istorum inter se vniuersalium cõparationes: nec enim oportuit multiplicare collationes Differentiæ cum Genere, nec posteriorũ cum superioribus: quia eędem sunt cum collationibus superiorum cum inferioribus.

Ante verò quàm vnum alteri cõferat vnum omnibus cõmune ponit, scilicet de pluribus prædicari, Genus de speciebus, & indiuiduis specierũ. Differentia de suis speciebus & Specierum indiuiduis: species de suis indiuiduis: Propriũ de specie, & eius indiuiduis: Accidẽs de Speciebus etiam, & de indiuiduis.

Distinctio proprij ab accidẽte

Hic nota pulchrum quoddã discrimẽ quod inter proprium & Accidens assignat. Propriũ enim per prior de Specie, & per posterior de indiuiduis dicitur: priorpatura enim homo est risibilis, posterior Petrus est risibilis: at prius Petrus est albus, posterius homo est albus: Huius ratio est, quia propriũ oritur immediatè tam quam ex causa, & principijs speciei: at accidens ex materia, & indiuidualibus principijs, quod docet Aristot. 10. Metaph. ca. 12 homo, inquit, est albus, qa Callias est albus.

Dubiũ. Posses hic dubitare in his omnibus prędicationibus, an quando Genus de indiuiduis prędicatur, sit prędicatio generis & quãdo Differentia, & propriũ similiter de indiuiduis, sit prędicatio Proprij, & prędicatio Differentię? Respondendum est, tales prędicationes esse generis, & Proprij, & Differentiæ, nec valet, quia Species prædicatur de indiuiduis, ergo illa prædicatũ vt species, hoc enim nihil est, quia species in quid, immediate de indiuiduis, genus verò mediatè,

diatè, Proprium mediate, & in quale prædicatur, similiter & differentia: nõ dubium, quin principales prędicationes sint illæ, quæ per definitiones explicantur, vt Genus de Speciebus, Proprium de indiuiduis.

Solutio.

¶ De his, in quibus Genus & Differentia conueniunt.

2 TEXT. COmmune autem est Generi, & differentiæ continentia specierum. Continet enim differentia species, & si non tot, quot Genera. Rationale enim, & si non continet irrationalia, quemadmodum animal, tamen continet hominem & Deum, quę sunt species. Et quæcunque prędicantur de genere, vt genus, & de ijs, quæ sub ipso sunt speciebus, prædicantur, & quæcunque prędicantur de differentia vt differentia, & de ea: quę ex ipsa est. Specie prędicabuntur. Nã cum genus animal sit, non solum de eo prędicantur, vt genus, substãtia, & animatum, & sensibile, sed etiam de ijs, quæ sunt sub animali, speciebus omnibus prędicantur hæc. vsque ad indiuidua. Cumque differentia sit rationale, prædicatur de ea vt differentia, id quod est ratione vti: & non solum de eo quod est rationale, sed etiam de ijs, quę sunt sub rationali, speciebus prędicabitur, ratione vti.

Commune quoque est, perempto genere, vel differentia simul perimi quæ sub ipsis sunt. Quemadmodum enim, si non sit animal, non est equus, neq; homo: ita si non sit rationale, nullum erit animal, quod vtatur ratione.

Dubiũ. DVbitabit meritò quis, cum genus secuta fuerit species, quare genus prius cum differentia, quàm cum specie conferatur? ad quod facile respondetur factum fuisse, quia hic erat naturæ ordo, vt primo genus, deinde differentia, postmodum ex vtrisq; totum compositum, scilicet species sequatur, vt supra diximus. Vel, quia plura sunt ea, quę in comparatione generis cum differentia inueniuntur communia, cum in pluribus conueniant, & tamen differant minus, quàm quæ in collatione cum Specie.

Solutio.

Sunt autem tria, in quibus cõueniũt. Primũ, sicut genus de pluribus speciebus, ita & differentia iuxta Porphyrij sententiã prædicatur: loquitur aũt de diuisiua differentia: propterea dicit, q; nõ de tot prędicatur, sicut genus. Quiã aũ dicendũ sit de differentia vltima, & quomodo differentia dicatur prędicari de pluribus differẽtibus specie, supra explicuimus. Auicen. quidẽ interpretatur, q; non repugnat differentiæ de pluribus prędicari speciebus, sed alij aliter, vt supra vidimus.

Secundò. Quidquid de genere essẽtialiter prædicatur, etiã de specie prędicabitur: hoc idem de differentia est intelligendum. Dixi (essentialiter) ad vitandas secundas intentiones: non enim valet, homo est rationalis, rationale est differentia: ergo homo est differentia.

Tertiò. Sicut perempto genere, perimuntur eius species, ita peremptą differentia perimũtur species, quę sub ea sunt: vt enim valet, non est animal: ergo non est homo, ita nõ est rationale, ergo nõ est equus. Auicen. existimat hanc secundam esse omnibus vniuersalẽ conueniẽtiam: quod enim de proprio, & accidente realiter prędicatur, etiam de his, de quibus ea prędicantur, prędicabitur. Et id videtur approbare Albert. sed mihi non placet, dicitur enim, homo est albus, album est Accidens, non tamen dicitur homo est Accidens.

De differentijs Genus & Differentiam.

3 TEXT. PRoprium autem est generi de pluribus prędicari, quàm differentia, & species, & proprium, & accidens. Animal enim de homine & equo, & auc, & serpente prædicatur: quadrupes verò de solis quatuor pedes habentibus: homo verò de solis indiuiduis: & hinni-

hinnibile de equo solum, & de ijs, qui sunt particulares, & accidens similiter de pauciorib. s. Oportet autem differẽtias accipere, quibus diuiditur genus, non eas quæ complet substantiam generis, sed quæ sunt diuisiuæ, amplius, genus continet differentiam potestate (animalis enim hoc quidem rationale est, illud verò irrationale) Differentię verò non continẽt Genera. Amplius, genera quidẽ priora sunt ijs, quæ sunt sub se positæ differẽtijs, propter quod simul quidem eas auferunt, non autem simul auferuntur ab ijs: sublato enim animali, aufertur rationale, & irrationale. Differentiæ verò non amplius simul auferunt genus: nã etsi oẽs interimantur, tamen substantia animata sensitiua intelligit, quę est animal. Amplius, genus quidẽ in eo quod quid est: Differentia verò in eo quod quale quid est, quemadmodũ dictum est, prædicatur. Amplius, genus quidem vnum est secũdum vnamquanque Speciem: vt hominis id, quod est animal: differẽtiæ vero plures sunt, vt rationale, mortale, mentis & disciplinæ perceptiuũ, quibus ab alijs animalibus differt. Et genus quidem consimile est materiæ, formæ verò differentia. Cùm autem sint & alia communia & propria generis & differentiæ, nunc illa sufficiant.

1 SEX sunt, quibus genus à differentia differt. Primò, genus de pluribus, quã differentia prædicatur, cùm genus de oppositis differentijs, ipsa autẽ non de se inuicem prędicẽtur: loq̃itur autem de diuisiuis generis respectu eiusdem generis: hæc est Aristot. 4. Topic. cap. 6. Secundò genus potestate continet differentiam non è contra, de hoc supra diximus. Tertiò, genus est prius
2 natura, differẽtia, sicut forma: est posterior ipsa materia, à quo educitur. Genus autem est, vt materia: hęc semper intellige, de diuisiuis differentijs: vnde fit, vt sublato genere auferantur differentiæ omnes, at sublatis differentijs omnibus diuisiuis, adhuc manet integra natura generis, saltem per intellectum. Quartò, differunt in modo prędi
4 candi, genus enim in quid, differentia in quale quid pdicatur. Quintò. Vnius
5 speciei vnicum genus est immediatũ: at sub illo genere multæ differentiæ vnius speciei: genus hominis est animal, at rationale, mortale, differentię. Ecce clarè docet Porphyrius, non esse differẽtias vltimas, sed species cõponi per multas differentias communes simul sumptas, aliter enim vnius speciei esset vnicum proximum genus, & vna vltima differentia. Sextò differunt, in compositione enim speciei ge
6 nus habet locum materię, differentia verò locũ formę, non quod sit materia aut forma, vt supra declarauimus.

¶ De comparatione Generis cum specie.

GEnus enim & species cõmune qui dem habent de pluribus, quemad-
4 TEXT. modum dictum est, prædicari, sumatur autem species, vt species solum, sed non vt genus, si fuerit idem species & genus. Cõmune autem his est, & priora esse ijs de quibus prędicatur. Et totum quoddam esse vtrunque.

Differunt autem eo, quòd genus, quidem cõtinet species sub se: species verò continentur, & continent genera de pluribus enim genus, quam species prędicatur. Amplius, Genera præiacere oportet, & informata specificis differentijs perspicere species. Vnde & priora sunt naturaliter genera, & simul interimentia, sed quæ non simul interimantur, & species quidem cùm sit, est & genus omnino: genus verò cùm sit, non omnino erit species. Et genera quidem vniuocè de speciebus prædicantur: Species verò de Generibus minimè. Amplius, Genera quidem abundant earum, quę sub ipsis sunt specierum continentia: Species verò à Generibus abundant proprijs

prijs differentijs. Amplius, neqne Species fiet vnquam generalissima, neque genus fiet vnquam specialissimum.

TRia sunt, quibus genus, & species conueniunt. hic autem sumitur species specialissima, aliter enim, inquit,
1 esset idem genus cum specie. Primò est commune supra positũ, scilicet de pluribus prædicari. Secundò sicut natura
2 generis est prior naturaliter specie, q̃ a est ipsius principium, ita species, idest, natura, quæ dicitur species, est naturaliter prior indiuiduo: vt prius natura est animal quam homo, & homo, quam
3 Petrus. Tertiò sicut genus est quoddã totum continens species, ita & species totũ cõtinens indiuidua. Sed hic nota, non eodem modo esse totũ genus speciei, sicut species indiuiduorum, nã genus non cõtinet totã quidditatem speciei in actu, quia species nõ solũ ex genere sed etiam ex differentia constat, at species continet totã naturã indiuidui, cũ indiuidua nõ habeant aliã essẽtiam, quàm essentiam, & definitionẽ, seu quidditatẽ, q̃ idem est, ipsius speciei: nisi quis cum Scoto vellet addere differẽtias intrinsecas indiuiduãtes, nã tunc eadem esset vtriusque ratio, quã tum ad hoc, generis & speciei.

Genus & specie nõ eodẽ modo totum inferiorũ dici.

1 Differũt aũt primo, q̃ genus continet specie, species aũt nõ continet genus: hoc intellige quantum ad potestatẽ, id est genus cõtinet speciẽ, & omnia quæ in potentia speciei sunt scilicet in diuidua: at species cõtinet quidẽ generis naturã: sed nõ potestatẽ, quia non cõprehendit omnia, quæ sub genere cõ
2 tinẽtur: & hinc est, q̃ genus de pluribus quã species prędicetur. Secũdò differũt, q̃ genus est veluti materia, ex quo simul cũ differentia fit species. Ex quo
3 sequitur tertia differentia, q̃ genus est prior natura specie, sicut prius est aurũ, ex quo fit statua, quã ipsa statua, & ex
4 hoc etiã sequitur quarta differentia, q̃ sublato genere per intellectũ, aufertur species tamẽ ablatis speciebus, adhuc manet per intellectum integra natura generis. Quintò differunt, q̃ genus de
5 speciebus vniuocè prædicatur, nõ è cõtra species de genere. Hoc intelligẽ nõ q̃ species æquiuocè de genere prædicetur, sed quod non faciat prædicationẽ per se, & ordinatam, sed indirectam, & per accidens. Sextò genus quantum ad
6 potestatẽ excedit singulas species per se, quia genus in potẽtia continet omnes, at quãtum ad actum species excedit genus in differentia: nam species in sua natura includit differentiã quæ tã nõ est in natura & essentia generis, vt diximus. Septimò differũt, quod nullũ
7 genus põt fieri specialissima species, nec vlla species specialissima genus. Hæc sunt, in quibꝰ species & genus mutuo conueniunt, & mutuo differunt.

De cõparatione generis cũ proprio.

GEneris autem & proprij cõmune
5 quidẽ est sequi species: si q̃d enim TEXT. homo est, animal est: & si quid homo est, risibile est. Et æqualiter prędicari genus de speciebus, & propriũ de ijs, quæ illo participant indiuiduis: ęqualiter enim & homo & bos animal est, & Cato & Cicero risibile est. Commune autem est etiam vniuocè prædicari genus de proprijs speciebus, & proprium de ijs, quorum est proprium.

Differunt autem quoniã genus quidem prius est, posterius verò propriũ: oportet enim esse animal, de hinc diuidi differentijs & proprijs.

Et genus quidem de pluribus speciebus prędicatur. Proprium verò de vna sola specie, cuius est proprium. Amplius, proprium quidem cõuersim prædicatur de eo, cuius est proprium, genus verò de nullo conuersim prædicatur: nam neq; si quid animal est, homo est, neq; si quid animal est, risibile est: si quid vero homo est, risibile est, & cõuerso Amplius, proprium omni speciei inest, cuius est proprium, & soli, &

semper: Genus vero omni quidem specie inest, cuius fuerit Genus, & semper non autem soli. Amplius, propria quidem interempta, non simul interimunt Genera. Genera verò interēpta simul interimunt Species, quarum sunt propria: quare & his, quorum sunt propria, interempris, & ipsa simul interimuntur.

1. TRia sunt, quibus Genus & Propriũ cõueniunt. Primum. Quemadmodum in bona cõsequentia ex specie infertur Genus, ita & proprium. Valet n. est homo, ergo est animal: est homo, ergo est risibilis. Secundo sicut Genus de suis Speciebus non secundum magis & minus prædicatur, ita & Proprium: nõ enim homo est magis vel minus animal quam alia species, nec vnus homo magis risibilis, quã alius. Tertiò, Sicut Genus, & definitio Generis de specie prædicatur, dicẽdo homo est animal, & homo est substantia animata sensibilis, ita & Proprium, & definitio proprij de suo subiecto prædicatur.

obiectio Contra hoc tamen potest esse obiectio. Primum definitur per subiectum, ergo si definitio Proprij de subiecto prædicatur, esset nugatio: dicẽdo, homo est

Dilutio. homo aptus ad ridendum. Ad hoc Respon. Albertus tract. 8. cap. 6. quod Propriũ potest dupliciter definiri: vno modo, secundũ quod proprium est, & tunc per subiectũ habet definiri: altero modo, vt est in suo prædicamento constitutum, & tũc aliter definietur, scilicet risibile est aptũ ridere, & sic prædicatur. Hæc responsio nunc sufficiat, posset autem aliter fortasse respõderi, sed extra limites Logicos egrederemur, cùm pertineat ad 7 Meta. cap. 5

Ea autem, quibus differũt, sunt quin

1. que Primò, Genus est prius natura specie, de qua prædicatur, Propriũ verò est posterius: genus enim est principiũ specierum, at species est proprij principiũ.

2. Secundò, Genus de pluribus speciebus prædicatur, at Proprium de vna: hoc intellige quod semper Genus de pluribus prædicatur, Proprio autẽ nõ repugnat de vna sola prædicari: nam aliquot sunt propria, quę de pluribꝰ speciebꝰ prędicantur scilicet, ea quæ sunt Propria aliquorum subiectorum communium: mobile enim est passio, & Proprium corporis naturalis. Tertiò, Genus cũ singulis 3
speciebus non prædicatur cõuersim, at Proprium conuertitur cũ specie, cuius est propriũ. Quartò, Propriũ inest soli 4.
speciei suę, omni, & semper, at Genꝰ in est quidem omni, & semper, sed nõ soli. Quintò Genus non interimitur per in 5.
teremptionem & negationem specierũ vt diximus: non enim valet, non est homo, ergo nõ est animal, at interẽpta specie, interimitur Proprium, valet enim, non est homo, ergo non est risibile, non est equus, ergo non est hinnibile.

¶ De comparatione Generis cum accidenti.

GEneri verò & accidenti commune 6.
est, de pluribus, quemadmodum dictum est prędicari, siue separabile illud TEXT.
Accidens sit, siue inseparabile: etenim moueri de pluribus, & nigrum de corvis, & de Aethiopibus, & aliquibus inanimatis prædicatur.

Differt autem genus ab Accidente quoniam Genus ante Species est: Accidentia verò speciebus posteriora sunt: nam etsi inseparabile sumatur Accidens, tamen natura prius est illud, cui accidit quam accidens. Et Genere quidem quæ participant, æqualiter participant, accidente vero non ęqualiter: intensionem enim & remissionem suscipit Accidentium participatio, Generum verò minimè. Et accidentia quidem in indiuiduis principaliter subsistunt: Genera verò & Species naturaliter priora sunt indiuiduis substantijs. Et Genera quidem in eo quod quid est prædicãtur de ijs quæ sub ipsis sunt: Accidentia verò in eo quod quale aliquid est, vel quomodo se habeat vnum quodque

quoque: qualis enim est Aethiops interrogatus, dices niger: & quemadmodum se Socrates habeat, dices, quod sedet vel ambulat.

Genus igitur, quomodo ab alijs quatuor differat, dictum est. Contingit aũt etiam vnumquodque aliorum differre ab alijs quatuor: quare cùm quinq; quidem sint, vnumquodque autem ab alijs quatuor differat: quater quinque, viginti fiũt omnes differentię. Sed non ita se habet sed semper deinceps enumeratis & duobus quidem vna differentia deficientibus (propterea quoniã iã sumpta est) tribus verò duabꝰ, quatuor verò tribus, quinq; verò quatuor, decẽ omnes fiũt Differẽtię, quatuor, tres, duę, vna. Genus enim quo differt à differẽtia, & Specie, & Proprio, & Accidente, dictum est quatuor igitur Differẽtię. Differẽtia verò, quo differt à Genere dictũ est, quando quo differat Genus ab ea dicebatur: reliquũ est igitur quo differat differentia à specie, Proprio & Accidente dicere: & fiunt tres. Rursus, species quo quidem differat à differẽtia dictum est, quando quo differt à specie Differẽtia dicebatur: quo etiam differat species à Genere dictũ est, quãdo quo differt genꝰ à specie dicebatur: reliquũ est igitur vt quo differat species à proprio, & Accidẽte dicatur: duę igitur sunt & hę differentiæ. Proprium autem quo differat ab Accidente relinquetur: nã quo à specie, & Differentia, & Genere differat, prædictum est in illorũ ad ipsum Differẽtijs. Quatuor igitur sumptis Generis ad alia differentijs, tribus vero differentiæ, duabus autem speciei, vna verò proprij ad accidens, decem erunt omnes: quarum quatuor quæ sunt Generis ad reliqua, superius demonstrauimus.

DIFFERENTIARVM QVINQVE vocum numerus.

Genus.	Species.	Differentia.	Proprium.	Accidens.
1.	1.	1.	1.	
	1.	1.	1.	
		1.	1.	
			1.	

Vnũ inter alia, quę assignari possent est, in quo Genus cum accidenti conuenit, scilicet de pluribꝰ prędicari: hoc autem tã accidenti separabili, quam inseparabili inest. Quatuor autem sunt ea,

1. quibus differunt. Primò Genus est priꝰ natura ipsa specie, at Accidens vtrumq; est posteriꝰ tã separabile, quã inseparabile Secũdò, Genus non prædicatur se 2.
cundũ magis & minus, at Accidẽs suscipit magis & minꝰ. Tertiò, Accidẽtia in 3.
indiuiduis subsistunt, at genera priꝰ natura sunt in se, quã in indiuiduis, & speciebus. Quarto genꝰ, prędicatũ in quid 4.
at Accidẽs in quale, vel in quo modo se habet: si enim dicitur, qualis est homo. Resp. est albus: qualiter se habet? resp. sedet aut studet. Hic reddit rationẽ Porphyrius quare non tradidit cõparationẽ differẽtię ad genus, nec tradidit Proprij ad genus & speciem, inquit facta cõparatione superiorum cum posteriorib̃us, nõ, est necessaria rursus cõparatio posteriorum cum prioribus, quia eadẽ est, quod supra diximus.

¶ De cõparatione differẽtię cũ Specie.

TEXT. COmmune ergo Differentię & speciei est, æqualiter participari. Homine enim æqualiter participant particulares homines & rationalis Differentia. Commune etiam est & semper adesse ijs, quæ illis participant. Semper enim Socrates rationalis est & semper Socrates homo.

Proprium autem Differentię quidem est in eo, quod quale est prædicari: Speciei verò in eo quid quid est Nam etsi homo velut quale quod accipiatur, non tamen simpliciter erit, quale, sed secundum id, quod Generi aduenientes Differentiæ eum cõstituerunt. Amplius, Differentia quidem in pluribus frpè speciebus consideratur, quemadmodum quadrupes in pluribus animalibus specie differentibus: Species verò in solis ijs, quæ sub Specie sunt indiuiduis est. Amplius, Differentia prior est ea Specie, quæ est secundum ipsam: simul enim ablatum rationale interimit hominem, homo vero interemptus non aufert rationale, cũ sit Deus. Amplius, Differentia quidem componitur cum alia Differẽtia (rationale enim & mortale compositum est in substantia hominis (Species vero Speciei non componitur, vt gignat aliam aliquam speciem: quædam enim equã cuidam asino permiscetur ad muli generationem: equa autem simpliciter asino composita nunquam perficeret mulum.

1. DVo sunt, quibus Differentia cum Speciẽ conuenit. Primò, neutra secũdũ magis & minus, de suis predicatur.

2. Secundò, sicut Species semper adest in diuiduis, ita Differẽtia Speciei: ac si dicat, sicut non potest indiuiduũ sine specie intelligi, quia est natura eius, ita nec Species sine Differẽtia: vnde vtriq; est cõmune, vt semper adsint suis subiectis de quibus prædicãtur. Vnde hic Alber. tractat. 8. ca. 8. de propositionibus, quas vocant sempiternæ veritatis.

3. Differunt autem in quatuor. Primo, Differẽtia prędicatur in quale, species in quid. Secundò, Differentia de pluribus Speciebus prædicatur, at species scilicet specialissima, solum de pluribus in diuiduis. Tertio Differẽtia est prior natura Specie cum sit vniuersalior vbi videtur Porphyrius non cognouisse differentias vltimas: vnde Auicenna paulò seuerius inquit, hęc omnia à Porphyrio per ignorantiã fuisse dicta: sed tamen quo modo hæc intelligẽda sint, & num cognouerit Porphy. vltimas Differentias specificas, atq; etiã Arist. superius satis diximus in capite de Differẽtia. Quarto, Multę differẽtię cõcurrũt ad vnã speciẽ, at multę species nunquã ad vnius cõstitutionẽ Ratio huius est Auic. quia vna Differentia habet se vt potentia respectu alterius, quę est velut actus, & hoc verũ habet de Differẽtijs subordinatis, quorũ vna est sub altera, vt sẽsibile, & rationale secundũ veritatẽ: nã prior cõstituit genus: quod est velut potẽtia: & materia: respectu posterioris Differentiæ.

Quod si obijcias duas species aliquãdo ad tertiã cõcurrere, vt cũ ex animãtibus specie diuersis tertiũ interim procreatur, sicut mulus ex equo & asina nascitur, & similiter alia. Resp. Alber. id esse in indiuiduo, tamẽ ipsa natura vnius speciei non coniungitur cum altera ad tertię constitutionem, sed ista maiora sunt quam locus pręsens patiatur.

De comparatione Differentiæ cum Proprio.

TEXT. DIfferentia verò & Proprium commune quidem habent ęqualiter participari ab ijs, quę illis partipant, æqualiter enim rationalia, rationalia sunt & risibilia, resibilia sunt. Et semper & omni adesse commune vtrisque est, etsi enim curretur qui bipes est, tamen ad id, quod natum est semper, dicitur, quoniam & risibile in eo quod natũ est habet semper, sed non in eo quod semper rideat.

Proprium aũt Differentiæ est, quòd hæc quidem de pluribus speciebus dicitur

tur sæpè, vt rationale de Deo, & homine. Proprium verò dicitur de vna sola specie, cuius est proprium. Et differentia quidem illis est cõsequens, quorum est differentia, sed non conuertitur: propria vero conuersim prædicantur de ijs quorum sunt propria, propterea quod conuertuntur.

1. DIfferentia & proprium in duobus conueniunt, & in duobus differũt. Conueniunt primo, vt enim Differẽtia prædicatur ęqualiter de suis speciebus non secũdum magis & minus, ita & Proprium. Secundo, sicut Differentia vniuersaliter de suis speciebus prædicatur ita Propriumvniuersaliter de specie, & eius indiuiduis.

2. Differunt, quod Differentia de pluribus speciebus (eo modo, quo antea diximus) Propriũ de vna prædicatur. Secũdò, Differentia non conuertitur cũ specie, proprium verò conuertitur.

¶ De comparatione Differentiæ cum Accidenti.

9. TEXT. DIfferentiæ autem & Accidenti commune quidem est de pluribus dici. Cõmune verò est & ad ea, quæ sunt inseparabilia Accidẽtia, semper & omni adesse, bipes enim semper adest omni homini: & omnibus coruis nigrum esse similiter.

Differunt autem, quoniam differentia quidem continet Species & non continetur: cõtinet enim rationale Deum & hominem: Accidentia verò aliquo quidem modo cõtinent, eo quòd in pluribus sint: aliquo verò modo continentur, eo quòd non vnius accidentis susceptiua sint subiecta sed plurium. Et differentia quidem intẽsibilis est, & irremissibilis: Accidentia verò magis & minus suscipiunt. Et impermixtę quidem sunt contrariæ differentiæ, missa verò non nunquam sunt contraria Accidentia. Huiusmodi quidem communiones & proprietates differentiæ, & cæterorum sunt. Species verò quo quidem differt à Genere, & differẽtia dictum est in eo, quod dicebamus, quo genus differt à cæteris & quo differentia differt à cæteris. Deinceps, quo differt à Proprio & accidente dicetur.

1. COnueniunt primo. Tã differentia quã Accidens de pluribus prædicãtur. 2. Secundò, Sicut Differentia semper conuenit his, quibus est Differentia, ita Accidens inseparabile semper est,

1. Differt autem primo quòd Differentia semper prædicatur vniuersaliter de Speciebus & de omnibus indiuiduis, at 2. Accidẽs nõ vniuersaliter: albũ enim de homine, sed nõ de omni prędicatur. Secundò, Differẽtia nõ suscipit magis aut 3. minus, at Accidens suscipit. Tertio contrarię Differentię nõ simul miscentur, vt rationale & irrationale: at contraria Accidentia miscentur ex albo enim & nigro fieri possunt colores medij, vt rubrum, pallidum, &c.

¶ De cõparatione Speciei cũ Proprio & Accidenti.

10. TEXT. SPeciei autẽ & proprij commune quidem est, ad inuicem conuersim prædicari. Nam si quid homo est, risibile est: & siquid risibile est, homo est. Risibile verò quod secundum id, quod natum est ridere sumendum, sæpè iam dictum est. Commune est quodq; & ęqualiter esse, ęqualiter enim adsunt Species ijs, quæ illis participant, & propria ijs quorum sunt propria.

Differt autem species à proprio, quoniam species quidem potest & aliorum Genus esse: Proprium verò aliarũ specierum esse propriũ impossibile est. Et species quidẽ ante subsistit, quàm proprium: Proprium vero post fit in specie oportet enim hominem esse, vt sit risibile. Amplius, Species quidem semper actu adest subiecto: Proprium vero aliquãdo actu, potestate verò semper: homo enim semper actu est Socrates: nõ vero semper ridet, quamuis natus sit semper vt sit risibilis. Amplius, quorũ termini sunt differẽtes, & ipsa sunt differenti. Est autẽ speciei quidẽ sub gene-

re esse, & de pluribus & differentibus numero in eo q̃ quid est prædicari, & cętera huiusmodi: Proprij vero, & soli, & omni, & semper adesse.

11 Speciei verò & accidentis commune quidẽ est de pluribus prędicari. Raræ verò sunt aliq̃ communitates, propterea quòd quam plurimũ distant abinuicem accidens, & id cui accidit. Propria verò sunt vtriusque speciei quidẽ in eo quod quid est prędicari de ijs, quorũ est species, accidentis autem in eo quod quale quidam est, vel quomodo se habens est. Et vnamquanque substantiam vna quidem specie participare, pluribus autem accidentibus & separabilibus & inseparabilibus. Et species quidem prę intelliguntur accidentibus, etsi etiã sint inseparabilia (oportet enim esse subiectum, vt illi quidem accidat) accidẽtia vero posterioris Generis sunt, & aduentitiæ naturę. Et speciei quidẽ participatio æqualiter est: Accidentis verò etsi inseparabile sit, non ęqualiter: ęthiops enim æthiope habere posset coloré vel intensum vel remissũ secundũ nigredinẽ. Restat aũt de proprio & accidente dicere, quo.n. proprium à specie, & differentia & genere differt dictum est.

1 IN duobus ista cõueniunt, primo proprium & species de se inuicé prædi
2 cantur. Secũdò sicut species ęqualiter, & non secundum magis & minus de in diuiduis prędicatur, ita & proprium.

1 Differũt autem primo, quòd species respectu vnius potest esse species, respectu aliorũ genę: loquimur aũt de subalterna, at proprium semper respectu vnius speciei est proprium intellige adęquatè & immediatè, quia propriũ ab vnico subiecto proximè fluit.
2 Secundo, species est natura prior pro-
3 prio, propriũ autem posterius. Tertio, species semper dicit actum, ac propriũ
4 aptitudinem. Vt risibile, flebile. Quartò, alia est ďfinitio specie, alia proprij: hæc differentia ponitur, vt cognoscamus diuersam naturam esse speciei, & proprij.

Cum accidenti verò cõuenit in vno 1
quod de multis prędicatur.

Sed differt. Primo, species in quid, ac 1
cidens in quale vel quomodo se habet prædicatur. Secundò, vnicũ indiuiduũ 2
vnicã habet speciem, tamen multa accidentia diuersa. Tertio, species est 3
prior accidente. Quarto nõ suscipit magis aut minus: accidens verò suscipit. 3

¶ De comparatione Proprij & Accidentis.

COmmune autem proprio & inseparabili accidẽti est, quòd prẽter ea 12 TEXT.
nunquam consistant illa, in quibus considerãtur: quemadmodum enim prẽter risibile non subsistit homo, ita nec præter nigredinem subsistit Aethiops. Et quemadmodum semper & omni adest proprium sic & inseparabile accidens. Differunt autem, quoniam proprium vni soli speciei adest, quemadmodum risibile homini: inseparabile verò accidens, vt nigrum, non solum Aethiopi, sed etiã coruo adest, & carboni, & ebeno, & quibusdam alijs. Amplius, proprium conuersim prędicatur de eo, cuius est proprium, & ęqualiter est: inseparabile verò accidens conuersim non prędicatur. Et propriorũ quidẽ æqualis est participatio, accidentium verò vel magis vel minus. Sunt quidem aliq̃ cõmunitates, vel proprietates ijs, quæ dicta sunt, sed sufficiunt & hę ad discretionem eorum communitatisq̃ traditionem.

PRoprium conuenit cum accidenti inseparabili, vt subiectũ cuius est proprium vel accidens nõ sit sine vtroque, cũ accidenti vero vtroq; cõuenit. quia omnia in quali prędicantur.

Sed differunt, primò, q̃ proprium so- 1
li cõuenit, nõ tã vtrunq; accidẽs. Secũ 2
dò, propriũ cõuertitur cum specie. Ter 3
tiò, non suscipit magis & minus, accidens vero nec cõuertitur, nec ęqualiter sę habet, sed secũdũ magis & minus.

IN LIBRVM CATEGORIARVM ARISTOTELIS, QVAE prædicamenta dicuntur Commentaria, vna cum quæstionibus.

Per Doctorem Franciscum Toletum societatis IESV.

De quot, quibusq; rebus acturu sit.

POST Porphyrij introductionem, ipsius Aristotelis doctrinam, Deo authore profiteri aggredimur: & quamuis multa, quę ad ipsius opera, & modũ procedendi, & ordinem, vniuersalẽ intelligendam pertinent, prętermittenda essent, ea tamen in præsenti, quę cõmodius alibi tractanda sunt, & modo nos nulla cogit necessitas explicare, relinquemus: idque solũ quod operi huic nostro magis deseruit, trademus. Octo autẽ inter alia, quę initio cuiuslibet libri tractari solẽt, præcipua delegimus, sunt aũt hęc. Primo, p̃ positum, seu finis quis sit, quæue intẽtio aut institutum, quę omnia idem sunt, secũdo quæ vtilitas, tertio quis ordo, quarto diuisio huius libri, quinto proportio ad alios, sexto via doctrinæ, septimo inscriptio libr. octauo eius auctor. Librorũ Topicorũ scop.

Circa primũ, hæc tria speculabimur, primum, quis finis peculiaris huius libri erit: secundo subiectum eius: tertio an ad Logicum, an potius ad Metaphysicum pertineat talis cognitio.

Define huius libri prædicamentorum.

VTigitur ad primũ deueniamus: finis ex duobus locis Aristotelis colligi potest. 1. ex 1. Top. in principio, vbi dicit, p̃ positũ esse methodũ tradere, per quã possim̃ de omni proposito problemate syllogizare. Ex hoc hic finis Topicorũ colligitur, scilicet perfectè habere methodum ad cõsequendã rerũ opinionem, quę per talis syllogismos Topicos fit. Alter locus est. 1. Priorũ in principio, vbi inquit, se intendere, quid demõstratio & scientia demonstratiua sit, tradere, ac si dicat finẽ esse cognoscere demostrationem, per quã scientia acquiritur: ex vtroque autem loco colligi in vniuersum potest finẽ totius ipsius Logicę, esse (vt dictũ antea fuit) cognoscere methodũ, & viam sciendi, vel opinandi. Hæc autem via, seu methodus est tripartito diuisa in methodum definiendi methodum diuidendi, & methodum argumẽtãdi: duo enim sunt, quæ de quaque re cognoscimus, rem ipsam, & rei proprietates, & accidentia: sed in re ipsa, tum essentiam, tum partes: igitur ad essentiæ rei cognitionem est definitio, ad partium cognitionem est diuisio, ad proprietates de re inquirẽdas est argumentatio, licet diuisio secundario ordinetur etiam ad definiendum, & ad argumentandum, & definitio quoq; ad argumentandum. Hic ergo est finis Logicæ, cognoscere methodum sciendi rem sic totam perfectè. Logicæ totiusq; sit finis.

Hic autem finis non habetur nisi per tres actus, vt inquit Albertus, ordinare cõponere, colligere. Ordinare est simplicia ipsa cognoscere, & sic cognoscere vt vnũ quodque qualiter in prędicãdo, & in subijciendo se habeat, cognoscam̃: sunt enim varij prædicandi & subijciendi modi: multipliciter enim aliqua & prædicantur, & subijciuntur, secundum rerum multiplicitatẽ. Conponere, est Logicæ finis quo modo tb tineat.

Universidad de Deusto Biblioteca

ista ordinabilia adinuicem coniungere siue dum difinimus, siue dum enunciamus. Colligere est inferre, & vnũ ex alio deducere. Hi tres actus, vt antea in diuisione Logices diximus, in Dialectica, seu Logica tradũtur, & perficiũtur: sed primus in libro præsenti, qui tradit methodum, per quã vnumquodq; simplex ordinemus, & disponamus secundũ suum modum prædicandi & subijciẽdi, ex quibus finis huius patet: est enim eius proximus finis cognitio omnium ordinabilium in prædicatione & subiectione: finis vltimus est ad definitiones, & argumẽtationes, quæ non sine his constare possunt.

Categoriarũ qs sit finis.

De subiecto libri prædicamentorum.

SEd de subiecto huius libri iam agendũ, Nõ est autẽ satis inter omnes cõstitutũ, quod id sit, varia enim existunt placita sicut in vniuersum de totius Logicæ subiecto, & de libro Prædicabiliũ diceb.mus. Alexan. & Simpl. existimãt hic agi de vocibus simplicibus, quod colligũt ex cap. 2. sequenti: vbi dicit Aristoteles, quędam cũ complexione, quædam sine complexione dicũtur: hoc autem videtur rebus conuenire non posse sed vocibus.

1 Opin.

Alia fuit sentẽtia Eustratij, & Auerr. & aliorum: hic agi de rebus, nõ autem de vocibus: ratio est ex Arist. ca. 2. huius vbi diuidit ens in decem Prædicamẽta: nõ ergo Prædicamẽta sunt de vocibus.

2. Opin.

Tertia sententia fuit Porphyrij, vt videtur, & aliorum, qui nec de rebus, nec de vocibus, sed de conceptibus existimarunt esse scilicet de generibus, & intentionibus secundis ab intellectu factis: cuius motiuum fuit, quod in huius fine Aristoteles dicit scilicet, & de Generibus hæc dicta sufficiant.

3. Opin.

Quarta sententia fuit Ammonij, qui de vocibus hic tractari, vt per concepts rerum significatiuæ sunt, asserit: vel de rebus vt medijs conceptibus per voces explicantur. Hoc etiam habet Boet. dũ docet, hic agi de vocibus, vt rerum sunt significatiuæ. Nominales ad voces, & nomina, omnia referunt, vt solent. Hæc difficultas pendet ex alia, nimirũ quid primo prædicetur, an termini, seu voces an res ipsæ.

4. Opin.

Existimo esse dicendum, res prædicari, enũciari, dici: voces verò, prædicare instrumentaliter, dicere, & enunciare: conceptus verò formaliter, intellectus effectiuè: verbi gratia, si quæras, qd prędicãt, vt si petis, quę est causa effectiua prędicationis? est intellectus: si petas, Per qd prædicat formaliter? sunt notitię & conceptus: si petis instrumẽta: voces dicã: at quid prædicatur? quid verò enunciatur? dicam res: res igitur prædicãtur & enunciantur: vnde res sunt prędicatum, & subiectum passiuum, quod alij prædicari obiectiuè vocant.

1. Fund. Res prædicãtur.

Ex quo ad difficultatem illam respondeo, hic tractari primo & per se de rebus vocibus significatis, aut per cõcepts expressis: deinde secundario ipsos conceptus: & vltimo tanquam externa quædã instrumẽta prędicationum voces ipsas, non tamen absolutè res, vel voces, vel conceptus hic cõsiderantur, sed vt sunt ordinabiles secundum subiectionem, & prædicationem, subiectum igitur huius libri, vt optimè dixit Albertus, est simplex ordinabile per subiectionem, & prædicationem.

Respondeo ad quæstionẽ agi in categorijs per se de rebus.

¶ An liber Prędicamentorum ad Logicum, an ad Metaphysicum potius pertineat.

SEquitur, quod tertio fuit loco propositum, An iste liber ad Metaphysicũ, vel potius ad Logicum pertineat? An aliqui viri docti ex Neotericis vehemẽter cõtendũt, nullatenus pertinere ad Logicum, sed ad Metaphysicum, quorũ ratio fortissima hæc est. Hic liber totus est de rebus, at Logicus res non tractat sed intẽtiones, ergo Logicus nõ est hic liber. Ad hanc rationem potest responderi in Alberto, hoc loco non tractari ista

1. Opin.

2. Opin.

ista entia, vt entia & naturæ sunt, hoc enim est munus Metaphysici, sed vt ordinabilia secundum subiectionem, & prædicationem, & hoc idem substinet Burleus asserẽs, hic agi de rebus, vt substãt intentionibus. Quod si objiciatur, hic res secundum se tradi, vt patet in contextu. Respondetur cum Boetio, in prę senti, quod hic traduntur res quia voces non plenè explicantur nisi præsupposita aliqua rerum cognitione: ita posset dici de intentionibus, quæ sine aliqua rerum cognitione perfectè non cognoscuntur.

1. funda. Intellectũ in cognitione naturæ. rerũ multismodis impediri

Sed vt hoc ex propria radice eruam, & veritas magis constet, est aduertendũ quod intellectus primo scientiam & cognitionẽ naturę rei consequi affectat, tamen multipliciter ab hoc impeditur. Primò propter multitudinem naturarũ rerum. Cum enim innumeræ sint rerũ naturę, difficilè est cognoscere, ad quã harum, res, quam cognoscere studem, pertineat: mens enim vagatur ad modũ hinc inde inquirendo. Impeditur, secundò propter communionem, & coniunctionem multarum naturarum in vnũ, cum in vna re, vel subiecto, multæ concurrant naturæ, quas distinguere esset admodum difficile, vt in homine vno, coniungũtur substantia, & varia accidẽtia. Tertiò impeditur, quia nõ habet aquam viam vel modum distinguendi, & cognoscendi rem. Cõtra hæc tria ad hibuerunt Metaphysici per eorum scientiam remedium. Contra primũ reduxerũt omnem multitudinem naturarum ad decem, vt nulla sit res finita, cui natura sub vna ex his decem non comprehendatur. Contra secũdum istas decẽ naturas ita distinxerũt, vt earum in rebus permistio intellectum non confunderet. Contra tertium, proprietates, & signa quædam ipsarum inuenerũt, per quæ dignoscerentur.

2. funda. cũ respõsione ad quæstionem.

Ex quibus non erit difficilè rei propositæ naturam inuenire, quamuis non in particulari statim. Hęc omnia Metaphysica sunt. Logicus autẽ ex his decẽ naturis decem modos prædicandi desumit fundatos in his decẽ modis entis, ad quos omnis modus prædicãdi rei pertinet, & reliquos desumit secundarum intentionum respectus: vt quemadmodũ ex cognitione Metaphysica rei naturã cognoscimus, ita ex modis his prædicãdi, & alijs respectibus secundarum intẽtionum, primo vnumquemq; per se cognoscamus, & hinc poster singulas propositiones, & quæstiones consequamur, an sint generis, an differentiæ, & qualis an accidentis huius, vel alterius: & possimus secundum varia prædicata cognitiones, & cognoscendi modos definire, diuidere, argumentari. At vero quia, vt superius dixi, non possumus hos modos cognoscere, quin aliqua facilis, & confusa rei cognitio præmitteretur, optima ratione & cõsilio. Arist. res ipsas proposuit, non sicut Metaphysicus earum inquirens naturam, sed supponens, vt varios modos prædicandi & cognoscendi super eas res fundatos, eliceremus, quod ipse clarè ostendit, dũ definiẽs per prædicationem præcipuè, & alijs similibus rationis respectibus definiuit. Semper enim substantiam per prædicationẽ explicat, & qualitatem dicit esse, secũdum quam quales esse dicimur.

Vide Alex. 1. Topi. ca. 7. in fine.

Quomodo hic in Categrijs & Metafica Aristoteles disserat de rebus.

Vnde alia ratione hæc Metaphysicus, alia Logicus cõsiderãt, Et iudicio meo hoc est euidens, nam in libris Topicorũ innumera loca argumentandi, sunt propositiões Metaphysicæ, scilicet, si quod magis videtur in esse, nõ inest, nec id, q̃ minus: cõtrariorum eadem est disciplina: & alia multa. Hæc tamen Logicus cõsiderat, non vt probet, sed vt declaret, & ex ijs modos ratiocinandi & argumẽtorum eliciat. Cur ergo non præsupponet hic aliquam rerum facilem cognitionem, vt innumeros prædicandi modos, & alios respectus intellectus colligat? Infertur igitur: Prædicamẽtorum doctrinam esse Logicam quantum ad modum hunc ea tractandi consideran-

do modos prædicãdi, & alios respectus mentis in eis.

De vtilitate, ordine, diuisione, ꝓportione, doctrinæ via, inscriptione & authore huius libri.

SEquitur, secundum devtilitate. Hęc autem Prædicamentorum cognitio vtilis est, & ad definitiones quę ex generibus, & differentijs constat, & ad diuisiones, quæ multipliciter fiunt, & ad demonstrationes, quę de subiectis per definitiones proprietates ostẽdunt, & ad Topicos syllogismos, qui circa problemata varia sunt: quorũ aliud est problema accidẽtis, aliud proprij, aliud generis, aliud definitionis. Hæc autẽ omnia ex prædicamentis habentur.

Ordo est clarus, cum enim iste liber de simplicissimis tractet, ante alios est collocandus.

Diuisio est in tres partes, in quædam præludia necessaria ad ipsa prædicamẽta quæ ante prædicamenta dicuntur: & in ipsa prædicamenta: & in quædã multis communia, quæ post prædicamenta dicuntur.

Proportio huius est, sicut partis ad totum, si ad totam logicam comparetur.

Circa aliud, scilicet doctrinæ viam, est cõsiderandũ apud Auerroẽ ista duo maximè distingui, scilicet ordo doctrinæ & via doctrinæ. Via doctrinæ est modus & genus probandi rẽ. Ordo doctrinæ est, secundũ quẽ in scientijs, quædã prius, quędam posterius traduntur: modo hic non traditur via scientifica, & demonstratiua doctrinæ, cum non demonstratione agatur, sed modo quodã potius disciplinæ, cùm processus definitione & diuisione fiat. Modus enim esse potest vel per demõstrationẽ, vel per definitionẽ, & diuisionẽ tantũ, cum sola eorũ explicatione, vel leuiori etiã aliqua probatione, quã ipsa sit demonstratio. Hæc ergo prędicamenta, iuxta naturæ ordinẽ sunt collocata: modus autẽ est, quem diximus, non per demonstrationem, sed definiendo, diuidẽdo, & explicando, ac narrando singulorum propria & quandoque facili, & breui aliqua ratione id probando.

Ordo doctrinę & via doctrinæ, quomodo distinguantur

Circa inscriptionẽ, iste liber dicitur Categoriarum, & vt notant Ammonij & Porphyrius, & alij interprætes, Categoria non hic sumitur pro accusatione, quæ apud iudices, in foro fiebat, sed pro prædicato, vt sit sensus: libet decem prędicamentorum: Latini cõuertunt, prædicamentorum. Prædicamẽtum autem aliquando sumit pro ipso genere suprẽmo, aliquando pro coordinatione integra multorum prędicatorum ab vltima specie vsque ad genus supremũ inclusiuè: & sic est sensus, liber decem prædicamentorum, id est, decem supremorũ generum, vel coordinationum talium.

Categoriæ nomẽ quid hic significet.

Huius author est Aristoteles, vt volũt Themist. & Auer licet Iamblicus, vt refert Boetius, velit esse Architæ, prędicamentorũ inuentionem. Tamen hic liber Aristotelis est habendus.

De Aequiuocis, Vniuocis, Denominatiuis.

Caput primum.

TEXT.

AEquiuoca dicuntur, quorum nomẽ solum commune est, secundum nomen substãtię ratio diuersa, vt animal, & homo, & quod dictum est: horũ enim solum nomen cõmune est, secundũ nomẽ verò substãtię ratio diuersa. Si enim quis assignere quid sit eorum vtrunque quo animal est, propriam assignabit vtriusque rationẽ. Vniuoca verò dicũtur quorum & nomen cõmune est, & secundum nomen eadem substantia ratio, vt animal, & homo, atque bos, communi enim nomine horum vtrunque animal nuncupatur, & est ratio substantiæ eadem. Si quis enim assignet vtriusque rationem, quid vtrunque est quo animal est, eandem assignabit rationem. Denominatiua vero dicuntur, quæcunque ab aliquo differentia casu, secundum

cundum nomen habent appellationẽ: vt à Gramma ica Grãmaticus, & à fortitudine fortis.

¶ Cur de his Ante prædicamentis prius egerit, & cur hoc ordine.

TOtus hic liber Græcè solum in capita quatuordecim est distributus: ac liber categoriarũ inscriptus: at Latini in tres diuisersũt partes, vt dictũ est, in anteprędicamenta, post prædicamẽta, & prædicamenta. Prima pars est anteprędicamentorũ, quę nihil aliud sunt, quã quædam prǫambula vtilia, ad ipsorum prædicamentorum cognitionem: secunda pars est ipsorũ prædicamentorũ: tertia quorundam, quæ ipsis communiter consequuntur: & hæc post prędicamenta vocantur.

Antepdicamẽ. quę sint.

In his igitur anteprædicamentis cõtinentur tres definitiones, duæ regulæ, duæ diuisiones: vnde multi asserũt, anteprędicamenta esse tria, definitionem, diuisionem, & regulam: alij verò esse quinque, secundum ea, quæ definiuntur, diuiduntur, & quorum regulę sunt, scilicet vniuoca, æquiuoca, denominatiua, subiectum, & prędicatũ.

In hoc igitur capite tres definitiones continentur, cuius finem vt intelligamus aduertendum est, omnia decem prędicamenta tripliciter posse cõparari, vt notat Alber. tract. 5. cap. 2. Primo, ad ipsum ens, cuius membra diuidẽtia sunt. Secundò, vnumquodque ad sua inferiora. Tertiò, primũ prędicamẽtum ad nouẽ sequẽtia, vel nouem ad ipsum primum, quod est substãtia. Si ergo ad ens comparentur, in eo æquiuocationem quandam habent, cùm ens ad decem ista genera ęquiuocè se habeat, vt superius dixit Porphyr. si verò singula ad sua inferiora comparentur, vniuocè de ijs prædicantur, cùm omne vniuersale vniuocè prædicetur. Tertiò, si nouem ad primum comparentur, omnia de eo denominatiuè dicuntur.

Prædicamẽta tripliciter cõparari possũt

Cùm igitur hęc tria in prędicamentis continẽantur, meritò Aristot. præmisit, quæ ęquiuoca, quæ vniuoca, quę denominatiua dicantur: incępit autem ab æquiuocis, quia prima comparatio ad ipsum ens, in quo ęquiuocè conueniunt: est autem prima, quia ante omnia alia, ens in decem genera diuiditur, vel vt notat Ammonius, quia sunt æquiuoca simpliciora, quam vniuoca, cum æquiuoca solo nomine, at vniuoca re & nomine conueniant: definiuntur autem sic.

¶ Aequiuoca dicuntur, quorum solum nomen cõmune est, secundum nomen verò substantiæ ratio diuersa. 1. funda.

PRo cuius explicatione aduerte, res significatas, & voces pariter significãtes, dici vniuocas, & ęquiuocas mutuo ordine: voces, vt res significãt, res, vt vocibus significantur, vniuocæ, vel æquiuocæ dicũtur. Solet autẽ à Logicis hoc ita distinguiriã voces dicũtur vniuoca vniuocãtia, vel æquiuoca ęquiuocãtia; at res significatæ, vniuocata, vel æquiuocata: hic autẽ nõ voces, sed res vniuocę vel æquiuocę definiuntur.

Aduerte præterea tria esse opus, vt aliqua secũdũ aliquod nomẽ sint ęquiuoca. Primum ꝙ vniuocum nomen habeant, quãdo enim singula sua nomina varia habẽt, nõ æquiuoca, sed multiuoca dicentur. Secundo, ꝙ habeãt diuersas definitiones: si enim illa plura vnicã habeãt definitionẽ, nõ ęquiuoca dicẽtur, vnde Petrus, & Paulus nõ æquiuoca sunt, quia vnicã habent definitionem. Tertiò, ꝙ habeãt distinctas definitiones secundũ illud nomen, id est, quatenus per illud nomen significãtur: in quo monemur esse plura habẽtia diuersas definitiones, quæ tã in aliquo nomine sunt nõ æquiuoca, qa illas nõ habent, vt per tale nomẽ significãtur, v. g. homo, & leo in hoc nomine animali, a quiuoca non sunt, quia licet distinctas habeant definitiones, non tamen secundum illud nomen: imò vt animal sunt, vnicã habent definitionẽ. Ex quo elicitur

2. funda. Tria requiruntur vt aliquã secundum nomen sint ęquiuoca.

Universidad de Deusto Biblioteca

elicitur aliqua esse æquiuoca respectu alicuius nominis, nó autem respectu alterius: quia secundũ illud nomẽ diuersas habent definitiones, non autem secundũ hoc: v.g. canis latrabilis, & canis cælestis & marinus, in hoc nomine, canis, ęquiuoca sunt, quia diuersas sub eo definitiones habent, non autẽ sub hoc nomine, corpus, quia vt corpora sunt, vnicam habent definitionem.

Explicatio definitionis æquiuocorum.

Hæc igitur tria ad æquiuoca necessaria significantur in definitione: primũ in hoc, quorum nomen est commune secundum in hoc, ratio diuersa: tertium in illo verbo, secundũ nomen: hoc exẽplo animalis ad hominem viuum, & pictum manifestat, vbi secundum tale nomen diuersas, assignat definitiones illorum.

Sed hæc iterum ipsa verba Aristotelis singula considerantes paulò diligẽtius scrutemur. In primis dicit [ęquiuoca] non æquiuocum, quia vna res nõ habet diuersas definitiones sub vnico nomine, vnde nec æquiuoca dici potest. Dicitur [dicũtur,] nõ autem sunt quia verè in se res nec sunt vniuocæ, nec æquiuocæ, nisi secundũ voces, per quas significantur, vt notat Boet. Propterea dicitur, dicũtur. Dicitur [nomen] quod nõ accipitur, vt distinguitur contra verbum, vt notat Ammonius, sed pro quacunque dictione significatiua, quo pacto. 1. lib. Periherm. c. 3. dicitur,

Quorum solum nomẽ commune.

Dicitur, (Solum) vt dicit Ammonio ad excludendam definitionem, vt sit sensus, habent commune solũ nomẽ id est, nomen nõ autem definitionem, commune, id est, ex æquo cõuenit multis ratio, id est, definitio, vel aliqua descriptio: non enim omnia definitionẽ habent quidditatiuam: sat est, si sit descriptio aliqua vel notio, aut manifestatio (Substantiæ:) nõ hic pro substantia distincta ab accidẽti vsurpatur, sed pro re seu essentia, vt ratio substantiæ significet rei definitionẽ, & hoc optimo consilio ab Aristot. fuit positũ, aliter enim omnia æquiuoca dicerentur vniuoca respectu eiusdem nominis: quia omnia habent vnam definitionẽ illius nominis, & vocis, ęq; Arist. cauens dixit, definitio substãtiæ, id est, rei, non nominis.

Notat Boet. quod ratio quadruplicitер accipitur: vno modo pro ratione, quæ est in anima nostra, quæ est idem cũ intellectu: altero modo, pro ratione cõputationis, secundũ quam dicimus, redde rationem: tertiò, ratio naturæ, id est, similitudo, quę est, inter id, quod ęducitur, & id, à quo producitur: quartò, pro eo accipitur, quod definitione, vel descriptione explicatur: sic in præsenti sumitur. Secundum nomen, additur propter tertiũ quod explicuimus supra. Nota. Ratio quatuor modis sumitur.

¶ Vniuoca dicuntur, quorũ nomẽ cõmune est, & secundũ nomẽ est eadẽ substãtię ratio.

Hæc definitio ex his quæ in pręcedenti dicta sunt, est facilis, eodem enim tenore verba proceduntur: sed aliqua peculiarius hic explicabimus. Primũ quare definit vniuoca pluraliter, cum constet res singulares esse vniuocas respectu suorum nominũ: est enim Petrus vniuocũ nomẽ ad vnicũ Petrũ, & alia similiter: iudicio meo, arbitror ita esse respondendũ. Hic Arist. vniuocationẽ, & prędicationẽ in prędicatis considerare: & ea, quæ vniuocantur vel æquiuocãtur secundum aliquod prędicatum: cum aũt vox singularis in prædicatione propria, vti diximus, prędicatum nõ fit, non hic ab Aristo. consideratur: non dubium tamẽ, quin talia nomina vniuoca sint censenda, si ad vnũ significatum comparentur. Dubiũ. Solutio. 2. dubiũ

Dubitatur, qua ratione nomen vniuocatis ipsis, & etiã in æquiuocatis asserat esse commune, cum commune fit vniuersale, ęq; in pluribus est, & de pluribus vniuocè prædicatur: at vnum nomen non est in pluribus rebus, nec nomẽ de æquiuocis rebus vniuocè prędicatur.

Cõmune multis modis accipitur.

catur. Respondeo ex Ammo. & Boe. & Dexippo, commune multipliciter dici. Primò, quod in partes diuiditur & non commune manet, sed partes singulorũ sunt, vt dom9 dicitur communis, quam multi habitant. Secundò, dicitur cõmune, quod in partes non diuiditur, sed vicissim in multorum vsus transit: quo pacto equus dicitur communis, cuius vsus multorũ est. Tertio, cõmune dicitur, ęq; vsu, cuiusque fit ępriũ, tamẽ post vsum cõmune manet: quo pacto theatrũ dicitur cõmune: cum enim quis eo vtitur, illi est proprium: quãdo discedit in cõmune remittitur. Quartò, dicitur commune, quod totum vnico tempore in singulos venit: quo pacto dicitur vox communis, quia vnico tẽpore in singulorũ aures venit: & ita existimat Boet. & alij hic nomen commune dici, sed ista communitas videtur esse non penes significatas res, sed ab extrinseco penes eos, ad quos vox peruenit: propterea dicerẽ hic vocari nomẽ commune, ęq; à multis rebus significatis participatur: hęc aũt participatio nõ alia est, quàm significatio: rem enim nomine participare est, per id significari & repræsentari.

3. Dub. Dubitatur præterea, quid est habere rationem eãdem vel diuersam. Aliqui existimant, quòd habere rationem, est, quod definitio sit vna illorũ, vel diuersa, secundum tale nomen, vtcunque sit, siue accidentalis, siue substãtialis: vnde dicunt, homo & leo sunt vniuoca in hoc nomine, albus, quia participant nomẽ, & definitionem eandẽ, homo enim est albus, & leo est albus, & in quantũ albo9 vnicam habent albi rationem.

Sed hoc est magna hui9 doctrinæ peruersio, quãuis Caietanus dicat, id esse Aristotele dignũ, sed profecto nihil magis ab eo alienum: nullũ enim accidens de substantia secũdum nomen, & rationem dicitur, vt ipse expressè dicit c. de substãtia: nõ ergo subiecta dicẽda sunt habere rationẽ prædicati accidẽtalis, vnde album nõ vniuocè de homine dici tur: habet enim suum modum dicendi, qui modus sequitur, scilicet denominatiuẽ: debẽt autẽ illa participare definitionem eandem, quæ sit illis intrinseca: ac propterea additur illud verbum, ratio substantiæ: illa autem definitio albi respectu illorum, nominis est, nõ rei, & hoc est hic cõsiderandum, non enim loquitur de omni vniuocatione, sed de ępria, secundum quam vnum prædicamẽtum de alio non dicitur, sed de suis inferioribus eiusdem prædicamenti.

¶ Denominatiua dicũtur, quęcũque ab aliquo solo differentia casu, secundũ nomen habent appellationem.

EXplicat Aristoteles quæ denominatiua dicantur, & vt notat Simplicio & Aug. 1. tomo cap. 4. suarum categoriarum quodammodo sunt media inter æquiuoca, & vniuoca. Vniuoca enim nomen & rem habent eandem: æquiuoca nomen solum, non rationem, denominatiua verò rationẽ nõ habent prorsus eandẽ, sicut vniuoca, nec prorsus diuersam, sicut aquiuoca, nomen aũt, nec prorsus idẽ, nec prorsus diuersum, sicut album & albedo, eandem rem dicunt, sed non eodem modo, alterũ, vt est per se, alterũ, vt est in subiecto, nomina non sunt prorsus idem, nec diuersum, sed habent quandam cadentiam & deriuationẽ inter se, & hęc dicũt denominatiua. 1. funda. Denominatiua sunt quodammodo media inter Homonyma & vniuoca

Sũt igitur quatuor necessaria, ex Ammonio, vt aliqua dicantur denominatiua, Primum, vt sit aliqua conuenientia rei, & rationis. Secundò, vt sit etiam aliqua diuersitas, quorũ defectu homo & humanitas non dicũtur denominatiua quia sunt eadem res, nec homo, & leo, quia ad inuicem non habent conuenientiam, scilicet quod leo sit aliquid hominis, vel homo aliqd leonis. Tertiò, ęq; in nomine sit aliqua dissimilitudo. Quartò, ęq; sit in nomine aliqua similitudo, quorũ defectu, iustus & misericors, nõ sunt denominatiua, qa omninò sunt diuersa nomina nec iustus & iust9, seu musica pro arte, & musica pro muliere habente 2. funda. Denominatiua vt aliqua appellẽtur quatuor sunt necessaria.

bente artem, quia prorsus sunt eadē nomina. Sunt ergo denominatiua, quē neque omninò eandē rationem, nec omninò diuersam, nec omninò idem nomen, nec omninò diuersum habent.

Explicatio definitionis. Per hæc explicatur definitio Aristotelis, illa sunt denominatiua, quæ ab aliquo habēt nominis appellationem, id est, quæ sumunt nomen ab aliquo, & de nominationem, seu nominantur ab aliquo, à quo casu, id est, transfiguratione aliqua vocis, differūt, quia scilicet denominatiuum & id à quo denominatur, in nomine conueniunt, & a iqua nominis mutatione differunt: vt album, albedo, iustus, iustitia. Hæc magis in quæstione sequenti examinabuntur.

Nota. Aequinoca cur à categorijs reijciantur. Ex his definitionibus Aristotelis aliquot nobis vtilia colligere possumus. Primò, cū æquinoca, vt æquinoca, in nulla definitione cōmuni conueniant, non habent genus, vt æquinoca sint, propterea à prædicamēto excludūtur, nec enim sunt genus, nec species, qa hæc vnicam habent definitionem. Secundò docemur, omnia genera, & species, vniuocè prædicari, quia vnam habent rationem. Tertiò, omnia accidentia denominatiuè de subtātia dici, nomināt enim subtantiam ab aliquo accidentia à quo casu nominis differunt.

Quæstio vnica circa hoc idem. Caput primum.

Num quæ ab Aristotele hic dicuntur. rectè sint dicta?

Argumēta in cōtrarium. VT aliqua, quæ difficiliora in hoc capite videtur, nota fiant, & horū exactior habeatur cognitio, oportet, vt aliquot argumēta breuiter proponamus, quorum solutione illa facilius cōsequemur, argumentum primum sit.

1. argu. Nomen non solum est vox ipsa, sed etiam significatio, est enim nomen vox significatiua: sed vox æquiuocorū non habet eandem significationem, vt notum est: ergo non est vnum nomen, sed plura: & sic æquinoca non habent commune nomen, vel si vnum nomen habent, quare non dicētur vniuoca, id est vnius vocis & nominis?

2. argu. Secundū contra exemplū Aristotelis Homo viuus & pictus non sunt æquinoca animal, sed analogicè, animal .n. ad ea nō est nomē æquinocū, sed analogū: ergo exemplo falso vtitur: & diminutus est, cum de analogis non differat.

3. argu. Tertiū. Præterea æquinoca sunt plura, & plures habent definitiones, ergo nō erant vnica definitione definiendā.

4. argu. Quartum. Illa definitio denominatiuorum vocibus conuenit, non rebus: ergo non rectum tenorē seruat Aristoteles, cū primò res æquinocas & vniuocas definierit, postea transierit ad voces: antecedens patet quia denominatiua dicuntur casu differentia, at casu differre, nominum est, non rerum.

Ad. 1. Circa primū argumentū. Albe. magn. tract. 1. huij 9. c. 2. inquit, in nomine quolibet esse tria. Primū se habet vt materia, scilicet sonus ipse, qui ore hominis fit. Secūdum est forma: & hæc est talis illius soni configuratio, & articulatio, secundum quam varia est vox, homo, leo, capra, quam configurationem ab imponente ad significādum habet. Atq; hæc duo, inquit, sunt de natura nominis, quibus multiplicatis, nomen multiplicatur. Tertium est ipsa significatio, & hæc non est forma nominis, sed actus secundus, id est, perfectio cōsequens, sicut motus animalis, qui sequitur ipsum animal, non tamen est ipsius forma, & hoc multiplicato, nō multiplicat, nec variatur nomē: & per hoc respōdet ad argumentū: æquinoca enim habēt vnū nomē, cū tale nomē sit eiusdem materiæ & formæ.

1. Solut. Nomen quodlibet tria in se cōplectit.

Ista sententia mihi non placet in hoc, quod asserit significationē, non esse formam nominis, sed configurationē: hoc enim videtur falsum, quod patet sic. Ablata significatione à voce, etiā manente eadem configuratione, non dicitur nomen ergo illa non est forma. Præterea potest

potest esse talis configuratio in voce, & q non sit nomen defectu significationis, vt patet in vocibus non significatiuis ergo significatio est forma. Præterea nomen vt nome est, signū est: vt patet est Arist. 1. Periherm. sed de natura signi est significare, ergo & de natura nominis, & ita existimo esse dicēdum.

2. Solut. Ad argumentum autem respōdeo, quod in cōpositis ex materia, & forma, siue subtantiali, siue accidentali, non est sumenda multitudo numerica penes formam, sed penes materiā, vt docet Aristo. 1. cæli. c. 9. vnde licet in Petro multa, & varia accidentia sint, non plura, sed vnum ens est dicendum: ita similiter, licet multæ significationes sint: quia vnum est subiectū illarum, id est, vna vox, dicitur vnum nomen, non plura, & hoc est obseruandum.

Ad replicā verò, qua argumentabatur, ergo dicētur æquinoca vniuoca potius quādoquidem vnū sit nomen: Dico ex Simpl. in prologo, quod non dicūtur vniuoca solū, quia vnū habeant nomen: sed quia simul, & coniunctè, & inseparabiliter vnum nomen habeant, id est, illud nomē vniuocum simul res significat: & qua ratione vnam, eadem aliā, vt homo, omnes homines: nec potest cadere à significatione vnius, quin cadat, & mutetur à significatione aliorum: & hinc est, quod vnica impositione ea omnia significat. At æquinoca habēt quidem vnum nomen, sed nō inseparabiliter, quādo alia ratione vnum, alia, aliud significet: & potest à significando vno deponi, nec tamen cadat ab alterius significatione, & inde est, quod pluribus impositionibus æquinoca ad significandum imponuntur: propter hanc separabilitatem dicūtur æquinoca, id est, vocis æqualis.

Nota. Res multis modis se habent ad voces. Possumus autem hinc colligere, res multipliciter se habere ad voces. Quædā enim vnica definitione, & vnico nomine conueniunt, & hæc vniuoca Latinè, synonyma Græcè vocantur. Quedā ex opposito multas definitiones, & multa nomina habēt: vt homo & leo, respectu harū duarū vocum: hæc Latinè diuersiuoca dicē possunt, Græcè heteronyma dicuntur. Quædā tertiò multas definitiones sub vnico habēt nomine, ista Latinè æquiuoca, Græcè homonyma dicuntur. Quædā ex opposito vnā definitionem varijs nominibus expressam habēt, vt ensis, gladius, & hæc multiuoca, Græcè Polyonyma vocantur: quanuis vt notat Simplicius, & ex Aristotele in poetica probat, hæc aliquando synonyma vocātur: deinde velut in medio denominatiua, Græcè paronyma dicta collocantur: quia hæc nec omninò idē, nec omninò diuersum nomē habent & definitionem.

Ad. 2. Diuisio æquinocorū, & Analogorum. Circa secundū argumentum distinctionem æquinocorū proponere oportebit, eorum verò naturam, quia altior & obscurior est, alibi explanauimus: & quia facilior erit, si per voces, quàm si per res explicetur, ipsas voces diuidemus: hæc quidē diuisiones Ammonij & Boet. sequētes eā perficiemus. Aequinocū duplex est, quoddā à fortuna, vel vt alij dicunt, à casu: quoddam à consilio. A fortuna est, quando vox imponitur ad plura significandum, nulla consideratione, sed casu quodam: vt aliquis Romæ imponit filio nomen Petri: aliquis etiam in Hispania imponit idē nomen: tūc talis vox illā plura significat, & est æquinoca à casu. Aequiuocum à consilio est, quando consideratione, & ratione quadam, nomen ad plura significādum imponitur: & hoc duplex est, à cōsilio purè æquinocum, & analogū: purè æquinocum à consilio est, quando vox plura significat, non propter ordinem aut similitudinem aliquam ipsarum rerum significatarum inter se, sed propter aliquid ex parte imponētis, vt quādo aliquis imponit nomen filio suo Caroli, propter memoriam & recordationem parentum, qui tali nomine vocati sunt: tunc nomē Caroli est æquinocum.

Universidad de Deusto Biblioteca

cum ad parētes, & ad filium à consilio, sed purè equiuocum, quia non significat sua significata propter ipsorum ordinem, vel similitudinem. Hoc inter alia duplex est: à memoria, & à spe, propter diuersitate, scilicet eorum, quæ mouēt ad imponendum nomē. Igitur à memoria est, quod modo prediximus: à spe, q̃ imponitur ad plura significandū, propter aliquam boni expectationem, vt si quis puero imponat nomē Platonis, quia expectat futurum philosophum: vel nomen Petri, quia sperat futurum diuo Petro deditum.

Analogum verò est, quod plura significat, propter aliquem ordinē, vel similitudinem ipsorum, & hoc maximè est considerandū: non enim omne equiuocum à consilio, analogum est, vt mulri falso existimant, cùm à memoria, & à spe sint æquiuoca à consilio, non autem analoga, illud aūt analogū est, q̃ multa, vti diximus, propter aliquem vnius ad alterū ordinē, vel similitudinē significat. Hoc aūt est triplex, à similitudine, à causa, à proportionalitate. Analogū à similitudine est, quod multa propter similitudinem vnius ad alterū, q̃ principaliter se habet, significat, vt homo principaliter viuum significat, & pictum propter similitudinem, quam habet ad viuum. Hoc duplex est, quoddā à forma, quoddā ab actione. A forma dicitur, quādo similitudo in forma consistit, vt homo, viuum, & pictum significat. Ab actione, quando similitudo in actione consistit, vt homines potentes crudeles vocātur Nerones, propter similes operationes cū operationibus Neronis regis. Analogū à causa est, q̃ multa significat propter ordinē & dependētiam ab vno q̃ est illorum causa: q̃ si fuerit causa efficiens dicitur analogum ab efficienti. si finalis, à fine, si verò fuerit materialis, à materia. Vnde triplex est analogū à causa primū, ab efficienti, quod multa significat propter dependētiam ab vno, quod eorum est causa efficiens, v.g. medicans, seu medicinale dicitur de medico curante ægrotum, similiter de potione, & cibo, & emplastris, sed medicus dicitur medicans, tanquā causa efficiens, reliqua eatenus medicamenta dicūtur, quatenus ab illa causa efficienti ordinata procedūt. Analogum à fine est, quando multa nomen significat propter ordinē ad aliquē finem, vt sanum dicitur de animali habēte sanitatem de vrina & medicina: sed de animali, tanquā de eo, in quo est sanitas de reliquis, vt ad sanitatem ordinantur: vrina, quia est signū, medicina, quia est causa illius. Analogum à materia est q̃ plura significat propter ordinem ad vnū, q̃ est, vt subiectū illorū: vt ens significat plura, accidentia & substantiam, sed accidentia ideò dicuntur entia, quia omnia ordinantur ad substātiam, tanquam eorum subiectum.

Analogū quid sit.

Hoc vnum est omnibus commune, q̃ maximè est considerandum, & memoriæ mandandū: q̃ hæc analoga à causa singula significant vnā formā, quæ principaliter & intrinsecè est in vno significatorū, & ab eadē reliqua extrinsecè denominantur, id est, per eius ordinē, verbi gratia, sanum significat vnam formam scilicet sanitatē, & dicitur de animali, vrina, & medicina sed de animali, principaliter, tanquā de eo, in quo sanitas est, de reliquis, extrinsecè, nā vrina nō dicitur sana, quia in se habeat sanitatē, nec medicina: sed ab illa sanitate animalis, ista duo extrinsecè dicuntur sana: vnū, q̃ a illius est signū: alterū, quia illius est causa. Similiter medicās intrinsecè de medico medēte, de reliquis extrinsecè: & ens principaliter de substātia: & hoc vocauerūt Metaph. dici per prius, & posterius: de illo dicitur per prius, de quo intrinsecè de illis per posterius, de quibus extrinsecè.

Analogum proportionalitatis.

Analogū proportionalitatis est, quod plura significat propter quandā significatorū proportionalitatē. Pro quo adnertè, q̃ apud Arithmeticos ista duo vocabula differūt, proportio & proportionalitas. Proportio est habitudo inter duos numeros ęquales, vel inęquales, vt habitudo quatuor ad duo, nā quatuor includūt bis duo. Proportionalitas est habitudo, seu potius similitudo duarū proportionū secundū quam diximus sicut se habet quatuor ad duo, ita se habēt sex ad tria: in vtroq; enim numerus maior bis includit minorem propterea proportionalitas dicitur proportio proportionum, quæ inter quatuor (vt minimum) formaliter terminos fit, duos ex vna parte, & duos ex altera.

Hoc supposito sunt aliqui termini plura significantes propter talem proportionem, vt ridere de prato, & homine: ridet enim homo, ridet & pratū, sed p̄ter hanc proportionalitatem: vt enim risus se habet in homine, quia eius lętitiā ostendit, ita viriditas in prato, quia eius fœcunditatem ostendit, huiusmodi sunt multa nomina, in quibus omnibus illud considerandum est, hæc nomina nō significare illam similitudinem, aut proportionalitatem sed res propter talem similitudinem.

Nota.

Cùm igitur tot species æquiuocorū sint, in definitione ista Arist. conueniūt quōd nomen est commune, & ratio diuersa, non tamen Aristoteles ea omnia distinguere curauit, quia negotio præsenti id erat inutile: nos autem declaraūimus sequuti omnium ferè probatissimorum interprætum rationē, qui suis vijs hęc loco præsenti tractarunt, quia vniuersaliorē cognitionē, quàm prædicamentorum doctrinam instituimus.

Ad. 3.

Ad tertiū argumentū, est solutio facilis. Aequiuoca enim, si vnum quodque per se sumatur, definiri nequeunt, scilicet canis, cū suis significatis per se. Homo cū suis, scilicet viuo & picto per se, & alia: at si omnia sub hac proprietate vniuersali considerentur, quòd æquiuoca sunt, definiri possūt; in hac enim vniuocè conueniunt; scilicet esse æquiuoca: & sub hac definiuntur in præsenti.

Circa quartū argumentū est considerandū: primò in denominatiuis concurrunt aliqua ex parte rerū, aliqua ex parte vocū: ex parte rei concurrit vna forma, & id, quod talē formā participat scilicet albedo, & subiectum ipsum albedinis, scilicet corpus: ex parte verò vocū cōcurrit nomen illius formæ, q̃ dicitur abstractum: & nomen participantis talē formam, quod dicitur cōnotatiuum, vt albedo, & album, iustitia, & iustum. Ad. 4. 1. funda.

Aduerte quia potest esse, quod vnicā formam in re multa variè participēt. vt à sapientia, anima dicitur sapiens, & homo, & sermo, & operationes, quę omnia aliquo modo sapientiā participāt, ita similiter in nomine ab vno multa deriuātur, vt à sapientia, sapiēs, sapienter, & sapientis, obliqua enim explicāt variam participationem in re vnius formæ. 2. funda.

His suppositis. Nota res ipsas, id est, formā, & participantia talem formā dici denominatiua denominata, voces verò denominatiua denominātia: nec est curanda admodum huius sermonis proprietas, dummodo res intelligatur: sic enim Logici loquuntur, grecè verò vocāt paronima, tā, res, quàm nomina: sed nō per se, sed ordine vnius ad alterū: sunt enim illę res paronimę, quæ cū vna aliā participet, nomē habēt cōsimile qa in sola extremitate differunt eorum nomina. Similiter & nomina paronima, quæ cum consimilia sint, res huiusmodi se habentes significant. 3. funda.

Cùm ergò & res & voces sic paronima dicātur, sub iudice est, an in definitione res vel nomina definiantur, ad quod videtur mihi esse respōdendū. Primò neutrum, scilicet esse euidēs, quia vtrisque potest definitio adaptari: si enim vocib9 adaptetur, erit sic dicendum, paronima sunt nomina, quę ab aliquo habent nominis appellationes, id est, ab aliquo deriuationē habent, scilicet vnū ab alio à quo solo differunt casu. Si vero rebus adaptet, erit hic sensus, paronima dicūtur res, quę ab aliquo scilicet ab aliqua forma Respon. ad quæstionem. 1. Cōcl.

forma secundũ nomen habent appellationé, scilicet sic nomen & denominationes in voce sumuntur, vt ab ea, scilicet eius nomine solo differãt casu: ac si dicatur sunt res, a se secundum nomen habentes, cũm vna sit ab altera, quod illarum nominũ solo casu differant.

Dico secũdò, mihi esse probabilius hic non voces, sed res, vt per voces significantur, definiri. Hoc præterquam q̃ est sententia Ammonij, Boeti & aliorũm consecutio ipsa verborum Arist. id postulat, cum dixerit: æquinoca dicuntur, vninoca dicuntur, denominatiua dicuntur, eodem tenore: at illic res definiuntur, ergo, & hic. Præterea quia dicit. [dicuntur] eorum autem est dici per voces, vocum autem dicere. Præterea, quia si voces definiat, non à fortitudine fortis descendit, vt dicit Aristoteles, sed potiũ à forte fortitudo: at in re fortitudo est forma, à qua fortis est.

Nota. Vt aliqua dicãtur paronima duo requirunt.

Est etiam præter hæc notãdum, duo esse necessaria, vt aliqua paronima, seu denominatiua dicantur. Alterum q̃ forma, & id, quod formam participat, sint distincta natura, quod designat vt notat Albert. in hoc, quod dicit, quæcunq; ab aliquo: illa enim propositio inter ea distinctionem designat. Ex quo sequitur, q̃ nec species respectu generũ, aut differentiarũ, nec indiuidua respectu specierum denominationem habent: quia genera & differẽtiæ sunt de substãtia specierum, & species indiuiduorũ, tam in generibus substantiæ, quàm in generibus accidentium.

Nota. Triplex est denominationum.

Est secundò notandum, non solum ad denominationem est necessaria participatio in re, sed etiã in voce, & è contra. Vnde, aliqui solent distinguere triplex denominatiuũ, in re tantũ, in voce tantũ, in re & voce simul: in re, quãdo participatio quidẽ est in re, non autẽ est in nomine, vt virtus, & ipse homo qui eã participat, in voce tamen non est denominatio, quia in voce correspondent, virtus, & studiosus: alia sunt in voce sola, vt studiũ & studiosus, nõ enim in re, à studio dicitur studiosus, cũ aliud studiũ, aliud studiosum significet, studium enim diligẽtiam, studiosus virtute prædituũ significat: alia sunt in re, & voce, quando est participatio in re, cum participatione vocis admodum prædictum, vt albedo, album, & hæc sunt perfecta denominatiua, seu paronima, quæ hic Aristoteles definit, alia enim secundum quid sunt.

De diuisione eorũ quæ dicũtur & sunt.

Cap. II.

TEX. EOrum quæ dicuntur, alia quidẽ secundum complexionem dicuntur, alia verò sine cõplexione. Ea igitur quę secundum complexionem dicũtur, sunt vt homo currit, homo vincit: ea verò, quæ sine complexione dicuntur, sunt, vt homo, bos, currit, vincit.

Eorum quæ sunt, alia de subiecto aliquo dicuntur, in subiecto verò nullo sunt, vt homo de subiecto quidem dicitur quodam homine, in subiecto verò nullo est. Alia autem in subiecto quidẽ sunt, de subiecto autem nulla dicuntur. In subiecto verò esse dico, quod cum in aliquo sit, non sicut quædam pars, impossibile est esse sine eo in quo est: vt quædam grammatica in subiecto, quidẽ est in anima, de subiecto verò nulla dicitur: & hoc album in subiecto quidem est corpore: omnis enim color in corpore est: de subiecto autem nullo dicitur. Alia verò de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt, vt scientia in subiecto quidẽ est in anima, de subiecto verò dicit, vt de grãmatica. Alia verò neq; in subiecto sunt, neq; de subiecto aliquo dicuntur: vt quidam homo, & quidã equus, nihil enim taliũ neq; in subiecto est, neque de subiecto aliquo dicitur. Simpliciter autem quæ sunt indiuidua, & vnũ numero, de subiecto nullo dicũtur: in subiecto autẽ nihil horũ aliqua prohibet esse: quædã enim grammatica in subiecto est, at de subiecto nullo dicitur.

Com-



¶ Eorum, quæ dicuntur, alia quidẽ secundum complexionem dicuntur.

IN hoc capite cõtinẽtur duæ diuisiones, quibus velut quodã cõpedio continentur decem sequentia prædicamenta, & ad ipsa eadẽ sunt præambulum quoddam necessarium, cum in his diuisionibus ex quibus rebus, & quibus vocibus prædicamenta conflent doceamur.

Est igitur prior diuisio rerũ, vt per voces significantur: scilicet, quædã sunt cõplexæ, quædã incõplexæ; quæ etiam põt vocibus adaptari, vt notat Ammõ.

In secundum mentem Aristo. magis est vocũ, vt res significant: nã in cap. 4. subdiuidens vocibus tribuit, & ita visit Simpl. & bene, licet Auerr. de rebus hanc diuisionem: nam quædam voces sunt cõplexæ, vt homo currit, quædam incõplexæ, vt homo, bos, & currit. p

Universidad de Deusto Biblioteca
Facultatis Philosophiae Provinciae Cast. Orientalis

se, in quibus obseruare oportet, vt in introductione diximus, nõ solũ vocum multitudinẽ, sed significatã rẽ, cum.n. Logicus nõ voces secundũ se, sed vt rerum significatiuæ sunt scrutetur, vt bene dixit Auice. nõ sumit rationẽ cõplexi, aut incõplexi secũdũ vocẽ solã, sed pręcipuè secũdũ rem, vñ possit esse cõplexũ aliquod in voce, q̃ Logicus iudicet incõplexũ, & è cõtra in voce incõplexum, q̃ complexũ sit, vt illa genera quæ apud Porp. cap. de Specie legimꝰ: quæ incomplexa sunt, licet voce cõplexa apparean t, vt corpus animatum, substantia corporea, consideremus igitur Aristotelis verba.

(Dicuntur.) Notat Ammon. verbũ hoc, & rebus, & vocibus, & conceptibus posse adaptari, quãuis diuersimodè: dicũtur enim res quasi per voces significẽtur, & manifestẽtur: dicũtur voces q̃ proferũtur, & pronũciantur: dicuntur cõceptus quasi enunciẽtur, & per eos propositiones mẽtales fiãt: ex quo fit q̃ ista diuisio rebus, vocibus, & conceptibus applicari possit: res enim cum complexione dicuntur, q̃ plures pluribus vocibus significatiuis manifestãtur: res verò sine complexione dicũtur, quãdo singulę per se singulis vocibus vel pluribus idẽ significantibus significantur. Voces verò vel conceptus cũ cõplexione dicũtur, quãdo plures multa significantes & enũciantur, & proferũtur: sine cõplexione verò quando vni voci, & cõceptui res significata respondet: hic aũt obserua, nõ esse cõplexionẽ aliquam in voce, & conceptu, quia aliqua cõnexio vocũ, aut conceptuũ cõpositio interueniat, nõ enim cõceptus æquiuocis respondentes cõplexi sunt, sed absoluzè plures: nec vox æquiuoca cõplexa quia nõ per modũ alicuius compositionis significat: nec pariter res, cum per talem modum non significantur.

(Secundum complexionem.) Dubitabis, quare premisit complexa, cũ in complexa sint simpliciora? Respondet Ammo. & Simp. cõplexa esse nobis notiora, q̃ a sunt tota, & quãuis ordine doctrinæ præcedãt simplicia, hic tñ Arist. horũ doctrinã tradere nõ studet, sed solũ quãdam diuisionẽ assignare, propterea notiora præmittit. Pręterea etiam quia quãdo diuidimus intẽtione, & animo subdiuidẽdi, membrũ subdiuidendũ posteriori loco collocamus, ita fecit Aristo. quia incõplexa rursus in posteriori diuisione erat diuisurus, & similiter postea in decẽ prædicamenta.

(Currit, Vincit.) Notat Ammo. ideò Arist. vsum esse verbo tertiæ personę, quia verba secundæ, & primæ magis apparent cõplexa in re, quia suppositum habẽt determinatum, ad verbũ tertię minus, quia suppositũ est indeterminatum. Sed verè cõplexa hæc etiam sunt re, quia semper est aliquid significatũ cui tribuatur illa actio, propterea melius est dicere, currere, vincere, q̃ hic significatur actio sine supposito. Hæc sentẽtia mihi nõ placet, est enim maximè considerãdũ nomẽ, vel voce dici cõplexũ penes rẽ, quã significat: nõ penes rẽ quã cõsignificat, vel cõnotat, aliter enim omnia cõnotatiua essent cõplexa cum significent formã per modum inhærentis subiecto, q̃ tamen est falsissimum, aliter enim nõ essent in prędicamẽto. Pręterea Arist. 1. Perther. c. 3. in quit. Verbũ secundũ se dicta, nomina sunt & aliquid significãt, si ergo per se põt sumi, ergo est incõplexũ, significat enim vnũ aliquid, quãuis cõnotet aliud. Hic etiã oportet notare, quannis exẽplum cõplexi sit propositio, nõ solum propositiones, sed alias etiã orationes esse cõplexas, per quas rerũ diuersitas significatur, vt equus albꝰ, homo iustꝰ, quæ etiam ad prædicamenta per se nõ pertinent, sicut nec propositiones.

Eorum quę sunt. Diuisio. II.

¶ Eorum, quæ sunt, alia de subiecto aliquo dicuntur.

HAec est posterior diuisio quæ quadrimembris est virtute tũ cõtinet duas

duas diuisiones bimẽbras. Prior est, entium, quædã sunt substantiæ, quædam accidentia. Posterior entium, tam substantiarũ, quam accidentium, quædam sunt vniuersalia, vt homo, leo, animal color, albedo: quædam particularia, vt hic hõ, hoc aĩal, hic color hęc albedo.

Nota. 1. Sub hac duplici diuisione cõtinẽtur decem prædicamenta, tam genera suprema, quã ea, quæ sub eis sunt: nã primum prædicamentũ est substantia, reliqua accidẽtia, similiter in quolibet prædicamento nõ aliud est per se, quã vniuersalis natura, & particularis, siue substãtia, siue accidẽs. Aristot. aũt hæc sub quadrimẽbri diuisione est complexus, ne posteriorem diuisionẽ postea applicaret substãtiæ per se, & accidẽti per se, & diuisiones multiplicaret, dicendo substantiarũ alię vniuersales, & alię particulares, & similiter accidentiũ alia vniuersalia, alia particularia. Diuiduntur igitur ea, quæ sunt, in vniuersales substãtias, & particulares substantias, in vniuersalia accidentia, & particularia accidentia.

Nota. 2. Non tamẽ his nominibus diuisit Aristot. nec hoc vtitur ordine & nõ sine ratione, vt postea dicemus, substantiam explicat per nõ esse in subiecto: accidẽs per esse in subiecto: vniuersale per dici de subiecto, particulare per nõ dici de subiecto. Vñ copulãdo vtrunque scilicet substãtiã cũ vniuersali, vel particulari, similiter accidẽs, duplici vtitur modo, vt substãtia vniuersalis nõ sit in subiecto, sed de subiecto dicatur.

Nota. 3. Formalis igitur diuisio Arist. est. Eorum, quæ sunt, quædã de subiecto dicũtur in subiecto verò nõ sunt, scilicet vniuersalia substantiæ, homo, animal, quædã in subiecto sunt, sed de subiecto nõ dicuntur, scilicet particularia accidentia, hoc albũ, hæc Grãmatica: quędã & de subiecto dicũtur, & in subiecto sunt, scilicet vniuersalia accidẽtis, vt color, albedo: vltimò quędã nec in subiecto sunt, nec de subiecto dicuntur, scilicet particulares substantiæ, vt quidam homo, quoddam animal: & concludit, omnia indiuidua hoc vnum commune habere, quod de subiecto nõ dicãtur, quãuis eorum aliqua in subiecto sint, qualia sunt indiuidua accidentis.

¶ Dubia quędam scitu digniora circa diuisionem Arist. precẽdentem.

DVbitatur primò, quę qualisuè est ista diuisio? Solẽt aliqui, & nõ malè respõdere, sub hac diuisione duas cõcludi: altera est: entiũ aliud substãtia, aliud accidẽs, & hæc est analogi in sua analogata secundũ.n. sententiã Aris. 4. Met. c. 2. ens est analogum ad substantiã, & accidens: altera est, entiũ aliud vniuersale, aliud particulare, & est diuisio per accidentia, nam rei accidit esse vniuersalẽ per intellectũ, per materiã verò fit in rebus particulare. 1. Opin.

Sed posset quis petere, ista diuisio, sic ab Aristot. expressa, quę est? Albert. tract. 1. cap. 5. respondet esse velut generis in species: sed hoc nõ omnino placet, genus enim vniuocum est speciebus ac nihil hic reperitur his membris vniuocum. 2. Opin.

Iudicio meo optimè respondet Simpli. hanc non esse diuisionem, sed potius enumerationem quandam entiũ: si qua diuisio est, æquiuóci est potius, vel analogi, quàm alterius. 3. Opin.

Dubitatur secundò, quare Arist. non vsus est his nominibus, scilicet substantia, accidẽs, vniuersale, particulare? Respondet Simpl. id fecisse, vt magis rei naturã explicaret: explicuit autem dũ eorũ tradidit descriptiones: vt.n. magis manifestatur natura vniuersalis per dici de subiecto, quã per nomẽ vniuersale: ita & natura substantiæ, per non esse in subiecto, & alia similiter. Credere etiã id fuisse factũ, quia talis loquẽdi modus, magis est propinquus ad prædicationis naturam explicandam. 2. Dubi.

Dubitatur tertio, quare substãtiam vniuersalẽ accidẽti particulari coniũxit? Existimo id esse, q̃ videtur inuicẽ Dub. 3.

contraponi substantia vniuersalis cum accidenti particulari, & accidens vniuersale cum substantia particulari, vt patet si eorum inspicias descriptiones, hoc idem dicit Simplic.

Dubi.4. Dubitatur quartò, quid vocat dici de subiecto? breuiter respõdetur, prædicari de subiecto est de aliquo sibi essentialiter inferiori prædicari, seu affirmari, quo pacto species de suis indiuiduis: & genus de speciebus: similiter & differẽtiæ de suis prædicãtur. & dicuntur tãquam de subiecto: similiter accidẽtia de suis accidẽtibus: at où accidẽs de substãtia prædicatur, nõ sic de subiecto dicitur, id enim dicitur in subiecto esse vt modo declarabimus: dici ergo de subiecto inest cuilibet prædicatorum, respectu horum inferiorum.

¶ In subiecto verò esse dico quod cum in aliquo sit nõ sicut quędã pars, impossibile est esse sine eo, in quo est.

HIs verbis Aristoteles explicat, & describit, quid sit esse in subiecto, quod accidentium est: & per hoc manifestabitur substantia, quæ non est in subiecto: per affirmationem enim intelligitur negatio.

Tres igitur assignat cõditiones eius, q̃ est in subiecto, seu accidentis: prima quod est in aliquo: secũda quod nõ est in aliquo, sicut pars: tertia quod ab eo, in quo est, separari nequit.

1. funda. Vndecim modis aliquid dicitur alicui inesse. Pro cuius declaratione oportet nosse, quot modis vnũ in alio esse contingat. Boet. secutus Arist. 4. Physi, c. 3. quẽ multi sequũtur, octo assignant modos: at quia ille numerus perfectus non est, cum Arist. aliquos prætermiserit, quia illorũ nondũ erat tradita cognitio, vt dicit Simpl. plures à nobis multiplicãdi sunt cum Ammon. & Simpli. Vndecim igitur modis aliquid in alio esse dicimus. Primò, vt pars in toto: dicimus enim manus est in corpore. Secũdò vt totum in partibus: dicitur nãq; perfectio totius est in partibus, & ego in carne mea videbo saluatorẽ meũ. Tertiò, vt genus est in speciebus, vt animal in homine, & leone. Quartò vt species in suo genere. Quintò, vt forma in materia, anima in corpore. Sexto res in suo fine, vt auaras est in diuitijs totus. Septimò in mouẽte & efficiẽte, subditi sũt in manu regis. Octauò, in loco, vt sum in lyceo. Nonò vt in vase, vinũ in dolio. Decimò, in tẽpore vt Noe fuit tẽpore diluuij. Vndecimo, vt accidens in subiecto, sicut color inest corpori.

Et hoc definit in pẽsenti per illas tres conditiones supra positas, scilicet est in aliquo, nõ vt pars, & ab eo, in quo est, separari nequit. Quã descriptionem sic aliqui interpretantur: inter quos sunt doctores Louaniẽses, & Caie. & alij, vt prima pars sit cõmunis omnib9 modis, quibus aliquid est in aliquo: secũda sit differentia ad excludẽdas partes tam integrantes, vt manus, pedes, quàm essentiales, vt species, & genera, differentias: tertia ad excludenda illa, quę sunt in loco, & causa mouente, & fine.

Dubitatur aũt contra hanc expositionẽ. Ac primò obijcitur, nam hoc pacto non excluditur modus: quo totũ est in partibus, cùm sit in aliquo, & nõ vt pars, & non possit à partibus separari. Dubi.1. Præterea secũdò, nõ excluditur forma anima enim est in corpore, & nõ est ei9 pars, & ab eo nõ põt separatim existere loquendo de bratis, quorũ animæ non possunt existere citra corpus. Tertiò præterea videtur definitio competere loco, & tempori, & cęlo, quia nullũ corpus à loco separari põt, nec à tempore, & non est pars loci, aut temporis, sed est in eis, ergo dicetur accidens. Tandem. Quartò, quia aliquod accidẽs videt posse separari ab eo, in quo est, nã odor pomi manet in manu ei admota.

Solutio. Propter hæc existimo illã descriptionem sic esse intelligendã, quòd esse in aliquo nõ sumatur ita cõmuniter, sed pro eo, q̃ est esse in aliqua re vna, non omino extra esse ei9 quo pacto albedo est in lacte, & vinũ etiam est in dolio, quod

quod quamuis in eo intrinsecè non sit, cum eo tamen coniunctum est & similiter alia, quo supposito facilè est ad argumenta respondere.

Ad.1. Ad primum enim dicitur cum Simp. & Ammon. Totũ non dicitur esse in aliquo, quia nõ est in vna re, sed in multis, totũ enim est in pluribus partibus, potius ergo dicitur esse in aliquib9. Excluditur etiam modus existendi in fine, & causa mouẽte: qa quę sic in eis existunt, sunt prorsus eis extrinseca: pari ratione excluditur modus existẽdi in tempore vel excluditur cũm loco, vt dicemus.

Ad.2. Ad secundum dico: per illam particulam secundam excluditur quæcũq; pars integralis, seu essẽtialis, qualiter genera species9, & species indiuiduis insunt & ita interpretatur Alber. tract. 1. c. 5. mihi etiã videtur per hanc eandẽ particulam excludi modũ, quo forma inest materiæ, quia licet non sit forma materiæ pars, est tamẽ ipsius cõpositi, quod cũ ea per se constituit: hoc est enim discrimẽ inter formam respectu materię, & accidẽs respectu subiecti, quod forma cum materia vnũ ens facit per se, cuius est pars. ad accidens non cum subiecto facit vnum per se.

Ex quo non caret reprehẽsione Boe. qui modum existẽdi formæ in materia coniunxit, & miscuit, cum modo accidẽtis in subiecto, quod idem credidit Iamblicus, cuius sententia à Simpl. reprehẽditur: nec omninò mihi placet Simpli. qui per primã partem excludit formã: nam inquit, per aliquid, non intelligi Arist. nisi cõpositum ex materia, & forma: sed hoc videtur esse clarè cõtra eũ dẽ Arist. qui exẽpla non de compositis ponit: dicit enim, hæc grãmatica est in anima, & color in corpore: propterea melię est dicere, q̃ forma est in materia vt pars nõ ipsi9 materię, sed ipsius cõpositi per se: at accidens nõ existit alicui9 per se pars. Per tertiam particulam excluditur modus existendi in loco, & tempore, & vase, nam separabilia sunt.

Nec argumentum tertium quicquam valet quia licet res à loco, & tempore in communi separari non possit, potest tamen existere sine hoc loco, & sine hoc tempore, in quo erat vt notat Boet. Ad.3.

Ad quartum respondet aliqui, quod odor non separatur à pomo, sed nouus odor in manu producitur: sed hęc philosophia non habet fundamentum. Boet. respõdet ad hoc, q̃ Arist. nõ dixit, odor non potest separari ab eo, in quo erat, sed ab eo, in quo est: ac si dicat, non potest istud accidẽs esse sine illo subiecto, in quo est, vt intelligatur nunquã accidẽs posse esse sine subiecto aliquo, quãuis modo sit in hoc modo in illo, at quãuis idẽ dicat Ammo. nõ mihi talis philosophia placet: non. n. vnũ, & idẽ accidẽs permeat de subiecto in subiectũ propterea optimè dixit Simpl. q̃ nunquàm odor à suo subiecto separat, sed cũ partibus subtilibus substãtię exhalatur, & defertur, cuius signum est q̃ cernamus pomum marcescere, & rugas contrahere ex contrectatione: sed de hoc alias. A.

Ex quibus sequitur accidẽs esse in aliquo, id est, alicui substãtię in existere, non sicut partem illius, nec integrantẽ, nec essentialem, nec posse à subiecto separatum per se esse. Hoc intellige naturaliter, nã supernaturaliter manet accidens sine subiecto in venerando Altaris Sacramento. Nota. 1.

Sequitur & aliud esse subiectũ in quo aliud subiectũ de quo, subiectũ de quo, est quodcunq; inferi9 respectu sui superioris, scilicet indiuiduum speciei, & species generis tam in substantijs, quã accidẽtib9, at subiectũ in quo, est sola substãtia respectu accidentium, vnde accidentia habent substantiam pro subiecto in quo, sua inferiora pro subiecto de quo, vocat autẽ subiectum de quo, subiectũ prædicationis, subiectũ verò in quo subiectum inhæsionis. Ammo. vocat subiectum ad substantiam, & subiectum ad prædicationem. Nota. 2.

Hic vnum aduerte, quod non dicitur Nota. 4.

 acci-

accidens non posse esse sine subiecto, quia non posset à substãtia separari. Potest enim separari, sunt enim multa accidentia separabilia vt diximus, sed dũ separantur, corrumpuntur, hic autẽ dicimus, quòd sine subiecto nõ potest accidens per se separatum existere, sicut vinum à dolio & corpus à loco isto, & tempore, separatum existit.

Regulæ in prædicatis essentialibus. Cap. III.

QVando alterum de altero prædicatur, vt de subiecto, quæcunq; de eo quod prædicatur dicũtur, omnia etiam de subiecto dicentur: vt homo, de homine quodam prædicatur, animal verò de homine, ergo & de quodam homine animal prædicabitur: quidam enim homo, & homo est, & animal.

Diuersorum generum & non subalternatim positorum diuersæ sunt species differentiæ, vt animalis, & scientiæ, animalis enim differentiæ sunt gressibile, bipes, & volatile, & aquatile, scientiæ verò nulla earum est, neque enim scientia à scientia differt, in eo, quod bipes est. Subalternorum verò generum nihil prohibet easdem esse differentias, superiora enim de ijs, quę sub ipsis sunt generibus, prædicantur, quare quotcunque differentiæ prædicati fuerint, totidem & subiecti erunt.

1. funda. IN hoc capite cõtinentur duæ regulæ maximè vtiles ad singula prędicamẽta ordinãda in se, in quolibet enim prædicamẽto duo præcipuè sunt. Alterũ est series quædam prædicatorum substãtialiũ, à summo genere, per genera intermedia descẽdendo, vsque ad indiuidua quæ cõmuniter dicitur recta linea prædicamentalis, & Ammon. profunditatẽ, prædicamenti vocat, per proportionẽ ad profunditatem corporum, qualis est ista series, substãtia, corpus, viuens, animal, homo, quidam homo. Alterum sunt differentiæ oppositæ, per quas & genera superiora diuidũtur, & species constituuntur, & hæc dicuntur latera prædicamenti, quam Ammon. vocat latitudinem eadem proportione ad corpus, sicut corporeum, incorporeum, animatum, inanimatum, & reliquæ, quarũ quædam faciunt vnum ordinem, quædam alium oppositum. Hæc igitur quę isto capite continentur, his duobus deseruiunt.

Est prior regula maximè pro recta linea Quãdo aliquod prædicatum de aliquo subiecto dicitur, tanquam de subiecto, quicquid de prędicato dicitur, etiam de subiecto dicetur vt si homo de quodã homine dicitur vt de subiecto, & animal de homine, & animal de quodam homine dicetur. Expositio regulæ.

Hæc regula ita est vera, vt varijs expositionibus, & singulis quidem in se veris locũ dederit. 1. Alber. tract. 1. huius ca. 6. extendit regulam hanc in hũc sensum. Quando aliquid prædicatur de aliquo, prędicatione alicuiꝰ quinq; prędicabilũ, quicquid de prædicato in quid prędicatur, prędicabitur & de subiecto, vocat .n. prædicari de aliquo, vt de subiecto, prædicari prędicatiõe alicui prædicabilis: vnde valet, homo est animal & animal est corpꝰ, ergo homo est corpꝰ, similiter Petrus est homo, homo est animal, etiam Petrus est animal, homo est rationalis, rationale est particeps, intellectus, homo etiã est particeps intellectus, nix est alba, album est coloratum, ergo nix est colorata, deniq; quicquid in qd de tali prædicato dicitur, etiã de subiecto dicetur, sed dicit Ammon. non esse in vniuersum hoc verũ, homo enim est albus, & album est color, non tamen homo est color. Hæc sententia nõ fuit solius Alber. est enim Andronici, & aliorum, vt refert Simplic.

Auic. & Algaze. magis extendunt regulam dum asserũt etiam valere in negatione alicuius à prędicato, quando illud est contrarium prædicato, vt homo est animal, & animal nõ est insensibile, ergo

ergo homo nõ est insensibilis: homo est albus, album non est nigrum, ergo homo non est niger.

Burle. adhuc latius extẽdit etiam ad prædicata accidentalia: vt si homo est albus, & albus est musicus, homo est musicus, seruata tamen quãtitate distributionis: & ne varietur suppositio dicẽdo, homo, est animal, animal est genus, ergo homo est genus.

Alij tandẽ restringuntur maximè ad solam lineam rectam prædicamentalẽ scilicet de prædicatis in quid, & hoc habet Ammon. & Simpl. & Boet.

Ad hoc tamen dicendũ est cum Paulo Vene. Postquidem extendit veritas regulæ ad ea, quę dicta sunt tamẽ secũdum mentem Arist. in præsenti hic est sensus, vt vocet, dici de subiecto, essẽtialiter prędicari, siue vt differentia, siue vt genꝰ: ita vt si aliquid prædicatur de subiecto tanquam de eius substantia, quidquid de illo prędicato secundũ substantiam prędicatur, etiam de subiecti substantia dicitur: homo est animal, animal est corpus, erit etiam homo corpus: similiter animal est sensibile, homo etiã sensibilis erit: ista est sententia Auerr. imò iudicio meo Arist. qui cap. de substãtia probat differentiam de indiuiduis prædicari, quia prædicatur de specie, & allegat hanc regulã, ergo non est astringenda ad sola prædicata quidditatiua. Nec existimes, quod hic docet aliquẽ modũ arguendi, de primo ad vltimũ, vt aliqui putant: sed est quædam regula prædicationibus prædicamentorũ deseruiens.

¶ Regula secunda, genera non subalternà à subalternis distinguens.

¶ Diuersorum generũ, & non subalternatim positorum.

1. Fũda. Genera tribꝰ modis dicũtur diuersa. Hæc est secunda regula bimẽbris: p cuius declaratione est aduertendũ. Tripliciter plura genera dicũtur diuersa. Primò, quia sunt diuersorum prædicamẽtorum, vt animal, quod est de prędicamento substantię, & numerus, qui est de prædicamento quantitatis. Secundò dicũtur genera diuersa, quãdo ad idem pertinent prædicamentum, tamen vnũ est subaltero, vt animal, viuens, corpus, omnia enim eiusdem prædicamẽti sunt vnumque sub alio est, scilicet scientia & habitus. Tertiò, quãdo sub eodem sunt prædicamento, & genere, tamen vnum non est sub altero, vt animal gressibile, animal volatile, vtrumq; enim sub animali est, non tamen vnum sub altero: similiter, potẽtia & figura sunt, duo genera, vtrũq; sub qualitate, non tamen vnũ sub altero. Ista duo posteriora vocãtur hic ab Arist. genera subalternatim posita scilicet quando vnum sub altero vel vtrunq; sub tertio collocatur, prima genera vocãtur nõ subalternatim posita.

Est secundò aduertendũ, quod supra diximus, capite de differentia. Differẽtiæ alicuiꝰ generis sunt in duplici differentia: quædã sunt cõstitutiuę illius, vt animatum, sensibile cõponunt animal: quædã diuisiuæ, vt rationale, & irrationale sũt diuisiuæ animalis: inter has est vnum discrimen, quod differentię constitutiuæ generis, omnes participãtur à singulis speciebꝰ illius generis: diuisiuę verò non omnes, sed aliquæ ab vna specie, aliquæ ab alia: rationale enim ab homine, irrationale verò à bruto participatur: vnde fit, vt quãdo vnum genus sub altero ponitur, inferius participat omnes differẽtias cõstitutiuas superioris generis, non tamen omnes diuisiuas vt animal participat differentias cõstitutiuas omnes viuentis, scilicet corporeum, animatũ: vnum autem diuisiuã, scilicet sensibile: viuens enim diuiditur per sensibile, & insensibile: animal autem est sensibile. 2. Fund. Differẽtiã aliã esse generis cõstitutiuã aliam diuisiuam

Est tertiò aduertẽdum, Quãdo duo genera sic se habent quod vnum sub altero non est, tamẽ vtrunque sub tertio, potest aliquando eadem differentia diuisiua esse vtriusq; verbi gratia, animal volatile & animal gressibile sunt duo genera huiusmodi: & tamẽ bipes est differentia 3. Fund.

sentia gressibilis,& etiam volatilis diuisiua:non tamen hoc semper fit,nam angelus,& corpus,sunt sub substãtia, non tamen habent differentiam diuisiuam eandem.Hæc sentẽtia est expresse Aristot.6.Topic.cap. 3.loco. 41.at quando genera sunt diuersa primo modo,nullã differentiam, nec diuisiuam,nec constitutiuam partipant.

Ex his patet regula Arist.Cui9 prior pars est.

¶ Diuersorum generum non subaltern atim positorum.

Expositio regulæ.

Scilicet quæ diuersorum sunt prędicatorum.

Diuersa sunt Specie Differentiæ.

PEr quam docemur in diuersis prædicamentis diuersas esse omnes differentias,tam diuisiuas,quã cõstitutiuas, sicut sunt diuersa genera, & species, vt exemplo manifestat: alijs enim differẽtijs diuiditur animal,alijs scientia:similiter & constituitur.

Nota:

Hic autẽ est notãdum mẽdose legit [species] scilicet, diuersę sunt species & differentiæ: debet enim legi,diuersę sunt specie differentiæ:nã grecè in dativo legitur, τοῖς εἴδεσι. Vocat autem specie diuersas differentias,scilicet natura, & forma diuersas:nam,vt benè dicũt Simplicius & Ammo. aliquando diuersorũ prędicamentorum sunt eædem differẽtiæ,sed non re,& natura,sed similitudine quadam,& proportione:vt enim dicimus animalisi aliud esse habens pedes, ita etiã dicimus instrumentorũ domus, alia habere pedes,vt trip9, lectum:sed istæ differẽtiæ naturæ sunt diuersę:similitudinem autem & proportionẽ quandam habent: aliquando etiam nomine sunt eædem vt corporeum in substãtia, corporeum in quãtitate, sed natura est diuersa. alij græcè legerunt tà ęidij & vertunt,species. Sed,quamuis sentẽtia sit vera,tamẽ omnino est extra cõtextũ & oẽs græci interpretãtur in ablatiuo.

Posterior pars regulæ est.

¶ Generũ subalternatim positorũ, nihil prohibet easdem esse differentias.

Hæc potest intelligi de generib9,quorum vnũ est subaltero, & debet intelligi de cõstitutiuis omnibus,&aliqua diuisiua,vt dixi:& iste videtur sẽsus Arist. nam hoc probat,quia quæ dicuntur de superiori,dicũtur de inferiori at de superiori cõstitutiuę per se dicũtur,& diuisiuæ sub disiunctione,scilicet corpus est animatum vel inanimatum vt, vult Albert. dixit autẽ negatiuè. Nihil prohibet, iudicio meo, propterea q̃ non semper genus superius habet cõstitutiuas,quando est generalissimum. Simpli.vult,quò hæc prior pars,scilicet nihil prohibet diuersorum generum,&c. fit de generibus, quorum vtrumq; est sub tertio, quæ aliquando habent eãdẽ diuisiuã,sed non semper, vt dixi in tertio no abili seu fundamento.

Quod sequitur verò.

¶ Sic de alijs,quorũ vnũ est sub altero.

Hoc asserit,ait Simpl.propter illud verbum[nihil prohibet.]quod videtur nõ asserere semper differẽtias esse easdẽ,de cõstitutiuis verò semper est. Ista doctrina vera est,sed mihi videt textui nõ posse adaptari:nam q̃ sequitur,reddit causam prędcedẽtis,scilicet,ppterea vnũ genus expositis subalternatim habet differentias alterius,quia quę dicũtur de superiori,dicũtur de inferiori q̃ non valet,nisi de illis,quorũ vnũ est sub altero,dixit autem nihil prohibet, propter causam assignatam superius.

¶ Incomplexorum in decem prædicamenta diuisio.

Caput. IIII.

EOrum,quę secundum nullam complexionem dicuntur, vnum quodq; aut substantiam significat, aut quantum, aut quale,aut ad aliquid,aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere,aut agere,aut pati. Est autem substantia quidem vt in figura dicatur, vt homo,equus. Quantũ autem,vt vbicubitũ,

cubitum,tricubitum.Quale,vt album, Grãmaticum. Ad aliquid, vt duplum, dimidium, m ius. Vbi verò, in foro,in lyceo.Quando autem,vt heri, superiori,anno.Situm verò esse, vt iacet , sedet.Habere autem , vt calceatum esse armatum esse. Agere vero , vt secare, vrere. Pati , vt secari, vri. Singula igitur eorum quæ dicta sunt, ipsa quidem secundum se in nulla affirmatione dicuntur , vel negatione : horum autem ad se inuicem complexione affirmatio, vel negatio fit. Omnis. n. affirmatio, aut negatio videtur vel vera , vel falsa esse:eorum autem , quæ secundum nullam complexionem dicuntur , nullum neque verum,neque falsum est, vt homo,album,currit,vincit.

Nota.

Hic Arist. in complexa in decem genera suprema distingnit:nec miteris , quod voces diuidat & rerũ exẽpla ponat:hic enim non absolutè,& per se de vocibus agitur, de rebus enim præcipuè,quæ per voces explicantur est intio,,ppterea voces in ordine ad res,primo diuidit , postea rerũ exẽpla ponit.

Expositio text.

Diuiditur ergo ens reale simplex,q̃ voce incõplexa significatur , in decem genera,quorũ primũ est substantia , vt homo,animal,& reliqua,quæ manifesta in ipso capite sunt : horum singula probat Arist. non esse propositiones, quanuis ex eis possint fieri propositiones,quia nullum per se significat verè aut falsè , quod est proprium propositionum : qui enim dicit substantiã per se,quantitatem per se, qualitatem per se,& reliqua,nihil dicit verum aut falsum: quanuis vnum alteri componendo,vel ea quę sunt in vnoquoque inter se coniungẽdo,propositiones quis posset facere.

Nota.

Multæ possẽt hic graues, & difficiles quæstiones moueri,scilicet,An ens vniuocũ esset ad ista decẽ genera?an plura sint prędicamẽta quã decẽ?quali distinctione inter se distinguãtur? an res spirituales ad prędicamenta referãtur an cõcreta potius,quàm abstracta collocẽtur in prædicamẽto ? & alia huiusmodi quæ prętermitto, q̃a harum maiorẽ partẽ,in particulari prędicamentorum enarratione discutiã :alia post ipsorũ tradition[illegible]rã:reliqua, quæ materiam tran[illegible] ,n propriũ locum reseruabo,i[illegible] verò aliqua de ipso ente in cõmuni breuiter adnotabimus, quantum hoc loco satis est.

QVAESTIO PRIMA.

Quod ens nõ [illegible]t genus nec vniuocum, sed analogum ad decem prædicamenta,ex sententia Aristo.

PRimũ,ens nec esse gen9, nec vniuocũ ad decẽ ista genera, sed analogũ. Vñ diuisio nõ est generis in species , nec vniuoci in vniuocata,sed analogi in analogata.

In primis ens nõ est genus: hoc enim docet clarè Arist.3. Meta.c.3. text.10. huius ratio est cõsiderãda. Pro qua est notandũ,q̃ gen9 habet differẽtias,per quas diuiditur, & determinatur ad species,hæc aũt est natura generis & differentia,quod de natura generis non est differentia,sicut nec de natura differẽtię est genus,animal enim vt animal nõ est rationale,nec irrationale, vt rationale nõ est animal: alias vnũ nõ cõtrahere alterum:semper enim contrahens est diuersum à cõtracto, sicut forma est alia materia , & animal alia à corpore. Ex his est argumentũ Arist.si ens esset genus,per aliquã differẽtiã limitaretur ad inferiora , sed nulla talis põt esse,ergo nõ est genus.Minor probatur,q̃a differẽtia,vt talis,differt à genere,at nihil põt esse differẽtia,q̃ non sit ens,quia ens est tam latum,vt quicquid aliquid est,ens sit. Secũdò nec est ens vniuocũ ad decem genera: hæc est Arist.4.Meta.cap.2.& probatur. Vniuocum dicit aliquam naturam cõmunem multis,sed decem prædicamenta nõ cõueniunt in aliqua vna natura cõmuni,

vt

Universidad de Deusto Biblioteca

vt expresè dicitur.12.Meta.c.4. & præterea, si cõuenirent in tali natura differentijs differrẽt, at nulla pót esse talis differentia entis, vt diximus, ergo non vniuocè de illis prædicatur: ex quibus sequitur decem prędicamenta esse decem genera, & naturas supremas, quæ in nulla natura superiori conueniunt, propter ea q̃ se ipsis differũt, & simplices naturæ, & non cõpositæ ex genere, & differẽtia sunt, quod docet expresè Arist.8.Meta.ca.6.text.16. & dicuntur primo diuersa, q̃a in nullo cõueniant, vt dicit.10.Meta.c.5.tex.12.cõueniẽtia enim in ente est communitas nominis seu conceptus formalis, nõ rei. Tertiò. Ens est analogum ad decem ista genera: hoc est Aristo.4.Meta.cap.2.

Entis analogia in quo sit posita.

In quo autẽ eius analogia consistat, non est facilè determinare. Est reuocãdum in memoriam id, quod supra diximus, scilicet analogũ à causa significare vnũ intrinsecè, reliqua verò extrinsecè in ordine ad illud, vt sanũ dicitur animal habens sanitatem, à qua vrina dicitur sana, quia eius est signum: medicina sana, quia ipsius est causa: ita ens ipsum per se substãtiã dicit, reliqua eatenus sunt entia quatenus ad substãtiã referũtur, & aliquid ipsius sunt: quantitas.n.dicitur ens, quia est mensura substantiæ, qualitas, quia modus substãtię: & reliqua similiter, q̃ pulchrè docuit Arist.4.Meta.c.2.in principio, cuius verba sunt. Ens multipliciter dicitur, sed eorum ad vnum principiũ: quędã enim quoniam substãtię, entia dicũtur. quædam q̃m passiones substãtiæ, quędam: quoniã via ad substantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua substãtiæ, hæc Aristo. & hoc est, q̃ dici solet, ens per prius dicitur de substãtia, per posterius de accidenti. sed an ista analogia sit causæ efficientis, aut finalis, aut materialis, aut formalis, nõ est Logici discutere, sed Metaphysi. cuius est perfectè naturam entis inuestigare.

¶ Secũda pars de Prędicamentis.

Capit. V.

¶ De substantia.

SVbstantia autem est, quę propriè, & principaliter, & maximè dicitur, quę neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo est, vt quidam homo, & quidam equus. 1 TEXT.

Secundę autem substantiæ dicuntur species, in quibus eæ, quæ principaliter substantiæ dicuntur, insunt: & hæ quidem, & harum specierum genera, vt quidam homo in specie quidem est in homine, genus verò speciei animal. Secundę igitur hæ substantię dicuntur: vt est homo, atque animal. 2

Manifestum est autem ex ijs, quę dicta sunt, quòd eorum, quę de subiecto dicuntur, necesse est & nomen & rationem de subiecto prędicari: vt homo de subiecto quodam homine dicitur, prędicatur etiam & nomen, hominẽ enim de quodam homine prædicabis, & ratio quoque hominis de quodam homine prędicabitur, quidam enim homo & homo est & animal, quare & nomen & ratio de subiecto prędicabitur. Eorum verò, quę in subiecto sunt, in plurimis quidem neque nomen, neque ratio prædicatur de subiecto, in aliquib9 autem nomen quidem nihil prohibet prędicari aliquando de subiecto, rationem verò impossibile est, vt album cũ in subiecto sit corpore, prędicatur de subiecto, dicitur enim corp9 albũ, ratio vero albi nunquam de corpore prędicabitur. 3

Alia verò omnia aut de subiectis dicuntur primis substantijs, aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum est ex ijs, quæ per singula proponũtur, vt animal de homine prędicatur, ergo & de quodam homine animal prædicabitur, nam si de nullo quorundam hominum, neque omnino de homine. Rursus, color in corpore est, ergo & in quodam corpore. Nam, si non in aliquo esset singulorum, nec omnino in cor- 4

corpore. Quare alia omnia aut de subiis primis dicuntur substantijs, aut subiectis eis sunt.

Nõ ergo existentibus primis substãtijs, impossibile est aliquid aliorũ esse.

Secundarum verò substantiarũ, magis substantia est species, quàm genus: propinquior enim est primę substãtię. si quis enim assignet primã substãtiã quid est, euidentius & conuenientius assignabit speciẽ, quàm gen9 assignãs, vt hominẽ quendam aliquis assignans, manifestius assignabit hominem, quã animal assignans: illud enim propriũ magis cuiusdam hominis. hoc aũt communius: & cum quãdam arborem assignauerit, manifestius assignabit assignando arborem, quam plãtã. Amplius, primæ substantiæ, ideò q̃ alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia vel de ipsis prędicantur, vel in ipsis sunt, propter hoc maximè substãtiæ primæ dicũtur. Quemadmodũ aũt primę substantię ad alia omnia se habent, sic species ad genus se habet, subijcitur enim species generi, genera enim de speciebus prædicantur: species autem cum generibus nõ cõuertuntur. Quare & ex his species genere magis substãtia est.

Ipsarum verò specierum, quæcunq; non sunt genera, nihil magis alterũ altero substãtia est, nihil enim familiarius assignabis de quodã homine, hominem assignãdo, quã de quodam equo, equũ. Similiter aũt & in primis substantijs nihil magis alterũ altero substantia est: nihil enim magis quidã homo substãtia est, quã quidã bos. Meritò igitur post primas substantias solã aliorũ omniũ species, & genera secundę substantiæ dicuntur. Sola enim hęc eorũ, quę prędicantur, primã substantiã indicant: quendam enim hominẽ si quis assignauerit quid est, speciem quidem quàm genus assignãdo, familiarius demonstrabit: & manifestius faciet hominem assignando, quàm animal: aliorũ verò omniũ quidquid assignauerit q̃s, assignabit extraneè: velut album, aut currit, aut aliud quodcũq; talium assignans. Quare meritò hæc solæ aliorũ secundę substantiæ dicũtur. Amplius, primę substantię, eo q̃ alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia de illis prædicãtur, vel in ipsis sunt proprijssimæ substantiæ dicũtur: sicut autem primę substantię ad alia omnia se habent, ita genera & species primarũ substantiarum ad reliqua omnia se habẽt: de his enim reliqua omnia prædicantur: quẽdam enim hominẽ dices Grammaticũ esse: ergo & hominem, & animal Grãmaticum dices: similiter autẽ & in alijs.

Commune autem omni substãtiæ est in subiecto non esse. Prima nanq; substantia nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur. Secundarũ verò substantiarũ constat quidem etiam sic, q̃ nulla est in subiecto: homo enim de subiecto quidem quodam homine dicitur, in subiecto verò non est: neq; enim in quodam homine homo est: similiter autem & animal de subiecto quidem dicitur quodam homine: nõ est autem animal in quodã homine. Amplius, eorũ quę in subiecto sunt, nomen quidem de subiecto aliquãdo nihil prohibet prędicari, rationẽ verò impossibile est: secundarũ verò substantiarũ de subiecto & ratio prędicatur, & nomen. rationẽ enim hominis de quodam homine prędicabis, & animalis similiter: quare nõ erit eorum substantia, quę sunt in subiecto. Non est autem proprium substãtiæ hoc: sed & differentia eorũ est, quæ nõ sunt in subiecto: bipes enim & gressibile de subiecto quidem quodã homine dicitur, in subiecto verò nõ est, neq; enim in homine est bipes, neq; gressibile. Ratio quoq; differentię de illo prædicatur, de quocunq; ipsa differentia dicitur: velut si gressibile de homini p̃dicat, & ratio gressibilis de homine prędicabitur: est enim homo gressibilis. 7

Non conturbẽt autem nos substantiarũ partes, quę ita sunt in toto, quasi in

in subiecto sint: ne fortè cogamur eas
non esse substantias cõfiteri: non enim
ita ea quæ sunt in subiecto dicebantur,
quasi vt partes inesent alicui.

9 Inest autem substantijs & differẽtijs
omnia vniuocè ꝑdicari. Omnia enim
quæ ab his prædicãtur, aut de indi
uiduis prædicãtur, aut de speciebus: à
prima nãq; substãtia nulla est prędica
tio: de nullo enim subiecto dicitur. Se-
cundarum verò substantiarum species
quidẽ de indiuiduo prædicatur: genus
verò & de speciebus, & de indiuiduis: si
militer aũt & differentiæ & de specie-
bus, & de indiuiduis prædicantur. Et ra
tionem quoque suscipiunt primæ sub-
stantiæ specierum, & generum, & spe-
cies generis: quęcunque enim de prę-
dicato dicũtur, eadẽ de subiecto dicen
tur. Similiter autem rationem differen
tiarum suscipiunt & species, & indiui-
duum vniuoca aut erant, quorũ & nomẽ
commune est, & ratio eadem. Quare om
nia quę à substãtijs & differẽtijs sunt,
vniuoce prędicantur.

10 Omnis autẽ substantia videtur hoc
aliquid significare. In primis igitur sub
stantijs indubitabile, & verũ est, q̃ hoc
aliquid significãt, indiuiduum enim &
vnum numero est quod significatur. In
secundis verò substantijs videtur qui-
dem similiter appellationis figura hoc
aliquid significare, quãdo quis dixerit
hominem vel animal: nõ tamen verũ
est, sed magis quale aliquid significãt:
neq; enim vnum est quod subiectũ est,
quemadmodũ prima substantia: sed de
multis homo dicitur, & animal. Nõ au
tem simpliciter quale quid significat,
quemadmodũ albũ (nihil enim aliud
significat album, quã qualitatẽ) at spe-
cies & genus circa substãtiam qualita
tem determinant, qualẽ enim quandã
substãtiam significãt, plus autem in ge
nere determinatio fit, quàm in specie:
dicẽs enim animal, plus complectitur,
quam qui hominem.

11 Inest autem substãtijs nihil illis esse
contrariũ. Primæ enim substantiæ quid
erit contrarium, vt cuidam homini, vel
cuidã animali? at verò nec homini, nec
animali aliquid est cõtrarium. Non est
autem hoc substantię propriũ: sed etiã
multorum aliorum vt quantitati: bicu
bito enim vel tricubito nihil est cõtra
rium, at verò nec decem, nec alicui ta-
lium. Nisi fortè quis multum pauco di
cat esse contrarium, vel magnũ paruo,
determinatorum verò quantorum nul
lum vlli est contrarium.

12 Videtur autem substantia nõ suscí-
pere magis & minus. Dico autem, nõ q̃
substantia non est à substantia magis &
minus substantia (hoc enim dictum est
quod est) sed quod vnaquæq; substãtia
hoc ipsum q̃ est, non dicitur magis &
minus, vt si est eadem substãtia homo,
nõ erit magis & minus homo, neq; ipse
seipso, neq; alter altero, non enim est
alter alterо magis homo: sicut est albũ
alterum altero magis & minus albũ: &
bonum alterum altero magis & minus
bonum: sed & ipsum seipso magis & mi
nus dicitur, vt corpus cum sit albũ, ma
gis nunc album esse dicetur quã prius
& cum calidum sit, magis & minus cali
dum dicitur, substãtia verò nõ dicitur
magis neque minus: nihil enim homo
magis, nunc homo, quã prius dicitur:
neque aliorum quicquam, quæcunque
substantiæ sunt. Quapropter non reci-
piet substantia magis & minus.

13 Maxime verò propriũ substantię es-
se videtur, cũ vnũ & idem numero sit,
contrariorum suscepiuum esse, quale
in alijs quidem non habet quisquã, q̃
proferat tale; quæcunq; non sunt sub-
stantiæ, quod cum sit vnũ numero, sus-
ceptibile cõtrariorum sit, velut color,
qui est vnus & idem numero, nõ dicitur
albus & niger, neq; eadẽ actio & ꝛ a
numero prava & studiosa: similiter aut
& in alijs quæcunq; nõ sunt substãtiæ.
Substãtia verò, cum vnũ & idẽ numero
sit, suscepiua contrariorũ est, vt quidã
homo cum vnus & idẽ sit, aliquãdo qui
dem

dem albo, aliquando fit niger, & calido
& frigidus, & prauus & studiosus, in alijs
autem nullus aliquid tale videtur. Nisi
quis fortàn inferet, dicens orationẽ &
opinionem contrariorum esse suscepti
bilia: eadẽ enim oratio vera, & falsa vi
detur esse, veluti si vera sit oratio, sede
re quempiam, eo surgente ipsa eadem
falsa erit: similiter autem & de opinio-
ne. si quis enim verum putet aliquem se
dere, surgente eo falso putabit, eandem
de ipso opinionem habẽs. Sed si quis &
hoc suscipiat, tamẽ modo differt. Nam
ea, quæ in substantijs sunt, ipsa quidem
mutata susceptibilia sunt contrariorũ,
frigidum enim ex calido factum mu-
tatur (alteratur enim) & nigrum ex albo,
& studiosum ex prauo: similiter autem
& in alijs vnumquodque eorũ mutatio
nem suscipiens, susceptibile contrario
rum est. Oratio autem & opinio, ipsa
quidẽ immobilia omninò perseuerãt:
cum verò res mouetur, contraria circa
ipsa fiunt: oratio namque eius quod se
dear aliquis, permanet eadem: cum ve
rò res mota sit aliquando quidem vera
aliquando autem falsa dicitur, similiter
autem est in opinione. Quapropter sal
tem modò proprium substantiæ est, vt
secundum mutationem sui ipsius suscep
tibilis sit contrariorum. Si quis autẽ re
cipia tetiam hæc, orationem & opinio-
nem susceptibilia esse contrariorũ, non
est hoc verum. Oratio namque & opinio,
non eo quòd ipsa aliquid recipiant, con
trariorũ susceptibilia esse dicuntur: sed
eo quòd circa alterũ aliqua passio facta
sit: nam eo quod res est, aut non est, eo
etiam oratio vera vel falsa esse dicitur,
non eo quòd ipsa susceptibilis sit contra
riorum, simpliciter enim à nullo, neque
oratio, neque opinio monetur, quapre
pter non erunt susceptibilia contrario-
rum, cum nulla cõtrarij sit passio in eis
facta. Verũ substantia, eo quòd ipsa con
traria recipiat, hoc susceptibilis esse cõ
trariorum dicitur: languorem enim &
sanitatem suscipit, & cãdorem & nigre
dinem: & vnumquodque talium ipsa suf
cipiendo cõtrariorum susceptibilis esse
dicitur. Quare proprium erit substan-
tiæ hoc, cum vnum & idem numero sit
secũdum sui ipsius mutationem, suscep
tibilem contrariorum esse. De substan
tia quidem hæc dicta sunt.

¶ Cur de substantia prius egerit Arist.
quid per substãtiam intelligat, quot
que modis sumatur.

Substa tia cur primo lo co expli cetur.

MEritò Aristo. prius de substãtia,
quam de alio quouis genere tradi
dit: est enim substãtia, in qua omnia a-
lia insunt, atque sustẽtantur, tanquã in
subiecto, propterea de ea tanquam de
communi omnium subiecto oportuit
primo loco tractari. Præterea, quia est
prior natura alijs, vt docet Aristo. 7. Me
tã. cap. 1. substantia enim in sua natura
à nullo dependet accidẽti, at omnia ac
cidentia ab ea dependent, ab ea igitur
incepit tanquam de priori: hęc duplex
ratio est Ammo. & Boet.

Sed quę sit ista substantia, de qua mo
do est sermo, non est facilè: explicare:
prętermissis igitur diuersis multorũ di
uisionibus substantiæ, quæ nõ mihi ple
rè videntur rem attingere, sic mihi ap
paret esse distinguendum.

Diuisio substan tiæ.

Substantia primo modo sumitur, pro
essentia cuiusq; rei, quęcũq; sit, siue ei,
quę substantia dicitur, siue accidentis,
quõ pacto in definitionib̃ superioribꝫ
vsurpabatur de vniuocis, & æquiuocis.

Secundo modo pro eo omni, quod nõ
est in subiecto, & hoc modo est quoddã
ens distinctũ contra accidẽs, & sic tripli
citer sumitur. Vno modo pro simplici
quadam substãtia separata à materia,
quales sunt angeli, quæ intelligẽtiæ di-
cũtur, & Deus gloriosus, & hãc substãtiã
ponit. 12. Meta. ca. 2. Secũdo dicitur sub
stantia ens sensibile, ita vt omnia entia
sensibilia, & partes eorũ dicãtur substã
tiæ, & sic manꝫ est substãtia, & pes, & cor
pus, anima, forma, materia, cõpositum,
hoc modo sumit. 5. Met. c. 8. in pricipio.

Tertio

Tertio modo strictiuis sumitur substã tia, pro composito sensibili singulari, & ipsi9 prędicatis inquid, quo pacto. 5. Meta. c. 8 in fine sumitur, & sic nec pes, nec manus, nec anima, nec corpus substãtia dicuntur, sed indiuidua ipsa cõposita, & eorum prædicata, in quid: hoc igitur modo sumitur in prę̃senti: & notum est, Aristotelem in prę̃senti per primã substantiam intelligere compositum singulare, per secundas verò substãtias ipsa prædicata in quid compositorum.

Sunt ergo quatuor gradus substãtię. Primus essentia cuiusque rei. Secũdus substantia immaterialis, Tertius substãtia sensibilis in communi, vt ad composita, & omnes partes, & prædicata se extendit. Quartus pro compsito, & prædicatis in quid ipsius sumpta substantia: & sic secundum mẽtem Arist. in primam & secundam diuiditur.

Nota. Substantiæ nomẽ à duplici ma nat proprietate

Est pręterea aduertendum, quod substãtia dicitur à duplici ꝓprietate. Prior est substare accidẽtibus, & esse subiectũ in quo: altera est, subsiare superioribꝰ, & esse subiectum de quo. Prior est communis omni substãtiæ, scilicet singulari & speciei, & generi supremo, omnia enim hæc subsiãt accidentibus: at posterior omnibus inest, præter generalissimam, quæ nullius est subiectum de quo cũ non habeat superius vniuocum essẽtiale. His breuiter adnotatis, ad ipsius textus interprætationem accedamus.

¶ Substantia autem, quæ propriè, & principaliter, & maximè dicitur.

Diuisione posita, qua substãtiam in primam & secundam distribuit: pergit nunc Arist. ipsam primam describere, hoc modo: quæ nec de subiecto aliquo dicitur, nec in subiecto aliquo est. Prior pars denotat eius singularitatem: secũda pars eius esse scilicet nõ esse accidẽs sed substantiam, est enim idem, ac si dicat substantia singularis est, vltimũ subiectum de quo alia dicuntur, & in quo alia sunt.

1. Nota. Hic noscere oportet, quare Arist. primam hanc substantiam propriè, principaliter, & maximè substantiam vocauerit. Propriè potest vno modo dici cõtra id, q̃ impropriè est, & sic vsurpant multi, inter quos Alber. tract. 2. c. 2. ad differentiam substantiæ, quæ sumitur pro essentia cuiusque, scilicet accidens, & substantię, sic enim impropriè accidens dicitur substantia: at S. Tho. opusc. 48. c. 1. sumit, & benè, ꝓpriè, quasi per se, & nõ per aliud, nec ab illa: prima enim substantia per se subsiat accidentibus, reliqua verò per primã: eò enim homo est albus quia quidam homo est albus. dicitur principaliter substãtia, quia omnia accidentia per prius insunt ei, & ipsa est quę subsistit, secũda verò in ea subsistũt. Dicitur maximè substãtia quia subsiat omnibus, est enim subiectum nõ solùm accidentium, sed de quo omnia alia superiora prædicantur.

Oportet secũdo noscere ex Ammon. quòd duplici ex causa negatiuè definimus. Prior est propter maximã rei perfectionẽ, qua excedit alia omnia illius generis, nec tamen ipsa in se manifesta est: quo pacto Deum describimus dicẽtes, nec esse leonẽ, nec animal, nec corpus, nec angelũ, sed his aliquid præstantius. Posterior est propter imperfectionem tantã rei, quæ à cũctis in illo genere superatur, quo pacto dicitur materia prima nõ est ignis, non est, aqua nõ est leo, non est planta, non est aliquod cõpositum, est enim his omnibus imperfectior substantia: ista aũt descriptio primæ substantiæ est propter perfectionẽ in suo genere, ipsa enim est, quę in substãdi ratione cuncta excedit. Nota. 2. Definit aliquid negatiue duplici causa.

Quamuis autẽ istæ definitiones per negationem dentur, non tamen est intelligẽdum esse puras negationes, sed habent aliquid secum positionis: prima enim substantia est quædam sensibilis natura, quæ nec de subiecto dicitur nec in subiecto aliquo est. Nota. 3.

¶ Secundæ autem substantiæ dicuntur species.

Descri

Describit, quæ secũdę substantiæ dicãtur, easque dicit species, & genera esse harum primarũ, scilicet in quibus hę primæ substantiæ insunt. Dicit autẽ, in quibus primę insunt ne decipiamur existimantes omnes species, & genera substantias secũdas esse, nõ enim sunt, nisi solũ illæ species, & genera quæ de primis, tanquam de subiecto prædicantur.

Dubiũ. Hic posset ista im dubium suboriri, quomodo si prima substãtia in nullo subiecto est, dicitur inesse in speciebus? Ad quod facilè respondeo: quando primæ substantiæ in superioribus insunt, nõ insunt, vt in subiecto: hic enim est modus existendi accidentis, qui nulli substãtię competit, at dicuntur inesse in superioribus tanquã in quadam vniuersali forma comprehendente, & concludente multa. Solutio.

¶ Manifestum autem ex his.

Hic Arist. ostendit qualiter secundæ substantię se habeant ad primas: & similiter, qualiter reliqua accidentia, quorũ est subiectum dicitque ex his, quę capite. 2. prędcedenti dicta sunt, esse manifestum, has secundas prædicari secũdum nomen & rationem de primis, cùm dicantur de eis tanquam de subiecto: at dici de subiecto est essentialiter prædicari, quando non solùm nomen rei, sed etiam definitio competit subiecto: quidam enim homo est homo, & est etiam animal rationale: at accidentia non sic ad primam substantiam se habent, sed multa nec secundũ nomẽ, nec secundũ rationem, id est, definitionem prędicantur: aliqua verò secundum nomẽ prędicantur quidem nulla tamen secundum rationem. Illa, quę nec secundũ nomen nec secundum rationem prædicantur, sunt, vt omnes ferè dicũt, abstracta accidentium, quorum nomina, & definitiones de substantia non prædicantur: nec enim dices, homo est albedo, nec homo est color disgregatiuus visus.

Sed licet hoc verũ sit, melius videtur cum Ammonio dicendum ista quæ nec secundum nomen prædicantur, esse alia quæ accidentia, quibus nullũ est nomẽ impositum ad substantiam denominandam, vt virtus est in anima, à qua non dicitur virtuosa, & huiusmodi sunt alia multa. Ea verò, quæ secundum nomen prædicantur, sunt concreta, quæ de substantia prędicari valent.

Dubiũ. 2. Contra hoc dubiũ posset occurrere: non enim videtur solum nomen in accidẽtibus prædicari cum etiam definitio secundum illud nomẽ prædicetur, dicitur enim homo est albus, & homo est coloratum disgregatiuum visus, quę est definitio albi. Ad hoc respõ. Alber. tract. 2. huius ca. 3. Definitio quidem cõcreti accidentis prædicatur de subiecto, sed non vt definitio. i. quæ explicet naturã subiecti: hoc est autem prędicari secundum rationẽ de aliquo, quod definitio sit essẽtialis ei, de quo dicitur, at definitio albi æquè extrinsecè prędicatur de homine, sicut ipsum nomen albi. Hic autem debes aduertere, accidentia & secũdas substantias comparari ad primam, de qua accidentia nulla secundũ rationem prædicantur nã si accidẽtia ad sua inferiora conferentur, absque dubio de eis secundũ nomen & rationẽ, tam concreta, quam abstracta prædicantur: vt enim ista est essentialis, homo est animal, ita & ista, albũ est coloratũ, & albedo est color, vt dicitur. 1 Top. cap. 7. Solutio.

¶ Alia verò omnia aut de subiectis dicuntur.

Facta collatione secundarũ substantiarum, & accidentium ad primam substantiam, quantũ ad prædicationẽ, modò ea, quantum ad dependentiam à prima substantia comparat, eorumque dependentiam quasi ęqualem ponit, scilicet quódam secundę substãtię omnes quàm accidentia à prima substantia dependent: licet cũ discrimine: substantiæ enim secundę dependent, quia de ea, vt de subiecto dicuntur accidẽtia, quia in ea, vt in subiecto sunt: q̃ manifestat, nã homo de quodã homine dicitur & animal

Universidad de Deusto Biblioteca

mal de homine, ergo de quodam homine: aliter enim de quodã non diceretur cum non sit homo separatus: similiter accidens, color enim est in corpore, ergo & in quodam corpore: ex quibus infert. Cùm ista omnia à prima dependeant, sublatis primis, nihil aliorum, siue secundarum substantiarum siue accidentium remanebit.

Dubiũ. Dubitatur primo. Hoc enim videtur expresse cõtradicere Porphyr. cap. vltimo, vbi dicit omnibꝰ indiuiduis sublatis, nõ aufertur species, nec ablatis speciebus omnibus aufertur genus. Et pręterea, quia videtur argumentum fieri à negatione inferioris ad negationem superiorum: qui est ineptus modus argumentandi, cùm superius sit prius.

Solutio. Respon. cum Alberto tract. 2. cap. 4. naturæ istæ genericæ, & specificæ, quæ sunt secundæ substantiæ, dupliciter possunt considerari: vno modo secundum talem naturæ gradum, quem dicunt, vt animal, secũdum naturam sensitiuam: homo secũdum naturam humanam, & reliqua. Secundò possunt cõsiderari secundum vltimam perfectionem suam, quę est existere, & habere esse extra intellectũ, hæc autem existentia est singularium, vnde tales naturæ non existunt perfectę, nisi in singularibus, secundum se enim nõ sunt existentes nisi per intellectũ. Hinc patet respõsio, corruptis singularibus istis substantiæ, quæ dicũtur primæ substantiæ, manent quidem genera & species, secundũ suã peculiarẽ naturam, sed imperfectè, quia non sunt nisi per intellectum, & hoc dicebat Porphyrius: tamen quoad suam perfectionem vltimam, scilicet existentiam non manent, nulla enim illarum existet citra primam substantiam singularem.

Natura generis & speciei duobus modis potest considerari.

Ad argumentum respondet Albert. benè, non esse argumentũ à negatione inferioris, sed talis modus argumentandi à destructione omnium primarũ substantiarum tenet, per locum à sufficienti partium enumeratione.

¶ Secundarum verò substantiarũ magis est substantia species. 5.

Tres substãtiarũ cõparationes Arist. facit: primã, inter secundas substantias scilicet specierum cũ generibus, secundã inter ipsas species æquales, quar ũ vna nõ est genus: tertiã, inter primas substãtias statuit ergo, primo inter secundas, magis est substãtia species, quã genus. Hãc duplici ratione patefacit, & ꝓbat, prior sumitur ex priori significatione substantiæ scilicet pro prędicato in quid ipsarũ primarũ substantiarũ, argumentũ huiusmodi potest proponi: Substãtia dicitur prædicatũ in quid primę, ergo ꝙ magis in qd prædicatur: magis erit substãtia: sed species est magis quid indiuidui, quã genus, ergo illa est magis substantia. Probat minorẽ, si quis enim quærat de quodam homine, qd est, distinctiꝯ respõdetur per speciem, scilicet est homo, quam animal, & ratio est clara, quia homo dicit rationale, quod non dicit animal, & semper inferiora plura habent, quam superiora, quia superaddunt differentias. Sed nota vnum quod dixit, distinctiꝯ respõderi per speciem, confusius per genus: vt intelligas, genus & superiora includere etiam omnia, quę sunt in inferioribus, sed in potẽtia & confuse, inferiora verò dictinctè, & in actu, perfectius autem est actu continere, quàm potentia, & distinctè continere, quàm confusè.

Obijcies. Species non continet distinctè naturã, cùm id sit minꝯ definitionis. Dico, quod species si ad definitionẽ cõparentur, confusum dicitur, at ad genus quod distinctũ est. propterea Aristoteles dicit distinctius responderi per speciem, quam per genus. Posterior ratio est. Eò prima substantia maximè substãtia dicitur, quia omnibus substat, & substantijs secundis, & accidentibus, sed post primam pluribus substat species, quam genus, quia & substat omnibus, quibus genus, & ipsi generi, ergo erit magis substantia. 1. dubiũ

Hic

2. Dubi. Hic fortè dubitabis, quare cũ species magis sit substantia, quã genus, & genus inferius quã superius, nõ multiplicãtur substãtiæ, vt species sit secunda, genus tertia, & superius quarta vsque ad generalissimũ. Pro hoc aduerte, ꝙ ratio primæ substãtiæ hæc est, ꝙ sit vltimum subiectũ, de quo omnia alia prædicantur, & in quo omnia alia sunt: ratio verò secundæ substãtiæ est, esse prędicatũ in quid primæ: & omniũ aliorũ esse subiectũ in quo, scilicet accidẽtiũ. Cũ igitur hæc sit ratio substantiæ secũdæ, quod postea magis, vel minus, sit in quid, pluribus, vel paucioribus substet, cum hanc rationẽ non mutet, nõ multiplicabit substantias secũdas, vt albedo vt quatuor, albedo vt octo eiusdem speciei sunt, qa iste excessus nõ mutat rationẽ albedinis, magis enim & minus sub eadẽ ratione nõ variant speciem.

Solutio.

¶ Ipsarũ verò specierũ quæcunq; non sunt genera, &c. 6.

Hic fit cõparatio inter ipsas species inter se, & nõ sumit inæquales species: nam si vna genus est, altera nõ: quę genus est, minus est substantia, quã altera. Sed cõferuntur species æquales sub eodem genere, & sic dicitur, vna nõ est magis substãtia, quã altera: ꝙ probat: nõ enim magis in quid vna species de suo indiuiduo prędicatur, quã altera de suo. Ita enim benè respondetur per hominẽ, si quęratur, quid est quidã homo, quã per equũ, si quæratur de quodam equo. Vltimò cõparantur, primæ substantiæ inter se, eadem ratione vna non est magis substãtia, quàm altera. Ex his colligit rationem, quare secundę substantiæ dicãtur substantiæ, nõ autem accidentia. Ad quod dicit illas vocari substãtias propter duo. Primò qa dicuntur in quid de prima. Secũdò qa substant omnibus accidentibus: alia verò prędicata non sunt de natura primarum, nec substant alijs.

Dubi. 1. Dubitatur primo. Substãtia secũda. nẽpè, species & genera, sunt priora indiuiduis: ergo dicenda erãt potius substantia primæ, & indiuidua secũdę. Respon. dupliciter. Primò, secundũ Boet. Quanuis illæ naturę generũ & specierum sint priores, tamen indiuidua sunt primo cognita, quia sensibus substant: propterea primo est nomẽ eis substantiæ impositũ: ac ideo primæ substantiæ dicuntur. Secũdo respõ. ex Albert. tract. 2. c. 1. ꝙ istæ naturæ dupliciter possunt cõsiderari: vno modo secundũ se, & vt ipsorum indiuiduorum principia sunt, & sic priores sunt: altero modo, vt prędicata quędã substãtialia sunt, scilicet, genera & species, & sic posteriora sunt, vniuersale. n. posterius est: & cũ sic in pręsenti cõsiderẽtur, meritò secũdę substantiæ dicuntur, quia posteriores sunt, scilicet ab ipsis primis abstractę. Solutio.

¶ Cõmune aũt omni substãtię, &c. Hæc est posterior pars huius capitis, in qua Arist. postquã quid prima, & secunda substãtia, & quo modo inter se, & adinuicẽ se habeant, explicuit, quasdam ipsius substãtię proprietates assignat, quę locũ descriptionis cuiusdã habẽt: non enim ista generalissima aliter definiri queunt. Est igitur prima proprietas. Omni substãtiæ conuenit, non esse in subiecto: hãc dupliciter manifestat, primò in ipsis primis, & secũdis in dictione quadã, ex earũ descriptionibus. Nam prima est, quę neq; est in subiecto, nec de subiecto aliquo dicitur. Secũda, quę dicitur de subiecto, sed non est in subiecto. Secũdò probat de ipsis secundis, quia maior est in his difficultas, cùm per se nõ existant. Ea, quę in subiecto sunt, non prędicantur secũdũ rationẽ: ad omnes secundę substantię secundũ nomen, & rationem prędicantur, ergo in subiecto nõ sũt. Subdit, hoc non solum substantijs, sed etiam differentijs commune esse: cùm enim hę secundum nomen & rationem prædicentur, in subiecto non sunt.

Poset quis dubitare. Cũ hoc sit proprium substãtijs, quare vocatur cõmu- 1. Dubi.

ne? Respon. cum Ammonio. Proprium duo habet: & conuenit soli, & conuenit omni: igitur respectu eorũ, quibus omnibus competit, cõmune est, vt commune est omni homini esse risibilem, licet aliorum collatione sit propriũ. Ita in præsenti, omni substãtiæ commune hoc est, sed illi proprium, quia non inest accidentibus.

1. Dubi. Dubitatur secundò. Nã videtur asserere differẽtias nõ esse substantias: dicit enim non solũ hoc substantiæ proprium est, sed etiã differentijs vbi differentiam à ratione substantiæ separare videtur. Dico breuiter ad hoc (postea enim quęstione quadam circa hoc caput, latius hoc disputabitur) quod differentia quoad rem ipsam substantia est, quoadmodum verò, est veluti accidens, quia se habet ad modum qualitatis, vt superius diximus genus verò & species, & prima substantia & quoad rem, & quoad modum vt substãtia sunt: nam genus, & species in quid prædicantur. Cum autem hic de substantia non solum quoad rem, sed quoad modum etiam tractetur, quia modus prædicandi simul attenditur, differentia non reputatur simpliciter substantia.

Solutio.

8 Neq; verò nos substãtiarũ partes.

HAec secundum Ammon. & Simplicium, continuantur cum præcedentibus, vt sermo sit de differentijs, quæ cum partes sint, possent alicui videri nõ esse, substantiæ: quod remouet Aristot. dicens esse substantias: quia in subiecto esse, nõ est esse in aliquo, vt illius partẽ, sed esse in aliquo, non tanquã partẽ: at differẽtia est pars specierum, propterea accidẽs nõ est. Boet. verò, & Albert. hoc intelligunt de partibus integrantibus, & de materia & forma, quas aliquis posset existimare non esse substãtias: cũ nulla eorũ fuerit habita ratio. Hoc remouet Aristo. dicens esse substantiam, non autem accidẽs: quia accidens non inest tanquã pars, & vtraq; est congrua expositio.

Est tamen notãdum duplex discrimẽ inter partes has, & accidẽtia. Primo hæ partes componunt vnicã naturam, aut vnum totum per se, vt materia cum forma vnam facit naturã, & manus, caput, ac reliqua, vnicam faciunt totũ: at accidentia nec inter se, nec cum subiecto vnicam rem, aut totum per se faciunt. Secũdo partes istæ integrantes, & nomẽ, & rationẽ, à toto, in quo sunt, accipiũt: manus enim à toto abscissa nõ est simpliciter manus, nec caput, similiter ratio partis est, secundũ quã suum exercet munus, & officiũ: at partes extra totum suum munus non habẽt, ergo non habent suam rationem & formã extra totum. Accidens verò separatũ, & suũ nomen, & suam retinet rationẽ, & formam: albedo enim separata, ita est albedo sicut ea quæ in subiecto est. Nota.

¶ Inest aũt substãtijs, & differentijs. 9

Hæc est secũda proprietas substãtiarum, quæ etiã differentijs competit, vt omnes de primis vniuocè perdicẽtur. Probatur. Quæcunq; secundũ nomen & rationem prædicãtur, vniuocè prædicantur, sed secundũ substantiæ secũdum nomẽ & rationem, similiter & differẽtię prędicantur, ergo vniuocè. Huius rationis primo loco secundũ morẽ suum ponit minorem, posteriori verò maiorẽ. Hic breuiter nota, differentias nõ habere propriã definitionem quidditatiuam, cum ex genere, & differentia non componãtur, ac propterea simplices conceptus dicuntur, habent tamen quandam descriptionem, per quã illarum natura explicatur, & secundũ hanc de prima substantia prędicãtur. Differẽtiæ non habẽte ppriãde finitionem.

¶ Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare. 10

Hæc est tertia proprietas. Omnis substãtia videtur hoc aliquid significare: sed nõ significat, nã secũda quale quid potius significat. Est aduertendũ, q̃ hoc aliquid, dicitur natura per se subsistẽs, & nullo modo in alio q̃lia sola esse singularia substãtia, credidit Arist. Plato verò, vt diximus, existimabat naturas vniuersales per se subsistere extra singularia, propterea eas hoc aliquid opinabatur: Arist. verò nõ, nisi in ipsis singularibus existere, ita tã, vt sint eorũ essentia: ob id vt intelligemus has naturas vniuersales non per se existere, sed in singularibus, vocat qualitates: at ne decipiamur, existimãtes sic esse in singularibus, vt eorũ sint accidẽtia, cũ sint ipsorum substantia, vocat qualitates substãtiales. Inde est, q̃ nomina primarũ substantiarũ, hoc aliquid significant: at nomina secundarũ quale quid: dicit tamen, quod videntur significare hoc aliquid figura appellationis, idest, modo significandi nominis, quod cum absolutũ sit, significat rem illã per modum subsistentis, cum tamen verè per se non subsistat nisi in singularibus. quid nã dicatur hoc aliquid.

11 ¶ Inest autem substantijs, nihil illis esse contrarium.

Hæc est, quarta proprietas substantiæ, scilicet, Substãtię, nec primæ, nec secũdæ q̃quã est contrariũ: hoc aũt nõ solis substantijs, sed etiam quantitatibus inest, quibus nihil est contrarium: vt enim homini, animali, Petro, nihil est contrariũ: ita ternario, bicubito, nihil est cõtrarium. At quia poset quis obijcere, magnũ & parũ sũt quãtitates tũ vnum alteri contrarium est. Respõ. quanuis admitratur id, scilicet illa esse quãtitates, quod reliquit tractandũ in prędicamento quantitatis, tamen hoc saltem est certum, quantitatibus determinatis nihil esse contrariũ. vocat aũt quantitates determinatas, ipsas species q̃titatis, vt est ternarius, quaternarius, linea, corpus, quę contraria non habent: manum & parum sunt indeterminata, cùm modo vni speciei, modo alteri insint: similiter, quia q̃ magnum est, alterius collatione parũ fit: nęc est certa ratio, in qua magnitudo, vel paruitas consistat. Quantitas quæ dicatur determinata quæ indeterminata.

Dubitatur primò. Quomodo substãtia non habeat contrariũ, ignis enim & aqua contraria sunt, & tamen sunt substantię. Prętereа omne, quod corrumpitur, à contrario corrũpitur, at substãtiæ corrũpuntur: ergo à cõtrarijs suis. Prętereа, quia ita distant inter se homo, & leo, sicut calidũ & frigidum, sed hęc sunt contraria: ergo & illa. 1. Dubi.

Pro huius difficultatis dissolutione oportebit cõsiderare, quæ dicantur cõtraria. Tria autem necessaria sunt, vt aliqua dicantur contraria. Primum, q̃ sub eodem sint genere, quæ enim subdiuersis generibus, vel prędicamentis sunt, non contraria, sed diuersa dicuntur. Secũdò, quod sint formæ positiuę, quando enim alterum priuatiũ quid est, non dicuntur contraria, propter q̃ cęcitas, & visus contraria non sunt: hęc tamen duo nõ sufficiunt, nam homo & equus hæc duo habent, non tamen cõtraria sunt. Est tertium necessarium, q̃ mutuo inter se pugnent, & agant circa idem subiectum, à quo vnũ vicissitudine quadam alterum expellat, vt calor à manu expellit frigiditatem. Ista autem actio fit secundũ ipsas formas, vel ea, ex quibus fiunt, vt calor secundum se pugnat contra frigiditatem: & albedo, & nigredo agunt per qualitates ex quibus intrinsecè fiunt. Fũdam. cõtrariæ quęnã, dicãtur.

Ex his facilè erit respondere, Ignis enim & aqua secundum se, & substantiã suam nõ sunt contraria, sed secundum qualitates, quas habent scilicet, calorem, & frigiditatẽ, quibus mutuo pugnant inter se. Similiter ad secundum, quod corrumpitur non corrumpitur nisi per qualitates contrarias, ex quibus constat. Ad tertium dicitur, non quæcunque, etsi diuersa inter se sint, contraria dici, sed ea, quibus illa tria insunt: hæc autem reperiuntur in calido, & frigido, non autẽ in homine, & equo. propterea illa sunt contraria, non autem hæc. Hęc sufficiant, reliqua enim sunt Physica, & Metaphysica. Respõs. ad dubi.

¶Videtur autem substantia non susciperе magis.

Proponit quintam proprietatē substantiarum, omnium scilicet, non suscipere magis, aut minus: non enim vnus homo est magis homo, quā alius, nec quam ipsemet, sicut vnum est magis album, aut calidum, quam aliud, aut quā ipsummet erat in alio tempore. Hanc proprietatem cum præcedenti Aristo. nō probat, quia sunt alterius scientię, hic autem supponuntur, vt Logicus habeat aliquem effectum, per quem vtcunque ascendat ad cognitionem substantiæ. Hæc autem proprietas etiam inest quantitati, non enim quantitas suscipit magis, vel minus: semper enim ista cōiuncta sunt, suscipere magis, vel minus, & habere contrarium.

Dubi. 1. Posset quis obijcere. Superius dictū est, vnam alia magis substantiam esse: quomodo dicitur, non suscipere magis, aut minus? Respondet Aristot. substantiam dupliciter posse considerari. Vno modo, vt subiectū, & aliorum est subiectum, & sic superius dictum fuit, suscipere magis, vna enim pluribꝰ subijcitur, quàm alia: Altero modo consideratur secundū se ipsam, & naturā propriam: & sic in præsenti asseritur, non suscipere magis, non enim homo in se, animal in se, magis, aut minus paritur.

Solutio.

13 ¶Maximè verò proprium substātię esse videtur.

Vltima proprietas est. Substātia vna numero, scilicet indiuidua & singularis est susceptiua contrariorū, id est, recipit in se cōtraria, nō simul, sed modo vnū modo alterū: vt vnus, & idē homo, modo calidus, modo frigidus, modo albus, modo niger est. Dicit autem, quod vna numero, & singularis substantia recipit contraria, nā accidens vnum genere contraria habet, vt color in communi album cōtinet, & nigrum: sed nō vnus eidem color singularis albus est, & niger. Hæc proprietas est maximę substantiæ propria, non enim vlli accidenti cōpetit, sed soli substantiæ. Obijcit autem contra hoc Aristoteles: nam videtur, hoc etiam posse accidenti cōpetere, nam ista eadem propositio, Petrus sedet, Petro, sedente, est vera, eadem, Petro surgente, est falsa: verū autem & falsum contraria sunt: similiter & opinio qua cogito Petrū sedere, modo est vera, modo falsa. Resp. Arist. hoc discriminis esse, nā substantia recipit contraria in seipsa, & ipsamet mutatur ex vno in aliud in se ipsa, at propositio, & opinio quando modo vera, modo falsa dicitur, non recipit aliquam mutationem in se, sed ab extrinseco ab eo, q res mutatur vel sic est, aut nō est, dicitur vera, aut falsa. Si quis enim existimet propositionē in se mutari, falsum putat: vnde saltem hoc modo, scilicet per mutationem in se contraria suscipere soli inest substantiæ, & ipsius est maximè proprium.

QVAESTIO PRIMA.

De diuisione substantiæ ac primo qualis ea sit diuisio substantiæ in primam & secundam.

AEquum est, vt ea, quæ caput exponentes adnotauimus, maiori examine, & distinctiori perpendamus. Et primum disserendum occurrit de diuisione substantiæ, in primam, & secundā. Deinde, quod sit genus generalissimum in prędicamento substantię. Tertio de tota ipsius prędicamenti diuisione, seu coordinatione.

Argum. in cōtrarium.

Igitur primo videamus, qualis sit illa diuisio substantię, in primā, & secundam. Obijcitur ergo primo cōtra eam. Vel est diuisio generis in species, vel totius in partes, vel æquiuoci in æquiuocata: nō enim apparet, an sit aliqua ex alijs diuisionū modis: sed q nulla ex supra dictis sit, ꝓbatur, primò, nō est generis in species, qa species inter se nō sic se habēt, quod vna sit in alia, nec q vna corrupta, corrumpatur alia: at secū dę substātię sunt in primis, & destructis primis destruuntur secundæ: ergo non sunt species.

Secundò, nec est totius in partes: nā partes totius, vt docet Arist. 2. li. de partibus anima. c. 1. sunt in duplici differētia: quędam similares, quæ dicūtur homogeneæ, quia inter se, & cū toto, sunt eiusdem rationis, & nominis: vt partes vniꝰ ossis, quarū singulę os sunt, & rationem ossis habēt: & partes carnis: & partes aquę. Aliæ sunt partes dissimilares quæ eterogeneę dicūtur, quę eandē cū toto rationē & nomen nō habēt: vt manus, caput, pes: quæ neq; inter se, nec cū toto idem habent nomen, & rationem. Hæc igitur diuisio non est totius in partes similares quia partes similares, vt dictum est, idē prorsus nomen & rationē inter se cum toto habent: at prima substantia, & secunda diuersum nomen, & diuersam habet definitionem. Nec est in partes dissimilares: nam cum totū in partes has diuiditur, vna non continet aliam: at prima continet secundā. Prēterea totū partibus dissimilibus nomē non impertit: at prima substantia & secunda, dicuntur substantia: caput verò, aut manus, non dicitur animal.

Præterea nec est æquiuoci diuisio in æquiuocata, quàm Simplic. & Porphy. & Boet. non diuisionem, sed enumerationē censent esse dicendam. Probatur q non sit talis. Aequiuocatis nihil præter nomen est cōmune: at hic nō solum est cōmune nomen, cum omnibus sit cōmune substantijs, nō esse in subiecto: ergo non est diuisio æquiuoci.

1. Opin. Propter hoc multiplex argumētum, Ammio. existimat nō esse aliquam diuisionem ex prędictis, imò nullam esse diuisionem, sed quēdam ordinem enumeratorū: sicut qui numerat principia orationis, dicit: primę sunt litterę, secundę syllabæ, tertiæ dictiones, & sicut qui numerat discūbentes, iste est primus, ille est secundus, ita hęc est quēdam enumeratio constitutorum in prædicamento substantiæ.

2. Opin. Fuit secūda sententia Alberti tract. 1. huius c. 3. quem sequitur Caietan9, qui sustinet diuisionem hāc esse analogi, in analogata. Illud. n. est analogum, quod per priꝰ vni, quā alteri inest: at esse substātiam prius primæ, quæ maximē substantia est, quàm secundæ inest.

3. Opin. Tertia sententia fuit doctorum Louaniensium. Dicūt enim, diuisionem esse accidentis in accidentia, sicut qui diceret, arborū, aliud dulce, aliud qui frigidum, aliud amarum, ita substantiarum id est, eorum, quæ substant, & sunt subiecta, quoddam est vniuersale, scilicet secunda substantia: quoddam particulare sicut prima substantia.

4. Opin. Quarta sententia fuit Burlei, in præsenti, hanc esse diuisionē subiecti in accidentia, sicut animalium, aliud album aliud nigrum, aliud medio colore se habens, ita natura per se, & nō in alio stās, alia est vniuersalis, alia particularis, accidit enim naturæ, quòd sit vniuersale, vl particulare.

5. Opin. Vltima sententia est quorundam neotericorum, hanc esse diuisionem generis in species.

Circa huius determinationem proponā aliquot fundamenta, quęvice etiā conclusionum esse poterūt, quibus propositę quæstioni satisfaciemus.

Primum funda. substantia sensibilis est triplex. Sit primum fundamentū. Triplex est substātia sensibilis, vt doceturꝰ 2. de anima cap. 1. & 7. Met. c. 3. quędam materia quędam forma, quædam cōpositum: vt in animali, corpus est materia, anima forma, totum ipsum est compositum, similiter in alijs.

Ex hac triplici substantia, dubiū est, quæ hic ab Arist. consideretur. Boetius Grecus, quem refert Simplicius hoc capite supra primaverba, existimauit hic Arist. considerare compositum, & materiā. Ratio eius erat, quia illa descriptio primę substātię non soli indiuiduo, sed etiā materię cōpetit, hęc enim nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto sed formaverò, qa erat in materia, et dicitur

numerandam inter illa, quæ sunt in subiecto, velut accidentia.

At Simpli. Porphy. Ammon. Boet. & Arabes solam cõpositam substantiã hic inter primas, & secundas collocant, substantia enim vtraq; composita est. Quorũ ratio est, quia hic agit de substantia sensibili, nota, & manifesta: at materia est obscurissima nec satis de ea cõstabat. Posset etiã secũdo dici, q̃ hic tractat de substãtia, vt subijcitur in prædicationibus, tam accidentalib9, quàm substãtialibus, at talis est cõposita, non enim subijcitur, nec prędicatur, secũdum prędicationẽ prædicamẽti, nisi compositum.

Nec argumẽtum Boetij quicquam valet: in illa enim definitione est assumendum id, quod notum est & propriè substat: sed id est compositum, & natura perfecta sensibilis, quæ nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto. Hoc igitur compositũ dupliciter sumitur, vno modo in particulari: scilicet hic homo, hęc planta, hoc animal, & talia sunt primę substantiæ: altero modo in vniuersali, homo, planta, animal, & hęc dicuntur secundæ substantiæ.

2.funda. Vnicum cõpositũ mam & materiã

Secundum fundamentũ est. Vnicum compositum non habet nisi vnicam formam, & materiam: habet tamen plurimas operationes, & proprietates cõmunicatas, & procedẽtes ab illa forma: verbi gratia, homo est per se, est quãtus, viuit, mouetur, augetur, nutritur, sentit, discurrit: similiter & reliqua: inter has quædã reperiuntur cõmunissimæ, quæ nõ solum illi rei, sed multis insunt: quædã minus cõmunes: quędam adhuc minus: & tandem quædam illi soli conuenientes: verbi gratia, esse per se nõ soli homini, sed omnibus inest substãtijs, viuere, augeri, nõ omnibus, sed plãtis sentire, non plantis, sed animalibus, at discurrere, soli homini, sed hæc adhuc omnibus indiuiduis humanis cõuenisit, at quædam aliæ sunt quę huic vni soli, nõ alteri insunt, vt illæ conditiones indiuiduantes, de quibus superius diximus.

Ex hoc patet quasdam esse rei operationes, seu proprietates, quibus cũ alijs rebus communicat, quasdam, quib9 ab eis differt, verbi gratia, in hoc, quod est per se esse, cõmunicant substantię istę, inferiores cũ intelligẽtijs, sed differunt in quantitate, in hac autem communicat homo cũ lapidibus inanimatis, sed differt in nutritione, & vita, in qua cum plantis conuenit, à quibus per sensum differt, in sensu cũ brutis participat, sed differt per rationem.

Philosophi cur eandem rẽ varijs nominib9 significent.

Hoc supposito, philosophi cõsideran tes vnicam rẽ tot habere operationes, varijs nominib9 eam significant, quorũ singula talem rem significant, vt in ea peculiaris quędam operatio inuenitur, verbi gratia, quia homo, per se stat, dictus est substantia, quia quantitatẽ habet corp9: quia nutritur, viuẽs, quia sentit, animal, q̃a ratiocinatur, homo. Omnia autem hæc nomina in vno vnicã tantum naturam in eo significant, sed non eadem ratione, sed secundũ diuersas operationes in eo inuẽtas, nõ quod talia nomina operationes ipsas significent (significant enim rẽ ipsam & eius substantia) sed sunt impositа ad significãdam substantiam ex diuersis operationibus, & proprietatibus, quæ in ea sunt, vt inferius dicemus.

Sed hic est summoperè aduertẽdum, cũ quędã operationes sint, quib9 multa conueniant, quædam, quibus differant, alijs tamen conueniant, nomina, quę à talibus operationibus sumũtur, etiam aliquibus conuenient, & erunt communia, alia etiam differentia, & quibusdã peculiaria, verbi gratia, animal dicitur omne quod sentit, rationale, quod solũ discurrit, viuens, quod nutritur. Vnde omnia huiusmodi communia sunt, quia substantiam nõ vnius rei solius, sed multarum significant, & istæ sunt secundæ substantiæ, inter quas, quædam sunt genera, quædam species, quędam differẽtiæ, genera sunt illa, quæ sumuntur ab operationibus pluribus rebus specie distinctis

conuenientibus, secundũ quod eis conueniunt. Differentiæ quæ sumũtur ab operationibus, quibus quædã ab alijs differunt. Species quę sumũtur ab vtrisq; & his, quibus differũt, & his, quibus conueniunt: species enim genus, & differentiam continet.

3.funda. Nomina à ꝓprietate imposita sępè ipsã rem nõ proprietatẽ significãt.

Sit tertium fundamentũ ex S. Tho. 1. p. q. 13. ar. 8. & q. 18. ar. 2. Sæpè nomina significant aliquam rem & imponũtur ad significandum ab aliqua rei proprietate, quam non significant. Vnde aliud est, quod significãt, aliud, à quo imponũtur ad significandum: verbi gratia, lapis significat rem talem, ad quam significãdam fuit impositũ, ab hac proprietate quod lędat pedem, non tamen tale nomen hanc significat proprietatem, sed rem illã, quę substãtia est: ita fit in hoc nomine substãtia, significat enim quandam essentiam & naturam, quæ per se est, id est, non in subiecto: nonq; nomen hoc talem significet proprietatẽ, sed illam naturam absolutè significat, licet ab hac proprietate fuerit impositum: at quia de ista natura secundũ se loqui nõ possumus, quia occulta est, per hãc proprietatẽ manifestamus per se esse, siue substare: & dicimus substantiam esse naturã, cui hoc inest, quod per se sit, id est non in subiecto.

Hæc autem potest dupliciter cõsiderari. Vno modo prime intentionaliter pro per se esse, vt substantia sit natura, quæ per se est, & tũc dicitur sumi prime intentionaliter. Altero modo, secunde intentionaliter: vt per se esse, seu subsistere, idem sit, quod esse subiectũ: & tũc substãtia dicitur secunde intentionaliter: & vtroque modo adhuc dupliciter, primo, pro natura quacunque, quę substat, tã simplici, quam cõposita, altero modo, pro natura composita, quæ substat, vt hic sumitur apud Aristotelem.

Cõcl. 1. Diuisio prima substantiæ est analogia analogata.

His suppositis vnica conclusione respondemus. Quãuis omnes illæ sententię verę sint, varia cõsideratione, tũ diuisi, tum membrorum diuidentium, sicut eas supra explicuimus, tamen ad mentẽ Arist. placet sententia Alberti: hic enim cõsideratur substantia, id est, natura cõposita sub his ꝓprietatibus, per se esse quæ est prime intentionalis & subijci, quæ secũde intẽtionalis, hęcauté talis, substãtię per prij inest primę, quę per se maximè est, & maximè substat: per posterius autẽ secũdæ substantiæ cõpetit, & ita erit diuisio analogi in analogata.

QVAESTIO II.

Quod sit genus generalissimũ in prædicamento substantię, & an complectatur Angelos & Deum.

1.Opin.

DVbitabis, quod sit genus generalissimũ in hoc prædicamẽto? Qui existimant Angelos esse in hoc prædicamẽto, ponunt substantiam pro generalissimo complectentẽ corpoream naturam, & spiritualem.

2.Opin.

Qui verò eos à prædicamento reijciunt, ponunt corpus, siue substantiam compositam, igitur aliqui putàt saltem secundum sententiam Aristoteli intelligentias in prædicamẽto non poni, hic enim ex sententia Ammonij, Simplicij, Boetij, Porphyrij, & aliquorum aliorum, solùm tractat de substantia composita sensibili.

Secundò. Præterea si essent in prædicamento, essent ex genere & differẽtia, cum vel tanquàm prima substantia, vel tanquàm secunda essent collocandę, at secundum sententiam Aristotelis, vt videtur, intelligentiæ simplices sunt & actus puri. 8. Metaphysi. tex. 16. vnde docet Auerr. 2. cœli. commen. 49. quæ habent genus & differentiam, esse composita ex materia & forma.

Tertiò, Si essent in prædicamẽto, substarẽt accidentibus, at secundum Aristotelem, nulli substant accidenti, vt ait in Metaphysicis, ergo nõ sunt substãtiæ prędicamentales, & sic Auerro. 12. Metaphsic. commenta. 25. distinguit substantiam, quædam enim habet accidens, vt sensibilis, quædam caret accidenti,

denti, vt intellectualis.

Quartò. Præterea, 12. Meta. c. 5. assignans principia prædicamẽti substantiæ, tanquam principia omniũ aliorum, prædicamẽtorum, ea ponit, materiam formam, priuationem, à quibus intelligentiæ remotæ sunt.

Quintò. Arist. 10. Metaphy. text. 26. ait: Corruptibile & incorruptibile differũt genere. Cùm ergo intelligẽtię sint incorruptibiles, videtur nullum genus eis posse esse commune cum corruptibilibus rebus.

Sextò. Eodẽ libro. 10. tex. 12. Diuersa, ait, genera sunt, quæ differunt materia, nec habent mutuã transmutationẽ vel quorum alia prædicamenti figura.

Septimò. Arist. 9. Metaphysi. text. 17. Aeterna, ait, carent potentia. sed genus est quid potentiale, ergo genus non est in æternis.

1. concl. At hæc sententia est falsa, & cõtraria vera, nempe Angelos, seu intelligẽtias in prædicamento substantiæ collocari, & eos ex genere & differentia compositos esse, & accidẽtibus substare, præter gloriosum Deũ, qui nulli accidenti subiectus, totius cõpositionis est expers: vnde genus generalissimũ erit, Substãtia complectens corporea, & incorporea.

Fund. Hæc autem substantia, ne decipiaris, non est illa, quę in primam & secundam diuiditur, sed est vnum genus inter secũdas substantias. Vnde Substãtia duplicitèr capitur. Vno modo, pro perfecta natura, quę subsistit per se, & subiectũ est: & hæc diuiditur in primam & secundã. inter secunda est vna, quæ est genus generalissimum, quæ etiã vocatur substantia. Altero modo, pro natura perfecta per se, quæ est primum prædicabile, & principium eorum omnium, quæ tali linea continentur. Non dixi naturã compositam, sed perfectã, vt includerem intelligentias, quæ non sunt cõpositæ, saltem compositione physica.

Probatio cõcl. 1. argu. Quod autem intelligentiæ, seu Angeli in prædicamento ponantur, asserunt prim. D. Tho. 1 parte, q. 50. art. 2 ad primum ponens eos composito ex genere & differẽtia. Item Simplicius ad Calcẽ Ante prędicamentorum: Idem Simplicius ad initium prædicamẽti substãtiæ, solues argumentũ Plotini aduersus Aristotelem, quod fecerat in primo tractatu de generibus entis. ca. 1. & 2. & idem Plotinus eandẽ tribuit sententiam Aristoteli, eisdem capitibus. Item Alexander, vt refert idem Simplicius, in expositione prædicamenti substantię. Item Themistius in initio. 3. Physic.

2. argu. Et probatur his Aristotelis testimonijs & rationibus. prim. Arist. in. 1. Physicorum, tex. 13. argumẽtatur cõtra Parmenidẽ, qui dicebat, dari vnum tantũ, ens immobile, & incorruptibile, & argumentantur hoc pacto: Si est vnum, ergo est in aliquo prędicamentorum: quoniã omne ens est in aliquo prędicamẽtorũ: loquitur autem de ente incorruptibili, vbi vide Simplicium, Themistiũ, & Philoponum.

3. argu. Idem Aristote. 1. de anima ait, Quærentem quid sit anima, debere prius inquirere, in quo sit genere: includit autẽ rationalem, vt videre est in tex. 7. & ita in. 2 de anima, text. 3. cõcludit animam esse in prędicamento. Substantię, & tamen est incorruptibilis & spiritualis. Item si excluderentur intelligẽtię, maximè, quia incorruptibiles, propter illũ textũ Aristotelis, corruptibile & incorruptibile differunt genere. Sed hęc ratio nulla est, nam etiam quantitas secũdum ipsos contrariũ opinantes, Auerroẽ, & alios, est incorruptibilis, & tamẽ ponitur in prędicamento. Item cælum, astra, sol, luna, & dæmonia sunt in prędicamento substantię, vt ait Aristoteles in. 5. Metaphysic. textu. 15. & septimo Metaphysic. textu. 5. & octauo Metaphysic. textu. 1. & in his omnibus locis, vide Alexandrum. Item materia prima, vt videre est in secundo de anima text. 2. & octauo Metaphysi. tex. 3. Item idem Aristoteles aliquoties diuidit substantiam in sensibilẽ & insensibilem, vt in duodecimo Metaphysi. tex. 5. agit aũt de substantia prædicamentali, vt videre est in text. 2. de qua etiam dixerat in 8. Metaph. text. 1. esse in hoc prędicamento substantiæ: quod paulo antea distinxerat ab alijs: esse, inquam, quasdam substantias cõcessas ab omnibus, & manifestas, quasdam nõ concessas: has autem non concessas, intelligit spũales, immobiles, & incorruptibiles, vt videre est in 6. Meta. text. 2. & in 7. Metaph text. 5. & 6. & in. 8. Metaph. & alijs etiã locis. Tandem in. 12. Metap. text. 5. ait, substantias esse tres: vnam sensibilem corruptibilẽ: aliam sensibilem sempiternam: aliam immobilem: de qua disputat in toto postea libr. quę rẽs quid sit, num Mathematica entia, num formæ seu Ideæ, num intelligẽtię quas vltimas, reiectis alijs, cõcludit dari in text. 41. quęrens deinde earũ numerum vsque ad text. 49.

4. argu. Rationib. etiam sic probatur. Primò quia hæc est essẽtialis pdicatio, orbis lunæ intelligẽtia est intelligẽtia, & intelligẽtia Martis, &c. ergo est prædicatio generis de specie, vel de indiuiduis: nõ est aũt analogum nomen intelligentia, sicut ens, quia nõ cõuenit ratio intelligentiæ, vt intelligentia vni prius intelligẽtiæ: & per illam primam, alijs: sicut ens, q̃ conuenit primo & simpliciter substantiæ, & alijs in ordine ad substantiam: ergo si est essẽtialis illa prędicatio, & superioris de inferiori, & nõ analogi, erit generis de specie, vel speciei de indiuiduis: si ergo sunt sub genere, & specie: ergo sunt in prædicamento. Confirmatius fit, quia quotiescunq; aliqua multa participãt aliquo vno sine dependẽtia vnius ab alio, non tollitur vniuocatio: sic est in angelis, licet enim habeant ordinem nobilitatis non tamẽ causalitatis, quia nõ sunt inuicẽ causę.

5. Argu. Secundo. Intelligentię possunt definiri definitione essẽtiali: ergo cõstant genere & differẽtia: atq; ita erũt in prędicamẽto vt definitio verbi gratia, erit vnius intelligẽtiæ, hæc est intelligẽtia talis, puta motrix infimi cæli, vel secundi, vel tertij: nam conueniunt in hoc q̃ sunt intelligentiæ: & præterea differũt essenti aliter inter se, quia vna non est altera: neq; vna æquę perfecta essẽtialiter atq; altera, vbi autem est: conuenientia essentialis, & differentia essẽtialis, ibi est genus & differentia.

8. Argu. Tertiò. Ex operationibus colligimus, rerũ essẽtias, vt antea dictũ est ex Aristot. sed vbi videmus operationes naturales, communes rebus, ibi colligimus substantiã cõmunẽ, quæ est principiũ taliũ operationũ, vt v. g. ex vegetatione colligimus in omnibus quæ vegetãtur, substantiæ quoddã genus cõmune, scilicet viuens: ratione cuius, primò, & per se illa opatio conueniat. Et rursus, cũ naturales opationes rerũ proprias videmus, in quibus differũt: colligimus essẽtialẽ inter eos differẽtiam, quæ talis sit operationis causa principiũ & origo. Iã verò in intelligẽtijs deprehẽdimus naturales operationes cõmunes, videlicet intelligere, & mouere, & præterea differẽtes, videlicet tale intelligere singularũ, ppriũ: nã haud dubiè etiã secundũ Aris. vna melius altera intelligit, & mouet hũc, vel illũ orbẽ ergo necessariò cõuincitur istis respõdere substantiam genericam essentialẽ, & differẽtias essentiales, vnde istę operationes primò & per se nascantur: Cõfirmatius idẽ fit, quia accidentia angelorum sunt vniuoca formaliter accidẽtibus intellectus nostris: sunt enim intellectiones, volitiones, qualitates: ergo & substantia ipsorum erit vniuoca cum substantia istorum inferiorum.

9 Quartò. Intelligentię habent aliquam potentiam, quia acceperũt esse à Deo, & inæquale esse, quibus vt ait Aristo. lib. Cęli cõmunicatum est esse his clarius, illis obscurius.

Quintò. Itẽ non sunt omne ens, nec perfectissimum ens: ergo habent in sua essen-

essentia entis negationem, & maiorē, & minorem, per quæ differūt etiam intrinsecè, & mouent motū: imò hodie vno motu, cras alio, atq; alio: sed quæ habent potentiā, & actum, nō sunt omnino simplicissima: ergo sunt composita, saltem ex actu & potentia essētiali: sed quæ talia sunt, collocātur sub genere, ergo, &c. sed quia hæc Logici captū trāscendunt, ista sint satis. Nūc ad argumēta cōtrariē opinionis respōdeamus.

Ad 1. Ad primum, negamus Aristotelem solum tractare de substantia sensibili: imò definitiones tam primæ, quam secundæ substantiæ, & communia & propria substantiæ, conuenerūt suo gradu etiam intelligentijs.

Ad 2. Ad secundum cum Aristot. ait esse actus puros, & simplices, intelligit respectu compositionis Physicæ, qa sunt separatę à materia, & sine compositione materię, & corporis denique omnis ex partes non autem excludit compositionē Metaphysicam ex genere & differentia: nec sequitur, sunt simplices, & puri actus, ergo carent omni genere, & differentia: quia quanuis sint puri, tū non sunt purissimi, nec simplicissimi, sed alij sunt puriores alijs, & simpliciores quod manifestè asseruit Aristoteles loco illo citato. lib. Cęli. cum aiebat, alijs communicatum est esse, his clarius, illis obscurius.

Ad Auerrois dictū, dicimus esse falsum, si vt iacet, intelligatur, nisi velit dicere, quę habēt genus, & differentiā, esse cōposita ex aliquo, tanquā materia, & aliquo, tāquā forma, vel illa esse cōposita ex materia & forma Metaphy.

Ad 3. Ad tertiū respondemus secundum, Arist. non suscipere, accidentia corruptiua, sed benè perfectiua, vt cęlū, lumen. Item manifestum est, non posse Aristotelem intelligere de omnia accidenti, nā suscipiunt haud dubiè respectus varios ad se inuicē, & ad orbem, & ad motū, ac ad effectū suos, quos faciūt, vel in se, vt subordinatę sunt causę, vel in alijs: & secundum nos etiam mutantur, sed intelligit de accidentibus solū absolutis, vel de corruptiuis.

Ad 4. Ad quartum respondemus, Aristot. nō ibi tradere principia intelligentiarum, nec locum ibi fuisse, vt de eis agere, sed postea, in lib. 12. Egisse autem primo de substantię sensibilis principijs quia hæc apparet maximè substantia nobis, vt ipse ait. 2. de Anima. ca. 1. vt per sensibile posset substātiā ex motu insensibilē inuestigare, vbi corporea magis substātiā vocat, quā incorporea & 7. Meta. ca. 2. dū ait corpora esse manifestissimè substātias, ac meritò de his primò egit, vt per sensibilem, &c. vide sensum Aristot. ac de his hactenus.

Ad 5. Ad quintum varię illius loci Aristo. extant expositiones, quarū singulæ satisfaciunt argumēto. Igitur primo respondeo cum D. Thom. ibidem, intelligere Aristot. genus Physicū, id est, materiam, cùm ait. Incorruptibile & corruptible differūt genere atque ita differunt genere, id est, materia. Secūdò Caieta. respondet primo cap. de analogia nominum, ac dicit differre genere physico, id est, secundū esse perfectius, non absolutè secundum rationem importatā à genere, id est, perfectius ibi esse genus, quam hic, non tamen nullū ibi esse genus. Tertiò illis verbis, corruptibile & incorruptibile differūt genere, vt videtur, hoc solum vult Arist. ac si quis diceret, alterabile & inalterabile differunt genere generabile & ingenerabile differunt genere, id est, cōtinēt sub se diuersorū prędicamētorū, & generū diuersorum, res quia aliquę res sunt incorruptibiles in substātia, in quātitate, in qualitate, ac similiter aliquæ corruptibiles in substātia, qualitate, &c. Quartò, tandem si quis rectè cōsideret, probabile admodū est, ibi Aristotelē, per genus intelligere speciem. Hic enim erat eius scopus. Nā text. 24. & 25. proximè precedentibus, dixerat differentiā specificā fieri per cōtrarietatem

tatem. Deinde in hoc text. 26. quærit. An corruptibile, & incorruptibile faciant differentiam specificam: & dicit facere specificam, quòd sint vel essentiæ, vel fluant ex essentia. Quare ait, Plato errabat, quia hominem corruptibilem eiusdem speciei ponebat cum Idea, cū differāt nō solum specie, sed etiam genere, homō enim est sub animali, idea verò sub incorruptibile: atque ita solū hoc haberetur ex eo loco, specie differre, ex fine & scopo, ac progressu disputationis Aristotelis.

Ad 6. Ad sextum respondeo, nō solum vel le Aristo. illa esse diuersa genera, quæ nō habent materiā communē, vel quæ nō habent transmutationem: alias homo, & equus differunt genere, quia nō transmutantur: & alia, quæ habent materiam communem non differrent genere vt quantitas & qualitas, quod est falsum, & exemplum Aristo de ijs, quę differūt prædicamenti figura, nō ideò allatum ab eo fuit, quasi nulla alia genere differrent: sed quia id erat manifestissimum: & ita id, exempli vnius solius causa allatum fuit.

Ad 7. Ad septimum respondeo. Carent potētia physica, & de ea id intelligit Aristoteles, non autem de potentia Metaphysicā, qualis est generis: nā hanc habent, vt ostendimus. Erit ergo genus generalissimum prædicamenti substantiæ, substantia finita, complectens corporeā & incorporeā, ita vt solus Deus benedictus simplicissimus excludatur nec contineatur in prędicamento. De quo tamen nunc pauca quoque breuiter dicamus.

QVAESTIO III.

An Deus sit in prædicamento?

Deū nō esse in prædicamento.

DE intelligentijs seu Angelis vidimus esse in prædicamēto: de Deo verò, quanuis aliqui eum in prædicamento collocent, vt Gregorius de Arimino, & alij, tamen dicendum est, non esse in prædicamento tam secundum veritatem, quàm secundum Aristotelē, & ita opinatur D. Thom. 1. part. q. 3. artic. 5. & 1. sententiarū distin. 8. q. 4. ar. 3. de potentia. q. 6. ar. 3. Item Albert. tractatu primo prædicamentorum, cap. 7. & plerique alij.

Idque his testimonijs, & rationibus breuiter probari potest. 1. Arist. 5. Metaphy. text. 15. numerans acceptiones substantiæ non ponit Deum: & 3. Physicorum, text. 2. cum distinxisset secundum Alexandrum & Themistium, duplex ens, vnum actu, vt est Deus, aliud actu & potentia, hoc diuisit in decem prædicamenta: & ratio e facilè ostenditur: quia Deus est quid illimitatum, at omnis species est limitata per differentiam, ergo, &c. Secundò. Itē esse, est quidditatiuū Deo: ergo vel ipsum ens est genus Dei contra philosophum. 3. Metaphy. text. 10. vel nullum aliud, qa ens supereminet omnibus. Tertiò Deus est purus actus, at quid quid est sub genere habet actum admistum potentię: ergo Deus non est sub genere. Quartò. Item quicquid est sub genere & specie est compositum ex genere & differentia, & ex perfectibili & perficiente: at Deus est simplicissimus & incompositus, nec potest perfici ab aliquo, nec habet aliquid perfectibile in sua essentia, esset enim quedam imperfectio in Deo, sed omnia quæ habet in se sunt infinitè perfecta: imò verò sunt vna sola infinita & simplicissima perfectio: ergo non est compositus ex genere & differentia: atque de his ista sufficiant, sunt enim altioris speculationis.

QVAESTIO IIII.

De diuisione, seu coordinatione eorū, quæ in prædicamento substantiæ continentur.

PRo cognitione harum substantiarum, solent aliquot tabellas assignare, quibus ea, quę in hoc prędicamēto ponuntur, clarius perspiciantur: id etiam singulis fit prædicamentis: quod etiam

etiam si Logico non conueniat, cum talis rerum cognitio scientiarum sit aliarum: tamen vt ad alias scientias non prorsus ignarus accedat, & magis suorum cognitio rerum cognitione innotescat, velut exempla quædam, ea proponemus, non omnia particulariter exquisitè q; indagantes, sed vniuersali quodam modo, reliqua proposito loco concedentes. Præmittamus ergo rerum distinctionem, postea tabellam ordinare, non erit difficile.

Diuisio rerũ prima. Erit igitur prima diuisio, Substãtiæ finitæ, quædam est corporea, quædã incorporea: hic diuiditur substantia perfecta, ad excludẽdas partes, & finita, ad excludendum gloriosum Deum, qui cũ infinitus sit, nullo continetur prædicamento: sed ex supra omne ens: & totius entis principium. Substantia incorporea facit quoddam genus, quod dicitur spiritus: sub quo sunt innumerę species angelorũ excedentiũ numerũ specierũ sensibilium, quorum natura in particulari occulta nobis est. Substãtia corporea facit aliud genus, quod dicitur corpus, scilicet cõpositũ ex materia & forma: sub quo omnia ista inferiora sensibilia continentur. Secunda diuisio, corporum, quædam sunt animata, quędã inanimata: Corpus inanimatum facit vnum genus, sub quo omnia vitæ expertia continentur: vt elementa, lapides liquores, & alia quæ dicemus. Corpus animatũ constituit genus, quod dicitur viuẽs, sub quo sunt omnia quę habent animã. vt plantę, animalia. Tertia diuisio, Viuentiũ, quædam sensibilia, quædam insensibilia: viuens sensibile facit animal, viuẽs insensibile plãtam constituit. Quarta diuisio, Plantarum, quædam est arbor, quædã frutex, quædã herba, radix, arbor, vt populus, alenus, pyrus: frutex, vt genista, myrthus, arũdo, arbustũ, herba, vt borrago, menta, thymus, radix, vt alliũ, cæpe, rapa. Quinta diuisio, Animaliũ quoddã rationale, vt homo: quoddã irrationale, vt brutum. Sexta. Brutorũ, quoddã, aquatile, sub quo sunt varia piscium genera volatile, sub quo varia auium genera, terrenũ. Septima. Terrenorũ quoddã gressibile, vt equus, leo, quoddam reptibile, sub quo variæ serpentũ species. Octaua. Corporis inanimati, quoddã simplex, quoddã mistum: simplex, quod ex pluribus corporibus non fit mistum, quod ex corporibus, scilicet elemẽtis fit. Nona. Simpliciũ, quędam incorruptibilia, vt omnes cęli, & planetæ: quędam corruptibilia, vt elemẽta, ignis, aqua, terra, aer. Decima mistorum, quoddã imperfectum, q̃ non ex omnibus elemẽtis fit: nec durabile est, vt nix glacies, venti falgur, iris, nubes: quoddã perfectũ, q̃ cõstans est. Vndecima. Perfecti misti, quoddã lapis, gemma, pyropus, smaragdus: quoddam in metallum, vt argentum, aurum, plumbum, quoddam est genus liquorum, vt aquæ stillatæ, gummi, sulphur.

2. diuisio.

3. diuisio.

4. diuisio.

5. diuisio.

6. diuisio.

7. diuisio.

8. diuisio.

9. diuisio.

10. diuisio.

11. diuisio.

Multæ sunt aliæ species, & generæ sub his contenta, quæ persequi esset extra modum Logicæ limites excedere, propterea relinquũtur. Nec me præterit, aliquos credidisse, cælos esse animatos: aliquos metalla inter viuentia adscripsisse: aliquos animalium, & plãtarum medium assignasse, quæ Græcè zoophyta, Latinè ancipitis generis dicuntur, qualium mem nit Simplicius. in præsenti tamen illa sint communiter dicta, reliqua examinare, non est loci præsentis.

QVAESTIO V.

¶ De quibusdam alijs, quæ priori parte capitis continentur, nũ rectè ab Aristotele dicta sint.

POstquàm ea, quæ generaliter ad prædicamentum, hoc spectant, examinauimus: nempe de substantia, diuisione, genere eius generalissimo: & eiusdem prædicamenti coordinatione, superest, vt quædam, quæ in ipso capite continentur, particularius exami-

Argumẽta in cõtrarium. exanimemus. Est autem primum argumẽtum. Quidam homo, quidam equus, prædicantur de multis, ergo nõ debuit

1. argu. Aristoteles hæc numerare inter primas substantias: antecedens est notum. Petrus enim est quidam homo: Paulus

2. funda. est quidam homo, & reliqui.

Circa hoc argumentum est primo notãdum, ista quinque partim esse idẽ, partim verò non: scilicet singulare, indiuiduum, prima substãtia, suppositũ, persona, sunt quidẽ aliquo modo idem, quia omnia nomina sunt rei vnię nõ habẽtis sub se aliqua inferiora, differũt tamẽ, nam duo priora sunt communia accidentibus, & substãtijs: accidẽtia enim dicũtur indiuidua, & singularia: pariter & substantiæ, dicuntur tamẽ indiuidua quatenus sub se inferiora non habent in quæ diuidantur, vt hæc: albedo, hic homo, singularia autem respectu vniuersalis sub quo continentur. Illa tria posteriora in substãtijs solis inueniũtur, quãuis persona nõ nisi in rationali natura. Prima substantia dicitur substantia singularis, vt accidẽtibus substat primo: dicitur suppositum, vt per se subsistit: dicitur persona, vt subsistit in natura aliqua intellectuali: non enim brutum dicitur persona, sed Petrus, Ioãnes: quod enim in alijs substãtijs dicitur suppositũ hoc in rationalibus, & intellectualibus dicitur persona.

3. funda. Est secundò notãdum: sicut species ad genę addit differentiã, ita prima substãtia addit ad speciẽ existentiã: verbi gratia, homo supra animal habet in actu rationale: quidam verò homo super homines habet existentiam: nõ enim existũt nisi singularia: hoc autem vel illud singulare, scilicet Petrus, Ioãnes super existentiam addunt talia accidentia, & tales proprietates.

Respõsio ad argu. Ex his Respõn. ad argumentũ, quod quidã homo prædicatur de multis, sed non tanquã de subiecto, vt enim de subiecto prædicetur, debet prædicare aliquam naturam, quæ sit de essentia inferiorum, at quidam homo non prædicat naturam de indiuiduis, sed ipsam eandem indeterminatè, sicut qui diceret, Petrus est Petrus Paulus, Paulus est Petrus vel Paulus, cõstat hoc cõplexũ prædicatum nõ prædicare aliquam naturã superiorẽ, sed idẽ indeterminatè, ita se habet quidã homo ad ea, de quibus prędicatur, est tamẽ prima substantia, quia de nullo subiecto dicitur. De indiuiduo vago vide Caietanum cap. de specie, & Albertum. tract. prædicab. ca. 4. tu tamen obserua hæc, quæ dicta sunt.

Est secundum argumentum. Differẽtia est de essentia speciei sicut genus, si militer de essentia indiuidui, ergo debuit cõputari inter secũdas substantias.

2. argu.

Circa hoc diligenter aduerte, q̃ aliqd in aliquo prædicamẽto quadrupliciter continetur. primò directè, scilicet illud, q̃ in recta linea est, vel vt prima substãtia, vel vt genus, vel vt species. Secundò indirectè, quod etiam si secundũ se in linea non constituatur, tamẽ assumitur cũ aliquo, quod in linea ponitur quomodo differentiæ indirectè ad prędicamentum spectant, quia ad constitutionem specierum, quæ in recta linea sunt assumũtur. Tertiò aliquid pertinet ad prædicamentum reductiuè, quod licet in linea non sit, nec cum his, quæ in linea sunt, assumatur, tamen est principium eorum, quę in linea sunt, vt materia & forma, quæ sunt principia speciei partes integrãtes, quę sunt principia indiuiduorum, similiter pũctus principiũ linearũ, quę pertinẽt ad quantitatem, & vnitas, quæ est principiũ numerorũ, ista reductiuè sunt in prædicamento eius, cuię principia sunt. Quartò aliquid pertinet ad prædicamentum per accidens, quod cum nõ sit aliquid ex prædictis est tamẽ aliqua via ad ipsa, quomodo generatio, & corruptio ad substantiam pertinent, quia via ad substantiam sunt, & alteratio ad qualitatem, & denique motus refertur ad prædicamentum eius, ad quod est motus seu mutatio, ex qui-

1. funda. Quadrupliciter aliquid continetur in prædicamento.

quibus patet, quo modo ad prædicamẽtum differẽtiæ pertineant, scilicet indirectè, seu ad latus lineæ directæ prædicamentalis.

.dubiũ. Sed adhuc manet dubiũ, quare in linea non sint. Simplicius proponit hanc
1.Opin. difficultatem: fuit enim difficile intellectu apud antiquos, quæ esset natura differentiæ substãtialis: quidã enim existimabant esse accidens inseparabile, quidam esse substantiam: ipse Simplic. credit esse mediũ quoddam inter accidens & substantiam: sicut quædã naturæ sunt media interviuentia, scilicet plantas, & animalia, quæ dicuntur Zoophyta.

2.Opin. At Boetius, & benè distinguit triplicẽ esse sub
Triplicẽ esse substantiã. cem subtantiam. Quædam, ait, est secũdum rem, sed non secundum modum, & hæ sunt differentiæ, quæ re vera substãtiæ sunt, tamen modum prædicandi habent accidẽtalem: & aliqua ex parte officium habent accidentis, scilicet genꝰ determinare, & modificare. Alia est substantia secundum modum, sed non secũdum rem: vt accidẽtia in abstracto sumpta, quæ cum re accidentia sint, per se significant, & separata cõsiderantur. Quædam est substantia secundum rem & modum, & ista est in recta linea, ista doctrina est bona, sed adhuc est dubiũ, quare
Solutio. non sit in recta linea. Propterea existimo esse dicendum, quòd differentia, vt differẽtia, duo habet, scilicet diuidere genus, & species constituere, vt speciei constitutiua est, cum ipsa specie iam assumitur: at vt diuisiua est, recta linea esse non potest quia cum ea, quæ in prædicamento sunt, sub genere per se cõtineãtur differentia per se nõ habet genus, quia vt diximus, genus in sua natura nõ includit differẽtias, per quas diuidit: nec differẽtiæ claudũt essentialiter genꝰ: vnum enim est extra essentiã alterius: ꝓpterea super se genus nõ hãbentes, ad latera generis collocantur, tanquam illius diuisiuæ, per quas genꝰ in varias species descendit. Vide Alber. tract. 2. huius ca. 6. qui de hoc tract.

Dubitabis, qualiter differentia de al
2.dubiũ. tera prædicetur, scilicet cum dicitur ra
Solutio. tionale est sensibile. Breuiter ad hoc respon. esse quidem prædicationem verã, non tamen essentialem, sed velut accidentalem: non enim rationale, vt rationale, in sua natura habent sensibile, cũ nec habeat animal: sed conceditur propter idẽtitatem subiecti, & rei, scilicet quod est rationale est sensibile idem in alijs huiusmodi. Scio Albertum existimasse, illas esse prædicationes quiddatiuas: alias esse essentiales mediatas: sed hoc mihi magis placet: quamuis illud non careat magna probabilitate.

Est tertium argumentũ. Videtur e-
3. argꝰ. nim expresse contradicere sibi Aristoteles, hic enim fatetur indiuiduũ maximè substantiam: & speciẽ magis substãtiam, quã genus, at. 8. Met. c. 1. ex. 2. magis, ait, substãtia genꝰ, quam species est & vniuersale, quam singulare.

Circa hoc aduerte, quod quadruplici Funda-
ter apud Arist. inuenitur aliquid magis mẽtum
substantiã dici. Primo, perfectior, & nobilior substãtia dicitur magis substãtia & res. ad argum.
quo pacto. 2. Met. c. 1. Intelligentiæ ceu- Quatu-
sentur maximè entia, cum sint aliorum ormodis
omnũ principia. Secũdò magis substã aliquid
tia dicitur notior nobis substantia, quo magis
pacto. 2. de Anima. ca. 1 corpora magis substan-
substãtiam vocat, quàm incorporea, & tia dici-
3. Metaphy. cap. 5 elementa vocat maxi tur.
me substantiam, quod explicatin. 7. Metaphy. cap. 2. dum dicit corpora esse manifestissimè substantias. Tertiò dicitur magis substantia ab hac ꝓprietate, quæ est substare, vt illa sit magis substantia, quæ pluribꝰ subijcitur: & sic loquitur in præsenti, & 7. Metaphy. cap. 3. Quartò magis substãtia dicitur illa, quæ in sua natura habet intensionẽ, secundũ quam inuenitur maior, quã erat. Pro declaratione aduerte, calorem, qui est in manu dupliciter posse crescere, vno modo, si se extẽdat, & dilatet per brachiũ, & totũ corpꝰ, & sic dicitur extensiuè maior, quàm erat, altero modo, si in eadẽ manu

nu sortior fiat, & augmentum sumat: & tunc dicitur maior intẽsiuè, & hoc propriè dicitur suscipere magis & minus: ita possumus intelligere de substãtia, scilicet homine: pót augeri, secundum quantitatẽ, & sic crescit, & dilatatur, & fit homo maior: altero modo, ꝙ natura humana in seipsa sumat augmentũ: vt modo dicatur magis homo, quã erat: & hoc est suscipere magis intensiuè, ꝙ impossibile est substãtiæ: & sic sumitur in posteriori parte capitis, qñ dicitur quod substãtia nõ suscipit magis & minus. Per hæc possunt solui aliqua, quæ videbãtur in locis Arist. cõtradictionẽ & obscuritatem adducere.

Dubiũ. Species pfectior est substãtia ipso genere & indiuiduo

Posset quis dubitare, vtra est magis substantia, id est, perfectior, species, an genus? Resp. Natura specifica pfectior est natura generica, ratio huius est, id enim est perfectius, ꝙ plus habere actꝰ & entitatis: at natura specifica est magis in actu, cũ includat differentiã, quæ est extra naturã generis. Sed vtra natura pfectior, species, an indiuiduũ? dico perfectior est natura specifica, est enim tota natura indiuiduorũ, nec addunt substantiã, vel essentiã, indiuidua supra speciẽ, sed existentiã, vel subsistentiã, vt diximus, & accidentia. Præterea, quia perfectius est, ꝙ secundum se est, quã quod per participationẽ est: at indiuidua participant naturã specificam, ergo ipsa secundum se est perfectior. Præterea quia hæc est incorruptibilis. Sed vtra perfectio substantiæ, cõpositũ, an sua forma? Alexand. 7. Meta. cõm. 15. & Simpl. 1. Physi. cõm. 70. meritò credit cõpositum, cum totũ sit, esse perfectius forma, quæ pars est. Et sufficiat hęc respõsio modò, tam omnes hę tres quæstiones sunt Metaphysicæ.

QVAESTIO VI.

¶ De quibusdam alijs, circa posteriorẽ parte capitis, scilicet de proprietatibus & communitatibus substantiæ.

Circa has sex substantiæ proprietates, est aduertendum primò nõ omnes æqualiter se habere ad substantiã ipsam: tres enim illarũ, scilicet prima, non esse in subiecto: quarta non habere contrarium: & quinta non suscipere magis, vel minus, conueniũt omni substantiæ, sed non solis: nã prima differentijs quarta verò & quinta, etiam quantitati insunt: illarum autem tertia, scilicet hoc aliquid significare: & sexta, susceptiuam esse contrariorũ, solis insunt, sed non omnibus substantijs, sed tãtùm primis: quanuis si illa tertia sit, videri significare hoc aliquid omnibus etiam inest: at secunda, scilicet vniuocè de primis prædicari, nec omnibus, nec solis conuenit, cùm primis nõ insint, competatque differentijs. 1. funda

Est secundò aduertendũ, quod secũda & tertia, nõ rebus absolutè, sed vocibus vel conceptibus, vt rerum sunt significatiua, cõueniũt: nõ enim res in se prædicantur, nisi per intellectum cõceptæ, & verbo expressæ, nec significare hoc aliquid vel quale, rerum est, sed vocum illarũ significatiuarũ, & cõceptuum: aliæ verò quatuor rebus ipsis absolutè insunt, quarum tres primæ sunt negatiuæ, scilicet non esse in subiecto, non habere contrarium, non suscipere magis: vltima verò est afirmatiua, scilicet suscipere contraria. 2. funda.

Argũ. in cõtrariũ

Ex his suppositis se offert primũ argumentũ: Nulla ferè ex his proprietatibus est absolutè propria, ergo frustra ab Aristo. tradunt. Secundò contra tertiam. Si secundæ substantiæ quale quid significant, ergo in quale prædicãtur, non ergo erũt genera, aut species, quæ prædicatur in quid. Tertiò differentię diuidẽtes genera, re ipsa substãtia sũt, quando genera sunt substãtiæ, sed differentiæ omnes sunt contrariæ ergo substantiæ aliquid est contrariũ. Quartò multæ sunt substantię, quę nõ suscipiũt cõtraria, ergo id nõ est maximè ꝓpriũ substantiæ. Probatur antecedẽs, quis

enim est calidus, & nullo modo pōt susciperе cōtrariā: frigiditatē similiter cygnus albus nō mutatur secundū nigredinem: & cæli deniq; non suscipiunt cōtraria, quia sunt impossibiles.

Ad 1. Ad primum breuiter respon descritiones nō solum ex proprijs simplicib. colligi, sed ex pluribus cōmunibus ad propriatis, quorū singula quauis per se alijs insint, simul tamē iuncta soli illi rei. Dicitur etiam secundò multa ex his esse propria quarto modo, si in genere fiat sermo ad hūc modum, substātiæ conuenit, vt & ipsa, & ipsius differētiæ in subiecto non sint: substantiæ conuenit, vt ipsius genera, species & differentiæ de prima vniuocè prædicentur, similiter substantiæ inest: videri significare hoc aliquid, & vt ipsius indiuidua contrariorum sint susceptiua.

Ad 2. Ad secundū respon. aliud esse significare quale quid, aliud, prædicari in quale quid. Alb. tract. 2. c. 8. existimat significare quale quid esse significare quandā naturā, quæ cōponitur ex eo, quod se habet, vt quid, & ex eo, quod se habet, vt quale, scilicet ex genere, & differentia, sed mihi hoc nō placet, nā hoc pacto generalissimū non posset significare quale quid, cū naturam quādam simplicē, non cōpositā ex genere, & differentia significet, propterea dicēdum, q̄ significare quale quid, est significare quandā substantiā, quæ in se nō est, sed in alijs: ita tū est in alijs, vt sit de eorū substantia, sed quia naturam, quæ in alijs existit, significat, degenerat à perfecta ratione substantiæ, quæ per se existit: at qa in alijs est, nō vt in subiecto, distat à natura accidētis, propterea talis natura dicitur, quale qd, & nomē eius dicitur significare quale qd, at prædicari in quale quid, est, tale esse prædicatū per quod respondeamus ad quæstionē factam per quale illius, de quo prædicatur & talis est differentia, non aūt genus, aut species. Dices, quare differētia est huiusmodi? Dico quia differentia habet munus accidētis, scilicet determinare aliquod extrinsecū: ita differentia extrinsecè quodammodo genus contrahit quia est extra naturam generis ei adueniens.

Dubitatur, quid est, vt ait, q̄ nomina secundarum substantiarum videantur hoc aliquid significare? Dubiū. Resp. aliqui, qa per ea aliquādo de suppositis loqmur, dicentes, homo venit, animal currit. Sed non placet hoc, quia ex Arist. 1. Topi. c. 6. habemus, quod non solū per substantiā id fit, sed per accidētia: dicimus enim, voca sedentem, musicus venit: dicendū ergo est, vt supra, videntur enim significare hoc aliquid figura appellationis, id est, modo significandi ipsarū vocum, quæ absolutè sunt: vt enim absoluta nomina primarum substantiarū significāt, etiā, & nomina secundarum.

Ad tertium facilè Respon. q̄ aliquādo contrarietas sumitur largè, vt patet ex. 10. Met. c. 6. & 7 pro quacunq; oppositione, & diuersitate sub eodē genere, & sic differentię sunt contrariæ, & formæ, & priuationes: altero modo ppriè cōtrarietas pro ea, de qua superius locuti sumus, & sic in pſenti differētię, sicut nec substantia, habent contrariū. Ad 3.

Ad quartum respon. Aristo. non dixisse vnā numero substantiam esse susceptiuam omnium contrariorū, sed tātum contrariorū. Vnde dico, licet cygnus non recipiat nigredinē, recipit tā alia contraria, frigiditatē scilicet & calorem, similiter ignis licet nō recipiat frigiditatē recipit motus cōtrarios, sursum naturaliter, & violenter deorsum, idem dicendum de cælis, non recipiūt ista quidem contraria corruptibilia, tamen recipiunt motus contrarios, secundum partes, quibus modo ad ortū, modo ad occasum mouētur, modo delationes, modo accessiones habent, & alias passiones huiusmodi, Ad 4.

Sed posset esse dubiū de sacratissimo altaris sacramēto, vbi nō est panis, sed corpus Christi: & hostia potest calefieri, & frigefieri, vbi calor & frigiditas non in corpore Christi, sed in quantitate, quæ erat panis, recipiuntur: ecce ergo quomodo quantitas, quæ est accidens, susceptibilis est contrariorum. Dico id non esse nisi substantiæ proprium: quod si illa quantitas hoc habet, id ei euenit, vt locum substantiæ tenet quod fit maximo miraculo, & potentia Dei infinita: nos modo id, quod naturaliter est, cōsideramus: præsertim secundum Aristotelem qui nec id cognouit. Dubiū.

De quantitate. Cap. VI.

TEXT. 1. QVanti autem aliud quidem est discretum, aliud autem continum: & aliud quidem ex habentibus positionem ad se inuicem in ipsis partibus constat: aliud autem ex non habentibus positionem. Est autem discretum quidem, vt numerus, & oratio: continuum verò, vt linea, superficies, corpus: amplius autem præter hæc locus, & tempus.

2. Partium etenim numeri nullus est communis terminus, ad quem copulantur partes eius, vt quinque, si sunt denarij partes, ad nullum terminum communem copulantur quinque & quinque, sed semper discreta sunt: & tria, & septem ad nullum communem terminum copulantur, neque omninò habeas in numero communem terminum, partium accipere, sed semper discretæ sunt: quapropter numerus quidem discretorum est. Similiter autem & oratio: quod etenim quantum est oratio, manifestum est, mensuratur enim syllabæ breui, & longa, dico autem cum voce orationem factam, ad nullum enim communem terminum particulæ eius copulantur, non enim est communis terminus, ad quem syllabæ copulentur: sed vnaquæque diuisa est, ipsa secūdum seipsam.

Linea verò continua est, est enim sumere communem terminum punctum, ad quem partes eius copulentur, & superficiei lineam, plani nanq; partes ad aliquem communem terminum copulantur, similiter autem & in corpore habeas sumere communem terminum, lineam vel superficiem ad quā corporis partes copulantur. Est autem talium & tempus & locus, pręsens enim tempus copulatur ad præteritum & ad futurum, rursus locus continuorum est, locum enim quendam partes corporis obtinēt, quæ ad communem terminum copulantur, ergo & loci partes, quæ obtinent singulas corporis partes, ad eundem communem terminum copulantur, ad quem & corporis partes. Quapropter cōtinuus erit & locus, advnum enim cōmunem terminum eius partes copulantur. 3.

Amplius autem, alia quidem constant ex partibus, quæ in eis sunt, positionem habentibus ad se inuicem, alia autem ex non habentibus positionem, vt lineæ quidem partes positionem habent ad se inuicem, singulæ nanque earum sitæ sunt alicubi: & habeas, vnde distinctè sumas, & assignes, vbi singulæ sitæ sint in plano, & ad quam partem reliquarum copulantur. Similiter autem & partes plani positionem habent aliquam, similiter namque assignaretur vnaquæque vbi iacet, & quæ copulantur ad se inuicem, sed & solidi partes similiter, & loci. In numero autem non poterit quisquam ostendere, quemadmodum partes eius positionem aliquam habent ad se inuicem, aut vbi iacent, aut quæ partes ad se inuicem connectuntur. Neque eæ, quæ temporis sunt, nihil enim permanent partes temporis, quod autem non est permanens, quomodo positionem aliquam habebit? Sed magis ordinem quendam dices habere, eo quod aliud quidem prius est temporis, aliud 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

verò posterius. Sed & in numero similiter, eò quod prius numeratur vnus, quam duo, & duo, quam tria, & sic habebunt aliquem ordinem: positionem verò non omninò accipies. Sed & oratio similiter, nulla enim remanet partium, sed dictum est simul & nõ est hoc amplius asumere: qua propter nõ erit nulla positio partium ens siquidem permanet. Igitur alia ex habentibus positionem partibus constant: alia ex non habentibus positionem.

5. Propriè autem quanta hæc dicuntur sola, quæ dicta sunt: alia verò omnia secundum accidens, ad hæc enim aspicientes & alia dicimus quanta, vt multum dicitur album, eo quod superficies multa sit, & actio longa, eo quod tẽpus multum sit, & motus multus. Neque enim horum singulum per se quantum dicitur: vt si quis asignet quanta actio est, tempore definiet annuam, vel sic aliquo modo asignans: & album quantum quid sit asignans, superficie definiet quãta enim fuerit superficies: tantũ albũ esse diceret, quare sola propriè secundum se ipsa dicerentur quanta quæ dicta sunt: aliorũ verò nihil per se, sed si fortè per accidens.

6. Amplius, quanto nihil est contrarium. In definitis enim manifestum est quod nihil est contrarium: vt bicubito vel tricubito, vel superficiei, vel alicui talium, nihil enim illis est contrarium. Nisi quis fortè dicat multum pauco esse contrarium, vel magnum paruo. Horum autem nihil est quantum, sed magis eorum, quæ sunt ad aliquid, nihil enim ipsum per se ipsum magnum vel paruum dicitur: sed eo quod ad alterum refertur, vt mons quidem paruus dicitur, milium verò magnum: quod hoc ijs, quæ sunt sui generis maius sit, illud verò ijs quæ sunt sui generis, minus, ergo ad alterum est eorum relatio. Nam si per se ipsum magnum vel paruum diceretur, nunquàm mons quidem aliquando paruus, milium verò magnum diceretur. Rursus in vico quidem plures homines esse dicemus, Athenis verò paucos, cum sint illis multo plures: & in domo quidem multos, in theatro verò paucos, cùm sint plures. Amplius, bicubitum quidem & tricubitum, & vnumquodque talium, quantum significat: magnum verò vel paruum non significat quantum, sed magis ad aliquid, quoniam ad alterum consideratur & magnum & paruũ, quare manifestum est, quod ipsa sunt eorũ quæ ad aliquid.

Amplius, siue aliquis ponat quanta esse hæc, siue non ponat, nihil est in illis contrarium, quod enim non potest sumi per seipsum, sed ad alterum refertur, quomodo huic aliquid erit contrarium? Amplius autem, si sunt magnum & paruum contraria, continget idem simul contraria suscipere, & ea ipsa sibimet esse contraria, contingit enim ad hoc simul idem paruum esse & magnum, est enim quidem paruũ, ad aliud verò id ipsum magnum, quare idem & paruum & magnum, eodem tempore esse contingit, quare simul cõtraria suscipere. Sed nihil est quod videatur simul contraria suscipere posse, vt in substantia quidem, susceptibilis enim contrariorum esse videtur, sed nullus simul sanus est & æger, neque album & nigrum est simul, nihilq; aliud simul contraria suscipiet. Et eadem sibi ipsis contingit esse contraria, nam si est magnum paruo cõtrarium, ipsum autem idem simul est magnum & paruum, ipsum sibi erit contrarium, sed impossibile est aliquid sibiipsi esse contrarium, non est igitur magnum paruo contrarium, neque multum pauco. Quare nisi & eorum quæ ad aliquid hęc quid dicat, sed quanti, nihil cõtrarium habebunt. 7.

Maximè autem circa locum esse videtur contrarietas quanti, sursum enim ei quod est deorsum contrarium ponunt locum, qui in medio est deorsum 8.

deorsum dicentes, eo quod plurima distantia est medij ad mundi terminos. Videntur autem & aliorum contrariorum ab his afferre definitionem: quæ etiam plurimum à se inuicem distant, eorum quæ sunt sub eodem genere, cõtraria esse definiunt.

9 Non videtur autem quantum suscipere magis & minus: vt bicubitũ, neq; enim alterum altero magis bicubitũ: neque in numero: vt tria quàm quinq; nihil magis quinq; aut tria dicuntur, neq; quinq;, quàm tria, nec tempus alterum altero magis tẽpus dicitur, nec in nullo eorũ, quæ dicta sunt omninò, magis & minus dicitur. Quare quantũ non suscipit magis & minus. Proprium autem maximè quanti est, q æquale & inæquale dicitur, vnumquodque enim eorum quæ dicta sunt quantorũ, æquale & inæquale dicitur: vt corpus, æquale & inæquale dicitur, & nũmerus & tẽpus, æquale & inæquale dicitur, similiter autẽ & in alijs, quæ dicta sunt, vnũquodq; æquale & inęquale dicitur. In cæteris verò quęcunq; quanta nõ sunt, nõ prorsus videbitur æquale & inæquale dici, vt dispositio æqualis & inæqualis non omninò dicitur, sed magis similis & dissimilis, & album æquale & inæquale non omninò dicitur, sed simile vel dissimile. Quare quãti maximè sit proprium, & quale inæquale dici.

¶ Cur post substantiam de quantitate prius egerit, quã de qualitate.

POsset quis non immerito dubitare, cur post substantiam statim de quantitate, postposita qualitate, disseruit: cũ Architas, qui primo fertur prædicamẽtorum author, statim post substantiam qualitatem fuerit egressus, vt refert Simplicius. Imò videtur ratio illi fauere: primò, quia substantiæ incorporeæ, quæ prẽcipuæ substantiæ sunt, per qualitates potius, quam per quantitatem innotescat. Secundò, quia cùm duplex sit in composito substantia, materia nempe & forma, nobilior multo est forma, vt docet Aristo. 2. Physic. cap. 1. at forma est causa qualitatis, sicut quantitas à materia habet ortum, ergo vt dignior præponenda erat qualitas. Tertiò, quia qualitas magis videtur conuenire cum spiritualibus, quã quantitas, cùm qualitas secũdum se sit induisibilis, non enim diuiditur per se qualitas, nisi per accidens ad subiecti diuisionem.

Aristoteles verò his non obstãtibus, optimis rationibus quantitatem reliquis omnibus anteposuit: cuius multiplex potest assignari causa. Primò cũ Ammonio, quia in prædicamento substantiæ induabus proprietatibus parẽ fecerat quantitatem substantiæ, fuit ergo æquum, vt ipsius cognitionem nõ differret. Secundò, quia, inquit, diuiserat substantiam in primam, & secundã: at primum, & secundum ad numerum spectant, qui quantitas est: sed hæc non est admodũ valida ratio. Tertia ipsius est, quia prior est materia quàm forma: ad quantitas sequitur materiam, qualitas verò formam, ergo prior est quãtitas. Boet. his adijcit etiam alias tres causas. Primò nam rem immediatius sequitur quantitas, statim enim vt res est, vna est: at vnum ad quantitatem refertur. Præterea secundò, Supposito Aristotelem solam substantiam cõpositam in prędicamento collocasse, ita vt secundum ipsum, vt quidem volunt, corpus esset generalissimũ genus, tunc sic Boetius. Prima passio, & proprietas, quę à substãtia composita, scilicet corpore fluit, vt corpus est, est quantitas, hæc ergo anteponenda fuit. Architas autem supponebat res incorporeas esse in prædicamẽto, & sic superiores rationes procedebant: id verò Aristotel. non recipit: tamen hæc ratio non conuincit simpliciter, nisi secundum illorũ opinionem: nam vt antea diximus, etiã secundum Arist. sententiam, incorporeæ substantiæ sunt in prædicamento.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tertio, inquit Boet. quia magnam habet quantitas cum substantia similitudinem, cum nec habeat cõtrarium, nec recipiat magis, imò adde tu, q̃ est aliquo modo receptiua contrariorũ, cum per ipsam, vt per mediũ quoddã reliqua accidentia substantiæ inhæreãt: nõ enim esset corpus albũ, nigrũ, calidũ, moueretur, & reliqua, nisi haberet quãtitatẽ. Simpli. addit aliam rationẽ, scilicet quia est adeò quantitas substãtiæ coniuncta, vt mutatione facta in quãtitate, fiat etiam mutatio in substantia: non enim augmentatio fit, nisi addita aliqua de nouo substantia.

1 ¶Quanti aũt aliud est discretũ. &c.

CAput hoc duas partes continet: in priori sunt tres diuisiones quantitatis, in posteriori, tres ipsius proprietates: prima diuisio virtualiter continetur in principio, formaliter verò in medio capitis. Duplex est quãtum, per se, & per accidens: quantum per accidẽs vocatur id, quod quantitatem participat, quantum per se, est ipsamet quantitas. Secũda diuisio. Quanti per se, alterum est continuũ, alterum discretũ: quanti continui quinq; sunt species, linea, superficies, corpus, tẽpus, locus, linea vocatur lõgitudo sola corporis, prętermissa latitudine, & profunditate, cuius lineæ extrema dicuntur puncta: superficies est latitudo extrema alicuius corporis: corpus verò dicitur profundi tas ipsius substãtiæ: horum cognitio patet ex Geometria, discreta verò quantitas numerus, & oratio sunt.

¶Partiũ etenim numeri nullus est communis terminus. &c.

2 HIc Arist. probat numerũ & orationem, ad discreti genus pertinere, probatq; de numero, q̃ sit discreta quãtitas: possumus aũt ex istis probationibus sumere horum definitiones. Cõtinua quãtitas est, cuius partes vnico cõmuni termino copulantur: vocat autẽ terminũ partiũ cõmunem, id quod sic vnam partẽ terminat, vt vnum idemq; etiam alteram partẽ terminet, vñ neutrius partis est proprius terminus, v.g. duę medietates lineæ cuntinuãtur vnico pũcto medio, quod punctũ & vnius, & alterius partis extremũ est: per hoc patet, quid sit, non habere partes copulatas termino communi.

Hoc supposito, pbat de numero esse quantitatẽ discretã, Partes numeri nõ coniunguntur aliquo communi termino, ergo numerus est de genere discretorũ. Patet antecedens, nam quinq;, & quinq;, quæ sunt partes denarij, nullo termino communi continuantur: cum omnes vnitates separatæ sint inter se.

Probat secũdò, de oõne, & explicat se non loqui de quacunq; oratione, nã ea, quæ in mente est, non est quantitas: sed de ea solum, quæ est in voce, loquitur: probatq; duo, & quòd sit quãtitas: & quod sit discreta, primò quòd sit quãtitas: quod non probauit de numero, quia id erat per se notum, in oratione autem id obscurum est: probat autem sic: Orationi insunt passiones quantitatis, scilicet quòd sit longa, & quòd sit breuis, ergo etiam inest ratio quantitatis. Probat secundò, quòd sit discreta: partes enim eius, scilicet syllabę, sicut vnitates in numero nullo cõmuni termino copulantur.

¶Linea verò continuum est, est enim sumere, &c.

3 PRobat modo de quantitatibus continuis, nõ autem probat, q̃ quantitates sint, quia id patet, sed q̃ cõtinuæ sint. Primo de linea, partes enim lineę communi termino copulantur, scilicet puncto: partes etiã superficiei linea, sicut partes corporis superficie iũgũtur. Similiter de tempore, prętericũ enim & futurũ, quæ partes sunt tẽporis, præsenti copulantur. De loco probat sic, locati partes copulãtur aliquo termino, ergo etiã ipsius loci partes: singulæ. n. loci partes correspondent locati partibus: vt ergo est pars in locato, seu terminus cõtinuans eius partes: ita correspõdet terminus in loco cõiungens partes loci: vocat autem Aristoteles terminũ loci & locati eundem, non quod idẽ sit numero, sed proportione, id est, per correspondentiam: vt sicut pars loci correspondet parti locati, ita similiter terminus communis partium loci correspondet & opponitur termino communi partium locati.

¶Amplius autem alia quidem constat ex partibus, &c.

4. Positio quid sit. HIc ponitur alia diuisio quantitatis: quædam constat ex partibus habẽtibus positionem, quædam ex partibus non habentibus positionem. Pro cuius declaratione aduerte, quod positio est habitudo corporis ad locum, in quo est: secundũ quã dicitur esse in loco, quod est habere positionẽ: nõ enim aliud est habere positionem, quam in loco esse: habere autem partes positionem habẽtes, est habere partes in loco: nõ aũt sic sumitur in præsenti, vt existimauit Ammonius, affirmans numerũ habere partes positionẽ habentes, quia partes numeri, quæ corporum vnitates sunt, in loco sint: at sine dubio non benè considerauit, cum Aristoteles expressè asserat numerum carere partibus positionem habentibus.

Nota. Propterea notandum est, aliud esse habere partes positionem habentes, aliud habere partes positionum habentes inter se: illud enim est, vt dixit habere partes loco inexistẽtes, & de hoc nihil modo curat Aristoteles: at habere partes positionẽ inter se habentes, est tales habere partes, vt vna sit velut alterius locus, & vna sit altera, quomodo dicimus, digitus est in manu, & manus in brachio: & non solùm hoc, sed q̃ possimus designare hanc in ista, & istã in illa, & q̃ hæc est antè, illa retro, ista sursum, & hæc deorsum: huius positionis hic meminit Aristoteles, à qua lõgè distant partes numeri, vt dicemus.

Nota. Tria ne cessaria sunt vt partes inter se habeant positionem. Vt autem partes quãtitatis alicuius hanc habeant positionem, tria sunt necessaria. Primò, q̃ sint in aliquo continuo, id est, in subiecto: & hoc vocat alicubi esse, non quòd sit in loco, vt credidit Porphyrius in suis interrogationibus, nã eo modo locus nõ haberet positionẽ cum locus non sit in loco, sed quòd illæ partes sint in subiecto aliquo, vt dicit Albert. tract. 8. cap 6. Et secundò quod sit continuum tale subiectum. Tertiò quod partes sint permanentes. Tria ergo partes hæ debent habere, existentiam in subiecto, continuationem, & permanentiam.

Nota. Defectu continuationis, numerus caret partibus habentibus positionẽ, non enim dices, hæc pars numeri est ante, ista retrò, hæc vnitas est in illa, defectu permanentiæ, tempus nõ habet partes huiusmodi, defectu vtriusque oratio, quę est discreta, & successiua.

Sunt ergo quatuor quãtitates positionem habentes, linea, superficies, corpus locus, tres, nõ habentes, tempus, numerus, & oratio: dicit tamen Aristoteles in his tribus inueniri quidem ordinem secundum quẽ vna pars præcedit alterã, præcedit enim tempus tempus, & numerus numerum, & syllaba syllabam, sed nulla est partium positio.

¶Propriè autẽ quanta dicuntur, quę dicta sunt, &c.

5 HAec est illa diuisio, quã Aristoteles superius insinuauit, quantum quoddã per se, quoddã per accidẽs per se quantũ sunt ipsę species quantitatis enumeratę, quantũ per accidens est id, q̃ non quantũ à se est, sed quia quãtitatẽ participat, vt actio, quæ dicitur lõga à tẽpore, quo fit, & motus lõgus, à loco. Hæc sunt quãta per accidens. Sed dubitare posset aliquis, quare hęc fit diuisio quanti, cum in nullo prædicamẽto alio similis fiat diuisio? hoc posterius in disputatione elucidabimus.

6 ¶Quanto nihil est contrarium, &c.

POsterior capitis pars est ista, in qua tria accidẽtia quantitatis explicantur primũ est, Quantitas non habet cõtrarium

rium, cuiꝰ meminerat etiam in prædicamento substantiæ: sed modò objicit idem, quod illic obiecit: magnum enim & paruum, multa & pauca ad quantitatem spectant: tamen vnum alteri cõtrarium videtur.

Ad hoc respondet Aristoteles dupliciter. Primò, illa nõ esse de genere quãtitatis, sed alterius prædicamẽti, quod dicitur ad aliud: probat hoc dupliciter. Primò. Omne quantum, in seipso, quãtum est: at magnũ & paruum, multa, & pauca non in se, sed ad aliud dicũtur, ergo non sunt quantitates: maiorim non exprimit, sed minorem cum conclusione: minorẽ explicat exemplo, & probat. Primò, nam milium non dicitur magnũ nisi comparatum ad alia grana eiusdẽ speciei: & mõs dicitur paruus relatꝰ ad alios montes maiores. Idẽ de multis & paucis dicit, probat autem minorem: si enim magnum & prauũ absolutè dicerentur, & non relatione ad aliud, nunquam mõtem paruum, nec milium magnum dicere contingeret.

Secunda ratio est sumpta à significatione vocabuli, vt dicit Simplicius, magnum enim, paruũ & reliqua similia nõ quantitatem, sed excessum potius quãtitatis ad aliud significant, ergo ea nõ sunt quantitates: loquitur autem de magno, & paruuo, quæ ad quantitatẽ cõtinuam spectare videntur. de multis verò & paucis, quę ad discretam.

7. ¶ Siue aliquis ponat quãtitatem esse hæc, &c.

POsterior respõsio est. Quãuis admitteretur illas esse quantitates: nullo tamen modo admittendũ est contraria esse: hoc probat triplici ratione. Prima nam contraria sunt naturę absolutæ, & per se, at magnum, & paruũ, & reliqua huiꝰmũdi nõ sunt ad se: sed ad aliud, ergo nõ sunt cõtraria. Secunda, cõtraria nõ sunt simul hoc.n. repugnat, substantia enim est quidẽ contrariorũ susceptiua, sed nõ simul: nõ enim quis simul est sanus, & æger, at ista simul sunt, idẽ .n. est magnum, & paruum: ergo non sunt contraria. Loquitur autem hic de contrarietate propriè dicta, vt superius diximus. Tertia si magnum, & paruum cõtraria dicerentur, vnũ, & idem sibi ipsi cõtrarium esset, cùm sit idem magnum & paruũ: ad id omninò impossibile est, ergo contraria propriè non sint.

¶ Maximè autem circa locum videtur esse contrarietas, &c.

OBijcit. 2. Aristoteles adhuc circa idem. Locus est vna ex speciebus quantitatis & cõtrarium habet, omnes enim locũ loco cõtrarium ponunt, scilicet locũ deorsum, q est in medio, id est centro mundi, contrariari loco sursum, qui est in cæli cõcauo: ista enim loca maximè distant, imò in definitione contrariorum dicitur contraria maximè distare, & talis distantia est per proportionẽ dicta, à distãtia locorum, ergo loca sunt contraria. Ad hoc nihil respondet, non q̃ approbet loco esse contrarium: non enim dicit locus habet, sed videtur habere, vt notat Simplicius, sed forsan, q̃ non erat locus istud elucidandi, cũ quid locus sit, non esset compertum. 8.

Possumus tamẽ respõdere. Dupliciter aliqua quantitas consideratur, vt dicit Simpl. Primò vt quædã quãtitas est, & in ratione quantitatis. Altero modo vt admista, & cõiuncta est cũ qualitate, vel alia ratione alterius generis, verbi gratia, linea vt linea est, vel vt curua, aut recta est, hæ.n. sunt qualitates, scilicet rectitudo, & curuitas. Similiter superficies, vt superficies est, vel vt aspera lenisue est, quę qualitas sunt. Similiter tẽpus, vt tẽpus est, vel vt importat lumẽ aut tenebras, secundũ quę dicũtur dies & nox, tunc respondetur, quantitati in ratione quantitatis nihil est contrariũ, at ratione qualitatis adiunctę contrarium habet, vt in exemplis patet. Quantitas aliqua duobus modis considerari valet.

Per hoc similiter respõdetur de loco, locus enim potest cõsiderari in ratione quantitatis, & tunc non est aliud, quàm superficies cõtinens aliquod corpꝰ. cui nullum est contrarium, altero modo, vt dicit certum situm, & certam distãtiam à centro, & partibus mũdi, & sic dicitur vbi, quod est aliud prædicamentum, & tunc patitur cõtrarium, vt probat argumentũ, non tamen vt ad quantitatẽ spectat.

9. ¶ Non videtur autem quantitas suscipere magis, &c.

Constituitur secũda proprietas quãtitatis, quę est, non suscipare magis, vel minus: hæc enim maximè cõiuncta sunt habere contrarium, & suscipere magis vel minus, ita vt quę contrari non habeant, magis vel minus non suscipiant, cum intensio, vel remissio cõtrariorum mistione proueniat. Tertia proprietas est, quãtitas dicitur ęqualis, vel inęqualis: hæc est autem omninò propria quãtitatis, vt quoties aliquid æquale, vel inæquale sentiamus, illic quantitatẽ esse iudicemus, dummodo hæc sumãtur propriè: nam aliquando vna albedo alteri æqualis dicitur, vel inæqualis: & vnꝰ calor alteri, sed id abusiuè & impropriè: albedines enim, calores, vel qualitates, nõ æquales, vel inæquales, sed similes, vel dissimiles dicendæ sunt: illud enim maximè quantitati est proprium. Hæc de quantitate circa Aristotelis verborũ interprætationem.

QVAESTIO PRIMA.

An quantitas sit genus ad cõtinuam & discretam, & qua ratione.

QVamuis omnia ferè quæ in hoc capite peti possunt & petuntur præter eam cognitionem quam facilẽ, & communem Aristotel. in præsenti tradidit, Physica de Metaphysica sunt, nec intellectus facilia eorum tamen cognitio maximè est vtilis, cum plurimum Logicæ intentiones rerum ipsarum cognitione innotescãt: propterea non mirum videri debet, si pro veritate Logicæ explicanda, aliquid misceamus de rerum speculatione.

Est igitur prima difficultas circa diuisionem primam capitis. An diuisum scilicet quantitas, sit genus, vel potius analogum quoddam. Simplicius existimat quantitatẽ esse quoddam genus, quod potest diuidi, & per continuũ, & per discretum, tanquam per differentias adæquatè diuidentes & similiter potest iterum diuidi per habere partes positionẽ habentes, & non positionem habẽtes, tanquam per alias duas differẽtias etiã adæquatas, sed sub alia ratione est vna diuisio, sub alia verò altera, sicut q̃ animal primo per rationale, & irrationale diuideret, & iterum, inquit, idẽ animal per mortale & immortale secaret. Ista opinio. Simpl. quantũ ad priorem partem, scilicet, priorem diuisionẽ, esse generis per differẽtias, est Alber. tract. de quantitate, ca. 1. & est communis sentẽtia, quantum verò ad posteriorem, est contra cõmunem: communiter enim tenetur illam diuisionem quãtitatis in habentem positionem, & non habentem, esse subiecti in accidentia: sicut animalium, aliud album, aliud nigrum, aliud medio modo se habens.

At circa priorem diuisionem nõ modica difficultas est, quo modo quantitas sit genus ad continuam, & discretã, sunt enim valida argumenta in contrarium, Primum, Nullum genꝰ, denominatiuè prædicatur de sua specie, vt docet Arist. 4. Top. ca. 1. & ratio est manifesta, cum genus secundum nomen, & rationẽ prędicetur, quod non faciunt ea, quæ denominatiuè prædicantur, at quantitas de suis speciebus prædicatur denominatiuè, cùm in concreto etiam prædicetur, dicitur enim, linea est quantitas & quanta, lõgitudo est longa, numerus est quãtitas, & quãtus, ergo non est genus, vel si est, restat dubiũ, quare tales prędicationes non fiunt in alijs generibus, non enim dicimus, albedo est alba, calor est qualitas, & qualis. Argum. in cõtrarium. 1. argu.

Secũdò. Vnius generis vna species nõ fit ex altera, at numerus fit ex cõtinuo, 2. argu.

Universidad de Deusto Biblioteca

eũ ex diuisiõne continui fiat, & resultet
4. argu. numerus, vt docet Arist. 3. Phy. Tertiò Species vna nõ prædicatur denominatiuè de alia specie eiusdẽ generis, at numerus de linea prædicatur denominatiue, ergo non sunt species, & per consequens quãtitas non est genus: minor ꝓbatur, dicimus .n. linea est numerata.
3. argu. Quarto. Continua & discreta quãtitas nõ conueniunt in vnica ratione cõmuni, ergo non habent aliquod idẽ genus. Probatur antecedens, quia talis ratio, vel est, ꝙ vtraq; sit diuisibilis, vel quod vtraq; sit mẽsura: nõ prior, quia diuisibilitas prius inest cõtinuo, vt diximus. nõ posterior, quia ratio mẽsurę prius inest discreto, cum non mensuremus nisi per vnitatem, eam multiplicando, & faciendo numerum, ergo nõ est vna ratio vtrique communis & generica.
1. Opin. Propter hæc inter asserẽtes quãtitatem esse genus nõ conuenit, Alb. enim tracta. de quantitate ca. 1. existimat hic considerari quantitatem, vt est mẽsura quedam substantiæ, non autem vt est ratio diuisibilitatis, quod etiam sequitur Caiet. & S. Thom. opusculo. 48. cap. 2. & ferè est cõmunis sententia: quorũ ratio est, quia Arist. distinguit species quantitatis, vt sunt mensuræ substantiæ, nam quantum ad diuisibilitatem non differrẽt locus, & superficies, cùm locus sit superficies vltima corporis continentis. Patet autem eandem esse diuisionem loci, & superficiei, tamẽ in ratione mẽsuræ differunt: nam locus est mensura extrinseca locati: cũ ipsi non inhæreat: superficies autem est mensura intrinseca, scilicet inhærens corpori, cuius est mensura.
2. Opin. At verò Burle. & alij asserũt, hic cõsiderari quãtitatem, vt est diuisibilitatis ratio, & sub hac ratione est genus quodam ad continuam, & discretam: cuius ratio est, nam in ratione mẽsuræ est purè analogum, cum mensura primo competat vnitati, & numero, & non continuo, nisi in ratione vnitatis, scilicet quatenus assumimus aliquã quãtitatem cõtinuam in ratione vnitatis, vt ea metiamur alia omnia: vt docet Arist. 10. Metaphysi. ca. 2. Hoc autem argumentum maximè molestum est authoribꝰ oppositę factionis, à quo subducere se nequeunt: non minus tamen illorum argumentũ est his difficile, ita vt rei veritas non satis apud hos, vel illos innotescat. Dabimus operam, Deo fauente, vt breuiter, & clarè rẽ ipsam aperiamus, & dilucidemus, id quod deceptionis causa potest esse, manifestantes sequentibus fundamentis.

1. funda. Quantitatẽ duobus modis accipi.

Primum fundamentum. Quantitas dupliciter accipitur. Vno modo ꝓ quãtitate corporũ, secundũ quam ipsa corpora extensa sunt, vel numerari possũt & hæc dicitur quãtitas molis, quę in rebus spiritualibꝰ nõ inuenitur, & de hac sermo est in præsenti loco. Altero modo accipitur quantitas pro certo gradu virtutis, & essentię, quẽ vnumquodque participat, secũdum quã dicimus, magnus est dominus & infinitus, non quidẽ corporis quantitate, sed in essẽtia & virtute: dicimus etiam creatura est finita: & talis quãtitas reperitur etiam in spiritualibus, de qua nõ loquimur modo, & hæc dicitur quantitas virtutis.

Numerus duplex est.

Hinc fit, quod etiam æquale & inæquale dupliciter accipiũtur, semel vt à quãtitate primo modo sumuntur: & sic res spirituales non dicũtur æquales, vel inæquales, vt à quãtitate secundo modo sumuntur: & sic omnia, quæ sunt adinuicẽ æqualia, vel inæqualia dici possũt: dicimus enim, filius est æqualis patri secundũ diuinitatẽ: nullus angelus æqualis est Deo, & hoc dixit Arist. in fine capitis dum docuit non multũ æqualitatis, vel inæqualitatis reperiri in alijs.

Quod dicimus de quãtitate cõtinua, dicendum etiam est de discreta: numerus enim duplex est, vnus qui reperitur in spiritualibꝰ, etiam secundũ quem dicimus, tres sunt personæ, & vnus Deus: Millia millium angelorum ministrant ei

ei. Dicimus etiã tria puncta, tres albedines, & talis numerus vocatur transcẽdentalis, de quo in præsenti non fit sermo. Alter est numerus, qui solum in rebus corporeis inuenitur, & iste prædicamẽtalis est, de quo hic agimꝰ. Patet igitur sermonẽ in præsenti fieri de quãtitate cõtinua, & discreta vt in rebus, & substantijs corporeis est.

Quid sit quantũ.

Hæc aũt quantitas ab Arist. 5. Mẽta. cap. 13. sic definitur in concreto. Quantum est quod est diuisibile in ea, quę insunt, quorum vtrũq;, aut vnũquodq; vnũ quid aptum est esse: id est, quantũ est subiectũ aliquod habẽs partes quarum singulæ per se esse possũt, & rationem quanti sortiri: v. g. lignum diuidi potest in partes, quæ singulæ continuæ sunt, & per se esse possũt: similiter numerus in vnitates, quæ singulæ per se esse possunt, diuiditur: vñ patet longè alias esse partes à quantitate prouenientes, quàm quæ ab alijs rebus omnibus proficiscuntur: partes enim potentiales nõ sunt alicuius subiecti, sed alicuius superioris ꝑdicati partes: similiter & differẽtiæ. Accidentia verò & potẽtiæ sunt quidẽ subiecti vnius, aliquãdo partes, sed singula per se esse nõ possunt, nec sub vnũ subiectũ: nec similiter materia & forma: at partes quantitatis sic alicuius subiecti, & vnius rei sunt, vt singulæ per se, vnum quid faciant: & hoc valde nota.

2. Fund. Quantitas quæ nam suo attribuat subiecto.

Sit secundũ fund. Quãtitas multa tribuit subiecto suo. Primò .n. ante omnia dat partes tales, quales dixi in. 1. fundamẽto, quod est dicere, ratio qua subiectũ tales partes habet, est quantitas: si partes fuerint extẽsionis, est quantitas continua: si numerationis, discreta: & hæc est prima ratio quãtitatis, esse formalem rationẽ partium illarum.

quę passiones à quãtitatis fluãt natura,

Ad hac quantitatis natura fluũt quędã passiones propriæ Prima, esse diuisibilẽ, ex eo enim, ꝙ aliquis partes habet, diuisibile esse cõsequtur. Similiter sequitur secũda, esse finitũ, vel infinitũ. Tertia esse ęquale, vel inęquale alteri. Quarta esse mẽsurabile. Omnes hæ quatuor rationes sunt propriæ passiones fluẽtes ex illa natura prima quãtitatis: & subiecta recipiũt omnia ista quque à quantitate: quarũ passionum natura, numerus, & ordo, sufficienter in Metaph. tradentur, Deo adiuuante.

Interim tñ aduerte vnũ diligenter. Quod quantitas omnia ista quinq; tribuit suo subiecto formaliter, id est, est forma quædã, qua subiectũ habet partes, & est diuisibile, est finitũ, æquale, & mensurabile: vt enim ab albedine corpus formaliter est album: ita corpus à quãtitate est quãtum, id est, partes habet, finitũ & mẽsurabile est: & hoc significãt illa verba, q̃titas est rõ partiũ, est ratio diuisibilitatis, est ratio mensuræ.

3. funda. Ex his fit. 3. fundam. à quo ferè natura & intelligentia nõ solum quãtitatis, sed aliorũ multorũ pẽdet. Aliud est id, quo mensuramus: aliud quod mensuramus: aliud id, ratione cuius aliquid mẽsuratur, vel mensurari pẽt. In primis, vt à noto incipiamus, id, ꝙ mẽsuramus est corpus, vel res corporea, tã cõtinua, quã discreta: id verò, ratione cuius illa mensurãtur, vel mensurabilia sunt, est quantitas: volo dicere, forma, à qua corpus habet, quod mẽsuratur, est quãtitas, nisi enim quantitatem haberet, mensurari nõ posset, quod superius dicebamus, est ratio mensurę formalis: id aũt, quo mensuramus, est quoddam quantũ quo vtimur, vt indiuisibili quodam ad mensurãdas alias quãtitates, vt vtimur vlna, vtimur modio, tanquã vno quodã per cuius multiplicationẽ alia quãta mensuramus: vñ ista proprie dicenda sunt mensura: illa verò qua subiectum est mensurabile, non mensura, sed mensurabilitas est quędã, seu dicatur mensura passiua, & formalis, & altera mẽsura actiua, & instrumentalis.

Vtrunq; quidem quantitas subiecto communicat formaliter: est enim ratio qua corpus, vel subiectum est mensura

mensu-

Universidad de Deusto Biblioteca

mensurans, & qua mensurabile etiam est, sed magno discrimine: nam nõ omnis quantitas est mensura mensurans, non enim mensuramus nisi quadã parte quãtitatis determinata eam multiplicãtes: at omnis quantitas est ratio mẽsurabilitatis. Præterea esse mensuram mensurantẽ magis cõpetit vnitati, quæ est principiũ numeri, vt argumentũ supius, pbabat: at mẽsurabilitatis ratio oibus quantitatibus ex æquo inest.

3. funda. Sit quartum fundam. Ista omnia quę diximus per prius ipsi quãtitati insunt, ipsa enim est partes habẽs per se, vt patet in lineis, superficiebus per se consideratis: & in tẽpore, cuius partes sunt aliæ à partibus subiecti. Similiter ipsa quantitas est diuisibilis, mensurabilis secũdũ se, vt patet in sanctissimo sacramento altaris. Secũdario verò hoc tribuit subiecto & substantię: nam diuisibilitatẽ, & mensurabilitatẽ, & reliqua, substantia à quantitate habet. Tertiò quod maximè notorium est, quantitas hæc tribuit alijs accidentibus, nam accidentia habent partes diuisibilitatem & cætera à quantitate, vt patet in albedine, quæ tanta est, quanta superficies. cui inest, quod nullum accidens habet. Quãtitas igitur primo illa habet in se. Secundo substantiæ communicat. Tertio alijs accidentibus.

Quantitas cur d̃ se ipsa & ĩ abstracto & in cõcreto dicatur. Hinc est, quòd de seipsa suscipit prædicationem abstracti & concreti, dicendo linea est quanta, & quantitas: quod nõ fit in alijs accidẽtibus. Similiter distinguitur duplex quantũ, per se, & per accidens, per se est ipsa quantitas, per accidẽs sunt accidẽtia illa, quæ quantitatẽ participant, quę distinctio in alijs accidẽtibus nõ fit. Sequitur etiam optimè Aristo. tractasse quantũ in concreto, vt legitur Græcè: quanti aliud cõtinuum, &c. vt intelligamus eandem esse in hoc peculiari prędicamento prædicationẽ abstracti & cõcreti. Hæ sunt, ex quibus nõ mediocris quãtitatis cognitio haberi potest, & quæ non passim inueniuntur: cætera Metaph. relinquãtur. Respon. ergo ad quæstionem sequẽtibus conclusionibus.

1. concl. Prima conclusio. Quantitas, vt est ratio partium, est quoddam genus, cuius differentiæ sunt, continuum & discretũ: quantitas enim continua est magnitudo, discreta verò multitudo, quę sunt duo genera eius subalterna, varias sub se species includentia. Hæc conclusio hoc vnico argumento patet. Quãtitas secundum talem rationem prędicatur in quid de pluribus suis speciebus, ergo est genus: consequentia est certa, & antecedens manifestum.

2. cõclu. Secunda cõclu. Habere positionem, vel nõ habere, quantitatis differentiæ non sunt, vt existimat Simp. sed passiones. Probatur vnico argumento. Si essent differentiæ, non posset quantitas continua abstrahi à positione: at per intellectũ superficies sine vlla positione consideratur, cũ intelligatur abstracta à loco, & subiecto, ergo illa positio non est eius differentia, cũ species absq; sua cõponẽte differẽtia intelligi nequeat. Hic autem aduerte, quod non est idẽ, quantitatẽ continuam esse, & positionem habere, cũ quantitas aliqua cõtinua non eam habeat, scilicet tempus: nec similiter esse discretum, & non habere positionem, cũ etiam cõtinua aliqua non habeat. Vñ sic ista se habent, scilicet continuum & habens positionem, quod omne habẽs positionem est continuum, non tamen omne continuũ habet positionem: at discretum, & non habent positionem sic se habent, quod omne discretum est non habens positionem, at non omne non habens positionem est discretum.

3. cõclu. Tertia conclu. Quantitas ista quę ratio partium est, consideratur, in prẽsenti, vt sub tali ratione est genus generalissimũ oẽs has species continens. Ista conclusio iudicio meo est manifesta ex ipso cõtextu Arist. in quo continuum, & discretum, sub quibus sunt oẽs species

cies quantitatis, non aliter definiuntur, quàm per ipsas partes, quæ copulãtur, vel nõ copulantur termino, communi. Præterea, quia Logicus cõsiderat intentiones secundas, quæ in primis fundantur: at ratio generis quantitatis nõ fundatur in mensuræ ratione, quia hęc est passio, non natura generica, ratio autẽ, quæ genus est, est quãtitas, vt ratio partiũ est. Præterea, quia tota ratio & argumentum illorum inualidum est: dicunt enim aliter non posse distingui species quantitatis, quã in ratione mẽsurę: hoc autem inualidũ est, sic enim optimè distingui possunt, & distinguntur, Linea est ratio partiũ secundum longitudinẽ in continuo: superficies ratio partiũ secundam latitudinem: corpus ratio partium secũdum profunditatem: tempus ratio partiũ successiuarum in cõtinuo: locus est ratio partium continentiũ aliquid: numerus ratio partium discretarum: oratio ratio partium discretarum cum successione: & hæc valdè obserua.

Ad. 1. Respondetur igitur per hæc ad argumenta quatuor supra posita quibus probabatur, quantitatẽ non esse genus. Ad primum respondent Burleus & Scotus, q. 17. Linea, superficies, & quælibet alia quantitatis species, dupliciter potest cõsiderari. Vno modo, vt est in subiecto, & simul cũ subiecto sumitur: & tunc prædicatur genus de illis denominatiuè, qa cũ subiecto sumũtur. Altero modo cõsiderãtur in abstracto absq; subiecto: & sic species quãtitatis sunt, & tũ falsum esset, dicere, linea est quanta: ista respõsio non placet, quia linea non dicit subiectum magis quam albedo: vt ergo de albedine nũquam dicitur, quòd est qualis, ita nec de linea dicetur illa ratiõe. Præterea, quia subiectũ non per lineã, sed per lineatũ explicatur. Propterea aliter dicendum est, nempe illam prędicationem concreti de abstracto nõ esse denominatiuam, sed essentialem in re, licet modus quidã denominatiuus sit, id quod fit propter peculiarem rationẽ quę in quãtitate reperitur, vt explicui in quarto fundamento.

Ad. 2. Ad secũdum respon. quod ex vna specie in communi altera non fit. nulla in species in sua ratione, & natura admittit aliam speciem sibi cœqualem, tamen ex indiuiduo vnius speciei non pugnat, vt materialiter fiat indiuiduũ alterius speciei, vt enim ex aqua fit ignis, aqua tamen nõ manente, ita ex continuo fit discretum, continuo tamen non manente, nec hoc est inconueniens vllum.

Ad tertium respon. quod linea nõ dicitur numerata à numero denominatiuè, quia numerq in ea fit, sed dicitur numerata ab actu intellectus, per quẽ numeramus: numerare enim opus est rationis & intellectus.

Ad quartum est maximè notãda solutio: negatur enim maior. ratio enim generica, in qua omnis quantitas cõuenit est habere partes eiusdẽ rationis, vt supra diximus, negatur etiam minor, imò ratio diuisibilitatis vniuocè competit continuo & discreto, non autem vni per prior, alteri per posterior. Verũ est, quod ex diuisione continui aliquando resultat, & fit numerus, tamen non semper: nec ex natura numeri est, fieri ex continuo, constituto autem numero, & continuo vnumquodque per se diuisibile est & non vnũ per alterum. Ad illud de mẽsura, fuit magna sine dubio in hoc apud scriptores ambiguitas: nam ratio mẽsuræ, scilicet mẽsurantis, per prius discreto conuenit, vti diximus: & sic est ratio analoga. at ratio mẽsurę passiuæ, id est qua subiectum mẽsurabile est, vniuoca est omni quantitati, & hęc sufficiãt. Satis scio me aliqua ex parte breuẽ in verbis & obscurũ in his fuisse, tamẽ mediocriter auditori versato, & diligenti manifesta ista erũt, cuius rationẽ semper in his habeo, præsertim quia viua voce ista exponenda à magistro sunt.

QVAESTIO II.

Circa reliqua, quę in hoc capite cõtinẽtur, an rectè dicta sint ab Aristot.

Quia

Argum. in cõtrariũm.

QVia multa sunt in hoc capite, quæ intelligẽtia, & examine aliquo indigent, particularius à nobis tractanda sunt, & disputatione elucidanda.

1.argu. Est igitur primum argumentum contra ordinem procedendi Aristotelis & ipsius modum. Vnumquodq; vniuocum prius per difinitionem, quã per diuisionem notificandum est: sed quantitas est genus vniuocum, ergo à definitione oportebat exordiri, non à diuisione, vt fecit Aristoteles.

2.argu. Secũdò. Aristoteles in diuisione præposuit continuum discreto, ergo male postea in tractatu discretum præposuit continuo.

3.argu. Tertiò. Nihil in vno prædicamento collocatũ cõstitui debet in altero: sed corpus est in prędicamẽto substantiæ: ergo nullo modo corpus potest esse species substantiæ, & quantitatis.

4. argu. Quartò. Videtur doctrina ista nõ consonare doctrinę eiusdem Arist. 5. Meta. ca. 13. ibi enim inter quantitates nõ numerat locum, nec orationem: & inter quãtitates per accidens, ponit tẽpus, & motum: at hic & locum, & orationem, & tempus inter quantitates per se constituit, motus autem non meminit.

5.argu. Quintò. Videtur, quod nullo modo oratio quãtitas sit: nã vel accipitur pro oratione vocali, mentali, vel scripta: sed oratio scripta est potius substantia materialiter, formaliter verò, scilicet vt significatiua est, est relatio, vel qualitatis: mẽtalis autem, quę in intellectu est, est qualitas, cum in intellectu non sit quantitas: vocalis autem, si materialiter sumatur, est aer verberatus, qui substantia est: si formaliter, est ipsum significare, q; non est quantitas: ergo nullo modo oratio est quantitas. & hęc ad iuso, quod esset quantitas, non esset ponenda inter discretas, sed inter continuas: vnica enim syllaba continua est, & motu continuo profertur.

6.argu. Sextò. Magnitudo, multitudo, sunt quãtitatis species subalternę, & lõgitudo etiam est quædam species ipsius: ergo magnum, multa, longũ, species sunt quantitatis, & non pertinent ad prædicamentum ad aliquid.

7.argu. Septimò. Vnitas & punctum ad quãtitatẽ spectant, vt patet, tamen nõ sunt sub aliqua specie ex assignatis, ergo diminuta doctrina hæc videtur.

8.argu. Octauo. Multa etiã alia videntur prętermissa, quæ tamen quãtitates sunt, vt graue, leue, omnia etiam pondera, omnes mẽsuræ, vncia, libra, modius gomor & reliqua huiusmodi, quæ non apparet in alio prædicamento esse constituẽda, quam in isto, quorum tamẽ Aristotel. nullatenus meminit. Ista argumenta à nobis soluenda ordine sunt, ex quorum solutionibus perfecta prædicamẽti huius cognitio dependet.

1.Solut. Ad.1. Ad primum argamentum respondet Alber. tract. de quãtitate, c. 1. hic cõsiderari quantitatem, vt mensura est, cũ autem alia sit ratio mensuræ in cõtinuis, alia in discretis, nec eiusdem rationis sit vna in omnibus mensuræ ratio, non definitione, sed diuisione vsus est. Hęc responsio non satisfacit. Primo, quia, vt superius diximus, hic quãtitas in sua ratione prima consideratur, scilicet vt est ratio partium. Secundò quia si nõ est vna ratio mensurę in continuo, & discreto, non esset genus, nec hic tanquam genus consideraretur, quod videtur falsum, q; si est ratio vna, quamuis communissima hæc potius definienda erat.

2.Solut. Doctores Louanienses dicunt, id factũ fuisse, quia generalissima non habẽt definitionem propriam cõstantem ex genere, & differẽtia, cum sint suprema genera. Sed hoc non placet, quia eadẽ ratione nullum aliud definiret, at definit ad aliquid, & qualitatẽ. Prętera, quia generalissima habent descriptionem, imò vt superius diximus, & declarauimus Arist. 5 Meta. ca. 13. quantũ ipsum descripsit ante diuisionem.

3.Solut. Propterea existimo dicendum esse, Aristo. non tradere hic rerum cognitionem

nem distinctã, nisi quãtum sufficit Logico, pro rerũ coordinatione, & pro prędicationibus, & ipsarũ partibus perfectè intelligẽdis: & quia ipsum quantũ, est maximè notũ, vtpote maximè præ omnibus alijs sensatum, nulla circa id vsus est descriptione, sicut in alijs fecit, quæ nõ subsstãt sensibus in vniuersum.

Possumus tũ facilè ejus definitionẽ assignare, sicut & ipsius specierum: hæ enim definitiones specierum ex Arist. verbis deducũtur. Põt aũt quantitas in cõmuni per suas proprietates describi: quantitas est ratio partium, vel quę per se partes habet, quantitas est ratio mensuræ substantiæ, quãtitas est ratio diuisibilitatis in partes eiusdem rationis, similiter est forma, secundum quã æquale, vel inæquale aliquid dicit, quãtitas verò continua est quãtitas, cuius partes termino cõmuni copulãtur: discreta verò est, cuius partes termino cõmuni nõ copulantur: linea est cõtinua quãtitas cuius partes in pũcto, copulãtur primo. superficies cuius partes in linea copulãtur, corpus cuius partes superficie copulãtur: locus est superficies vltima corporis cõtinentis, tẽpus est cõtinua quãtitas successiua, cuius partes instanti copulãtur: numerus est cõtinuorum permanẽtiũ mẽsura discreta, oratio est successiuorũ mensura discreta.

Quantitatis descriptio.

2.Solut. Ad secundum respondẽt aliqui, continuam quantitatem in ratione diuisibilitatis priorem esse discreta, ex diuisione enim continui resultat numerus: at in ratione mensuræ priorem esse discretam, nõ enim mensuramus nisi quãtitate aliqua continua sumpta tanquã vnitate, cuius multiplicatione mensuramus: vt vtimur vlna, grano, palmo, multiplicatis ad mẽsurandũ, & hoc cõsilio ductus Aristoteles prius cõtinuũ posuit in diuisione, in declaratione verò discretum antepoſuit. Hæc ratio nõ mihi displicet.

3.soluti. Aliter etiã respõ. Albert. tract. isto. ca. 1. & benè. Quantitas enim cõtinua notior est, quia magis cõposita, ad discreta simplicior est, id est, prior est, nã discreta quantitas nullã habet positionem, at inter cõtinuas inuenitur positio: ac propterea Arist. tali ordine vsus est, vt vnũ & alterum exprimeret. Hęc doctrina est vera, & Aristo. ipsius. 1. Poster. cap. 23. Arithmeticam simpliciorem Geometria existimat. & 1. Metap. cap. 2. ob id, q; illa sit de discreta quantitate, hæc de continua.

Ad 3. Corpus tribus modis sumitur.

Ad tertium respondetur. Corpus tripliciter sumitur, est enim æquiuocum. Primò pro toto composito substantiali, ex materia & forma constituto, quo pacto dicimus, Angelus nõ est corpus, plantæ verò, animalia, lapides sunt corpora, & sic corpus est vnũ genus substãtia, de quo supra diximus esse generalissimũ. Secundo modo sumitur corpus pro altera parte viuentis, quo pacto dicimus, animal constare ex anima, & corpore: & sic nõ est genus, nec prędicatur de speciebus vllis: sed ponit reductiuè in prędicamẽto substantiæ, sicut pars. Tertio modo sumitur pro quantitate quadam, scilicet profunditate, quæ est accidens corporũ substantiæ, & isto modo est species huius prædicamenti: nec hoc est vllum inconueniens, quòd vnũ secundum diuersas rationes ad varia pertineat prædicamenta.

1.Solut. Ad 4 Ad quartũ nõ est facilis solutio. Quidam. n. dicunt, has quantitates, scilicet locũ, tempus orationẽ dupliciter posse considerari: vno modo, vt sunt rationes diuisibilitatis, seu in ratione diuisionis, & sic ab Arist. cõsideratur in. 5. Meta. & tunc locus non est species distincta à superficie, cum eadẽ sit superficiei, & loci diuisio: similiter nec oratio à numero distinguitur, tempus aũt & motus sunt diuisibilia ad diuisionẽ spatij, per quod fit motus, id est, quãtitates per accidẽs sunt: hoc igitur fuit in causa, quo minus Aristo. locum & orationẽ nõ posuerit, tempus autem & motũ inter quantitates per accidens assignauerit. Possunt tamen

tamen secundo considerari in ratione mensuræ, & tunc locus est quãtitas per se distincta à superficie, quia locus est mensura corporũ separabilũ à se: similiter & oratio à numero distinguitur, cũ oratio sit mensura sonorũ discretorũ: tẽpus etiã est per se quantitas, cum sit motus mensura: motus autẽ semper est quãtus per accidẽs in ratione diuisionis: quia diuiditur per aliud, scilicet spatiũ: & in ratione mensuræ, quia mẽsuratur per tempus. Cùm igitur hic cõsideretur quãtitas, vt est mensuræ, optimè ponũtur eius species aliter, quã in Metaphy. in qua consideratur quantitas, vt est ratio diuisibilitatis.

Ista solutio nõ est spernẽda, est enim insignium virorum: tñ mihi in hoc non placet, nã esse mensurã est passio quãtitatis ipsius, fluens ab eius natura: sed talibus speciebꝰ prædictis nõ inest per se quãtitatis ratio secundum eos, ergo nec inerit passio: à quo enim per se remouetur natura, remouebitur etiã & passio: & præterea, qa diximus hic etiã naturã ipsam quantitatis considerari.

2. Solut. Burl. ad hoc dicit, locũ non esse speciem per se quãtitatis illo modo: nã locus denotat duo, superficiẽ de materiali, & continentiã de formali: materialiter ergo non differt à superficie: formaliter verò non est quãtitas, quia cõtinentia quantitas nõ est: ac propterea ab Arist. nõ numeratur in. 5. Meta. hic verò locus ponitur inter quantitates, quia Arist. loquitur vulgariter & secũdum opinionem celebriorem. Omnes autem antiqui locum inter quãtitates constituebãt: & hoc videtur docere Auer. 5. Met. com. 18. Hęc sentẽtia fuit Albert. tract. isto. c. 5. vbi locũ explicat esse illud spatiũ totum, longum, latũ, profundũ, quod est inter latera corporis continentis, vt antiqui credebãt. 4. Physi. imò vulgus modo ita existimat. Hoc tamen impugnat illic Arist. & secundum veritatem ostendit, locum esse superficiem vltimam corporis continentis: hoc etiam videtur docere Simplicius: & doctores Louanien. asserũt locum secundũ Aristo. nõ esse quantitatem distinctam à superficie: hic autẽ fuisse locutũ iusta receptam sui tẽporis, & communem opinionem.

Dicit secũdo Burl. motum esse quãtitatem per se, sicut tempus etiam in ratione diuisionis: fuisse autem prætermissum ab Aristotele, non quia non esset, sed quia non curauit omnes species enarrare.

Dicit tertio, in Metaphysica tẽpus, & motum dici quanta per accidens, nõ q̃ non sint per se quantitates, sed quia ab alio scilicet à spatio & mobili recipiunt esse quantitates, sed recipiunt ab eis effectiuè solum, in se tamen quãritates formaliter sunt.

De oratione autem dicit quarto, esse etiam per se quantitatem à numero distinctam.

Ista sententia Burlei, in hoc q̃ concedit motũ esse quantitatem per se, est Albert. Magn. tract. isto, cap. 10. & Iambli. vt refert in præsenti Simpl. Dicunt enim motum duo dicere, & fluxum, & formam aliquam, cuius est fluxus, & q̃ successio quantum ad fluxum, est quantitas, quantum ad formã, nõ: sed aliquãdo est qualitas, aliquãdo vbi, aliquãdo quantitas, secundum quod fluxus põt esse in qualitate, vel vbi, vel quantitate: ac propterea hic nõ numerat inter quãtitates, quia totũ eius esse non est quantitas, nec vnius est generis.

At Porphy. lib. 2. interro. & Ammo. credunt motum secundum suam naturam non esse quantitatẽ: sed esse quãtum per accidens, sicut substantia est quanta per accidens. Ad locum Meta. Respon. illic Alexand. Aristo. solũ tractare de quantitate permanẽte, propterea illa prætermisit.

Sed in hac difficultate ne confusio in 3. Solut.
sit audienti, quãtum pro captu Logico exigitur, existimo ita dicendũ. Primo omnes has species hic numeratas esse quantitates per se, & hæc est cõmunis opinio, nõ solum in ratione mensuræ, sed etiam in ratione partium, & diuisibilitatis, vt superius diximus.

Tempus duobus modis diuiditur.

Dico secundò, tẽpus dupliciter posse diuidi. Vno modo secundũ partes successionis, scilicet præsens, præteritum, futurum, & secundũ hanc diuisibilitatis rationem est quantitas per se, & ita hic consideratur. Altero modo diuidit secundũ spatium per quod mobile tẽpus efficiens mouetur: & secundũ hanc diuisibilitatẽ est quãtitas per accidẽs, vt dicitur in Metaphy. considerare aũt tempus secundũ suas partes ad Physicum spectat, & id notius est: propterea in Metaphy. non inter quantitates per se constituitur, sicut in Logica.

Dico tertio orationem sub numero comprehensam fuisse illic: nõ enim ibi loquitur de numero particulariter, vt distinguitur ab oratione, sed vt numerus est idem quod multitudo, vt ibidẽ interpretatur Auerroes.

Dico quartò, locum etiam sub superficie contineri, ibi enim considerat superficiem in communi, vt includit superficiem ambientem, & terminantẽ: hic autem loquitur particulariter de superficie terminante.

Motus nõ est p se quantitas.

Dico vltimo, motum non esse quantitatem per se, vt benè dicit Ammoni. & Porphy. quia motus, vt motus, est solum actus quidam imperfectus, vt suo loco tractabitur. Hæc omnia obserua, quia existimo Aristot. & veritati maximè esse conformia.

Ad 5.

Ad quintum est insignis difficultas de intellectu orationis, quid sit. Omissis aliorum sententijs, dicã, quæ in hoc diligenter excogitaui, idq; declarabo sequentibus fundamentis.

1. Fund.

Aduerte igitur primò, q̃ sonus est quoddã accidens, & qualitas effecta in aẽre ex collisione duorũ corporũ. Vox autẽ est, nõ omnis sonus, sed ille tantũ qui efficitur in aere ex collisione quarundã corporis partiũ, scilicet linguæ, palati, dentiũ, &c. est aũt vna vox, quæ vnica fit percussione, plures autẽ voces quæ pluribus fiũt percussionibus, sicut sunt syllabę, quęlibet enim syllaba vnica fit percussione, plures aũt pluribus. Oratio aũt est aggregatio ex multis vocibus syllabarũ, vt dominus: vnde omnis oratio est discontinua, & discreta.

Vox cuiusmodi sit sonus

Aduerte secũdo, discretio duplex est: quædã subiecti, vt albedo lactis, & albedo niuis discreta sunt, quia duobus insunt discretis subiectis: altera est discretio formæ, sicut qũ duo insunt vni subiecto, tamẽ vnum alteri idẽ non est: sicut albedo & dulcedo lactis. Oratio igitur discreta est, nõ quidẽ subiecto, quia eodem aere omnes syllabarum percussiones recipiuntur, sed discretæ formæ: nec similiter est discreta in tempore cæli, quia vnico tempore simul duo possunt loqui, quorum sermones simul tempore & subiecto sunt, formæ tamen discreta sunt. 2. Fund. Discretionem esse duplicem.

Aduerte tertiò, In ista voce possumus tria considerare. Id q̃ est eius esse tẽ, scilicet id, ratione cuius est sonus. Secũdò, aliquid q̃ se habet, vt qualitas eius, scilicet q̃ sit acuta, grauis, sonora, rauca. Tertio, est quędã extensio, & velut corpulẽtia ipsius vocis, secũdũ quã vox magna, breuis, æqualis, inæqualis dicitur: & hæc est vocis quantitas, quæ dicitur tempus vocis: vnde quando audis syllabas habere tempus, non intelligas de tẽpore, q̃ dicitur dies, annus, &c. sed de ista intrinseca extensione & vocis dilatatione, quæ maior est in vna, quàm in altera, secundum quod breuis vna, altera longa dicitur. 3. Fund. In voce tria possunt cõsiderari.

Aduerte quarto Oratio dicitur iste numerus horũ tẽporum syllabarũ successiuarũ, & discretarũ: sed maximè cõsidera, q̃ non solum oratio est multitudo temporum horum, sed superaddit temporum diuersitatem, & ordinem: vnde alia oratio est populus pro arbore, alia pro ciuitate: nã illa est ex prima longa, & hæc ex prima breui: simili 4. Fund. Quid sit oratio.

ter alia est species, orationis dñs, alia dñi. In summa, hæc oratio continet omnia carmina, & carminũ genera, & omnes pedes carminum, quæ nõ solùm diuersa sunt in multitudine syllabarum, sed præcipuè ordine, & quantitate: vñ musr, in recto spõdæus est, cũ ex vtraq; longa constet: at in recto singulari trochæus est: quia posterior est breuis, & sic de reliquis. Hæc oratio est iudicio meo numerus musicus, & harmonicus, de quo musica speculatur.

Sub oratiõe quę species est quãtitatis quæ nã cõtineãtur.

Ex his sequitur, hic multo aliter oratiõẽ quàm in lib. Periherm. sumi: hic enim pro vna etiã dictione vocali, illic pro pluribus. Præterea in præsenti impertineus est, quod significet, nã etiam si nõ significet, oratio dicitur: illic autẽ ex necessario vocũ significatio. Præterea in præsenti oratio nõ est ipsa vox, sed quantitas ipsarũ vocum & dictionũ, in lib. verò Periher. oratio est ipsa vox significatiua, ac propterea hic Arist. dixit, oratio, quæ in voce fit: quasi non sit vox, sed vocis quantitas.

Orationem aliter hic aliter in lib. Periher. cõsiderari.

Solutio.

Per hæc patet solutio ad argumentum. Ad replicã dico. Quanuis syllaba sit per se cõtinua, tamẽ quia syllaba nõ per se, sed cũ dictione ordinatur, nõ facit quãtitatis per se speciẽ, sed cũ oõne, quæ discreta est: aut dicendũ est syllabam esse vnitatem in oratione, sicut est vnitas in numero arithmetico.

Ad sextũ. Respon. magnitudinẽ, lõgitudinẽ, & similitudinẽ, aliquando sumi absolutè pro ipsis quantitatibus, vt magnitudo idẽ sit, q̃ quantitas continua, præsertim permanẽs, quo pacto sumitur. 1. cœli c. 1. longitudo idem, q̃ linea: multitudo discreta quãtitas: & tũc magnitudo non opponitur paruitati, nec multitudo paucitati, nec breuitati longitudo: vnumquodq; enim continuum magnũ est, longum est: & numerus quinis est multa. Altero modo sumuntur ista respectiuè, vt vnũ respectu alterius dicatur, & sic opponũtur, tũc enim sunt ad aliquid nec est inconueniens, q̃ res in vno prædicamẽto collocetur, passio verò in alio: vt enim homo est in prędicamento substantię, risibilitas autẽ in qualitate: ita quãtitas est in vno prædicamẽto, istæ autem passiones eius, magnũ, paruũ, æquale, & reliqua in prędicamento ad aliquid sunt.

Ad septimũ est facilis solutio ex his, quæ diximus in prędicamento substantię, vnitas enim, & punctum ad quantitatem pertinent, reductiuè tamen, tanquam principia quãtitatis: vnitas enim est principium discretæ, punctus continuæ permanentis.

Quomodo oẽs mẽsuræ ad quantitatem pertineãt.

Ad octauum dico oẽs mensuras ad hoc prędicamentũ pertinere, non secũdum relationem, per quam ad mẽsurata referuntur, vt dicit Simpli. sed secundum id, quod mensurant, quod quantitas est, & sic sub his speciebus continẽtur, quædam enim sub loco, qui per modum vasis contentiui mensurat, quędã sub linea quæ per modũ longitudinis, quędã sub numero, qui per modũ multiplicationis solũ. Ex his omnibus cuilibet facillimum erit istas species ordinare in tabula aliqua, aduertatq; singula dictorum esse genera continentia multa sub se, numerus enim multas numerorũ species, oratio similiter varias species, & genera continet, idem de linea, quę multas mensuras continet, similiter & de alijs Hæc de quantitate.

Possent quidem multa alia dici, sed hæc sufficiant, ne extra modum limites Logicos transgrediamur, Logicũ agentes. Vide Simplicĩ. de grauitate, an sit quantitas, vt vult Architas.

¶ De his, quæ ad aliquid dicuntur. Caput. VII.

TEXT. 1.

AD aliquid verò talia dicũtur, quæcunque hæc ipsa quę sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad alterum, vt maius hoc ipsum, quod est alterius dicitur, aliquo enim maius dicitur, & duplum alterius dicitur hoc ipsum quod est, alicuius enim duplum

duplum dicitur, similiter autem & alia quæcunque huiusmodi sunt.

2. At verò sunt etiã & hæc ad aliquid: vt habitus, dispositio, sensus, sciẽtia positio, hæc enim omnia, quæ dicta sunt, hoc ipsum quod sunt, aliorum esse dicũtur, vel quomodolibet aliter ad alterũ, & non aliud quiddam: habitus enim alicuius habitus esse dicitur, & sciẽtia, alicuius sciẽtia, & positio alicuius positio, & alia quoque similiter.

3. Ad aliquid igitur sunt, quæcunq; hęc ipsa qnæ sunt, aliorum esse dicũtur, vel quomodolibet aliter ad alterũ, vt mõs magnus dicitur ad alterũ: magnũ enim mons dicitur ad aliquid, & simile alicui simile, & cætera talia similiter ad aliquid dicuntur. Sunt autem & accubitus & statio, & sessio positiones quædã, positiones vero ad aliquid sunt: iacere aũt & stare vel sedere, ipsa quidem nõ sunt positiones, denominatiuè verò dicũtur ab ijs, quæ dictæ sunt, positionibus.

4. Inest autem & cõtrarietas in ijs, quæ sunt ad aliquid, vt virtus vitio cõtrariũ, cum sit vtrunq; eorum vt aliquid: & sciẽtia ignorãtiæ. Non autem omnibus ijs, quæ sunt ad aliquid, insunt contraria. Duplici enim nihil est contrarium, neque triplici, neque vlli talium.

5. Videtur autem & magis & minus ea quæ ad aliquid sunt, suscipere, simile enim & dissimile magis minus dicitur: & æquale & inæquale magis, & minũ dicitur, cũ vtrunque sit ad aliquid, simile enim alicui simile dicitur, & inęquale alicui inæquale. Non autẽ omnia quæ sunt ad aliquid suscipiũt magis & minũ, duplum enim non dicitur magis & minus duplum, nec aliquid talium.

6. Omnia autem quæ sunt ad aliquid, ad conuertentia dicũtur, vt seruus domini seruus: & dominũ serui dominus esse dicitur: & duplum dimidij duplum: & dimidiũ dupli dimidium, & maius minore maius, & minus maiore minus, similiter autẽ & in alijs. Sed casu aliquotiẽs different secundum locutionem, vt scientia scibilis sciẽtia dicitur, & scibile scientia scibile, & sensus sensibilis sensus, & sensibile sensu sensibile.

7. At verò aliquotiens non videbitur cõuenienter ad q̃ dicitur assignetur, spectetis qui assignat, vt ala si assignetur auis, non conuertitur, vt sit auis alę. Nõ enim prius conuenienter assignatũ est ala auis, neq; enim quatenus auis est, catenus ala ipsius dicitur, sed eò quòd alata est, multorũ enim & alorũ alæ sunt, quæ nõ sunt aues. Quare si assignetur conuenienter, conuertitur: vt ala alati ala est, & alatum ala altum.

8. Aliquotiens autem fortè & nomẽ fingere necesse erit, si non fuerit nomẽ impositũ ad q̃ conuenienter assignetur, vt remus si assignetur nauigij, non est assignatio cõueniens, neque enim eo q̃ nauigium est, eo ipsius remus dicitur: sunt enim nauigia, quorũ remi nõ sunt, quare non cõuertitur nauigiũ enim nõ dicitur remi nauigium. Sed fortè cõuenientior assignatio erit, si sic quodãmodo assignetur, remus remigatę rei remus est aut quomodocũq; aliter, nomen n. nõ est positũ, & conuertitur si conueniẽter assignetur, remigatũ enim remo remigatũ est. Similiter aũt & in alijs, vt caput cõueniẽtius assignauit capitati caput, quã si animalis assignetur, neq; enim eo q̃ est animal, caput habet, multa enim animalia sunt capita non habentia.

9. Sic aũt fortasse facillimè quis sumet, quibus posita non sunt nomina, si ab ijs quæ prima sunt, & ijs ad quę cõuertuntur, nomina ponãtur, vt in ijs quæ prędicta sunt, ab ala alatum, à remo remigatũ. Omnia igitur quæ ad aliquid dicũtur, si conuenienter assignentur, ad cõuertentia dicũtur, quoniã si ad quodlibet aliud assignantur, & non ad id, ad quod dicuntur, non conuertuntur.

10. Dico aũt, quoniam neq; eorũ quæ in confesso ad conuertentia dicũtur, & nomina eis posita sunt, nihil cõuertitur, si ad aliquid eorũ quę sunt accidentia assignentur, & non ad id ad q̃ dicũtur, vt

Universidad de Deusto Biblioteca

seruus, si non domini assignetur, sed hominis vel bipedis, vel cuiuscunq; taliũ, non conuertitur, nec enim dici potest, homo est serui homo: non enim conuenieus est assignatio. Amplius, siquidem cõueniẽter assignetur ad quod dicitur, omnibus alijs sublatis, quæcũq; accidẽtia sunt, relicto autẽ solo illo ad q̃ assignatũ est cõueniẽter, semper ad ipsum dicetur, vt si seruus ad dominũ dicitur, circunscriptis omnibus, quæ accidẽtia sunt domino, vt esse bipedem, vel sciẽtiæ susceptibilem, vel hominem, relicto verò solo quod dominus est semper seruus ad ipsum dicetur, seruus enim domini seruus dicitur. Si autẽ nõ conueniẽter ad id, ad quod dicitur, assignetur: circũscriptis omnibus alijs, relicto autem eo solo, ad quod assignatum est, non dicetur ad ipsum: assignetur. n. seruus hominis, & ala auis, & circũscribatur ab homine esse dominum, non sanè amplius seruus ad hominẽ dicetur: cũ enim dominus nõ sit, neq; seruus est. similiter & de aue, si adimitur eam alatam esse, nõ enim amplius erit ala ad aliquid, cùm enim nõ sit alatũ, nec ala erit alicuius. Quare oportet assignare ad id, ad quod conuenienter dicitur. Et si sit nomẽ positum, facilis erit assignatio: si autẽ non sit, fortasse necessarium erit nomen fingere: si autẽ sic assignẽtur, manifestum est: quoniã omnia quæ ad aliquid sunt, ad conuertentia dicuntur.

11. Videntur autẽ ipsa ad aliquid simul esse natura: & in plurimis quidẽ verum est: in aliquibus verò non verum: simul enim duplum & dimidium sunt: & cũ sit dimidium, duplum est, & cùm sit dominus, seruus est, & cũ sit seruus, dominus est, similiter autem his & alia. Simul autem hæc auferunt se se inuicem, si enim non sit duplum, non erit dimidium, & si non sit dimidiũ, non erit duplum: similiter, aũt & in alijs, quæcũque talia sunt.

12. Non autẽ in omnibus his, quę ad aliquid, verum videtur esse simul natura, scibile enim sciẽtia prius videbitur esse nanq; in pluribus prę existẽtibus rebus scientias accipimus, in paucis enim vel nullo quisquã hoc perspiciet simul cũ scibile sciẽtia esse factam. Amplius: scibile sublatũ simul aufert scientiã, scientia verò simul non aufert scibile, nam si scibile non sit, nõ erit scientia, nullus enim erit scientia, scientia verò si nõ sit, nihil prohibet esse scibile vt circuli quadratura si est scibilis, sciẽtia quidẽ eius nondũ est, ipsa verò scibilis est. Amplius animali quidẽ sublato non erit sciẽtia, scibilium verò plurima esse contingit.

Similiter autẽ his sese habẽt ea quæ de sensu sunt: sensibile enim prius quã sensus esse videtur, sublatũ enim sensibile simul aufert sensum, sensus verò sensibile non simul aufert, sensus enim circa corpus & in corpore sunt, sensibile aũt sublato, aufertur & corpus, sensibile. n. corpus est. Cùm aũt corpus non sit, aufertur & sensus, quare simul aufert sensibile sensum, sensus vero sensibile non simul aufert, sublato enim animali, sensus quidẽ auferẽ, sensibile aũt erit corpus vt calidum, dulce, amarum & omnia alia quæcunq; sunt sensibila. Amplius, sensus quidem simul cum sensitiuo, fit simul enim fit animal, & sensus, sensibile verò ante animal, aut sensum est. Ignis enim & aquæ, & alia huiusmodi, ex quibus ipsum animal cõstat, ante sunt, quã animal omninò sit, aut sensus, quare prius sensibile quã sensus esse videbiẽ. 13.

Habet aũt dubitationem, vtrũ nulla substantia ad aliquid dicatur, quemadmodũ videtur, si hoc contingat secundũ quasdam secundas substantias. Nam in primis substãtijs verum est, nam neque tota, neq; partes primarum substantiarum dicũtur ad aliquid. Nam quidã homo non dicitur alicuius quidam homo. neq; quidam bos, alicuius quidã bos. Similiter aũt & partes, quædam enim manus non dicitur alicuius quędã manus, sed alicuius manus: & quoddã caput nõ dicitur alicuius quoddã caput, sed alicuius caput. Similiter autem & in secũdis 14.

substãtijs, atq; hoc q̃dem in pluribus, vt homo nõ dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignũ alicuius ligũ, sed alicuius possessio dicit, in huiusmodi ergo manifestũ est, qm̃ nõ sunt ad aliquid. In aliquibus verò secundis substãtijs habet dubitationẽ, vt caput alicuius caput dicitur, & manus alicuius dicitur manus, & singula huiusmodi quare hæc fortasse ad aliquid esse videbũtur. Si igitur sufficiẽter eorũ quæ sunt ad aliquid, definitio assignata est, aut omnino difficilè, aut impossibile est ostendere q̃ nulla substantia eorũ quæ sunt ad aliquid dicitur.

15 Si aũt nõ sufficienter, sed sunt ad aliquid, quibus hoc ipsum est esse, an aliquid, quodammodo se habere fortasse aliquid contra ista dicetur. Prior verò definitio sequitur quidem oia ea, quæ sunt ad aliquid, nõ tm̃ in ipsis idem est cũ eo q̃ esse ad aliquid, ipsa quę sunt, aliorũ dicantur. Ex his autẽ manifestũ est, q̃ si quis aliquid eorũ quæ sunt ad aliquid, definitè sciet, & illud ad quod dicitur, definitè sciturus est. Manifestũ igitur & ex ipsis est: si. n. nouit aliquis hoc, quod aliquid est (est autẽ esse ijs, quæ ad aliquid sunt, idẽ ac ad aliquid aliquo modo se habere) & illud nouit, ad quod hoc aliquo modo se habet. Si enim nõ nouit omnino ad quod hoc aliquo modo se habet, neq; si ad aliquid hoc aliquo modo se habet noscet. Sed & in singulis palã hoc est, vt si quid nouit quis definitè quod duplum est: & cuius duplum est, mox definitè nouit, si enim nullius definitorũ nouit ipsum duplum esse, neq; si sit duplũ omnino nouit. Similiter aũt & hoc aliqd si nouit quis q̃ melius est, & quo melius est statim definitè necessariũ est nosse. Propter hæc aũt nõ indefinitè hoc cognoscet, quòd hoc est peiore melius: suspicio. n. hæc est, non scientia: non enim adhuc sciet exactè quod est peiore melius: si enim sic accidit, nihil est deterius ipso. Quapropter palam est q̃ necessarium est, si

nouerit q̃s aliquod relatiuorũ definitè & id ad q̃ definitè, necesse est nosse.

Caput verò, & manus, & eorũ singula, quæ substãtia sunt, ea ipsa quę sunt scire definitè possũt: ad quod verò dicãtur non est necessariũ scire: cuius enim hoc caput, vel cuius hæc manus sit, non est scire definitè: quare nõ erũt hæc ad aliquid. Si verò nõ sunt hæc eorũ quæ sunt ad aliquid, verũ erit dicere q̃ nulla substantia eorum est quæ sunt ad aliquid. Fortasse autẽ difficile sit de eiusmodi rebus vehementer asserere, nisi ea sæpe pertractata sint: dubitasse aũt de horum vnoquoq; non est inutile. 16

¶ Cur potius de prædicamento ad aliquid, quàm de qualitate egerit.

NOn parua primo se nobis offert difficultas, cur prędicamentũ hoc qualitati anteponatur, ratio enim dubitandi est: prius est rem esse in se, quã ad aliud compari, sed qualitas conuenit rei secundũ se, relatio verò vt alteri cõparatur, ergo prior est qualitas secundũ naturã: imò Aristot ipse. 5. Metaph. c. 14. quale proposuit, & in diuisione horum prædicamentorum prędicentì. Architas illa ratione motus, vt refert Simpl. quale anteposuit ipsi prædicamento ad aliquid.

Circa hoc aduerte ex Simpli. in his prædicamentis, q̃ duplex est ordo, quidam naturæ, & essentię, secundum quẽ vnum in suo esse, & natura alterũ prædecedit: alter est ordo doctrinæ, secundũ quem vnius cognitio, & doctrina prius traditur cognitione alterius, & vnus prius, alterum posterius docemur. Duplex ordo est in Cato gorijs.

Hoc supposito doctores Louaniẽses, dicunt hic non ordinẽ naturæ, sed doctrinæ solum seruari, secundũ quẽ illa semper prætermittenda sunt, quæ magis priorũ cognitioni necessaria sunt, siue priora sint, siue posteriora. Cõstat autẽ post quantitatem magis necessariã esse relatiuorum cognitionẽ, cum in prędicamento quantitatis longa facta,

Universidad de Deusto Biblioteca

ta fuerit mentio eorũ, scilicet de magno, & paruo, & reliquis, quæ ad aliqd dicuntur. Quam rationem etiam tradit Ammon. huius ordinis, quo ad aliquid præponitur qualitati.

At Simpl. Porph. & Boet. etiam ordinem naturę cum ordine doctrinę seruari insinuã: secundum Arist. quia substantia corporea prius est quãta, quàm qualis, cum quãtitas sit eius passio prima, sed ad quantitatẽ immediatè sequitur esse magnum, vel paruũ, æquale, inæquale, quæ omnia ad aliqd sunt: prius ergo est ad aliquid ipso quali: nec obstat aliquas relationes, & habitudines esse posteriores qualitatibus, scilicet illas, quę ex qualitatibus oriuntur: sat est à toto genere, q̃ natura ipsius ad aliquid in aliquibus præcedat qualitatem, non autem qualitas vlla antecedat quantitatem: prior igitur natura est relatio, similiter & doctrina propter rationem dictam prius.

¶ Ad aliquid vero talia dicuntur quæcunq; hoc ipsum, quod sunt aliorũ esse dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. &c.

1 Caput istud in tres partes diuiditur. Prima continet definitionem quandã eorum, quæ ad aliquid sunt, & ipsius explicationem: quæ definitio communis erat tempore Aristo. imò ipsius Platonis, vt vult Albert. & Boet. quanuis id neget Simpli. Secunda continet quatuor proprietates, quæ secundum talẽ definitionem consequũtur. Tertia proponit vnum absurdum, quod iuxta talem definitionem sequitur, & ea reiecta aliã ponit, quæ maximè relatis conuenit. Similiter quandam ipsorum infert proprietatem.

Nota. Attende autẽ has definitiones generalissimorũ, vt sæpè dixi, non esse proprias definitiones, cum genere & differentia careant, sed descriptiones, quædam sunt, per quas rẽ magis manifestã facimus per ea, quæ clariora sunt.

Nota. Aduerte igitur, accidẽtis duplex esse genus. Quoddã inest subiecto absque alterius subiecti dependẽtia, vt albedo idest niui, calor igni, superficies corpori absq; alterius vllius ordine, & habitudine, & hoc accidẽs absolutũ dicitur. Quoddã accidens inest alicui subiecto cum dependentia alterius subiecti accidẽtis: vt paternitas inest vni homini, dependenter tamen ab alio, cui inest filiatio, simile inest huic albedini, dependenter tamen ab altera albedine, cui inest etiam illa similitudo: tale igitur accidens dicitur respectiuum, & ad aliquid, cuius natura hæc est, vt nõ insit vnum alteri, quin etiam alterum ei correspondens, alteri simul insit. Accidẽtis duplex genus reperiri. Nota.

Ex quo collige rationem tituli huius prædicamenti, dicitur enim in plurali, de his, quæ sunt ad aliquid, & semper Arist. in cap. pluraliter loquitur: cuius ratio est, vt notat Ammoni. & Albert. tract. 1. to. cap. 3. quia nunquam ista singula consistunt, sed semper bina, vnum ad alterum. Nec propter hoc negamus, quin singulariter possit proferri, vt notat Simpl. dici enim potest, pater est ad aliquid, & duplum est ad aliquid: sed ad insinuandam horum naturã, quę sine multitudine esse non potest, pluraliter loquimur.

Per hæc itaque manifestatur Aristo. descriptio. Illa sunt ad aliquid, quorũ hoc ipsum, quot sunt, id est, quorum natura, & substantia est, ad aliud dici, & referri: at quia variè vnũ ad alterũ dicitur, aliquando per habitudinẽ genitiui, vt pater est filij pater, aliquando per habitudinẽ datiui, simile est alicui simili, simile: vel ablatiui, maius est minore maius: aliquando id fit per accusatiuum, aliquando cum præpositione, aliquãdo sine illa, vt dicit Simpli. Propterea dicit Arist. aliorum dicũtur, vel quomodolibet aliter ad aliud scilicet dicuntur. Hæc est omnium explicatio communis descriptionis huius.

Ponit Aristote. exẽpla per varios casus. Maius, inquit, aliquo maius est, duplum

plum etiam alterius duplum est: & alia similiter quæ adinuicem conferuntur. Hæc græcè genitiui habitudinẽ explicant: quamuis latinè sint casus varij.

2. ¶ At verò sunt etiam & hæc ad aliquid, &c.

Prosequitur Aristoteles exẽpla proponere eorum, quæ ad aliquid sunt, ponit autẽ ista, quæ sequuntur, scilicet habitum, dispositionẽ, scientiam, sensum, positionẽ: in quibus notabis hęc quatuor prima ad obiectũ referri. Si enim habitus est, alicuiꝰ obiecti habitus, est similiter & dispositio: differunt enim hoc solo habitꝰ & dispositio, quòd habitus inhæret subiecto, à quo difficilè remoueri potest: dispositio est, quæ facilè remouetur: similiter scientia, & sensus, alicuius obiecti scientia, & sensus, sunt, positio autem refertur & ad subiectum & ad locum: est enim positio habitudo corporis ad locum.

Dub. 1. Dubitabis, vt quid Aristo. non continuauit hæc exempla prioribus, sed quadam interruptione vsus est, dicens (sunt etiã & hæc ad aliquid (Respõ. Ammo. id factum fuisse propter duo. Alterũ est q̃ a priora exẽpla erãt habitudinis genitiui, quibus explicatur illa definitionis pars, aliorũ dicuntur: nunc aũt ista sunt habitudinis aliorum casuũ, quibꝰ explicatur illa altera pars, vel quomodolibet aliter ad aliud. Alterum est, q̃ etiam notat Simpli. ista quæ ad aliquid dicũtur, oriuntur ex multis prædicamẽtis: quædam ex quantitate, vt duplum, maius: quædam ex qualitate, vt sciẽtia, habitus: quædam ex situ, vt positio, & cubatio: & quia exempla priora erant de his, quæ quãtitatem consequuntur, posteriora verò de his, quæ qualitatem, & alia sequuntur, ideo distinxit, & interruptione illa vsus est. Sed potest huiꝰ tertia ratio non spernenda adhiberi, quòd ista definitio Aristot. non est ipsius, sed cõmunis, quam ipse est postea reiectus suscipit tamẽ eam modo explicandam, quia tunc passim circũferebatur: Solutio. at propterea multa secundum hanc infert, & dicit, quæ non tãquam vera, sed tanquã absurda ex tali definitione promanantia recipienda sunt: id quod doctè aduertit Ammo. est autem vnum ex his quod subiunxit, ac si dicat: si ad aliquid sunt, quę aliorum dicuntur ista ad aliquid sunt, scilicet habitus, dispositio & reliqua, quæ tamẽ verè ad aliquid nõ sunt, cũ sint aliorũ prædicamentorum: ac propterea secũdũ talem definitionẽ probat esse aliquid, dum dicit ista dici ad aliud, & nõ aliud quiddã, id est, non habent aliud quicquã, quàm ad aliud dici: sed horũ veritas postea exanimãda est.

¶ Aliquid igitur sunt quęcũque hoc ipsum quod sunt, &c. 3.

Ex manifestatione superiori per exẽpla infert definitionem eandem, velut aliqua ratione probatam: infert etiam eam, vt alijs exemplis habitudines aliorum casuum exprimentibus, declaret, magnum enim ad aliquid dicitur, & simile & reliqua, subiunxit etiam accubitum, stationem, & sessionem esse ad aliquid, & probat, quia sunt positiones, positio verò ad aliquid est: at ipsorum concreta, scilicet sedere, stare, non sunt ad aliquid.

Dubitabis, quare id dicit Aristoteles de concretis. Respondent Ammonius & Simplicius, quia cõcreta sunt alterius prædicamenti, scilicet situ, abstractaverò huius, & posset qs decipi, existimãs etiam ista poni in hoc prędicamẽto, cũ eorum abstracta collocentur. Notãtq; vnũ isti doctores maximè aduertendũ, non semper abstractũ, & eius concretũ ad idem pertinere prædicamentũ, nam locus & tempus sunt in quãtitate, tamẽ esse in loco est aliud prædicamentum, vbi, & esse in tempore, est aliud, scilicet quando, quæ duo prędicamẽta sunt denominatiua ab illis. Dub. 1. Concretũ & abstractũ non semper ad eandem pertinẽt Categoriam.

Dubitabis quare statio, sessio, ad aliquid sunt, non autem sedere, & stare. Dub. 2.

Respōdent etiam isti doctores, quid abstracta non includūt subiectum ipsum sed tātum habitudinem ad illud dicūt, quæ ad aliquid est: at ipsa concreta nō habitudinem, sed subiectū ipsum, & substantiā dicūt. Hæc omnia intellige iuxta definitionē assignatam, an enim ista sint secundū definitionē exactā Aristotelis, quā in fine tradit, postea examinabimus.

¶ Inest autē contrarietas, in his, quę sunt ad aliquid, &c.

Hæc est secunda pars capitis, in qua ea, quę huic prædicamento insunt, Aristoteles ponit, & enarrat: incipit autē à communibus: hæc enim est doctrina, quam ipsemet docet. 1. Physi. cap. 7. vt primum cōmunia, deinde propria tradantur. Conuenit igitur his, quæ ad aliquid sunt, habere contraria: hoc autem exēplis manifestat, virtus enim vitio, & ignorantiæ scientia contraria est: at hoc, inquit, non omnibus, quæ ad aliquid sunt, inest: duplum enim non habet contrarium, nec dimidium, & tamē ista ad aliquid sunt.

Dub. 1. Posset quis nō immeritò objicere: superius enim in quantitatę dixit Aristo. magnum & paruum non esse cōtraria, quia sunt ad aliquid: quo igitur modo hic docet, ea, quæ ad aliquid sunt, esse contraria? nec potest dici, hic loqui de contrarietate largè, vt cōplectitur quācunque oppositionem, sic enim non id diceret, aliqua non habere contrariū, cum cōstet, omnia quæ ad aliquid sunt, relatiuè opponi: loquitur ergo de contrarietate propria, de qua in alijs prędicamentis loquutus est.

Solutio. Aduerte, istos respectus, q̄ ad aliquid sunt, semper esse simul cū alijs accidētibus, absolutis, à quibus procedunt, vt similitudo est cum qualitate, magnum cum quātitate, &c. Vnde dupliciter possunt considerari: vno modo, secundum illos respectę puros & vt ad aliquid sunt & tunc non habent contrarium, & hoc est, quod dixit capit. de Quātitate: altero modo secundum illud accidens, cui copulantur, quod fundamentum vocatur, & tunc si illud habuerit contrariū dicetur istud habere cōtrarium, si verò non habuerit, dicetur istud nō habere, & quia nō omnia accidentia in quibus ad aliquid fundantur, contraria habēt, ideo dicit aliqua habere, nēpe ex illis, quæ in qualitate fundātur: aliqua verò non habere, scilicet illa quę in quātitate innitūtur, ita docet Simpl. & Ammo. & benè, cuius signū est, quod quādo cōtraria assignat, non ponit correlatiua, vt scientia non contrariatur scibili, sed ignorantiæ, virtus non contrariatur ei, cuius virtus est, sed vitio nō ergo vt ad inuicem referuntur, cōtrarietatem habent, sed vt secundum se & in fundamēto sumuntur.

Dubitabis, quomodo in hoc prædicamēto scientiam, virtutem, & alia collocet, cū tamen hæc in quarto prędicamēto cōstituantur. Respondet Ammo. nō id ex propria sentētia fecisse, sed simulanter ad labefactandā illam definitionem, ex qua sequebatur, ista in hoc prędicamēto esse. At verò aliter respon. Simpl. & Boe. in prēsenti, & Alb. tract. isto. ca. 4. quod maximè notandum est: asserunt enim, ista & in hoc prędicamēto, & in alijs esse, nō est enim incōueniens, quod vna res secundum varias rationes, & considerationes, ad varia pertineat prædicamenta: scientia enim, ignorantia, virtus & reliqua, vt secundū se sumuntur, & subiectum ipsum perficiunt, & disponunt, qualitates sunt, & ad quartum prædicamentū pertinent, at vt ad obiectum suū referuntur secundum tales habitudines, & respectus in prædicamento isto collocantur, sed harum opinionum iudicium postea in disputatione proferetur. Dub. 2. Solutio.

¶ Videntur autem magis & minus ea quæ ad aliquid sunt, suscipere, &c.

Hæc est secūda ipsius ad aliquid proprietas, scilicet suscipere magis & minus,

quam exemplari inductione manifestat, simile enim, & dissimile, æquale, & inæquale ad aliquid sunt, tamē suscipiunt magis & minus: vnum enim alio magis est simile, & magis dissimile: æquale, vel inæquale, magis vel minus.

Hic aduerte, quādo audis, ista esse ad aliquid, ne intelligas ista esse ad aliquid adinuicem: aliud enim est, esse ad aliquid, seu quod alij vocāt, relatiua, & esse ad aliquid ad se inuicem, q̄ alij vocant correlatiua: relatiua enim, seu ad aliquid dicūtur plura, quorū singula ad aliud dicūtur, non tamen vnū ad alterū inter se: vt pater, duplū, simile, relatiua sunt, seu ad aliquid, quia dicūtur ad aliud, nō quidem inter se, sed singula ad suum proprium terminum: pater enim ad filiū, duplum ad sudduplū, simile ad simile: correlatiua verò, seu ad aliquid adinuicē dicūtur, quorum vnū ad alterū dicitur, sicut pater, & filius sunt correlatiua, per ista intelliges exēpla numerata esse relatiuorū, sed non correlatiuorum.

QVAESTIO.

An relatio suscipiat magis & minus.

Dub. DVbitatur, an suscipere magis, vel minus, competat relatis, ratione fundamenti, sicut habere contraria: in ratione naturæ propriæ, ita vt in quantum ad aliquid sunt, magis, vel minus susciplant. Hoc dubium est principale, & dignum consideratione, prius tamen sunt explicanda verba, quæ post ista sequuntur: inquit enim Aristoteles non omnibus hoc inesse relatis, duplum enim magis vel minus non recipit.

Ad dubium igitur respondet Albert. tract isto. c. 5. Simpl. Ammo. & Boetius & tandem esse sententia cōmunis, relatiua suscipere magis, vel minus, nō sui ratione, sed fundamēti q̄ si eis objicias, aliqua fundamenta non suscipere contraria, vt quātitas, in qua ęquale, vel inæquale fundātur, nō suscipit magis vel minus, ipsum tamen ęquale, & inæquale magis suscipiunt: Ad hoc nō eodem modo respondent: Boet. enim & Simpl. dicūt ęquale, & inæquale esse passiones quasdā, & qualitates ipsius quātitatis: & quantitas secundū se non suscipit magis, vel minus, sed secūdum has qualitates: iudicio meo, isti doctores hoc sibi volunt, quod relatio non est, quæ magis, vel minus denominatur, sed quantitas per has relationes, quæ qualitates ipsi sunt, quantum enim vnum est magis vel minus inæquale alteri. 3. Opin.

Ista opinio non absoluit dubium, nec respōdet quæstioni, nam eodem modo qualitas non suscipit magis vel minus, sed subiectum per eam: vnum enim est magis alteri simile subiecto per albedinem, & tamen hoc non obstante, asserimus, qualitati à se, & non à subiecto conuenire suscipere magis, esset ergo idē dicendum de relatione.

Alber. tract. isto. c. 5. aliter. respōdet, dicit enim quantitatē aliquo modo suscipere magis, vel minus: vna enim maior, altera minor est, hoc sufficit, vt ab ea relatio æqualis vel inæqualis suscipiat magis vel minus. 2. Opin.

Sed nec hoc plenè satisfacit, nam cū magis & minus in relatione sit intēsiuè, & maius & minus in quantitate sit extēsiuè, videtur non relationi à fundamento, sed à se, id inesse.

Ammonius aliter etiam respōdet, inquit, æquale, vel inæquale nō suscipere ,ppriè magis vel minus, sed impropriè, & abusiuè, quod enim propriè magis & minus suscipit, cū suo contrario miscetur, vt albū, quo magis est cum nigro mistum, minus est album, quo verò minę, magis est album: & ęquale, & inæquale non miscentur illo modo, æquale.n. nihil habet inæqualitatis, nec inęquale aliquid participat æqualitatis, cū ęqualitas cōsistat in diuisibili, à quo recedere est nō amplius esse equale, & inæquale nihil participat æqualitatis, dū inæquale manet, impropriè tamē est, illud magis 3. Opin.

gis & minus, quomodo æquale etiã vocamus, quod nõ multũ distat, ab æqualitate propria. Hæc ex Ammonio.

4. Opin. At si hoc altiùs cõsideramus, inuenie mus Architã, vt refert Simpl. existimasse, suscipere magis vel minus, inesse ipsis relatis, vt relata sunt, & non ratione fundamẽti: vnde Architas ipse nõ assignauit illud, scilicet habere cõtraria in his quæ ad aliquid sunt: posuit tamen hanc proprietatem, scilicet suscipere magis: illa enim proprietas, non relatis à se, sed à fundamento inerat: hæc verò ipsis secundum se competit.

Et hæc opinio probatur argumento iudicio meo, satis conuincenti. Si non suscipit relatio magis vel minus, nisi ratione fundamẽti, sequitur, quoties fundamentũ suscipit magis, & ipsa relatio suscipiet magis & quoties fundamentũ suscipit minus, & ipsa relatio suscipiet minus: & quoties fundamentũ nec magis nec minus est susceptiuũ, nec ipsa relatio suscipiet: sed videmus totũ oppositũ, patet. Sint duo alba, vnum intensum vt octo, alterum intensum vt quatuor. ista sunt similia, tunc sumo similitudinẽ illius, quod est vt octo, & pono quod albedo remittatur, & fiat vt septẽ, tunc similitudo est maior, & illud magis simile: & si fiat vt sex, magis erit simile, & si fiat vt quatuor, multo similiꝰ. Præterea sint duo alba vt quatuor, ista sunt maximè similia: augeatur, & intendatur vnũ & fiat, vt quinque, tunc minus erũt similia, & quo magis vnum intenditur, tãtò in eo minꝰ existet similitudo. Præterea æquale, & inæquale, magis suscipiũt, tamen non ratione fundamenti, quia fundamentum vel non suscipit, vel multo aliter suscipit, scilicet extẽsiuè, in æquale vero intensiuè suscipit.

Respon. sio ad dubium. Propterea existimo esse dicendũ. Dupliciter posse intelligi, relationem suscipere magis vel minus, ratione fundamenti. Vno modo, vt non habeat aliam intensionẽ, nec suscipiat magis vel minus aliter, quã suum fundamentũ: sicut non habet contraria nisi contraria fundamẽti ita, vt nõ illa relationi, sed fundamento contraria sint, vt aliqui intelligũt: & iste sensus est falsissimus, vt argumenta superiora euidẽter probant. Altero modo, quod non suscipiant magis vel minus, per solam sui mutationẽ, sicut qualitates, scilicet, albedo, nigredo & alia, quæ solo sui mutatione intendũtur: at ista intendãtur, & remittãtur per mutationẽ fundamenti aliquã licet nõ sit aptum suscipere magis vel minus, sicut in quãtitate, vbi est maius & maius, fit magis vel minus, æqualis vel inæqualis, ex mutatione quãtitatis: quia vel augetur, vel minuitur: & iste sensus est verissimus, & intentus ab Archita, & Metaphysico dignus.

Patet igitur relationes in se, & secũdũ se, magis vel minꝰ suscipere, non tã sine aliqua subiecti, seu potius fundamenti mutatione, & variatione, nec ista est sicut prima communitas suscipiendi contraria: & hoc doctè aduertit Caietanus, & est maximè memoriæ mandandum.

Dub. 2. Dubitatur, Si relatiua suscipiũt magis vel minus, secundum se, & non secundum fundamẽtum, quæ igitur relatiua non suscipiant magis vel minus: ad hoc dico relatiua quamuis in se magis & minus recipiant, non tamen id fit, nisi aliqua fundamenti variatione comitante.

Solut. Sunt aũt quædam accidentia relatiua, quæ non ex tali fundamento procedũt, sed ex fundamẽto vnico modo inuariabiliter se habẽte, vt duplum, tripliũ, & alia, quæ ex quãtitatibus sic se habẽtibus cõsequuntur, scilicet quod vna alterã bis aut ter adequatè contineat, & tales nõ suscipiũt magis nec minus, qua variatio fundamẽtò ab illa vniformitate destruitur relatio. Quædam alia procedunt ex fundamento, sed non vno modo, & inuariabili se habẽte, vt similitudo ex duobus alibis vtesique se habẽtibus fluit, & in æquale ex quantitate, & ista variato fundamẽto magis vel minus recipiunt.

Dub. 3. Dubitatur præterea, nam hoc pacto æqua

æquale nõ susciperet magis nec minus quia æqualitas oritur inter duas quãtitates indiuisibili modo se habentes, ita vt neutra ab altera excedatur, nec excedat. Respõdeo nõ hic in tanto rigore sumi æquale, sed abusiuè, vt etiã quod accedit ad prorsus æquale, dicatur æquale, & q̃ magis accedit, magis æquale.

¶ Omnia aũt quæ sunt ad aliquid ad conuertentiã dicũtur, &c.

Hæc est tertia proprietas relatiuorum, scilicet correlatiua dici ad cõuertentiam: & diutius immoratur in ista, quã in alijs, facitq; quatuor. Primo eã exẽplis explicat. Secundo ostẽdit, quo modo in ea contingat errare. Tertiò adhibet remedium contra errorẽ. Quartò docet canonem obseruandi, quãdo ad conuertentiã dicantur.

Notab. Aduerte igitur, nõ hic de cõuertentia duorum terminorum æqualiũ, qua ab vno ad alterũ valet illatio, agi, quã aliqui vocant cõuertibilitatẽ, vt notat Alber. tract. isto. c. 6. nec similiter de cõuertentia duarum propositionum, qua ab vna ad alteram, transmutatis extremis, licet argumentari, quæ conuersio vocatur: sed est sermo de mutua illatione qua correlatiua se ita habent, nõ vt vnum de alio prẽdicetur, sed vt vnũ per habitudinẽ ad alterum exprimatur, & ad inuicem conferãtur: quod exemplis manifestat Aristot. seruus est heri seruus, & herus est serui herus: duplum est dimidij duplã, dimidiũ est dupli dimidium. Notatq; Arist. vnum in ista conuertentia, quamuis correlatiuorum habitudo mutua sit, tã non semper secundum locutionem esse eosdem casus: aliquando enim vnum per genitiuum, alterum verò altero casu refertur, vt sciẽtia est scibilis obiecti scientia, scibile autẽ est scientia scibile, vel per scientiã sensus est sensibilis rei sensus, sensibilis verò res est sensu, vel per sensum sensibilis: idẽ in multis alijs euenit.

¶ At verò aliquoties nõ videbitur conuerti, &c.

Hæc est secunda particula, in qua docet istam conuertentiam mutuam definere, qñ nõ est conueniens correlatiorum assignatio, id est, qñ vnum alteri non est, proprium correlatiuum: exemplo manifestatur, ala, & auis, nõ ad cõuertentiam dicuntur mutuo, quamuis enim verũ sit, auis est ala auis, nõ tamẽ ala est alicuius auis ala, quia multa habent alas, quæ tamẽ aues non sunt: hęc autem conuertentia non fit, quia non sunt correlatiua vera, hæc enim sunt, ala & alatum, & tunc est cõuertẽtia, ala est alati ala, & alatum est ala alãtum: nã vespæ, & apes, & formicæ alatæ sunt, non tamẽ aues sunt: patet ergo quoties conueniens assignatio fit, correlatiua dici ad conuertentiam.

¶ Aliquoties autem fortè & nomen fingere necesse erit, &c.

Hæc est tertia particula, in qua docet remedium ad conuertentiã faciendam: multoties enim nõ potest fieri ista nominũ correlatiuorũ assignatio, & ac cõmodatio, ratione defectus nominũ, quia vnum correlatiuum habet quidẽ nomen, sed non alterum: v. g. remus, & triremis: triremis enim remo triremis est, non tamen è contra, remus est triremis remus, cum alia à triremibus remos habeãt: tunc autẽ vult Arist. vt in tali nominum defectu ad conuertentiã assignandã, nomen fingamus, quo aptè correlatiuum explicetur, vt remus est remiti remus. Similiter, inquit, caput, & animal, nõ cõuertuntur: nõ enim animal est capite animal, cũ animalia sint caput nõ habẽtia, vt vermes, cõchylia, cancri, licebit ergo fingere capitatũ, & tunc cõuertentur, caput est capitati caput: capitatũ est capite capitatum. Aduerte Græcè nõ remus est, sed pedaliõ, quod est clauus, seu gubernaculũ, quo nauis gubernatur: Boet. verò transtulit remum, vt similiter, vteretur exemplo in latina lingua, sed nihil refert.

¶ Sic autem fortasse facillimè quis sumat. &c.

Trã-

Tradit regulam, qua modus nomina fingendi ostenditur. Inquit, ab illo nomine, cuius correlatiuũ assignandum est, esse sumendũ denominatiuũ cõprehendens omnia, quæ illud nomẽ participãt. Verbi gratia, volo assignare correlatiuum capitis, q̃ nõ est impositum, tũc à capite sumendum est denominatiuum, scilicet capitatum, q̃ omnia ea, quæ capite prædita sunt cõprehendat: idẽ in alijs obseruandum est: ex quo infert, omnia ad aliquid dici ad conuertẽtiam, si eorum fiat conueniens assignatio. Hæc omnia exẽpla vult Ammon. non esse ex propria sententia, sed ex aliena ad repellendã illorũ definitionem, ex qua ista sunt ad aliquid, caput, manus, clauis, quæ tñ substãtiæ sunt: & probat Ammon. ista verè nõ esse ad aliquid, quia eorum, quæ ad aliquid sunt, vno destructo alterum non consisti, at manus, caput, & reliqua abscissa ab eo, cuius sunt, & dicuntur manus, & caput. Sed posset respõderi Ammõ. ista æquiuocè iam dici caput & manus, vt docet Arist. 2. de anima. c. 1. & lib. 1. de partibus. c. 1. de hoc tamen dicetur postea.

10 ¶ Dico autem neq; eorum, quæ indubitanter. &c.

Hæc est quarta particula, in qua Aristot. ostendit nõ solum nõ fieri conuertentiam, qñ defectu impositionis nominum non fit conueniens correlatiuorũ assignatio, sed etiam non fieri, quando etiam si nomina imposita sint, tamẽ nõ assumitur nomen, talem habitudinem explicans: verbi grãtia. Si quis dicat pater est, ergo hominis pater est, non valet, non quia nomẽ correlatiui deficiat, sed quod non assumatur: illud nomen, secundum quod verè est relatio scilicet pater est filij pater: in quo docemur in conuertentia nõ solum correlatiua, sed etiam nomina ipsa talẽ correlationẽ significantia esse sumẽda, quæ si sumãtur, in omnibus erit cõuertẽtia.

Nota. Subiũgitq; rationem ad obseruandũ an fuerit recta correlatiui assignatio. Pro cuius declaratione, aduerte, q̃ sicut in re vna multæ aliæ coniungũtur, ita etiam varijs, vnum, & idem, nominibus significatur singula aũt illud significant ab vnica speciali ratione, & forma, quæ in illo est, idẽ enim dicitur homo animal, albũ, pater, legens, & reliqua. Ex quo sequitur, q̃ vnũ correlatiuum posset multis nominibus assignari, ductis ab ijs, quæ in eo sunt: v. g. pater est filij pater, & filius est hõ, hominis pater, colorati pater, studentis pater, tamen non omnia illa explicant rationem secũdum quam refertur pater, nisi filius: & propterea ab Arist. omnia illa, accidentia vocãtur, non quòd omnia accidentia sint, sed quòd accidant, & non sit de natura relatiui.

Canon autem est hic ad cognoscendum quod si verè inter illa correlatiuũ: obseruãdum est, an si omnia alia remouerẽtur, & illud solũ superesset, dicerẽtur adhuc ad aliquid, & esset conuertẽtia: quando enim id fit, est correlatiuũ, qñ verò non correlatiuũ non est: verbi gratia, pater est filij pater: si volumus ergo cognoscere, an filius sit verè correlatiuum, obseruare oportet, an remoto à filio, quod sit homo, quod sit albus, quod sit bipes, manente hoc, q̃ filius sit, adhuc pater conuerteretur: & quia ita est, est verum correlatiuum, tamen pater est hominis pater, & homo non est correlatiuũ: quia remotis omnibus alijs ab homine, scilicet quòd sit filius albus, & reliqua, non conuerteretur pater. Hæc, exẽplo, de domino & de alia manifestat Aristotoles.

¶ Videtur autem ad aliquid simul esse natura, &c. 13

Hæc est quarta proprietas eorũ, quæ sunt ad aliquid, vt sint simul natura, & vnum absque altero minimè possit existere, vt duplum non est sine subduplo, nec pater sine filio. Aduerte ex Aristo. cap. 13. horum prędicamentorum duo esse necessaria, vt aliqua sint simul natura. Alterũ, vt ab vno ad alterum mutua

tua sit consequentia, quantum ad eorũ existentiam: vt si pater est, erit etiam filius. Alterũ, vt neutrũ sit causa alterij: defectu prioris, homo, & animal non sunt simul natura: nec vniuersaliter inferius & superius: defectu verò posterioris, sol, & lux non sunt simul natura, qa sol est causa lucis, vtraque tamen hæc in correlatiuis obseruãtur, valet enim, ab vno ad alterum: & vnum alterius nõ est causa.

Dubiũ. Dubitatur: Pater & filius, causa & effectus sunt correlatiua, tamẽ vnum est ante alterũ, & vnũ est causa alterius: pater enim est ante filium, & causa est causa effectus: ergo non sunt simul natura.

Duo quædã in relatis reperiri. Pro hoc nota, duo esse in his quę ad aliquid sunt: alterũ est ipsa forma relationis, secundũ quam ad aliud sunt alterũ ipsum fundamentum, & subiectũ, cui talis relatio inest, & ipsum denominat. Igitur secundũ relationis formam nullũ relatiuum antecedit suum correlatiuũ nec eius est causa: non enim est prior relatio paternitatis, nec prij aliquid dicitur pater, quã relatio filiationis, & quã aliquid dicatur filius, nec similiter vnũ est alterius causa, cũ sit mutua vtriusq; dependentia à se inuicẽ: & hoc est quod hic docet Arist. At secundum fundamẽtum, & subiectum nihil vetat, quod vnũ sit prius altero, & causa eius, vt argumẽtum probat, ille enim homo qui pater dicitur, antecessit hominem, qui filius est. Similiter & res, quæ est causa, præcessit rem, quę est effectus, non tamen prius fuit pater, & prius fuit causa, quã fuerit filius, & quã fuerit effectij: ita docet Ammon. & benè, & Albertus tract. isto. c. 7. inquit relatiua esse simul natura, idest, formã ralationis: nam secundũ naturam eorum, quæ referũtur nõ sunt simul. Simpl. cũ Archita asserit, relatiua esse adinuicẽ sibi causas, vt pater est causa: vt sit filij, & filij causa vt sit pater: tamen diximus iam est Arist. correlatiuorum vnum non esse alterius causam, quamuis & illud sit probabile.

¶ Non autem in omnibus relatiuis verum videtur, &c. 15

Hanc correlatiuorũ proprietatẽ non vniuersalẽ, esse cõtendit, manifestatq; duplici instantia, aliqua correlatiua nõ esse simul natura. Primò in scientia, & scibili, quæ correlatiua sunt, tamẽ scibile est prij scientia q̃ probat dupliciter. Primò, quia à rebus ipsis præexistẽtibij scientiæ acceptæ sunt, ergo res scibiles præcesserũt scientias. Secũdò, scibili ablato aufertur scientia, & scientia ablata non tollitur scibile, ergo nõ sunt simul. Consequentia est certa, ex hoc, quod diximij, simul natura esse simul existẽtia. Antecedens dupliciter ꝓbatur. Primò q̃ ablato scibili auferatur scientia: scientia nõ potest esse sine obiecto, sed ablato scibile aufertur obiectũ, ergo sine scibili nõ est scientia. Secundò verò q̃ ablata scientia non auferatur scibile, patet primò, qa multa scibilia sũt, quorũ scientia nondũ est inuẽta, quadratura enim circuli apud Geometras scibilis est, tamen nõdum eius est scientia. Præterea scientia auferri potest ablato homine, in quo est scientia, sed etiam si homo non esset, manerent multæ res scibiles: non ergo scientia aufert scibile, & sic simul natura non sunt.

Circa hoc aduerte verba Aristotelis, inquit enim: A rebus ipsis iam existentibus scientias accepimus, in paucis enim aut in nullis res scibilis, & scientia simul sunt. Posset esse dubium de sensu horũ verborum. Boet. inquit hic loqui Arist. de scientia, qua res impossibiles & imaginarias cognoscimus, hæc enim cognitio simul est cũ re cognita, nec fuit res scibilis ante scientiam: sed quia istę scientiæ sunt raræ, & improprię, propterea dixit (in paucis aut in nullis) Hæc ratio est etiam Ammon. & Simpl. Dub.

Aliam etiam huius declarationẽ affert Ammo. & Alber. tract. isto. c. 7. pro quo aduerte, id quod in quæstione quadã proœmiali diximij scientias esse in duplici genere. Quædã sunt speculatiuæ, per

per quas solum res cognoscimus, & hæ sunt posteriores rebus, quia à rebus sunt præ, sunt. Quædã aliæ sunt scientię practicę, per quas non solum res cognoscimus, sed etiã eas operamur, & illæ sunt priores rebus scibilibus, cum sint ipsarũ causę: propter has, inquit Ammo & Alber. dixit Arist. in paucis scientiam, & scibile esse simul: at quia aliquo modo in practicis etiam res præcesserunt, propterea dicit (in nullis.)

Sed dices, Scientia practica prior est rescibili, non ergo est scientia & scibile simul hic sunt. Respondent, sumendũ esse scibile per intellectum, ac si dicat, si mul fuit scientia: verbi gratia, scãni, cũ ipso scamno faciendo cognito. Aliã huius interpretationẽ addit Simplicius, hic loqui de scientia intelligentiarum, quæ simul est cum ipso scibili, quælibet enim se cognosci tanquã scibile: quæ cũ paucæ sint, & à multis negatæ, propterea dicit (in paucis aut in nullis.) Quælibet harum interpretationum est bona, sed non parua in hoc, & sequenti exemplo est difficultas, quam in disputatione elucidabimus.

13. ¶ Similiter his sese habẽt ea, quæ de sensu sunt, &c.

Altera instantia manifestat Arist. nõ omnia correlatiua simul esse: hæc autẽ est de sensu, & sensibili, quę correlatiua sunt tamen simul non sunt. Probatur. Sẽsibili ablato sensus aufertur, sed sensu ablato, nõ auferẽ sensibile: ergo nõ sunt simul, sed vnum est altero prius. Loquitur autem hic de sensibili passiuè, pro eo quod sentiri potest.

Natab. Sensus omnes in corpore tãquã subiecto existere

Probatur antecedens dupliciter. Pro cuius declaratione aduerte, sensus esse in corpore, vt in subiecto, visus enim est in oculo, auditus in aure, & reliqui in corpore subiectãtur, & circa corpora sunt tãquã circa obiectũ, q̃ enim sentimus, corpus est, vnde & corpus est sensibile. Sẽsus tũ quãuis in corpore vt in subiecto sint, nõ tamẽ in quocunq; sed in corpore animalis: quamuis corpus, q̃ sentitur, sic non solũ animal, sed etiam alia omnia, vnde corpus quod sentit, animal est, corpus sensibile, id est, quod sentitur & animal, & alia corpora sunt.

Est modo primum argumentũ. Ablato sensibili aufertur quodcunq; corpus, & animal: sed ablato animali aufertur sensus ergo de primo ad vltimum, ablato sensibili aufertur sensus, nõ tamen è contra, ablato sensu aufertur sensibile: nã ablato animali, auferẽ sensus tamen ablato animali, non propterea auferuntur reliqua corpora quę sensibilia sunt. Vis huius rationis hæc est. Ablato superiore aufertur inferius, & eius proprietas, non tamen ablato inferiori aufertur superius cũ proprietate, sed sensus est passio animalis, quod est inferius corpore, cuius corporis passio est sensibile, ergo ablato animali cũ sensu nõ aufertur corpus cũ sensibili, his verò ablatis, auferũtur illa, ergo nõ sunt simul. Posterior ratio est. Sensus nõ est, nisi quãdo animal est, sed ante animal, sunt illa, ex quibus animal fit, scilicet elemẽta, quæ sensibilia sunt, ergo sensibile est prius sensu. 14

¶ Habet autem dubitationem, vtrum nulla substantia ad aliquid dicatur, &c.

Ista est tertia capitis pars, in qua Aristoteles mouet dubium quoddã ad ostendendam insufficientiã definitionis prioris. Dubium autem est, vtrũ nulla substãtia sit ad aliquid. Circa quod diuidit substantiam quadrupliciter, in primam & secundam, in partes primæ, & in partes secundæ substantiæ: verbi gratia, homo quidam homo, caput, quoddam caput quo supposito docet primas substantias, & earum partes ad aliquid non dici: non enim dicimus, quidam homo, est alicuius quidam homo, nec quoddã caput, dicitur alicuius quoddam caput: sed tantùm alicuius caput. Similiter id etiã manifestum est in secundis substantijs: homo enim non dicitur alicuius homo nisi per modum possessionis, quo pacto dicitur, equus alicuius est equus, sed tũc non referitur vt substantia, sed vt res possessa

sessa: at de partibus substantiarũ, secũdarum est ambiguum: nam videtur ad aliquid dici, caput enim alicuius est caput, & manus alicuius est manus. Ad quod respondet Aristot. secundum definitionem præcedentem sequi, illas esse ad aliquid necessario, cum ad aliud dicantur: quod tamen absurdum iudicat cum tales partes substantiæ sint, vt superius dictum est.

15 ¶ Si autẽ non sufficienter, sed sunt ad aliquid. &c.

Hic suam definitionem proponit, secundum quam nulla substãtia ad aliquid est, definitio verò talis est: ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum est esse ad aliquid aliquo modo se habere, id est, quorum natura est ad aliquid, aliquo modo se habere.

Discrimen posterioris & prioris definitionis relatorum.

Est autem discrimen inter hãc & illam definitionem: hæc enim dicit naturam eorũ quæ ad aliquid sunt, esse ad aliud se habere: illa aũt dicit, ad aliquid esse, quæ dicuntur ad aliud. Possũt aũt multa ad aliud dici, & cum alio conferri, quæ tamen non secundum naturam suam sunt ad aliud: possumus enim hominem cum alio conferre, homo tamẽ secundum naturam suam ad aliud non est: quæ igitur verè ad aliquid sunt, secundum naturam ad aliud sunt: cũ igitur partes substantiarum secundũ naturam substantiæ sint, & ad aliud non sint, non pertinent ad aliquid.

Ex qua definitione Arist. vnicũ corollariũ infert, scilicet vnũ relatiuũ definitè nõ posse cognosci, quin alterum correlatiuũ definitè cognoscatur: q̃ dupliciter probat. Primò, ratione ex definitione sumpta: nã natura eorum, quæ ad aliquid sunt, est ad aliud: ergo nõ cognoscitur natura talis, quin cognoscatur illud etiã aliud, ad q̃ refertur. Probat secũdo inductione exẽplari, vt de duplo, & alijs: si quis.n. cognoscat determinatè aliquod duplum, & determinatè cognoscet dimidium, cuius est duplũ. Similiter si quis cognoscit aliud esse melius determinatè, necesse esse cognoscat id quod eo deterius est. Nec satis est, ad cognoscẽdũ, hoc esse melius, cognoscere aliqd deterius esse in communi, & indeterminatè, sed cognoscere debet certo hoc ipso esse deterius. Põt enim esse q̃ aliqd sit deterius, sed non illo deterius. Propterea si determinatè hoc melius esse cognoscere debemus: oportet, vt id determinatè, q̃ illo deterius est cognoscamus. Nec sufficit cognoscere deterius in cõmuni, ista enim est cognitio cõfusa, & opinio: põt enim esse aliquid deterius, sed non illo.

Dubiũ. 1. opini. Dubitatur, quid est definitè cognoscere relatiuũ? Auer. Albert. & S. Tho. existimãt definitè cognoscere, esse, cognoscere per definitionẽ quidditatiuã, vt sic sensus, qui quidditatiuè vnum relatiuum cognoscit, & correlatiuum necesse est quidditatiuè cognoscat: hæc doctrina vera est, sed non admodum ad mentem Aristotelis.

2. opini. Potius dicendum est cum Boet. definitè cõgnoscere, esse determinate & particulariter cognoscere: v.g. duplũ dupliciter cõsideratur. Vno modo in cõmuni, vt duplũ est, & tũc qui duplũ cognoscit, satis est cognoscat dimidiũ in communi. Altero modo potest cognosci duplũ aliquod particulare, scilicet hoc duplum, quod est octo ad quatuor: & tunc vt cognoscamus octo esse duplũ, quod est determinatè cognoscere & definitè, non satis est cognoscere dimidiũ in cõmuni, sed quatuor esse huius dimidiũ: & vt vtamur exemplo Arist. quod non bene à multis intelligitur. Vt magis, seu melius determinatè cognoscatur, scilicet, hoc melius, nõ satis est cognoscere deterius in communi, nã ex cognitione deterioris in cõmuni scilicet aliquid est deterius, nõ cognoscitur hoc esse melius, nisi cognitione incerta, & opinatiua. Oportet.n. cognoscamus definitè illud deterius q̃ illo melioris est deterius, aliter.n. esse cognosci deterius in communi, & si nullum sit in parti-

Universidad de Deusto Biblioteca

16 particulari deterius illo, profecto illud non dicetur melius. Hanc interpretationem valde considerat.

¶ Caput verò & manus & eorum singula. &c.

EX hac proprietate relatiuorũ necessario colligit partes substantiq ad aliquid non esse. Patet, nam manũ, & caput definitè cognoscere possumꝰ, vt tamen nõ cognoscamus particulariter & distinctè ea, quorum tales partes sunt: possumus enim caput animalis cuiusdam caput esse cognoscere, vt illud animal tamen non cognoscamus: præsertim quando caput videtur, occulto animalis corpore, vel cũ animalis species incognita est, tunc enim caput etiã vniuersaliter cognoscitur ignorata specie illa, cuius caput est.

Ex quo dissoluitur dubium, scilicet nullam substãtiam esse ad aliquid. At quia illa definitio prior communiter recepta erat: hęc autem nouiter inducta, non probata, inquit. Arist. difficile esse in his maximè obscutis, & receptis quicquam asserere absque probatione: tñ saltẽ recipiatur ita per modum dubitationis: nõ enim parũ est vtile in illis benè dubitasse, atque hęc circa textus interpretationem.

QVAESTIO I.

¶ Vtrum ad aliquid sit speciale genus entis.

POst textus interpretationẽ, vt moris est, ea, quę grauiora dubia sunt, & quę magis naturam, eorum quę consideramus, aperiunt, tractabimus. Ac primò circa ipsum ad aliquid. Posterius circa dubia ex dubia ex verbis Aristo. & sensu procedentia, versabimur.

Est igit̃ prima quæstio. An sicut substantia est quoddã entiũ genus ab omnibus alijs distinctũ, & similiter quantitas est aliud genus, qualitas, & reliqua, ita sit ipsũ ad aliquid, de quo diximꝰ.

Argum. in cõtrarium. Videbitur aũt genus aliquod nõ esse, ꝓpter rationes sequentes. Prima, id q nunquã per se sumitur, sed cũ varijs, imò omnibus rerũ naturis cõiunctũ, & cõmixtũ, nõ facit per se vnũ genus, sed huiusmodi est ad aliquid: ergo non est vnũ distinctum ab alij, genus maior est nota, cũ cõsequentia: minor probatur, qa relatio modò est cũ quãtitatibus, vt æquale, magnũ, duplũ: modò cũ qualitatibus, vt simile, dissimile: modò cum actionibus, vt pater, causa: modò cum alijs, ergo nũquã per se est. Secũdo. Id q nõ est in rebus, sed solum habet esse per intellectus operationẽ, nõ ptinet ad genus aliquod entis, quia hic cõsiderãtur entia realia, quæ habent esse prẽter operationẽ intellectꝰ, vt substãtia, quãtitas, & reliqua. At ipsum ad aliqd nõ est in rebus, nisi per operationẽ intellectus: ergo nõ est inter ea, quæ sunt genera entis. Minor patet, qa similitudo, ęqualitas, & reliqua, non videntur aliud habere esse, quã per operationẽ intellectus cognoscentis, & vnũ alteri cõparantis. Tertio. Omne q est, vel est subiectũ, q est substantia: vel est in subiecto, q est accidens: sed ad aliquid nec est subiectũ, cùm non sit substantia, nec est in subiecto, cum relatio, vt relatio non sit in alio esse, sed ad aliud esse: ergo nec accidens, nec substãtia, & ita nõ est entis genus. Quartò. Genus omne habet differentias, species, & genera subalterna; sed istud ad aliquid hęc nõ habet, ergo non videtur esse genus: nec enim apparent species, nec differentiæ, nec has explicat Aristoto. non ergo est genus aliquod entis peculiare distinctum ab alijs.

1. Argu. 2. Argu. 3. Argu. 4. Argu.

Circa hãc difficultatẽ fuit antiquorum opinio ante Aristo. & Platonẽ, cuius meminit Auer. 5. Met. com. 20. quã Alb. c. 1. huius tract. adscribit Zenoni. Hi existimabãt, ad aliquid nõ esse peculiari aliquod genus, sed multis mistũ & ex varijs congestũ, quorũ rationes superiꝰ aliqua ex parte in principio proposuimꝰ. Altera fuit opin. Arist. & Platonis, & reliquorũ omnium, ad aliquid esse

1. opini. 2. opin.

esse vnum quoddam genus ab alijs omnibus distinctum, & diuersum.

1. funda. Pro horũ declaratione ne per ignota procedamus, erit primũ fundamentum hoc. Quẽadmodum ab hac intrinseca proprietate, quæ est per se esse, omnis substantia in vniuersum dicitur substãtia: ita similiter ab hac intrinseca ꝓprietate, scilicet esse in subiecto, quæ dicitur inhærentia, omne accidẽs dicitur accidẽs: & sicut omnis substãtia per se est, ita omne accidẽs in subiecto est & inhæret. Accidẽtia tñ dupliciter inhærẽt, & in subiecto sunt: quædã insunt in subiecto, ita vt nõ ordinẽt subiectũ ad aliquid aliud extra ipsum subiectũ, vt albedo, & quãtitas, insunt subiecto, non tamẽ vt ipsum ordinent ad aliquid extra se: & ista accidentia dicũtur purè absoluta. Quædã alia insunt in subiecto, ita vt ipsum per se ordinẽt ad aliquid aliud extra ipsum, vt sciẽtia inest animæ, vt cognoscat per eam res alias similiter potẽtia visiua inest oculo, vt ipse oculus alia extra se videat: & ista accidentia dicuntur relatiua.

Accidẽtia dupliciter inhęrent subiecto

Accidẽtia relatiua duplicia sunt.

Hæc autem sunt in duplici differentia. Quædam enim sic insunt subiecto, & ordinãt ipsum ad aliud, vt tota eorũ natura nõ sit ordinare ad aliud, sed ipsum subiectũ in se afficere, & disponere: sicut sciẽtia inest quidẽ animæ, vt intelligat, tamen scientia natura præcipua nõ est ad aliud, sed ipsam animam perficere, & disponere in se: similiter habitus, potẽtia, & alia multa: talia accidẽtia dicũtur relatiua secundũ dici. Quędã alia, sic ad aliud subiectũ ipsum ordinãt, vt eorum tota natura, vt talia sunt, sit ad aliud subiectũ ipsum afficere: vt paternitas, & alia, quæ dicuntur relatiua secundum esse.

Hæc autẽ relatiua secundũ esse, dupliciter sumuntur: vno modo, vt sunt in ipsis rebus: altero modo, vt à nobis cognoscuntur, scilicet qñ vnum alteri cõparamus. Ista aũt relatiua: vt in rebus sunt, dicuntur ad aliquid, quod nomen Plat. primus, vt dicitur, imposuit: vt verò à nobis cognitæ sunt, dicũtur magis propriè relationes, quia intellectꝰ nũ alteri confert, & vnũ ad alterũ refert: quanuis etiam inde tractum nomẽ, accipiatur quoque pro illis, vt sunt in rebus: vt autem in intellectu sunt, dicuntur relationes conceptæ.

Ex his omnibus vnũ infertur, quod valdè memoriæ mandandũ est, accidentia nõ dici relatiua, nec secundum esse nec secundum dici per respectũ ad subiectum, sic enim omnia essẽt relatiua, cùm omnia subiecto insint, sed dicuntur relatiua, per id, ad quod subiectum ipsum ordinãt, quod dicitur terminus. Vnde multa sunt accidentia, quę nec secundum dici, nec secundum esse, relatiua sunt: cum subiectum ad aliquid extra se non ordinent.

Accidẽtia quo nam respectudi cantur relatiua

2. funda. Sit secundũ fundam. Hæc est natura eorum, quæ sunt ad aliquid, vt nunquã insint subiecto, nisi medio aliquo accidenti absoluto & simul coexistẽte alio accidẽti insit relatio alterius subiecti. Vnde ad relatiui existentiam tria necessaria concurrunt. Primum, subiectũ ipsum, cui inhęret, quod ab aliquibus dicitur fundamentũ remotũ. Secundũ est illud absolutũ accidens, ratione cuius inhęret, quod dicitur fundamẽtum propinquum. Tertium illud accidẽs alterius subiecti, in quod relatiuũ terminatur, q dicitur terminus, siue correlatiuum: quod quidẽ est eiusdem rationis cũ altero, habet enim & fundamentum & subiectũ, & illud etiã alterũ vt terminũ, eũ inter vtrunq; sit mutua habitudo: v. g. sunt duo alba vnum alteri simile, similitudo vnius inest corpori vno: vt subiecto, media albedine, vt fundamento, & dependet ab altera similitudine, vt à termino: hęc pariter similitudo inhæret alteri corpori, vt subiecto, media eius albedine, vt fundamento, & ab illa similitudine, priori tanquã termino vicissim depẽdet, ex quo fit, vt cũ relatio, & à termino, & fundamẽto,

& à subiecto dependeat necessario, horũ quolibet destructo, & ipsa destruat.

Vnde similitudo vnius albi, pōt tripliciter perire, & recedēte altero simili, & ipso corpore destructo, & ipsa etiã albedine mutata: quãuis nō sit hoc vniuersaliter verum de fundamentis, nisi quando fundamenta sunt permanētia, in successiuis enim non valet, vt fundamentũ paternitatis est generatio, quæ transit manente paternitate.

Hic tamẽ vnũ est maximè considerãdum: relationes nō ab omnibus his tribus æqualiter dependere: relatio enim duo habet, alterũ, vt accidēs est, & hoc est subiecto inhærere: alterũ, vt tale accidēs est. s. relatiuũ, & hoc est ad aliud esse: vt accidens est, à subiecto suo necessariò dependet: vt relatio est, à termino. Vñ Gilbert. dicebat relationem vt relationē nō habere esse infixã, sed affixã, id est, ad aliud fixũ, ratione verò vtriusq; à suo fundamēto depēdet. Verbi gratia, similitudo dependet ab albedine, & vt accidēs est, ita similitudo, qa verè nō inhæret subiecto nisi albedine interueniente: & similiter, vt ad aliqd, & relatio est, ab illa dependet, quia talis similitudo non esset, nisi à tali albedine. Et hinc est, vt diximus, q̃ variatis fundamentis, ipsæ etiam in se variãtur relationes, vt maximè patet in his relationibus, quę consequũtur quantitatem, vt duplum, triplum, in quibus fit mutatio ex variatione fundamenti. Hoc dixerim vt maximè attendamus fundamenta, ad distinguendas relationum naturas, quæ ab eis per se pendent, tanquam à causa intrinseca,

3. funda. Tria esse in cōmuni fūdamenta omniã relationum.

Sit tertium fundam. Fundamenta harum relationum sunt tria in cōmuni. Primum est quantitas, supra quã fundatur æquale, inæquale, & omnes proportiones Arithmeticę, Geometricæ, & Mathematicarum aliarũ, similiter omnes relationes temporis & loci. Aliud fundamentum est qualitas, supra quã fundatur simile, dissimile, amicus, inimicus, &c. Tertium est actio, & passio qua fundatur, pater, filius, causa, effectus, & alia multa.

Hæc autẽ est triplex: quædam enim actio est naturalis, vt generatio, productio, deniq; omnis illa, quæ à natura procedit: quędã est artificialis, quales sunt actiones artificũ: quędam verò sũt mentis, vt cognitionis, appetitus circa res. Supra primas fundatur pater, filiq, causa, effectus naturalis. Supra secundas, oēs relationes & habitudines, quę inter artificiata reperiũtur. Supra tertias, oēs Logicæ & aliæ multæ, vt esse genus, speciẽ, esse magistrum, discipulum, doctorem, lectorem, & reliqua.

Sit quartum fundamentum. Relatio in cōmuni duplex est, quædam realis, quædã rationis, realis est relatio existens in rebus absq; operatione intellectus, per quam vnũ ad aliud est: vt paternitas, quæ est in aliquo homine sine aliqua intellectus operatione, per quã ad filium refertur: contra relatio rationis est, quæ nō est in rebus, nisi per operationẽ intellectus, vt animal dicitur genus respectu speciei, sed talis relatio generis non dicitur nisi per operationem intellectus.

4. funda. Relatio alia est realis, alia rationis.

Iterũ relatio est duplex: quædã mutua. quædã nō mutua. Mutua est, quando ex parte vtriusq; extremi correlatiui est realis vel rationis: v. g pater refertur ad filium per paternitatem, quæ est relatio realis: similiter & filius refertur ad patrẽ per filiationẽ, quæ etiã est relatio realis. Item genus ad speciẽ refertur per relationẽ generis, quę est relatio rationis, & species refertur per speciei formã, quę pariter est relatio rōnis: relatio nō mutua, est q̃n ex parte vnius extremi est relatio realis, ex parte alterius verò non est, nisi rōnis: v. g. nos referimus ad Deum per relationem realem: & Deus ad nos per relationẽ rationis: quia nos sumus realiter serui Dei relatione in nobis existente: at ipse dominus noster dicitur, nō quia habeat in se aliquod accidēs reale, per quod dicatur dominus, sed quia cognoscimus, & comparamus eum ad nos, qui sumus sui. Similiter sciẽtia refertur realiter ad scibile, scibile verò nō, nisi per intellectus operationem.

Relatio alia est mutua, alia non mutua.

Iterũ relatio est duplex, quędã ęquiparãtię, quædã disquiparantiæ. Aequiparantiæ est, quando denominatio est eiusdem rationis in vtroq; correlatiuo: vt similitudo, quæ est inter duo alba, secundũ quãvnum alteri dicitur simile, & etiam alterum ei dicitur, eodem modo simile. Disquiparantiæ est, quãdo est diuersa denominatio in vtroq;, vt paternitas, & filiatio, duplum, subduplum. Ammo. vocat relatiua vniuocationis, ęquiparantiæ relatiua, & disquiparantia, vocat relatiua ęquiuocationis.

Relatio alia est æquiparãtię alia disquiparãtiæ.

Tamen summo operè aduerte non solùm dici relatiua æquiparãtiæ, quia est eadem in vtroque denominatio, sed etiam, quia fundamentum est eiusdẽ rationis in vtroque: vt vnum simile, alteri dicitur simile: quia est in vtroque fundamentum eiusdem rationis, scilicet quia vtrũque est album, vel nigrum: relatiua verò disquiparantiæ, habent fundamẽtum diuersæ rationis, vt pater supra actionem, filius supra passionem fundatur: similiter duplũ super totũ aliquod, subduplum supra partem similiter mediatè fundatur.

His suppositis fundamentis sit prima cōclusio. Nō omnis relatio est rationis, sed sunt multę relationes reales in rebus existentes præter operationẽ intellectus. Hæc cōclusio est cōtra antiquos illos ante Aristot. & Plato: em, qui nullam in rebus relationem constituebãt, sed tantũ adinuicem res per intellectũ referri: cuius oppositũ docet Arist. & Averro. 12. Meta. com. 19. & eandem etiã ipsorum opinionem arguit Ammon. in præsenti. Hæc autem conclusio non solùm veritati naturali est conformis, sed maximè deseruit Theologicę veritati secundum quam relationes in diuinis reales collocantur, quãuis hæ, aliq̃ sint ab his, quę in hoc prędicamento ponuntur.

Relationes quædã sunt in rebus absq; operatione intellectus.

Et probatur cōclusio. Seclusa operatione intellectus vnum album magis cũ altero albo, quã cum nigro conuenit: & pars ad totũ vnũ magis, quàm ad aliud accedit, ergo seclusa intellectus opera, est similitudo inter illa, quæ relatio est: imo in vniuersis rebus hoc experimur, quod quædam magis, quædã minus inter se conueniunt, & mutuò se afficiũt: ergo est inter eas relatio extra opus intellectus. Præterea qa res ordinatę perfectiores existũt se ipsis inordinatis etiã extra intellectũ, & non ob aliud nisi propter ordinem, qui est relatio, ergo dantur relationes reales.

Secunda cōclusio. Relatio sola realis pertinet ad istud prædicamentũ, nullo modo relatio rationis. Hæc patet, quia relatio est vnũ ex decem generibus entis, sed ens diuisum in ista prędicamenta est ens reale, vt patet 6 Metaphysic. ca. 2. ergo relatio prædicamenti huius est realis.

2. Cōcl.

Dubitabis. Quare aliquę sunt relationes reales, aliquæ verò rationis. Dico & id aduertẽdum est, quod relatio realis nunquàm cōsurgit in aliqua re, nisi aliqua mutatione facta in illa re, cum nullũ ens reale possit habere esse vel in se vel in aliquo, nisi per mutationem aliquam in eo existentem: cùm autẽ reperiantur res, quæ cōnexionem cum alijs habet, non per sui mutationẽ aliquam sed per intellectus operationẽ, inde est quod sint in his relatiōes rationis solũ. Verbi gratia, res nō mutantur per hoc quod scientiæ de eis acquirantur, mutatur tamen ipsa scientia, quæ realiter ex rebus fit, quę tamẽ antè nō erat, ꝓpterea res, scibiles dicũtur nō relatiōe reali, sed intellectus cōparatione: at ipsa scientia, in qua est mutatio, refertur relatione non rationis, sed realis: eodem modo se habet genus, & species in rebus enim nulla est mutatio, ꝓpterea illę vtræque

Dubiũ Cur relatio quædã sit realis quædam rationis.

Universidad de Deusto Biblioteca

3. Cõcl. Rel ta secundũ dici esse etiã huius cate goriẹ, quod im modo.

trẽque relationes per intellectum solum sunt.

Tertia conclusio. Probabile maximè mihi videtur etiã relatiua secundũ dici in prædicamẽto hoc collocari, & me in hac parte mouet autoritas Albert. Simpl. & Boet. & Pau. Vene. quãuis minus principaliter, cùm secundũ naturã suam prẹcipuam, in alijs prædicamentis sint, nec obstat argumẽtum Ammo. qa ex hoc, inquit, sequeretur omnia accidentia in hoc prædicamẽto esse reponenda, cũ omnia sint relatiua secũdum dici, habent enim respectũ ad subiectũ. Hoc argumẽtũ nullius est roboris, quia vt dixi in primo fundamẽto, & maximè est considerandũ, nõ quicunq; respectus facit relatiuum secũdum dici, est enim duplex respectus, & ad subiectũ qui respectus dicitur transcendentalis, qualẽ omnia accidẽtia habent ad substantiã, sed hic nõ facit accidens relatiuũ: est alter respect9 ad terminũ, qui dicitur prẹdicamentalis, & iste facit accidens relatiuum, & hunc non omnia accidẽtia habent, vti diximus.

Hoc tamen non obstante, probabile est etiam, sola relatiua secundũ esse, in hoc esse prædicamento: vt vult Ammo. præsertim quia his solum cõpetit definitio posterior Aristo. quamuis ad hoc posset dici, etiã relatiua secũdum dici secũdũ id, ratione cui9 in hoc p̃dicamẽto collocanẽ, totũ esse habere ad aliud:

4. Cõcl, Relatio distincta ab alijs generibus facit Categoriam.

Quarta conclusio. Ad aliquid est vnũ genus entis ex decẽ, distractum ab omnibus alijs. Probatur, qa illud ens facit nouũ genus quod est ens reale, & diuersum habet prædicandi modum de substantia: tale autem est ad aliquid, quod solũ de substãtia vt alteri refertur, prẹdicatur: ergo est nouum genus.

Ad. 1.

Per ista potest ad argumenta responderi. Ad primum distinguitur maior, qa enim ita cum alijs est mistum & confusum, vt non habeat naturã ab eis diuersam, admitto non facere genus per se distinctum, at relatio licet alia accidentia sequatur, suam tamen naturam habet ad diuersam ab alijs omnibus, propterea est vnum nouum genus.

Ad. 2.

Ad secundum negatur minor: imò vt diximus in prima conclusione, non solũ relationes sunt per intellectus cõparationem, sed etiam ante opus intellect9 extiterãt in rebus relationes, per quas vna res ad aliam se habet.

Ad. 3.

Ad tertium negatur etiã minor: nam relatio non solum est ad aliud, sed etiã est in alio: vt enim dixim9, & relatio est accidens, & tale accidens, vt accidẽs, est in alio, scilicet subiecto, vt tale accidẽs scilicet relatiuum, ad aliud est.

Nota.

Ad. 4.

Ad quartũ negatur nõ esse genus, nec alia in hoc prædicamẽto. Pro quorũ declaratione aduerte: relatio dupliciter cõsideratur. Vno modo vt est forma accidẽtalis determinata ad vnũ extremum correlatiuorũ, vt quãdo dicim9 paternitatẽ, filiationẽ, & huiusmodi, tunc-n.relationes determinatas ad vnũ extremo tũ correlatiuorũ sumimus, Altero modo relatio sumi potest in cõmuni vt non est determinata vlli extremorũ, sed indifferẽter cõsideratur, siue pvno extremo, siue pro altero, vt quãdo dicitur relatio disquiparãtię, tunc enim dicimus nõ solùm relationẽ vnius extremi, scilicet paternitatem, sed etiam alterius simul extremi, scilicet filiationem.

Ad aliquid quomodo sit genus generalissimum.

Hoc supposito dico genus generalissimũ esse ad aliquid, quod est idẽ ac accidentalis forma, per quam vnũ ad aliud se habet, non explicando, & determinãdo formã huius correlatiui vel illius: & sub hoc etiam sunt genera subalterna, quæ etiã relatiõis formã indeterminatæ dicũt, vt ad Aliquid æquiparãtiæ: ad Aliquid quãtitatis. At quãdo relatiões determinatæ sumũtur ad extrema, sẹ quẽter sunt species, vt paternitas, filiatio, duplum: quando autem cùm determinatis subiectis, sunt indiuidua vt hẹc paternitas, hic filius, hoc duplum.

Poterit ergo ipsum ad aliquid primò diuidi per differentias ex fundamẽtis sum-

sumptas, quæ nomine simplici carẽt, vt aliud sit in quantitate, aliud in qualitate, aliud in actione, & passione. Poterit iterum diuidi in cõmuni in ad aliquid æquiparantiæ, & ad aliquid disquiparantiæ: quæ differentiæ singulæ genus subalternum constituũt. Et iterum ad aliquid in quantitate, potest rurius diuidi per æquiparãtiam in quantitate: & disquiparantiam: similiter ad aliqd in qualitate, quanuis quæ in actione, & passione sunt, disquiparantiæ tantũ sunt. Et hæc satis sint quantum ad naturam eorum, quæ ad aliquid sunt, quẹ verò hic deesse videntur, Deo iuuante, in Metaphysica explanabuntur.

QVAESTIO II.

Circa reliqua, quẹ in textu ab Aristo. dicuntur, num rectè dicta sint.

Argum. in cõtrarium.

EOrum, quæ sunt ad aliquid natura, & his quæ ad ipsum in communi spectant, vtcunq; elucidatis, superest aliqua, quæ in literæ interpretatione prætermisimus, breuiter examinare, & vt ad disputationis normã reducatur:

1. Argu.

arguitur primò. Nullum est discrimen inter priorem & posteriorẽ definitionem ergo non benè ab Arist. prior reijcitur: quod si prior non erat conueniens, frustra in medium adducitur. Secundò. Vitium est in definitione idem per idem definiri, cùm sit petitio principij, sed in secunda definitione id fit, ergo non est bona. Minor probatur, qa definiens ad aliquid, ipsa in definitione iterum sumit, scilicet quibus hoc ipsum est esse, ad aliquid aliquo modo se habere.

2. Argu.

3. Argu.

Tertio omne genus habet aliquã passionẽ sibi propriam, at ad aliquid nullam habet talem, nec ab Arist. assignatur, ergo vel non est genus, vel insufficienter traditur ab Arist. Minor patet, qa suscipere cõtrarietatẽ, & magis vel minus, alijs generibus competũt, vt patet: dici verò ad conuertentiam, etiam alijs inest, cùm homo, & risibile cõuertantur, quæ ad aliquid non sunt similiter album, & albedo, albũ enim albedine est albũ. albedo autem est albi albedo. Simul autẽ esse natura ipse Aristot. docet, non omnibus inesse relatiuis: ergo nihil eis est proprium.

4. Argu.

Quarto videtur Aristo. sophisticum esse argumẽtum, quo probat scientiã, & scibile, sensum & sensibile nõ esse simul: nam comparat scibile in potẽtia, cum scientia in actu: si enim vtrunque eodem modo consideratur, simul sunt vel in actu, vel in potentia.

5. Argu.

Quintò, aserit partes primæ substãtiæ nõ dici ad aliquid: videtur hoc falsum, dicimus enim hoc caput est huius capitati caput: sicut alia relatiua, hic pater est huius filij pater.

6. Argu.

Sexto, vnũ relatiuũ non põt definiri per alterũ: ergo nõ qui definitè cognoscit vnũ, cognoscit alterũ: pbatur, definitio est per clariora, vt dicit. 6. Top. c. 2. at correlatiua sunt ęquè ignota. Præterea, quia vnũ nõ est de essẽtia alterius, cũ nec sit vnum alterius genus: nec differentia, nec pars, ergo vnũ non est de definitione alterius quidditatiua.

Respõsi. ad primum.

Ad hæc argumenta respõdetur. Sed pro primi solutione est aduertendũ, nominũ defectũ maximè in hoc prædicamento generare æquocationẽ, quẹ ob scuritatis & deceptionis mater est: propterea alia prædicamẽta, in quibus nomina imposita rebus significãdis sunt, oportebit respicere: sũt aũt tria in alijs. Primũ, est subiectũ, & subiecti nomẽ, in quo tale accidẽs inest. Secundum, est ipsa forma in abstracto considerata, & nomẽ ipsi9: vt albedo, nigredo. Tertiũ, est ipsamet accidẽtalis forma, vt est in subiecto, & ipsius nomẽ quod denominatiuum est, vt album, nigrum quale.

Hæc ergo omnia sunt in isto prẹdicamento, sed non sunt omnia nomina per quæ explicẽtur: est ipsum subiectũ, cui inest relatio, scilicet homo, cui inest paternitas, & albũ: quod est simile est forma. s. ipsa relatio, sed nõ est nomẽ, quo explicetur distinctè: nam relatio secũ-

dum se, & vt est in subiecto, & ipsum subiectũ, cui inest relatio, dicũtur ad aliquid, quãuis gratia distinctionis varia fit additio: dici enim ad aliquid, est nomen denominatiũ, q̃ de subiecto habente relationem dicitur: vt enim dicimus, homo est albus, homo est qualis, ita homo dicitur ad aliquid: esse verò ad aliquid est nomen ipsius relationis, & in concreto, & in abstracto: vt enim dicimus albũ est quale, albedo est qualitas, ita dicitur pater est ad aliquid, & paternitas est ad aliquid.

Et hinc manifestatur illa distinctio Arist. 5. Met. c. 15. dupliciter ad aliquid esse, per se, & per accidẽs: vocat per se ad aliquid, q̃ hic vocat esse ad aliquid, seu habere se ad aliquid: vocat per accidens ad aliquid q̃ hic dicit ad aliquid scilicet subiectũ relationis, quod dicitur ad aliquid, nõ tamẽ est ad aliquid.

Ad 1. Per hoc patet solutio ad argumẽtũ: definitio enim illa prior potius est subiectorũ, & eorũ quę ad aliquid sunt per accidẽs: posterior verò est eorum quæ per se ad aliquid sunt, scilicet relationum, & in concreto & in abstracto.

Ad replica respondetur cũ Auer. illã definitionem fuisse communem: propterea tradità ab Arist. q̃ a facilius erat veritatẽ docere illũ, qui doctus est cõmunia, quàm qui ignarus prorsus est.

Ad 2. Ad secundũ, respon. illud ad aliquid positũ in definitione nõ esse idẽ cũ definito: nã definitũ est particulare ad aliquid, in definitione verò sumitur ita, vt idẽ sit quod aliqua res: & notãda est vis illius præpositionis [ad] denotat enim habitudinẽ termini: aliud enim est esse in aliquo, aliud esse ad aliquid esse in aliquo, est esse vt in subiecto: esse ad aliquid, est esse vt ad terminũ: non. n. vti diximus accidẽs est ad aliquid, quia sit subiecto, sed q̃ a sit ad terminum, q̃ expresè docet Arist. 5. Met. c. 15. Visus, inquit, ad aliquid est, non respectu cuius est visus, scilicet subiecti, sed respectu eius, quod videtur, scilicet coloris.

Ad tertiũ, est notandum. S. Augu. in suis Categorijs assignat quatuor propria relatiuorum. Primum est, simul intelligi, vt sicut vnũ absq; altero existere nequit, ita nec vnũ absq; altero est intelligibile. Secundũ est, dici ad conuertentiã. Tertium est, vt simul in eodem subiecto possint existere, respectu diuersorum, vt idem & pater & filius esse põt: & duplũ & subduplũ. Quartũ, vt alterũ de altero in obliquo prædicetur, pater enim est filij pater, & filius est patris filius: hæc tamen fere ad ea, quæ Aristo. tradidit, reducuntur. Ad 3. Notab.

Propterea ad argumentum dico cũ Simpl. & alijs, cõuertentiã esse ꝓpriã omninò relatiuorũ: nõ autẽ quęcunq; conuertentia hic sumitur, sed illa, per quã mutua affectio, & ordo relatiuus exprimitur: qũ aũt dicimus, album est albedine albũ: albũ refertur ad albedinẽ nõ vt ad terminũ, sed vt ad formam: albedo verò ad albũ, vt ad subiectũ refertur. Propterea non est similis cõuertẽtia. Similiter illa proprietas, esse simul natura, solis relatiuis inest, & omnibus his, quę verè relatiua sunt: scientia aut etiam scibile: sensus & sensibile, non absolutè relatiua sunt, sed secũdum quid, scilicet, secundum dici.

Ad quartum respõdet Simplicius & Ammonius, admittendo illa, si in actu simul sumantur, esse simul: similiter si vtrunque etiam in potentia. Ad 4.

Sed profectò hoc est expresè cõtra Arist. 3. anima. c. 2. vbi docet cõtra antiquos sensibile & sensum in actu simul esse: tamen in potentia nõ esse simul: & ibi id fatetur Simplicius.

Propterea maximè considerandũ est quid Arist. per ista vocabula significet. Vocat igitur sensum actu, ipsam operationẽ sentiendi: sensum potẽtia, ipsam potentiã, qua sentimus, sensibile verò actu ipsum obiectum, quãdo actu sentitur, sensibile verò potentia, ipsum sensibile, qũ actu nõ sentitur. Simili modo sciẽtia in actu est ipse actus, & operatio contemplandi: scientia potentia est ipse habitus vel intellectus absque operatione: scibile aũt actu, res est ipsa cognita de præsenti: scibile verò potentia, est res, quæ actu nõ cõsideratur. Ex his patet prius esse sensibile & scibile potẽtia, quàm ipsas potentias sciẽdi vel sentiendi: & hoc maximè est considerandũ quia conducit ad multa in Aristotele difficilia intelligenda. Nota.

Ad quintum est aduertendũ relatio nẽ posse sumi tripliciter: vno modo in specie, altero modo particulariter, tertio modo singulariter. Vt si dicamus, paternitas, aliqua paternitas, hęc paternitas, si in specie sumatur, tunc ad terminũ refertur in specie: paternitas enim est ad filiationem, & duplum ad subduplum, si particulariter verò sumatur, etiã ad terminũ particularẽ refertur: aliquid duplũ est alicuius subdupli duplum, & aliquod melius aliquo peiori melius, vt Arist. docuit. Ad. 5. Notab.

At in singulari non dependet à singulari termino: nõ enim indiuiduatur relatio, nisi à subiecto, in quo est, vt hæc paternitas non est, quia est ad hũc filiationem, sed quia est in hoc patre, scilicet tali homine & hoc duplũ non est ab hoc subduplo in singulari, potest enim esse hoc duplum respectu huius mediętatis, & omnium æqualium.

Hinc est, vt insinuaret Arist. relatiua in singulari, vt singularia sunt, nõ à terminis, sed potius à subsstãtijs pẽdere, in dedicit partes primę substãtię scilicet singulares non referri in singulari cum relatiua alia sub ratione singulari non referantur.

Ad sextum respondetur, vnum correlatiũ esse de definitione essentiali alterius, non quia sit pars essẽtię vel tota eius essentia sed quia est terminus. & cõplementum ipsius essẽtiæ, sine quo nulla ratione esse potest. Ac propterea dicit Arist. vnum correlatiũ non definiri per alterum, sed potius ad alterum: & quamuis per se quę ignota sint, tamẽ simul sumpta mutuò se declarant & manifestant.

Sed hæc satis sint de quæstione hac, quia vlterius prosequi est difficultatibus Metaphysicis omnia cõfundere, & horũ omnium exactius disputar dorũ tempus proprium nos Deo iuuanti expectat.

De Qualitate & Quali. Cap. VIII.

Qualitatem verò dico, secundum quam quales quidam esse dicuntur. Est autem qualitas, eorum quę multipliciter dicuntur. 1.

Vna quidem igitur species qualitatis, habitus & dispositio dicantur. Differt autẽ habitus à dispositione, quod permanentior, & diuturnior est. Tales verò sunt scientia & virtutes, scientia enim videtur esse permanentium, & diuturnorum, vt si quis vel mediocriter semel scientiam, nisi grãdis permutatio facta sit, vel ab ægritudine, vel ab aliquo huiusmodi, similiter autem & virtus, vt iustitia, & temporantia, & singula talium non videntur posse facilè moueri, neque facilè permutari. Dispositiones verò dicuntur, quæ sunt facilè mobilia, & cito permutabilia: vt calor, & infrigidatio, & ægritudo, & sanitas, & quæcunque alia huiusmodi, afficitur enim quodammodo secundum eas homo, citò autem permutatur, & ex calido frigidus fit, & ex sanitate in ęgritudinem transit. Similiter autem & in alijs, nisi aliqua earũdem contingit per temporis longitudinem congenita, & immobilis, vel omninò difficilè mobilis existens, quam iam quispiam vt habitum vocet. 2.

Manifestum est autem quod hæc volunt habitus dicere, quæ sunt diuturniora, & difficilius mobilia: nanque disciplinas non multum retinentes, sed facilè mobiles existentes, non dicunt habitum habere, & tamen dispositi sunt aliquo modo secundum scientiam 3.

tiam pei9, meliusùe, quare differt habitus à dispositiõe, q̃ hęc quidẽ facilè mobilis sit: ille verò diuturnior & difficili9 mobilis. Sũt aũt habit9 & dispositiones dispositiones verò nõ necesse est habit9 esse, qui.n. retinẽt habitũ, & quodãmodo dispositi sunt secũdũ ipsos: qui aũt dispositi sunt, non omnino retinẽt habitũ.

4. Aliud verò genus qualitatis est, secũdũ quod pugillatores vel cursores, vel salubres, vel insalubres dicimus: & simpliciter quæcunque secũdum potentiã naturalem vel impotentiã dicũtur. Nõ enim, quoniam sunt dispositi aliquo modo, vnũquodq; huiusmodi dicitur, sed q̃ habent naturalẽ potentiã vel impotentiã facilè aliquid facere, vel mihi pati: vt pugillatores, vel cursores dicũtur, nõ quod sint dispositi aliquo modo, sed q̃ habeant potentiam naturalẽ, vel impotentiam aliquid facilè faciendi. Salubres autem dicuntur, eo quòd habeant potentiam naturalem vt nihil à quibuslibet accidentibus facilè patiantur insalubres verò, quod impotentiã habeant naturalẽ nihil facilè à quibuscunq; accidẽtibus patiẽdi. Similiter aũt his durũ & molle se habent: durum enim dicitur quod habeat potẽtiam non facilè secari: molle verò, quod eiusdem ipsius habeat impotentiam.

5 Tertiũ vero genus qualitatis est, passibiles qualitates & passiones, sunt autẽ huiusmodi, vt dulcedo, & amaritudo, & austeritas, & omnia his cognata: ampli9 & calor, & frigus, & albedo, & nigredo. Quòd quidem igitur, & hæ qualitates sunt, manifestum est: quæcunque enim has susceperint, ipsa ęqualia dicũtur secundum ipsas: vt mel, quoniam dulcedinem suscepit, dicitur dulce: & corpus album, quoniam albedinẽ suscepit. Similiter & in cæteris.

6. Passibiles verò qualitates dicuntur nõ quod ea, quæ illas susceperint qualitates aliquid patiãtur: neque enim mel quoniam aliquid passum sit dicitur dulce, neque aliquid aliud huiusmodi. Similiter autẽ his & calor & frigus passibiles qualitates dicũtur, non q̃ ea, quæ illas suscipiũt aliquid passa sint, sed quoniam secundum sensus vnaquæque dictarum qualitatum passionis effectiua est, passibiles qualitates dicũtur: dulcedo enim passionem quandam secũdum gustum efficit, & calor secundũ tactum: similiter autem & aliæ. Albedo autẽ & nigredo, & cęteri colores non eodẽ modo ijs, quæ dicta sunt, passibiles qualitates dicũtur: sed eò quòd ipsæ ab aliqua passione innascuntur.

7. Quod enim fiunt propter aliquã passionem multę colorum mutationes, manifestũ est, erubescens enim aliquis, rubeus factus est, & timens pallidus, & vnumquodque taliũ. Quare etiã si quis natura aliquid talium accidentiũ perturbationumùe passi9 est, similẽ colorẽ verisimile est eum habere, quæ enim affectio nunc in eo, quod verecũdetur circa corpus facta est, etiam secundum naturalem cõstitutionem eadem fieri potest affectio, vt & naturalis color similis sit. Quæcũq; igitur taliũ accidentiũ ab aliquib9 passionibus difficile mobilib9 & permanentibus principiũ sumpserũt, passibiles qualitates dicũtur, siue enim secundum naturalem cõstitutionẽ pallor fit aut nigredo, qualitates dicuntur (quales enim secundum eas dicimur) siue propter ægritudinem longam, vel propter ęstum eidem cõtingit nigredo vel pallor, & non facilè prætereunt, vel etiam per vitam permanent, passibiles qualitates & ipsę dicuntur: similiter n. quales secũdum eas dicimur. Quęcunque vero ex ijs, quæ facilè soluuntur, & citò transeunt, hũt, passiones dicũtur, qualitates verò minimè: non enim aliqui secundũ ipsas dicuntur quales, neq; enim qui propter verecũdiam rubeus factus est, rubeus dicitur: neque cui pallor propter timorem venit, pallid9 est: sed magis eò q̃ aliquid passus est: quare passiones quidem huiusmodi dicuntur, qualitates verò minimè.

Simi

8. Similiter autem his, & secũdum animam passibiles qualitates & passiones dicuntur. Quæcunque enim mox in nascẽdo ab aliquibus passionibus difficulter mobilibus fiunt, qualitates dicũtur & ipsæ: vt amentia, mentis alienatio, & ira, & alia huiusmodi: quales enim secũdum eas dicuntur, id est, iracũdi atque amentes. Similiter autem & quæcũque alienationes non naturales, sed quæ ab aliquibus alijs accidentibus factę sunt difficilè prætereũtes, & omninò immobiles qualitates, sunt etiam huiusmodi quales enim & secundum eas dicũtur. Quæcunque verò ab ijs, quæ facilè & citò prætereunt, fiunt, passiones dicũtur, vt si quis cõstristatus, iracundior fiat, nõ enim dicitur iracundus, qui huiusmodi passione iracundior est, sed magis quia aliquid passus: quare passiones quidem huiusmodi dicũtur, qualitates verò minimè.

9 Quartũ verò genus qualitatis est figura, & circa vnumquodq; constans forma. Amplius autẽ ad hæc rectitudo, & curuitas, & si quid aliud his simile est, secundum enim vnumquodq; eorũ quale quid dicitur, triangulum enim vel quadrãgulum esse quale quid dicitur, & rectum aut curuum, & secundum etiã formam vnumquodq; quale dicitur.

10. Rarum verò & spissum, & asperum, & lene putabuntur quidẽ quale quid significare: sed aliena huiusmodi putãtur esse à diuisiõe, quę circa quale est, quãdam enim positionem magis videntur partiũ vtrunq; mõstrare: spissum enim dicitur eò, quòd partes sibijpsis propinquæ sint: rarum verò, eò quòd distent à se inuicem & lene quidem, quòd in rectitudinẽ aliquo modo partes iaceant: asperum verò, quòd hæc quidẽ superet illa verò sit inferior. Fortasse quidem igitur alius quispiã modus apparuerit qualitatis: sed ferè qui maximè dicũtur hi sunt: qualitates itaque sunt, quæ dictæ sunt.

11. Qualia verò sunt, quæ secũdum has denominatiuè dicũtur, vel quomodoli bet aliter ab his. In plurimis itaque, & ferè in omnibus denominatiuè dicũtur vt à cãdore candidus, & à Grammatica Grãmaticus, & à iustitia iustus. Similiter & in alijs. In aliquibus verò, eò q̃ nõ sunt posita qualitati nomina, non contingit ea, quæ dicũtur, ab ijs denominatiuè dici, vt cursor aut pugillator, q̃ secundum naturalem dicuntur potentiã à nulla qualitate denominatiuè dicitur non enim posita sunt nomina potẽtijs, secundũ quas isti quales dicũtur: sicuti disciplinis, secundũ quas pugilles vel palæstrici secundum dispositionem dicuntur: pugillatoria enim & palæstrica disciplina dicitur: quales verò ab his denominatiuè dicuntur, qui disponũtur. Aliquando autem & positio nomine nõ dicitur denominatiuè, quod secundũ eam quale dicitur, vt à virtute studiosus, eo enim, quod virtutem habeat studiosus dicitur: sed non denominatiuè à virtute: non autem in pluribus hoc tale est, Qualia ergo dicũtur, quæ denominatiuè à dictis qualitatibus dicũtur, aut aliquo modo aliter ab eis.

Inest autem & contrarietas secundũ qualitatem: vt iustitiæ in iustitia cõtraria est, & albedo nigredini, & alia. Similiter autem & ea, quæ secundũ eas qualia dicuntur: vt iniustum iusto, & album nigro. Non in omnibus autem hoc accidit. Rubro enim aut pallido, aut huiusmodi coloribus nihil est contrariũ, qualibus existentibus. Amplius, si cõtrariorum alterũ fuerit quale, & reliquũ erit quale, hoc autem palam est ex singulis proponenti alia prædicamenta, vt si est iustitia iniustitia cõtrarium, quale aũt est iustitia: quale igitũ & iniustitia. Nullum enim aliorum prædicamentorum aptabitur iniustitię, neq; quãtum, neq; ad aliquid neq; vbi, nec omninò aliquid huiusmodi, nisi quale, sic aũt & in alijs, quæ secundum quale sunt contraria.

Suscipiunt autem qualia magis & minus. Album enim magis & minus albũ

alterum altero dicitur:&iustum alterũ altero magis & minus:sed & ipsa intentionem suscipiunt, cum candidũ nanq; sit, contingit amplius candidum fieri. Non tamen omnia,sed plurima:iustitia nanque,si dicatur magis & minus iustitia,potest quilibet ambigere, similiter autem & in alijs dispositionibus, quidã enim dubitant de talibus:iustitiam nanque iustitia non omninò aiunt magis & minus debere dici,nec sanitatem sanitate:minus autem habere alterũ altero sanitatem aiunt,& iustitiam alterũ minus altero habere dicitur: sic autem & Grammaticã,& alias dispositiones,sed tamen ea,quæ secundum eas dicuntur, indubitanter recipiunt magis &minus: grãmaticior,enim alter altero dicitur, & iustior,& sanior, sic autem & in alijs. Triangulus verò & quadrangulus non videntur magis & minus suscipere:neq; aliqua aliarum figurarum:quæ enim de finitionem trianguli recipiũt & circuli, omnia similiter triãgulive circuli sunt eorum autem,quæ non recipiunt rationem eandem, nihil magis alterum altero dicetur,nihil enim quadratum magis,quàm parte altera longius,circulus est:neque alterum enim recipit circuli rationem,simpliciter autem,sivtraque non recipiũt propositi rationẽ,nõ dicetur altero magis,nõ ergo omnia qualia recipiunt magis & minus:

14. Horũ itaque,quę prędicta sunt,nullũ est propriũ qualitatis.Similia verò aut dissimilia secundum solas dicũtur qualitates,simile enim &dissimile alterum alteri nõ est secundũ aliud nisi secundũ id,quod quale est.Quare proprium est qualitatis secundum eam simile,vel dissimile dici. At verò non decet conturbari,ne quis non dicat de qualitate propositum facientes,multa eorũ quæ sunt ad aliquid connumerasse,habitus enim & dispositiones eorũ,quæ ad aliquid sunt, esse dicebamus.Penè enim in omnibus qualitatibus genera ad aliquid dicũtur nihil autẽ eorum,quę sunt singularia, nam cum disciplina genus sit, id ipsum quod est alterius dicitur,alicuius enim disciplina dicitur,eorũ verò,quę singularia sunt,nihil ipsum quo ad alterij dicitur,vt Grammatica non dicitur alicuius grãmatica,nec musica alicuius alterius musica:sed fortè secundum genij & hæ ad aliquid dicuntur:vt grammatica alicuius dicitur disciplina,non alicuius grãmatica,&musica alicuius disciplina non alicuius musica. Quapropter quæ singularia quidem sunt, nõ sunt ad aliquid,dicimur aũt quales secundũ singula,hæc enim & habemus,scientes.n. dicimur,eò quòd habemus singularũ sciẽtiarũ aliquas.quare hę erunt etiã qualitates,quæ singulares sunt, secundum quas aliquãdo & quales dicimur,hę autem non sunt eorũ,quę sunt ad aliquid. Amplius,si cõtingit idẽ ipsum & quale & ad aliquid esse nihil est incõueniens in vtrisque hoc generibus enumerare.

¶Cur prius de qualitate egerit,quã de alijs sequentibus prædicamentis,ac cur titulo prædicato.

CVriosum est,inquit,Boet.cur qualitate reliquis prędicamentis anteposuerit, dubitare,cũ maxima sit disceptatio etiam prioribus duobus esse prępondenda:tamẽ ne vlla prorsus superfit dubitatio,huij ratio est manifesta,quã dat Alb.tract.iſo.c.ca.1.est enim qualitas principium actionis,& passionis ipsi substãtiæ inherens: propterea meritò antepouitur actioni,& passioni,& alijs quatuor quæ substãtiæ sunt extrinsecã, qualis est locus,à quo est vbi, & tẽpus, à quo quando,& reliqua.

Titulus tamen est maximè notãdus. De qualitate & quali,ita enim legiũt græcè,peri tou poion che poiòtitos,& quãuis. Alex.Achatius, & Simplicius, solùm existerent legendum illorũ vtũ illudque vitio scriptorum tribuant, tamen Ammo.Boet.Albert.& S.August. ita legunt,vtvtrumq;in inscriptione retineat

tineatur Cuius prima ratio traditur à Porphirio nẽpe vt vtriusq; vocabuli cognitio haberetur,&qualitatis,&qualis.Secũda ratio est Alber.c.2. quia qualitas & modi prædicãdi ipsius manifestantur per ipsum quale in cõcreto:propterea vtroq; modo inscribitur. Tertia ratio est Ammo. Pro quo aduerte accidẽs dupliciter pót cõsiderari.Vno modo secundũ se,& vt à subiecto separatũ cognoscitur, ꝙ nomine abstracto significatur. Altero modo,vt est in subiecto, ꝙ significatur per nomẽ concretũ,cognoscere aũt accidẽs in abstracto intellectus ipsius est, cuius est tale accidens abstrahere : at cognoscere accidens in concreto,sensus est : hic enim albũ,nigrũ, calidũ sentit: propterea nobis est in cõcreto accidẽs notiꝰ, quã in abstracto. Ex his extat hæc ratio Ammo.hic enim traditur qualitas,&manifesta ista est in cõcreto,ꝓpterea titulus vtriusq; mieminit.Quarta ratio est Boet. Inqt, quale aliquãdo pro subiecto, aliquãdo pro ipsa qualitate sumi : & ne forsan quis deciperetur,existimans hic quale cõsiderari ratione subiecti, propterea Arist. vtrũq; copulauit : vt nihil aliud per quale,quã per qualitatẽ intelligeremꝰ:cũ quale significet ipsam qualitatẽ,vt est in subiecto , oẽs hę rõnes bonæ sunt,& hæc vltima est etiã Simpli.

Ex his patet ratio,quare nõ de quãtitate,& quãto inscripsit : quãtitas enim est accidẽs in vniuersum sensibus substans , & suscipiens mutuã prædicationẽ in cõcreto,& abstracto, vt diximus: at ipsa qualitas non sensibus in vniuersum substat , cũ sint innumeræ qualitates insensũbiles:nec de cõcreto abstractũ,vel è cõtra ꝓdicatur: ꝓpterea satis fuit,ibi de quãtitate inscripsisse, nõ autem hic, cum ista non ita idem sint.

1 ¶Qualitatem verò dico secundũ quã quales quidam esse dicuntur,&c.

Caput hoc in quatuor partes diuiditur.Prima definitionem seu descriptionẽ ipsius qualitatis cũ diuisione specierũ ipsius cõtinet. In secũda traditur de quali. In tertia sunt tres proprietates qualitatis.In quarta est dubiũ & solut.

In prima ergo parte , distinctiones causa,quinq; sunt particulæ. In prima est descriptio qualitatis in singulis quatuor sunt quatuor species ipsius qualitatis,singulæ in singulis particulis.

Est ergo qualitas secundum quã quales quidam dicũtur,vt ab albedine corpus quale dicitur,si enim interrogeris, quale corpus est? dices album.

Hic primò aduerte hic describi,&manifestari abstractũ per cõcretũ, quia vt dixi ex Ammo. notiora nobis sunt concreta, vtpotè sensibus percepta:& similiter quia concretũ est magis cõpositũ cũ significet accidẽs, vt est in subiecto, cõpositum autẽ notius est nobis quam simplex,vt docet Auer.1.Physi.cõm.3. Nota.1. Cur. abstractũ per concretũ explicetur

Aduerte secũdò, ne turberis in verbis Arist.definit.n. qualitatẽ in singulari,& vtitur verbo plurali ob eãq; causam existimemus ex hoc ab vnica qualitate semper multa dici qualia: sed in definitionibus voces à numero absoluuntur: vt idẽ sit sensus, qualitas est,à qua aliquid dicitur quale sicut à qualitatibus aliqua qualia dicuntur. Nota.2.

Aduerte tertio,ꝙ Alber.in præsenti notat dici per verbum primæ personæ scilicet[quidam dicimur]vt intelligamus duplices esse qualitates: quædam sunt spirituales , quæ non nisi animæ, vel rei spirituali insunt : quædam sunt corporeæ quæ non nisi corporibus insunt. Propterea enim dicit per verbũ personæ primæ qua significantur homines , in quibus solis,hæ vtręq; qualitates simul sunt . Ista doctrina vera est,sed impertinens ad Aristote. Græcè enim habetur verbum tertiæ personæ,vt vertit Boeti. Nota.3.

Aduerte quarto,videri istam nõ esse bonam descriptionem, omnia enim accidentia in quali prædicantur, & secundũ ea , quales dicimur:ergo nõ hoc isti prædicamento proprium est. Nota.4.

Prop-

qualitas quotmodis accipiatur.

Propterea nota ex Arist. 5. Met. c. 14. qualitatem multipliciter sumi. Primò, pro omni forma substãtiali, & differentia rei constituta: formæ enim qualitas inest, & differẽtia generis dicitur qualitas, sed essẽtialis. Altero modo qualitas sumitur pro quacũq; forma accidẽtali, quæ est extra naturã subiecti: & sic cõprehendit omnia nouẽ prędicamenta. Tertiò modo sumitur specialiter, p accidente huius quarti prędicamenti, à quo dicitur aliquid simpliciter, & purè, quale. Dicit. n. Alb. in. c. 1. & benè à qualitate primo modo non dicitur aliquid quale tantum, sed cum aliqua cõpositione, sicut & à quãtitate nõ quale absolutè, sed quantum, vel aliquot. Ab alijs verò dicitur aliquid, nõ quale, sed qualiter se habet: quod sedet enim, vel stat, vel iacet, vel currit, vel patitur, potius dicitur aliquo modo se habere, q̃ quale absolutè. Hæc verò qualitas huius pdicamẽti quale simpliciter facit: & ita est intelligẽda descriptio. Et huic cõsonat. q̃ Porphy. dixit in cap. de Cõmunitatibus in differentia generis, & accidẽtis, accidẽs pdicari in quale, vel in quo modo vnumquodq; se habet.

Nota. 5. Posita descriptione, qualitatẽ diuidit. Qualitas, inquit, multipliciter, sumit. Nõ hic intelligas multipliciter, id est, æquiuocè sumi, sed genericè nimirũ q̃ a multas species habeat, vt notat Ammo. Boet. & Alb. & hoc manifestũ est his, quæ subiungit. Vna, inquit, species est quòd non dixisset, nisi qualitas esset genus, vt notat Simpli.

¶ Vna quidẽ Species qualitatis habitus, & dispositio est. &c.

Hæc est. 2. particula, in qua Arist. de prima specie qualitatis tractat. Et primo differentiã inter habitũ & dispositionẽ assignat: ex qua quid vtrunq; sit ostenditur. Secundò, illã differentiam probat. Tertiò, quomodo ad inuicẽ se habitus, & dispositio habeant, aperit.

Differt ergo habitus à dispositione, quod habitus est quędã qualitas difficulter à subiecto mobilis: qui nõ facilè corrumpitur, & à subiecto nõ facilè recedit, sicut scientia, virtus qui enim semel scientiam acquisiuit, nõ facilè perdet eam, sed magna difficultate, vipote morbo aliquo grauissimo correptꝰ. Dispositio verò est qualitas facilè à subiecto mobilis, & quæ remouetur citò à subiecto, vt sanitas & egritudo, quæ facilè recedunt. Quanuis, vt notat Arist. aliquæ dispositiones longa consuetudine fiunt habitus, vt febris, quæ tempore longiori fit Hæctica.

Ex his facilè colligitur, quid vtrunq; sit: est enim habitus qualitas non facilè mobilis à subiecto. Dispositio vero est qualitas facilè mobilis à subiecto: vocamus verò mobilem qualitatẽ, nõ quæ cum ipso subiecto corrũpitur, sed quæ subiecto manente potest recedere, & corrumpi.

¶ Manifestum est autem quoniam hæc, &c. 3

Hoc discrimẽ Arist. probat ex vsu loquẽdi in ipsis disciplinis: illos enim qui non probè veritatem perceptam retinent, vocamus dispositos, quãuis inter hos aliqui magis, aliqui minus dispositi inueniantur: illos verò, qui probè retinent, nec facilè ab ea mobiles sunt, habitus aserimus habere. Postea hæc duo comparat: omnis, inquit, habitus dispositio est, non tamen omnis dispositio habitus est, neq; qui dispositionem tenet, necessario habitum tenet.

Pro quo aduerte, q̃ dupliciter dicitur dispositio. Vno modo generaliter pro qualitate facilè, vel difficilè mobili, quo pacto. 5. Met. c. 20. & in præsenti habitus dispositio dicitur. Altero modo specialiter pro qualitate facilè mobili, & sic habitus non est dispositio: vt species est nomẽ generis, & cuiusdã speciei generis. Subdit exẽplũ Ammo. de nomine: aliquando enim nomen cõmuniter pro omni parte orationis sumit, aliquãdo particulariter, pro vna parte vt est à verbo distincta: & hæc est expo-

Nota. Dispositio duobus modis dicitur.

sitio communis & vera. Quamuis etiã aliter possim9 Arist. interpretari, vt loquatur de dispositiõe particulariter dicta, vt sit sensus: Habitũ prẹcedunt dispositiones cum prius subiectũ habeat dispositionem, per quam ad habitũ perueniat, quãuis id non semper sit necessarium, tamen dispositionem non prẹcedit habitus, cum ex dispositionibus fiat habitus, non autem ex habitibus dispositio, vtraque expositio est bona, prior communis est.

4. ¶ Aliud verò qualitatis genus est, &c.

Hẹc est particula tertia, in qua tractat de secunda specie: nec mireris quod habitum vocauerit speciem, hoc vero genus dicat quia vt notant Ammo. & Simpl. hẹc quatuor subalterna genera sunt quæ & speciei & generis nomẽ iure sibi vendicãt, vt ex interpretatione Porph. manifestum habemus.

Nota. 1. Pricipia actionũ esse duo

Pro huius autem generis intellectione aduerte operationũ duo esse principia: alterum quod simpliciter ad operandum est: alterum ad benè vel malè operãdum: verbi gratia, rusticus habet principiũ vt cognoscat, vt operetur, tamen doctus & artifex etiã aliud habet principium vt benè operetur, vt per se ctè cognoscat: prius dicitur potẽtia, posterius habitus vel dispositio: prius à natura est rebus concessum, posterius acquisitum, & à nobis partũ: prius ad quãcunq; operationem est necessariũ, sine potentia enim non cõtigit operari, nec benè nec malè: posterius non est in omni operatione necessariũ, nec in omnibus operantibus sunt habitus. Istud verò, scilicet habit9 & dispositio est in prima specie prædicta, at prij illud principium pertinet ad hanc secũdã speciem, quẹ dicitur potentia vel impotẽtia naturalis, ne intelligamus de illo principio quod non est naturale, id est, à natura concessum, sed à nobis conquisitum.

Nota. 2. Potẽtiæ natura-

Aduerte secundo, quod huius potẽtiæ quadruplex est gradus seu species. Prima est quędã naturalis prõptitudo ad facilè agẽdum aliquid, secundũ quã sunt homines pugillatores, luctatores, id est, naturalem habent quandam insitam potẽtiam ad ista opera, nec loquimur de his, qui arte & vsu id efficiunt, nam tunc ad primam pertinerent speciem, sed de his, qui naturaliter id prẹstant: similiter sunt alię innumerę aptitudines hominũ, secũdum quas naturaliter inclinantur ad facilè opera aliqua exercenda. Secunda species est naturalis quędã potentia, secundum quã aliquid fortiter resistit sibi contrarijs, & aduersantibus, secundum quã dicimus homines salubres, quibus talis inest potẽtia, vt omnibus noctuis fortiter resistãt, nihilque eis noceat: in hac est durities, qua aliquid resistit diuisioni & fectioni quæ tendit in ipsius destructionem. Tertia est quædam actiua potentia, secundum quã difficulter aliquid agit, qualiter est habetudo seu ingenij, seu corporis ad operationes exequẽdas. Quarta est quędam potentia, qua aliquis facilè suscipit id, q̃ sibi aduersatur, & in sui destructionẽ tendit, qua potẽtia dicimus homines insalubres, qui semper valetudinarij sunt à natura, & omnia eis nocẽt, similiter mollities est in his, secundũ quã facilè res sui diuisionẽ partitur. Et maximè notãdũ est, duas priores vocari ab Arist. naturales potentias, duas verò posteriores, quæ prioribus cõtrariæ sunt, impotẽtias naturales & merito, quia potẽtia operãdi difficulter, potius dicitur potentia nõ operãdi facilè, & potentia non resistendi, & patiendi, impotẽtia resistendi, ita tamen ista intelligas, vt non propterea existimes impotentiam esse priuationem seu negationem potentiæ, sed dicit qualitatum positiuam contrariam potentiæ. Per hẹc facillimè intelligitur ista species, & sensus Aristot.

Dubiũ. Solutio

Dubitabis, quare hoc gen9 dupliciter nomine sub disiũctione explicatur dico id esse, quia nomẽ vnicũ non est, quo istas quatuor qualitates explicem9, ideo duplici

lis quatuor sũt gradus.

plici simul nomine Arist. est vsus: dicit enim physichi dynamis che adinàmia.

5. Tertia verò species qualitatis est passibiles qualitates, &c.

Aggreditur explicare tertiũ qualitatis genus, & quia iste textus obscurus est & doctrinam continet obseruãdam, aliquot fundamẽta opus erit præmittere.

Nota.1. Primo passio tripliciter, quãtũ pro præsenti sufficit, apud Arist. accipitur. Vno modo pro receptiõe cuiusq; formę, siue tendentis in rei perfectionem, siue in disconuenientiam: vt patimur quando recipimus calorem, siue ille sit uoriuus siue proficuus: quomodo. 2. de anima. c. 5. & li. 3. c. 2. sensus docet pati quando recipiũt speciẽ, & similitudinem obiecti. Altero modo accipitur passio pro receptione formæ disconuenientis & nociuæ, vt quando subiectum patitur sibi colorem aduersum. Tertio modo passio significat illam qualitatem, quæ ex passione prouenit, tanquam ipsius effectus vt nigredo, quæ ex combustione procedit, dicitur etiã passio, & harum duarũ acceptionum meminit. 5. Meta. cap. 21.

Passio tribus sumitur modis.

Nota.2. Aduerte secũdo: q; istę qualitates tripliciter se habent ad passionem secũdo modo dictã. Quædam solum sunt principia actionum, seu passionũ, quia faciũt passionem, nõ tamen fiunt ex passione alia, quales sunt primæ quatuor qualitates, calor, frigus, siccitas, humiditas. Quædã sunt effectus passionũ, tamẽ ipsæ non efficiũt passionem propriam in alio, quales sunt colores, ij enim ex passione primarũ quatuor fiunt, tamẽ ipsę non in alio passionem efficiunt, cum colores per se nihil frigefaciãt, vel calefaciant, vel alium colorẽ producãt. Quędam alię sunt qualitates, quę etiã fiunt ex passionibus secundo modo, & ipsæ sunt causæ etiam passionũ in alio, quales sunt odores & sapores, hi. n. ex primis qualitatibus fiunt sicut colores, tamen ipsũ rursum efficiunt passionem in sensibus, cum odor, & sapor calefaciant exsiccẽt & humectent: & hinc est quod minus multo defatigamur videntes cũ non patiamur à coloribus, quam gustãtes & olfacientes quia patimur.

Aduerte tertio, q; isti colores & qualitates, quæ sunt effectus passionũ, sunt in triplici differentia. Quędam proueniũt ex naturali passione, quę sit simul cum ipsa rei generatione, vt albedo cygni, nigredo corui: hi enim colores sunt ex passione illa quæ fit inter qualitates quãdo illa generata sunt. Quędam prouenium ex passione accidẽtali, scilicet quæ non est à natiuitate, tamen est passio perseuerans, vt qui ex aliquo morbo colorem aliquem diuturnum cõtraxit pallidum, vel rubrum, vel alium. Quædam prouenium ex accidẽtali passione, sed non perseuerantí, & facilè recedẽti, vt rubedo, quæ ex verecundia, & pallor qui ex timore procedunt. Hi autẽ tres modi qualitatum, & sunt ratione corporis, vt hi quos diximus, & sunt aliquãdo ratione mentis & animæ, vt insania, furor, dementia, quæ prouenium & ex passione natiua, & ex passione accidentali perseuerantí, & aliquando ex passione subita, & non durabili. Nota.3.

Aduerte. 4. quòd illæ qualitates quę sunt causæ passionum, non solum efficiunt passionem in nobis, sed etiam in alijs multis, vt calor, q; calefacit omnia mista: aliquę solum efficiunt passionem in animalibus, vt odores & sapores, tamẽ ab Aristotele omnes sumuntur, quia ingeruntur animalibus passionem: quia nobis istæ omnes passiones notiores sunt, qui animalia sumus: non enim cognosco ignem alteri, scilicet ligno inuliisse passionẽ nisi per passionem, quã ergo experior, cognoscens & tangens lignũ, & ignem. Nota.4.

His suppositis deueniamus ad Aristo. hæc enim particula continet quatuor. Primo speciem exemplis explicat, & probat enumeratas esse qualitates. Secũdo ostendit, quomodo dicantur passibiles qualitates. Tertio discrimen inter passibiles qualitates, & passiones cõstituit. Expositio text.

Quarto

Quarto id in qualitatibus secundũ mentem etiam explicat.

Dicit ergo primo, genus tertiũ qualitatis esse passibiles qualitates & passiones, quales sunt dulcedo, amaritudo, albedo, nigredo, & calor, ac similes, quòd autem hæ qualitates sint manifestum est: per eas enim dicitur subiectũ quale, nempe albũ, dulce, calidum.

6 q Passibiles verò qualitates dicuntur, &c.

Explicat quomodo istæ dicãtur passibiles qualitates.

Nota. qualitas dicit passibilis tripliciter ex causa. Aduerte autem tripliciter aliquam qualitatem posse dici passibilem. Vno modo quia subiectũ recipiens illam, secundum eam patitur, vt calor in manu receptus dicitur qualitas passibilis, qa manus secundum eum patitur. Altero modo dicitur passibilis qualitas: quia ipsa sit causa passionis, vt calor ignis est causa passionis in ligno vel in tactu. Tertio dicitur passibilis qualitas, quia sit effectus passionis, vt diximus. Hoc supposito ostendit has qualitates non dici passibiles, eo q; ipsarum subiectũ aliquid patitur: non enim mel patitur, quia habet dulcedinem, nec ignis, quia habet calorem, sed dicuntur passibiles quia sunt causæ passionum, vt calor, & sapores: vel quia sunt effectus passionis, quales sunt colores. Dupliciter ergo passibilis qualitas dicitur, vel quia est causa passionis in alio subiecto, vel quia est effectus ipsius passionis.

7 q Quoniam ergo fiũt per aliquam passionem, &c.

Hic ostẽdit Arist. colores omnes esse affectus passionũ, & tale est argumẽtum. Colores istí, qui à natura sunt, similes sunt ijs, qui fiũt ex accidenti: sed istí ex accidẽti, scilicet qui prouenium ex verecũdia vel timore, fiũt ex aliqua passione: ergo existimandum est illos etiã qui à natura sunt, ex passione prouenisse. Et notãdum hãc rationem, ex ea enim deduces pulchrã viam naturales causas indagandi, penes causas accidentales, ex quibus similes prouenium effectus, quam ipse obseruauit: tertio sect. prob. q. 1. vbi quærens naturã melancholicorum, eos ebrijs in effectibus similes contemplans, quod ebrijs accidentaliter accidit, id melãcholicis à natura prouenire existimat. Not. modũ & rationẽ in nesligãdi causas naturales.

Statim subdit has qualitates, quę effectus passionũ sunt, esse in duplici differentia: quædã prouenium ex passione durabili, & perseuerantí, siue à natura, siue ab aliquo accidenti, scilicet morbo, vel quolibet alio: & istæ dicuntur passibiles qualitates: & quædam sunt effectus passionũ, qui nõ durãt, sed trãseunt, & istæ nõ dicãtur qualitates, sed passiones: & probat, quia simpliciter ab his non denominamur quales, non enim qui rubedinẽ cõtrahit ex verecũdia, rubeus dicitur, sed passus ruborẽ: nec intelligas, q; iste rubor nullo modo sit qualitas, cũ in hoc prędicamẽto sit, sed dicit, quod quantũ ad denominationẽ absolutè nõ est dicẽda qualitas, videlicet permanens, ita vt ab ea talis denominetur, scilicet rubeus.

Dubitabis, quare hic non meminit odorũ, & sonorũ, cũ tũ passibiles qualitates sint, sunt enim causæ passionũ in sensibus. Dicendũ q; odorũ, & saporũ, prorsus est eadem ratio, nec odores, nisi per sapores, cognoscuntur, adeò, vt ferè eisdem nominibus nominentur species, & differẽtiæ odorũ & saporum, vt docet. 2. de anima. ca. 9. propterea non meminit odorẽ, quia sub saporibus ea ratione comprehendũtur, vel quia nõ erat necesse connumerare omnes qualitates, & præsertim omnibus notas. Dubiũ.

De sono dicit Alber. nõ meminisse, quia nõ fit ex qualitatibus primis, sicut reliquæ q̃litates passibiles: forsan posset dici, potius esse passionẽ animę, quã passibilẽ qualitatem, cum non fit perseuerãs. Dubitatur circa dictã: nã colores videtur causa passionis, omnis. n. sensus patitur à sensibili, vt dicit. 2. de anima. c. 12. imò in q. 30. sect. 51. pble. dicit

dicit Aristot. viride maximè delectari oculos, quos alij colores defatigãt. Dico primò colores non agere in oculos passione corruptiua, cũ imprimant speciẽ, & similitudinẽ, quæ nõ corrũpit: dico, secundo, q colores aliqui agũt passione corruptiua, sed id non fit ratione coloris, sed subiecti, in quo tales colores sunt, quod est humidũ, vel siccũ, vel splendens magis vel minus, & inde proueniit, q lædat vel delectet visum. Dubitatur, secũdò, odores, & sapores sunt etiã effectus passionum, vt diximus, vt q d ergo magis dicũtur qualitates passibiles, q sint causæ passionis, quàm q sint effectus, quandoquidem vtrunque habeant? Ad hoc solutio in propto est, dignio enim est esse causam passionis, quàm effectum, & vnumquod q; à principaliori sumit denominationem.

¶ Similiter autem his, & secundum animam. &c.

3 Postquã Arist. ostendit esse passibiles qualitates secundum corpus qui effectus sint passionũ, & similiter esse passiones hoc idem esse etiã in qualitatibus secundum animam ostendit: sunt enim quædã qualitates prouenientes ex passione secundũ animã, sed à natiuitate, vt dementia, secundum quam quis nascitur demens: sunt etiam quę ex passione accidentali, sed permanenti proueniunt, vt dementia ex morbo, vel aliquo alio diu perseuerãs. Sunt etiam aliæ ex passione citò recedenti, vt demẽtia ex ira subita paruo tẽpore durãs, quẽadmodum aũt illæ duæ priores qualitates dicebantur qualitates quia secundũ eam dicebamur quales: tertia verò non qualitas, sed passio erat: cum secundum eam subiectũ non diceretur quale, ita similiter in his quæ secundũ mentem sunt, ille duæ priores sunt qualitates, & ab eis quales denominamur: posterior verò non qualis, sed passio dicenda est, nec secundũ eam quale quid dicitur, nõ enim dicitur demens qui ex breui ira in quandam dementiam breuissimè durantem incidit, sed potius dicitur q passus est dementiam.

¶ Quartum verò genus qualitatis est figura. &c. 9

Accedit iam ad vltimã qualitatis speciem quæ est figura vel forma. Dubiũ autẽ est, quid per hæc duo intelligat. Dubiũ.

Ammon. existimat per figurã intelligere eam, quæ in rebus inanimatis est, per formã verò eam, quæ animatis est, non autem hic loquimur de forma substãtiali rerum, sed de ista exteriori sensibili, quam ars imitatur. 1. Sẽtẽ.

Boet. & Simpl. per formã intelligunt idem, quod per pulchritudinẽ, per figuram verò eam solam quæ in quantitate consistit. Albert. ca. 8. idẽ existimat esse figuram & formã, sed ratione differre, nam figura dicitur respectu quãtitatis, cuius extrema faciunt figuram, forma verò dicitur respectu subiecti naturæ, quælibet enim natura specifica suam habet propriam figuram exteriorem, quæ dicitur forma. 2. Sent.

At profecto mihi placet sentẽtia Iãbli. vt refert Simplicii. hic enim dicit per figuram intelligi eam, quæ in solis mathematicis est quantitatibus, vt esse triangulum, quadrangulum, cubum & reliqua: & per formam intelligit eam quæ in corporibus naturalibus est. Et hoc patet ex ipso Arist. qui probat figuram esse qualitatẽ, quia secundũ eam, dicitur quale aliquid: ista subdẽs, exempla, esse triãgulare, quadrangulare. 3. Sent.

Huic generi, adiungit Aristo. curuitatem & rectitudinem quæ qualitates sunt, quia quodãmodo figuræ sunt, quãuis imperfectæ.

Vbi notat Ammo. & benè q ex quãtitatibus procedunt passiones seu affectus, figuræ & formæ, sed non hæ omnia ab omnibus quantitatibus: à linea procedũt affectus, scilicet curuitas, rectitudo, etiam & angulus: à superficie continenti longitudinem, & latitudinẽ, procedũt affectus, scilicet angustia, amplitudo, etiam procedunt figuræ, scilicet trian- Nota.

triangulus, quadrangulus, & reliquæ figuræ superficiales: à corpore vero procedunt affectus, grauitas, leuitas, similiter figurę, scilicet cubus, pyramis: procedunt etiam formæ à tali quantitate, vt est in subiecto substãtiali: omnia autem ista, quæ à quantitate dimanant, qualitates sunt,

¶ Rarum verò & spissum & asperum, &c. 10

Excludit dubium. Posset quis dubitare an istæ qualitates sint, cũ secundũ ea quale dici appareat. Respõdet non esse qualitates, sed potiq pertinere ad positionẽ quæ ad aliquid est, q ex horũ definitione apparebit, est. n. rarum, q partes sibi habet distantes inuicem spissũ. q partes sibi coniuncta, habet, asperũ, quod partes inæqualiter habet insurgẽtes, lene cuius partes rectitudinem quandã obseruent, hæc autem ad partium positionẽ spectant: concludit has esse qualitates, quæ maximè qualitates dicuntur: [forsan autẽ alius apparebit modus qualitatibus.] Hęc verba in disputatione examinabuntur.

¶ Qualia verò sunt, quæ secundum has denominatiuè dicuntur, &c. 11

Hæc est secunda huius capitis pars principalis, in qua de ipso quali Arist. tractat, ipsumq; describit, Quale inqt est, quod à qualitatibus denominatiuè dicitur, vel quomodolibet aliter.

Hæc descriptio duas habet partes altera est, quale dici d̃nominatiuè à qualitate, diximus enim superius, tunc dici denominatiuè, qñ in nomine est quędam conuenientia cum extremitatis differentia aliqua, & in re est quędam forma, & id quod formã participat: patet autẽ ita esse in multis qualitatibus, vt candor, & cãdidus; albedo, albus, calor, calidus: in his, concreta denominatiua sunt: à qualitatibus ipsis abstractis.

Altera pars est (vel quomodolibet aliter,) quia aliquãdo nõ fit denominatio ab aliquibus qualitatibus, vel quia nomen eis nõ est impositum, vt dicuntur pugillatores, cursores, à potentia quadã naturali currẽdi, & actũ pugillis exercẽdi, cui potẽtiæ nõ est nomen impositum, sicut sunt nomina imposita artibus, quibus hæc fiunt. Diximus. n. pugillatores dici & ab arte, & à potentia quadã naturali: similiter cursores, luctatores, artibus quidem nomen impositum est, sed non potentijs.

Huiusmodi aliquando nomina quidem imposita sunt qualitatibus, sed nõ ab illis sumitur nomen concretum denominatiuum idem significans, vt qualitas quędam dicitur virtus, sed non ab ea virtuosus quis, sed studiosus dicitur: sed ista non sunt multa: omnia autem hæc qualia dicuntur, quæ vtrunque à qualitatibus sumuntur.

Dubitatur videtur Arist. nõ seruasse præceptũ illud. 6. Top. c. 3. ne cõmittatur circulus in definitionibus, vt vnum per aliud, & hoc iterũ per illud definiatur: hic autem qualitatẽ per quale, modò quale per qualitatem describit. Dubiũ.

Ad hoc respõdet Boet. istã non esse propriè definitionẽ, sed discretionem quandã, in qua non est vllũ absurdum, vt vnũ per alterũ describatur, tanquã per notius nobis, & hoc iterũ per illud tanquã per notius natura: quale. n. nobis est notius, cũ sit magis cõpositum, & composita nobis sunt notiora: at qualitas est notior natura, & minus nobis nota: est enim prior natura qualitas, qua quale, & est ipsius qualis causa: vñ postquã iam nobis manifesta est qualitas per ipsum quale, iterum quale per qualitatẽ manifestamus, tãquã per notius natura vt cognoscamus radicẽ & causãm ipsius qualis esse qualitatẽ nec iste est circulus, tunc enim hic fit, quando idem est modus cognitionis. Solutio.

¶ Inest autem & contrarietas secundum qualitatem. &c. 12

Hæc est tertia capitis pars, in qua explicantur ea, quæ qualitatibus insunt, hæc aũt sunt tria. Primo est, qualitatibus inesse contrarietatẽ, q exẽplis manifesta-

nifestatur, iustitiæ enim iniustitia, & albedini nigredo contrariatur & non solum hoc abstractis qualitatibus, sed ipsis qualibus inest, iustũ enim in iusto, & album nigro contraria sunt: hoc tamẽ non omnibus inest qualitatibus, nam rubedo, palor, & reliqui colores medij non habent contrarium.

Dubi. 1. Dubitabit hic aliquis, nam iste locus videtur aduersari alteri loco. 5. Phyli. cap. 1. vbi dicitur non solum extrema, sed etiã media extremis cõtraria esse, & 2. Ethi. cap. 8. & 1. mag. mora. cap. 9. docet extrema vitiosa, & inter se contraria, & cũ virtute, quæ est in medio, liberalitas enim quę in medio est, prodigalitati & auaritiæ contrariatur. Ad

Solutio. hoc dico, dupliciter aliquid posse alteri contrariari: vno modo secundum se primo: altero modo secundum aliquid, quod in se participat: verbi gratia, ignis aquæ est contrarius, non quidem secundum se, sed ratione caloris, & frigiditatis, quæ in eis sunt: at ipse calor & frigiditas secundum se cõtraria sunt. Modo dico, q̃ colores medij contrariãtur extremis, sed non secundum se, sed vt magis vni aut alteri accedunt extremo: v.g. rubrum aduersatur albo, quia magis participat nigrum, at ipsi colores extremi secundum se cõtraria sunt, & per hoc patet concordia huius loci cum illo quintõ Physicorum.

Ad illud de virtute respõdet Alber. cap. 9. virtutem contrariari extremis in ratione extremi, id est, in quantum virtus bonum morale est, extrema verò mala sunt, bonum autem, & malum extrema sunt.

Dubi. 2. Dubitabit, cum multa clara ex ẽplo possit proponi qualitatum nõ habentium cõtrariũ, figura enim & forma cõtraria non habent, vt quid Aristo. hoc de coloribus medijs, quod nõ satis per-

Solutio. spectum erat, proposuit iudicio mẽo, id non sine causa factum esse existimãdum est: causa igitur huius est, vt intelligamus perfectam & primam contrarietatẽ inesse extremis, & alijs ipsorũ ratione, ac propterea verbis sequentibus, alterã contrariorum proprietatẽ subiũgit, scilicet, vt sint talia extrema, quæ sub eodem genere sint: vt si vnum ad qualitatem, & alterum etiã ad qualitatem spectet: sunt enim contraria in vno & eodem prædicamento.

¶ Suscipiunt autem qualia magis & minus. &c. 13

Inest etiam qualibus suscipere magis & minus: non solum autem vnum altero magis album, calidum, aut frigidum est, sed etiam vnum, & idem modo album, modo magis album est.

Sed posset quis dubitare, an sicut suscipiũt cõtrarietatẽ qualitates sicut qualia, ita suscipiant etiã magis vel minus vt vna sit magis albedo, quàm alia. Et dicitur hoc quibusdã visum fuisse, inter quos fuit Plat. vt referunt Alexan. Boet. & Alb. At ipse Arist. magis accedit ad hoc q̃ non abstracta, sed concreta, magis vel minus suscipiãt, ista tamẽ propietas nõ inest omnibus, cũm ipsis abstractis qualitatibus non insit: imò nec omnibus qualibus: hæc enim quę à figuris dicuntur, non suscipiunt magis vel minus, sed ratio earum in indiuisibili consistit: vt aliquid videlicet sit circulus vel nõ sit, tcomienit absolutè: nõ verò dicitur magis vel minus circulus, quã alter. Nec quadrangulũ vnũ vtpote quadratũ, est magis quadrãgulũ altero, q̃ sit altera parte lõgius, sed absolutè vtrunq; est, & dicitur quadrangulum seu quadratũ: esse enim circulum vel aliam figurã consistit in vna ratione: nõ suscipienti variationẽ: hoc idem in ipsis contrariis. Quadratum autẽ dicitur figura plana, quatuor rectis lineis æqualibus contenta: altera verò parte longius, quod quadrangulum vocant, est ex quatuor lineis, duabus existentibus in æqualibus, alijs duabus.

¶ Horum itaq; quæ prædicta sunt. &c. 14

Ostendit nullũ ex his duobus esse proprium qualitatibus, cũ nõ insit omnibus

bus: propterea verum proprium ponit omni, & soli conueniens, vt secundũ solam qualitatem dici cõtingat similè vel dissimile. Ne autem existimes simile & dissimile esse qualitates, sunt enim ad aliquid, sed sunt passiones qualitatis, nec est incõueniens q̃ res in vno prædicamento, & eius passio in altero collocetur, vt diximus: homo enim in substãtia, at risibile in qualitate eius ita qualitates huius prædicamẽti sunt, at simile & dissimile ad aliquid pertinent.

¶ Atverò non decet conturbari, &c. 15.

Hæc est vltima capitis pars, in qua Aristot. respondet cuidam obiectioni, quæ ei ex dictis præcedentibus objici poterat: nẽpè, in prædicamento ad aliquid collocata sunt sciẽtia, & habitus, nihil autem vnũ, & idem in duobus prædicamentis est constituendũ: ergo non sunt ista in prædicamẽto qualitatis, vel non sunt ad aliquid.

Ad hoc dupliciter respõdet. Primo, inquit, scientiam, & habitum in genere esse ad aliquid, species verò ipsius esse qualitates: nec repugnat genus esse in prædicamento ad aliquid, & species in qualitate: & hocidẽ docet 4. Topica. 4: Respõdet secundo, etiã genus, scilicet scientiam & habitũ esse in hoc prædicamẽto qualitatis, & ad aliquid: nã vnum, & idem secũdum diuersas rationes, ad diuersa potest pertinere prædicamẽta: vt sciẽtia, quatenus subiectum facit quale, in qualitate est: quatenus ad obiectũ refertur, ad aliquid est.

Ex vtraque solutione Arist. habetur secundum ipsius mentem, scientiam & habitum aliquo modo ad aliquid pertinere, quod nos supra diximus contra Ammon.

Dub. 1. Dubitatur, quo pacto fieri potest, vt genus, q̃ de natura specierum est, sit in vno prædicamento, & species in alio: cũ supra docuerit Arist. quicquid de genere essẽtialiter prædicatur, etiam de specie prædicabit. Ad hoc respõdet Alex. Scientia secũdum naturam suã est qualitas; quia subiectũ ipsum primo disponit secundum se: ex scientia autem similiter & ex habitu nascitur quidã respectus ad obiectum: & ratione huius respectus, qui non est natura sciẽtiæ, sed à natura fluit, est in prædicamẽto ad aliquid sicut risibile ratione subiecti est in substãtia; ratione risibilitatis est in qualitate, species autẽ sunt in prædicamento, in quo, est natura sui generis: & ita hic fit: nam scientia, & habitus secundũ naturam suam in qualitate sunt. Et hoc est quòd benè dicit Simpl. quia species sciẽtiæ, & habitus ipsius, non sunt sciẽtiæ, & habitus species, quatenũ illa sunt ad aliquid, sed vt qualitates sunt.

Tamen est aliud dubium, quod maximè hoc ipsum manifestat, & cuius cõsideratio à multis prętermissa est. Nam sicut à natura sciẽtiæ in communi fluit quidam respectus, & comparabilitas ad obiectum scibile in communi: ita ex qualibet sciẽtia in particulari fluit respectus particularis ad suũ obiectum: ergo qua ratione genũ ad aliquid spectat, ita etiã ipsę species pertinebunt. Præterea non videtur recta doctrina, propterea scientiam esse ad aliquid, quia respectus ex ea cõsequatur, ratione cuius ad aliquid est, eodem enim modo diceretur: Petrus est in qualitate ratione coloris, qui in eo est.

Dub. 2.

Solutio.

Dico ad hoc, est etiam valdè notandum, quod scientia in communi non solùm habet illum respectũ, sed etiã nomen ipsum scientiæ, & talẽ qualitatem simul cũ respectu significat, cum sciẽtia dicatur ab hoc, quod est scire, & cognoscere aliquid. At reliquæ scientię particulares habẽt quidẽ respectũ, sed nomina ipsarum solã qualitatem sine respectu significant: vt grammatica, Rhetorica, Geometria: & inde non dicuntur ad conuertentiã cum obiecto, nõ enim dicitur grãmatica est, vt ita loquamur, grammaticabilis grammatica, sicut dicitur scientia est scibilis sciẽtia.

Nota cur sciẽtia dicat esse ad aliquid non aũt species subiectę

Universidad de Deusto Biblioteca

Inde est, quod scientia & habitus in genere possunt ad aliquid pertinere ratione alicuius in sua significatione contenti, non tamen ipsius species: & hoc valdè obserua, circa hunc textum: atq; hæc de capitis interprætatione.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum qualitas sit genus? & de eius speciebus, ac specierum qualitatum diuisione.

HOc prædicamentum dignum est speculatione & propter rerum obscuritatem, & ipsarum insignem, & vniuersalem vtilitatem, cum & morali philosopho, & matematico maximè huius opus, quãdo quidẽ omnia hęc ferè comprehendit. Est igitur prima difficultas. An qualitas sit genus supremum omnium specierum enarratum? videtur enim non esse genus, cum Aristotel. dicat qualitatem multipliciter dici quod idem videtur ac æquiuocè dici, vel saltem analogicè, vt loquitur, Arist. 4. Meta. cap. 2.

Argum. in cõtrariũ quando, scilicet sit genus.

1. argu.

2. argu.

Præterea, quia genꝰ significat aliquã communem naturam omnibus suis speciebus: at non patet, quæ ista sit natura communis, quam dicit qualitas.

3. argu.

Præterea in hoc prædicamento non videntur omnes satis cõuenire. Simpli. enim existimat qualitatem esse analogum, Ammon. Alexan. & alij esse vniuocum genus.

4. Argu. Mẽta cõtra diuisionẽ in illas quatuor species.

Pręterea, Simpl. & Boe. credunt alias esse qualitatis species pręter has: Ammõ. & Alb. non esse vllum aliud genus.

Ratio illiꝰ Diuisionis ex Ammo.

Præterea in sufficiẽtia huius diuisionis positę ab Arist. non conueniunt, quidam enim aliter, quàm alij illã sumũt. In primis Amm. sic procedit. Qualitates se habent in duplici differentia, quædã dicunt potentiãvel impotentiam, & hæ faciunt secundam speciem: quædam dicunt actum, & hæ rursus sunt in differẽtia duplici: quædam sunt perfectiuæ vel deprauatiuę subiecti: quædam nec perfectiuę, nec deprauatiuæ: vocantur perfectiuę, quæ simul sunt cũ natura rei, vt calor ignis, albedo, niuis, vel quę tẽdũt in perfectionem rei, vt virtus, scientia, deprauatiuæ, vero sunt, quæ subiectorũ sunt destructiuę, & ipsorũ imperfectionem habẽt, vt acor vini, putredo pomi; vocat autem non perfectiuas, quæ non sunt secundũ naturam rei, sed fiunt per aliquam rei mutationem, vt dulcedo in iure, quæ fit cũ alteratione iuris. Similiter figuræ & formę, quę nec sunt etiã deprauatiuæ, cùm non tendant in rei corruptionem.

Tertia subdiuisio. Quæ sunt perfectiuæ vel deprauatiuæ, sunt adhuc in duplici differẽtia, quędam insensibiles, id est quæ non sensu aliquo percipiuntur, quales sunt habitus tã boni, quã mali, & dispositiones, & hæc faciunt primam speciem, quędam sunt sensu perceptibiles, id est, quæ agunt in sensus nostros, & istæ sunt illæ qualitates passibiles, quę sunt causa passionis, vt calor, frigiditas, sapor.

Illæ autẽ quę nec perfectiuæ, nec deprauatiuę sunt, iterum se habent dupliciter, quędã insunt in superficie exteriori solum sicut figura & forma, quædam etiam in profundo corporũ, vt color, & albedo, & reliqui colores, qui quãuis soli superficiei inesse videantur, tamẽ eorum causa à profundi mutatione prouenit. Similiter etiam se habẽt aliq̃ qualitates quæ in profundo etiam sunt, & hæ vel sunt durabiles, & tunc dicunt qualitates passibiles, quæ sunt effectus passionum, vel nõ sunt durabiles & sunt passiones, hæc inter alia dicit Ammon.

Sed profectò ista doctrina nõ videtur exacta, non enim explicat quę sit ratio cuiusque horum generum, quod maximè refert. Pręterea dicit qualitates primę speciei esse sensu imperceptibiles, cũ tamẽ constet oppositũ ex ipsis Arist. exemplis, dicit enim calorẽ, & frigiditatem esse dispositiones & posse fieri habitus. & tamen ista sensibilia sunt.

Simpl.

Ratio diuisionis illius ex Simpli.

Simplici. aliter procedit, inquit, qualitates se habere duplici differentia. Quædam sunt aduẽtitiæ, & acquisitę: & istæ faciunt primam speciem. quædam naturales: & istæ vel dicunt potẽtiam, vel actum. Si dicant potentiam, constituunt secundam speciem: si dicãt actum, vel est in profundo subiecti, & sic est tertia: vel in superficie exteriori, & sic fit quarta species.

At nec hæc videtur omninò exacta sententia: non enim explicat rationes specierum harum, nec sufficientiam. Præterea quia ponit qualitates primę speciei aduentitias: constat autem secũdum Aristote. sanitatem esse in prima, quæ tamen naturalis est qualitas.

1. Fund. Ratio vera illius diuisionis.

Propterea aliter in hac parte est procedẽdũ. Est igitur primo considerãdũ: qualitas est nihil aliud quam modus & determinatio eius q̃ indifferens est: nõ tamẽ quicũq; modus facit hoc prædicamentũ: sunt enim in rebus consideranda duo, esse rei, & ipsius operatio: & in substantijs corporeis est tertium aliud, q̃ quãtitas dicitur: & ratione horũ triũ est indifferẽtia quædã. Primo, res secundũ suũ esse solitariè cõsiderata manet indifferens, vt benè vel malè se habeat: & determinatur quãtum ad hoc per qualitates primę speciei, quæ sunt habitus vel dispositiones, quę modificãt rẽ, vt benè vel malè se habeat in se. Manet præterea res indifferẽs vt possit operari vel nõ possit operari: & quãtũ ad hoc modificatur à qualitatibus secũdę speciei, quę dicũtur potẽtiæ, per quas subiectũ est potens operari. Tertio manet indifferens etiã quantum ad operationes, quæ dicuntur passiones sensus: quia scilicet vel illas efficiunt, vel ex illis procedunt: & quantũ ad hoc modificatur à qualitatibus tertię speciei. Tãdẽ modificatur res in sua quãtitate à figura vel forma: quantitas enim tenderet in infinitũ, nisi à figura terminaretur, & cõcluderetur. Nec manet alius modus intrinsecus in ipso subiecto: nã q̃ sit in loco, tẽpore, ad aliud, sunt ista ab extrinseco: ex quibus patet qualitatẽ esse modũ rei intrinsecũ, vel secundũ esse, vel secundum operationem, vel secundum quantitatem.

2. Fund. ordo specierum qualitatis vnde sumendus sit.

Est secundo cõsiderandum, quod ordo horum generum non est sumendus secundum rem absolutè, sic enim potẽtiæ pręcedunt habitus, sed secundũ ordinem modificandi, secundum quem habitus & dispositio præcedunt: quia esse rei disponũt benè vel malè: & aliæ species quæ rem ipsam totam, & substãtiam disponunt, præcedunt figurã, quæ est circa quantitatem exteriorẽ. Erũt igitur rationes formales singulorum generum istæ. Prima species est qualitas ipsum subiectũ benè, vel malè disponens. Secunda species, qualitas principium operandi. Tertia species, modificans secũdum passiones. Quarta, modificans quantitatem.

3. Fund. Vna res qũo ad diuersas categorias etiã pertineat.

Est tertiò considerandũ. Vnã & eandem rẽ posse pertinere ad diuersa prędicamẽta, vel ad diuersa genera eiusdem prędicamenti diuersis rationibꝰ: vt benè docet Simpl. Quemadmodum enim vnius cõclusionis, vt dicitur. 2. Poster. c. 28. põt esse scientia, & etiam opinio, si ab vno per demõstrationem, ab altero per rationẽ probabilẽ cognoscatur: ita similiter res varijs rationibus formalibus sub varijs potest esse generibus: v. g. calor & frigus, si vt causa passionis circa sensum sunt, sumantur, ad tertiam pertinẽt speciẽ: at si respectu sui subiecti considerẽtur, quatenus illud benè vel malè disponunt: sunt habitus vel dispositiones. Et ita considerauit Arist. qui illa in duobus generibus constituit. Similiter forma, & figura, si vt terminus quãtitatis sunt, sumãtur, in quarta sunt specie: at si vt subiecti perfectionẽ vel imperfectionem dicunt, habitus sunt, vel dispositiones.

His suppositis est prima cõclus. Qualitas genꝰ est ad omnia ista quatuor genera. Hęc est sententia cõmunis, nec

Simpliciuiter voluit affirmare: solum hoc dixit, species qualitatis non esse æqualiter perfectas, & propterea vocauit analogum: sed hæc analogia nõ impedit quin sit genus: nec obstat illud verbum [multipliciter,] vt notat Porphyr. quod aliquando significat æquiuocè, aliquando notat solam multitudinem absque æquiuocatione, & hoc probant verba Aristo. quæ sequuntur: dicit enim Vna species qualitatis est, quod nisi esset genus, dici non posset: & patet ratione, quia dicit vnicam naturam, scilicet esse modum intrinsecũ, vt explicui, & prædicatur in quid de omnibus qualitatibus, vt notum est: ergo est genus.

¶ De prima Specie Qualitatis, & eius diuisione.

ACcedamus deinde ad singulas species seu potius genera. Et primo, dubitatur: an habitus & dispositio differãt specie; ita vt sint duæ species vel genera inter se. Et quidẽ Ammo. & Boe. & Alb. docẽt differre numero: sicut albedo remissa, & albedo intẽsa: parvus calor, & magnus calor, non differũt specie, sed numero: ita dispositio & habitus. At S. Tho. 1. 2. q. 49. arti. 2. optimè ad hoc respondet: inquit, enim aliquos esse habitus, qui nõ differũt nisi numero à dispositione vt calor, qui facilè mobilis est, & calor qui fortiter radicatus est in subiecto, & aliquãdo dispositiones ex nimia radicatione in subiecto fiunt habitus, at aliq̃ qualitates ex natura sua sunt dispositiones, quæ ex natura sua sunt facilè mobiles, vt ephimera ex natura sua dispositio est, & non põt fieri habitus, aliæ sunt habitus ex natura sua. s. quę ex natura sua sunt difficilè mobiles, vt habitus virtutũ, habitus scientiæ, & in his clarum est, habitum & dispositionẽ specie differre.

Et quia hoc tẽpore solent præfigi auditoribus aliquot tabulæ, quibus ea quæ in prædicamentis singulis continẽtur, descripta sint, licet id negotij Dialecticis non sit, tũ quia citra vtilitatem non est, per modum simplicis enarrationis proponemus ea, quæ in singulis his generibus cõprehendãtur; aliqua rescindentes, quæ minus cõsiderate ab aliquibus ad ista genera trahuntur: fiet ergo per modum diuisionis, vt postea cuilibet sit facilè omnia hæc suis tabellis accommodatè describere.

Habitus igitur sunt in duplici differentia, quidã sunt animæ, quidam corporis, animæ sunt qui ab anima originem, vel in anima sedem habẽt, corporis sunt, qui præcipuè sunt in corpore, & ad aliquam operationem corporeã primò ordinantur: & horum quidam in toto corpore sunt vt sanitas aegritudo: quidam in parte, vt habitus in manu pulsandi, in pedibus saltandi.

Habitus alius est animæ, alius ipsius corporis.

Rursus, habitus animæ quidã acquisiti sunt, quos labore, & industria paramus, quidã infusi, qui à solo Deo in nobis generãtur, vt gratia, fides, spes, charitas; & reliquę virtutes, & dona infusa, quorũ Arist. nullam habuit notitiã, tũ in ista prima specie collocandi sunt.

Habitus acquisiti quidã sunt intellectiui, id est, existẽtes in intellectu: quidã sunt morales, id est, pertinentes ad mores nostros, secundũ quos benè vel malè, laudabiliter, vel vitiosè, operamur: horũ moralium quidã sunt virtutes, vt iustitia, prudẽtia: quidam vitia, siue per excessũ, vt prodigalitas, temeritas: siue per defectũ vt timiditas, auaritia.

Habitum autẽ intellectiuorum quidam sapientia, quidam scientia, quidã intellectus, ars, & prudentia sunt: & hi semper veri, id est: per quos semper verum cognoscimus, alij non semper veri sunt, vt opinio. Sapientia est rerum altissimarum cognitio: hæc si sit supernaturalis, id est, cognitio non in naturali acquisita, sed à reuelatione Dei pendens, est Theologia, si naturaliter acquisita, est Metaphysica.

Scientia est quadruplex: Mathematica. Physica, Moralis, Rationalis, Mathematica

matica, quæ dimensiones corporum, & quantitatum passiones considerat, quæ quadruplex est: Arithmetica, Geometria, Musica, astrologia. Physica, quę motus & rerũ mutationes speculatur, duplex est: Medicina, & quam vocamus naturalẽ Philosophiã. Moralis mores instruit vel singulorũ proprios, & dicitur Ethica: vel cõmunitates, & dicitur Politica, vel domorũ & familiarũ particulariũ, & dicitur Oeconomica. Rationalis triplex: Grãmatica, Rhetorica, Dialectica. Intellectus dicitur cognitio principiorum primorũ. Ars multiplex est. nauigandi, fabrilis, militaris, &c.

Omnes hi habitus in hac prima specie seu genere collocãtur, & omnia inferiora horum habitum: qui si non difficilè mobiles fuerint, dispositiones erũt, defectu enim vnius nominis generici, idẽ genus duplici nomine explicamus.

¶ De secunda specie qualitatis, & eius diuisione.

SEcunda species est naturalis potentia & impotentia: nec oportet iterũ hanc declarare, quia in textus interpretatione eam satis exposuimus tantũ ea quæ sub ea continentur, explicabimus. Potẽtia duplex est, corporis, & animę: corporis, quædam actiua, vt virtus magnetis, & guttæ: quædam passiua vt salubritas, mollities, durities.

Potẽtia animæ, quadruplex: vegetatiua, cognoscitiua, appetitiua, locimotiua. Vegetatiua duplex est: principalis, & ministerialis. Principalis triplex, nutritiua, per quã viuẽtia alimentũ in sui naturam conuertunt: augmentatiua, per quã crescunt, generatiua, per quã sibi simile, generant. Ministerialis quadruplex, attractiua, per quã vnumquodq; membrum ad se alimentũ trahit, alteratiua seu digestiua, per quam alimẽtum disponit, retentiua, per quã ipsum retinẽt, ne, dum digerit & disponit, relabitur, expulsiua, per quam superfluũ alimenti expellit.

Sensitiua, & intellectiua sunt partes potentię cognoscitiuę. Intellectiua est intellectus, sensitiua duplex, exterior, quales sunt quinq; sensus, visus, audit9, olfactus, gust9, tactus, interior, sunt sensus communis, imaginatiua, phãtasia, cogitatiua memoria.

Potentia appetitiua, duplex: cõcupiscibilis, & irascibilis: per cõcupiscibilem inclinamur in bonũ, vel auersamur malum, per irascibilem tendimus in bonũ arduum ad obtinendum, vel contra malũ arduum ad euitãdum, reliquę passiones particulares, id est, amor, odium, & reliqua non inter potentias, sed inter passiones collocandæ sunt.

Locimotiua, est vel volandi, vel natandi, vel progrediendi potentia. Inter appetitus collocanda est voluntas, est enim appetitus rationalis, reliqui sunt appetitus sensitiui.

Ad hanc etiam speciẽ pertinẽt ferè omnium specierum & generũ propriæ passiones, vt risibilitas hinnibilitas, omnes aptitudines. & inclinationes particulares ad aliquid operandũ. Et hæc solũ istę qualitates in abstracto, sed etiã in concreto, sicut in qualibet specie, sumi possunt.

¶ De tertia specie qualitatis, & eius diuisione.

TErtia species est passibilis qualitas vel passio. Diximus aũt superius qualitates passibiles esse in duplici differẽtia, quædã sunt causæ passionis in sensibus, qualia sunt obiecta, tact9, gust9, & odoratus, quędã sunt effectus ex aliqua passione subiecti proueniẽtes, difficilè tũ mobiles, nã si non sunt durabiles, nõ qualitates, sed posiones vocanẽ, passio enim & passibilis qualitas, quæ est effectus passionis, quales sunt colores, differũt pęnes facilè, & difficile mobile, non aũt sicut prima species, vt notat Simpl. nã qualitas primæ speciei dicitur facilè vel difficile mobilis ea, tũ est, quę subiectum benè vel malè secundũ suum esse

disponit. At ista tertia species est qualitas, quæ secundum passionem est facilè vel difficile mobilis.

Sub hac specie sunt passiones animę vt ira, amor, gaudiũ, spes, & reliquæ. Similiter aliqui constituunt lumen, lucẽ & species, quib9 fit cognitio: sed iudicio meo istæ nulla ratione in hac specie cõtinentur, cum nõ sint per se causa passionis nec effect9 vllius passionis: imò existimo Arist. nõ meminisse harum, quia secundum communem sententiã, lumẽ non erat accidens, sed substantia.

Possunt tamẽ optimè collocari in prima specie, lumen enim dispositio est, & species ipsæ: sunt enim ista facilè mobilia: lux autẽ, quę in ipso corpore luminoso est, habitus quidam ipsius est. de so no diximus potius esse sub passione, est enim effectus passionis, scilicet collisionis duorũ corporũ, & permanens nõ est.

¶De quarta specie Qualitatis, & eius diuisione.

QVarta species est figura, vel forma, quã in textus interpretatione explicuimus: figura quædã est discretorũ, vt numer9 triãgularis, quadrãgularis, est etiam figura continuorum, vt triangulus, & figurę Geometricę. Pręterea, figura quædã superficialis, quę in superficie describitur, vt triãgulus in superficie cartę, & est figura solida, vt corp9 colũnale, pyramidale, atq; hę dictæ sunt figuræ perfectæ: aliæ verò sunt imperfectę: vt curuum, rectum, par, impar, concauum, conuexum & similia. Et inviuersum omnes figurę, & formę rerũ à quantitate prouenientes in hoc sunt genere siue naturales, siue artificiatæ sint.

Dubiũ. Dubitatur de raro, & spisso, leni & aspero, an sint qualitates: Quare breuiter oportebit ista explicare: Boet. & 1. Sent. Aug. vocant rarũ corpus, q̃ intra se habet cõcauitates, & poros quosdã: quorũ ratione alienũ corp9 potest recipere in se: vt spõgia, & pumex: vocãt aũt dẽsum corp9 q̃ intra se alienũ recipere nequit.

Alii verò vocãt rarum corpus, quod 2. Sent. sub magna quantitate paucã continet substantiam, quamuis porosum non sit: vt cera liquefacta, spissum verò vel densum, quod sub parua quãtitate multas continet subitantiæ partes, vt ferrum. Vtraque explicatio est bona.

Nec mihi placet quod dicit Alber. rarum esse diaphanum, & spissum opacũ, 3. Sent. potest enim esse diaphanum, & spissum vt vitrum, & crystallus.

Asperum verò dicitur cui9 partes exteriores inæqualiter insurgunt, & quædã prominẽtes, quędã depræsse sunt, lene verò, cuius partes exteriores ęqualiter insurgũt. Vnde patet discrimẽ: lene enim & asperum cõsiderantur secundũ partes exteriores, at rarũ & spissum secũdum partes interiores: rari enim partes magis inter se distant: at partes spissi inter se magis adunantur.

Hoc suppositio est sententia cõmunis Alb. Auer. Gilberti, & aliorum, ista principaliter esse positionem, dicunt enim ordinẽ partium inter se, at minus principaliter, & secundario dicere qualitates, secundum quas ista tactu percipiũtur. Et quamuis ista sententia mihi omnino non placeat, cum secundũ Aristo. nullaten9 qualitates sint, tamẽ propter tantam aserẽtium authoritatem hoc modo recipiamus, non enim hic locus est exactius hæc omnia inuestigandi, & hæc de qualitate sufficiant. Responsio ad dubium.

¶De actione & passione.
Cap. IX.

RECipit autem agere & pati contraarietatem, & magis & minus. TEXT. Calefacere enim ei, quod est frigefacere, contrarium est, & calefieri, ei, q̃ est frigefieri, & delectari ei, quod est contristari. Quare suscipiunt contrarietatem, & magis & minus, est enim calefacere & magis & minus & calefieri magis & minus, & tristari magis & minus, suscipiunt igitur magis & min9 agere & pati. De his igitur tot dicũtur

Sex

Cur tãbreuiter de reliquis sex categorijs Aristoteles egerit.

SEx prędicamenta, quæ supersunt, summo cõpendio Arist. percurrit, cuius rationem tradunt Porph. & Simpl. nempè quòd his, qui discere incipũt satis sit, si ea quæ ꝓposita & tractata pri9 sunt, optimè perceperint: eorum verò quæ sequũtur, summam eam tenuerint vt ad ipsa redigere vnumquodq; ex inferioribus valeãt, præsertim quia illorum quatuor amplissimus est in sciẽtijs vsus, horum autem non ita frequens, & ea quæ necessaria sunt in Physica tradantur.

At quidam dictus Gilbertus Porretanus Græcus author, id negocium assumpsit, vt hęc sex latiꝰ explicaret, quia in eis multa digna speculatione inueniũtur, ac propterea author sex principiorũ cõmuniter est nucupatus: cuius cõsilio alij viri illustres Philosophi ducti, eadẽ principia tractarũt, inter quos fuerunt Simpl. & Albe. nõ ergo nobis dabitur vitio, si idem consiliũ sequentes aliquid in horum prædicamentorũ cognitionem breuiter addiderimus, si tamen prius hæc pauca verba Arist. interpretati fuerimus.

Duas ergo actionis & passionis ꝓprietates ponit. Prior est, actio & passio cõtrarietatem habẽt, calefacere enim est contrariũ ei, quod est frigefacere: & calefieri, eo quod est frigefieri, nec explicat quid vtrumque sit, istis exẽplis contentus. Posterior est actio & passio suspiunt magis & minus, aliquid enim magis vel min9 calefacere vel calefieri potest.

Notab. Circa hæc aduerte primò actiones, & passiones secundũ se nõ suscipere cõtrarietatem, sed secundũ formas, in quibus insunt, vel secundum id, circa quod sunt omnis enim actio vel passio terminatur in aliquam formã, verbi gratia, calefactio in calorem, frigefactio in frigiditatem, & secundũ tales formas seu terminos cõtraria recipiunt. Similiter etiam magis & minus secundũ tales formas habent.

Aduerte secundo quod ex hoc sequitur non omnem actionem vel passionẽ contraria habere, nec magis nec minus recipere, cum cultæ actiones & passiones fiant secũdum formas non suscipiẽtes contraria, vel magis & minus: vt generare vel generari non recipiant istã. Similiter nutrire, scribere, & alia, non ergo hæc sunt propria simpliciter, cum nec omni nec soli insint. Nota.

De cæteris prędicamentis.

Cap. X.

DIctum est de eo, quod est situm, esse in ijs, quæ sunt ad aliquid, quod denominatiuè à positionibus dicitur. de reliquis verò, id est, Quando, & Vbi, & Habere, prępterea quod manifesta sunt, nihil de ipsis aliud dicitur, quàm quæ in principio dicta sunt, quod Habere quidem significat calceatum esse, armatum esse. Vbi verò, vt in Lycio, in foro: & alia quæcunque de his dicta sunt. Igitur de omnibus generibus, quę proposuimus, sufficiunt quæ dicta sunt. TEXT.

NE mireris, si ferè nihil de istis dictus, eundem ordinem, quem supra in istis enarrãdis ꝓposuerat, peruerterit: illic enim rectum naturæ ordinem obseruauit, secundum quem vltimo loco actionem & passionẽ enumerauit, cum res nõ absolutè operetur, nisi iam omninò perfecta: quam perfectionẽ ex varijs prædicamẽtis habeat: at hic præposuit, quia plura de his verba fact9 erat. Similiter adiungit prædicamentũ Situs, cuius paulò ante in prędicamẽto ad Aliquid meminerat, docetque sitũ esse, esse denominatiuũ à positione, quę in in prędicamẽto ad aliquid est, vt sedere, stare, accumbere, reliqua exemplis solum absoluit, & sic se decem generibus doctrinam tradidisse concludit. Nos autẽ de singulis hic latius, sub breuitate tamẽ dicamus, ab actione incipientes.

DE

DE ACTIONE.
QVAESTIO PRIMA.
Quid sit Actio.

TRia nobis de actione tractãda sunt, vt eadem Arist. methodus obseruetur. Primum, quid sit actio. Secundum, de speciebus ipsius. Tertium, quæ sint eius proprietates.

1. definitio & eiꝰ explicatio.

Circa primũ, actio à Gilberto sic describitur actio est forma, secundũ quam denominamur agere vel facere in subiectã materiã: verbi gratia, id, secundũ quod ignis dicitur calefacere, aquã vel aliquid aliud, quod vocatur subiecta materia, dicitur actio.

Nota quatuor ad actionem cõcurrere.

Et vt hanc definitionẽ intelligas, aduerte quod actionẽ cõcurrunt quatuor. Primum ipsum quod agit simul cum virtute & principio, per quod debet agere, concurrit, & id quod per talem actionẽ agitur seu fit primo, cõcurrit tertiò id in quo agitur, & præter hoc est ipsa actio. Exẽplo hoc manifestatur. Ignis agit & calefacit aquam, hic est primũ, id quod agit, scilicet ignis, cum virtute, per quã agit, scilicet, cũ calore, secundũ est ipsa aqua, in quã agit, est tertium ipse calor qui actione fit, & eadem est calefactio & hæc dicitur actio, à qua ignis denominatur agens: & calefaciens.

Vnde virtus ignis per quã agit scilicet calor, quæ in eo est, non est actio qua ignis ab eo calidus dicitur, nõ aũt calefaciẽs nec similiter calor productus vt calor est actio est, qua ab eo aqua nõ dicitur calefaciẽs, sed calida vel calefacta, nec ipsa aqua est actio: id ergo, quod superest à quo ignis denominatur agens vel calefaciens, dicitur, actio propterea nõ dicitur, actio est forma, per quã agimus, qa tunc virtus agentis esset actio, cũ per eã agamus, quod tamen falsum est: sed dicitur, actio est, à qua denominamur agere: quid autẽ aliud illa actio sit nõ apparet. Si enim calefactio non est, calor ignis, nec aquæ calor, nec aqua ipsa: quid aliud sit, non est facilè explicare.

2. definitio & eiꝰ confutatio.

Quidam non rectè, ita dicunt, actio est relatio agentis ad patiens. Vnde secundũ hanc descriptionẽ calefactio est relatio ignis ad aquã, vel ad id quod calefacit. Sed hoc dictũ, & assertum, licet multorũ sit, est intollerabile, & indignũ philosopho Peripatetico: est enim doctrina expressè & latè ab Arist. tradita. 5. Phy. c. 1. & 2. Actionẽ & passionẽ formaliter esse motũ, & actionem scilicet calefactionẽ esse in aqua patiente, quo modo ergo actio est relatio existens in igne, vel in ipso agente?

Respon. ad quæstionem Quid sit actio & passio.

Propterea secundũ Arist. & veritatẽ dicẽdum, est, & ne ab exemplo disceda mꝰ, quod calor qui in aqua ab igne producitur, potest considerari, vt est quędã qualitas à qua aqua denominatur, & est calida, & tunc calor dicitur, & ad tertiã qualitatis speciem pertinet. Altero modo consideratur vt in fluxu quodã & successu est, secundum quẽ paulatim incessanter in aquam inducitur: & tũc calor iste sic fluẽs motus est. Potest tertiò iste calor fluens considerari, vt sic fluit, quod ab igne, & ignis virtute procedat, & tunc dicitur actio. Et tandẽ quartò vt in aquã paulatim immittitur, & dicitur passio. Nihil ergo aliud est calefactio, quam ipse calor fluẽs ab ipso igne procedẽs. Erit igitur actio actus, seu forma ab aliquo procedens, & in aliud fluẽs: nõ ergo simpliciter actio relatio est, sed forma fluens, quãtus aliquid relationis habeat, & hoc maximè mentis trade.

Dubiũ.

Quòd si objicias, quomodo ignis dicitur calefaciens ab illo calore fluẽti, qui in aqua est: videtur .n. aliquod non posse denominari ab eo, quod in se nõ est. Ad hoc dico, dubium hoc non esse nouum, sed ab Arist. propositum loco allegato: ad quod ipse respondet, id non esse inconueniens, vt aliquid ab eo, quod in se non est, ab eo tamen procedat, denominetur. Vide tu, quomodo cõsonẽt ista Aristi. doctrinæ, cùm asserunt actionem esse relationem.

QVAESTIO II.
De speciebus actionis.

quotmodis accipitur actio.

SVperest secũdò, vt de ipsius actionis speciebus dicamus. Et quidem hoc nomẽ Actio, aliquãdo ab Aristoll. pro operatione immanente, id est nõ transeunte in materiam exteriorem vsurpatur, ad differẽtiã illius, q̃ est facere, q̃ significat operationem transeuntẽ, vt patet. 6. Eth. c. 4. Aliquãdo pro actione solũ humana sumitur, vt patet. 1. mag morale. cap. 11. inquit, nullum inanimatorum, nec animatorum, vno homine excepto, dicimꝰ agere. Aliquãdo sumitur pro actione naturali, quæ propriè secundum qualitates fit, de qua in exẽplo superiori loquuti sumus: & sic loquitur Arist. 3. Physico. cap. 2. at in præsenti latius nomen extẽditur pro quacunq; agentis operatione, siue transiens, siue immanens sit.

Diuisio actionis

Vnde possumus actionem diuidere. Primò in duo genera subalterna, nempè in actionem animæ, & actionem corporis: actionem animæ vocamus quamcunque actionem, cuius principiũ primum est anima, vel aliqua substantia immãterialis, vt includãtur etiã actiones angelorum: actiones corporis vocamus eas, quarum primum principiũ non est anima, vt anima.

Actio animæ est quadruplex, quædam procedens ab anima, vt rationale principiũ est, sicut amare, velle, sapere, iudicare: quædam procedit ratione sensus, vt imaginari, sentire, amare, appetitu sensitiuo: quædam procedit ab anima ratione potentiæ vegetatiuæ, vt augere, nutrire, attrahere, digerere, quædam ab anima ratione potentiæ motiuæ: & hæc duplex, altera quę transit exterius, ad locum, vt ambulare, natare, volare: altera quæ transit in corpus aliud, quales sunt percussiones, & operationes omnium artium: vnde hæ omnes actiones animæ sunt, quippè quæ non sine anima possunt exerceri.

Ex quo colliges q̃ minus rectè aliqui actiones, & operationes artis vocent corporis operationes, cũ ab anima ita dependeant, sicut sentire: nec propterea dicendæ sunt corporis, quia corpore exercentur, cum etiam nutritio, & vegetatio atq; sensatio, corpore ac circa corpus exerceantur.

Actio ergo corporis est, quę à forma corporis, id est, quæ ab anima non est, procedit, qualis est ignis calefactio: & denique elementorũ actiones, & mistorum inanimatorũ, vt actio magnetis in ferrũ, & similiter oẽs actiones: quę quãuis ab animatis procedant, non tamen procedũt ab eis vt animata sunt, vt actiones, quæ sunt à virtutibus herbarũ, à partibus animaliũ, & à reliquis. Vñ posset cõgruè diuiditalis actio corporis, in actione elementorũ simplicem & actionem mistorum inanimatorum, vt lapidum, & aliorum: & in actionem animatorum, non vt animata sunt.

Potest rursus actio secundo diuidi in actionem immanentem, & actionẽ trãseuntem: actio immanens illa dicitur, quæ in exteriorem materiam non trãsit, vt amare, sapere: actio transiens exterius transit, id est, extra ipsum agẽs, vt scindere, secare.

¶ De proprietatibus actionis.

CIrca tertium vero oportet ipsius Actionis proprietates tradamus, & quidem præter illas duas supra ab Aristo. positas, Gilb. duas alias tradit: altera est, omnis actio est cum motu, & motus etiam cum actione, id est, Actio non fit sine aliquo motu, motus enim ab agente fluens actio est.

Hoc intellige de motu largè sumpto pro quacunque processione ab alio, quanuis non fit successiua, & paulatim tendẽs: sunt enim aliquæ actiones quæ in instanti ab agentibus procedũt, vt illuminatio solis, generatio substãtiæ.

Altera proprietas, Actio infert passionem, id est, non contingit aliquid agere, quid aliquin aliud re, vel ratione distinctum patiatur: hæc de actione.

DE

DE PASSIONe.

Quid & quotuplex sit passio.

PAssio, intelligenti ea, quæ de actione diximus, facillima cognitu est: ferè enim eadẽ omni actioni, & passioni cõmunia sunt, præter definitionem & naturam, propter quod semper sibi mutuo copulantur.

Quid sit passio. Passio gitur est, vt Gilbert. describit, actionis effectus: vt enim vtamur eodem exemplo superiori, calor fluens: & ab igne procedens vt in ipsam aquã introducitur passio. Vnde ipsa passio, dicitur effectus actionis, quia ex hoc q̃ ab igne calor fluit, & succedit, quod actio est inde in aquam introducitur, & passio est: vnde passio est forma, vel in subiecto adueniens.

Posset etiam eodem modo, quo actio describi, scilicet passio est secundum quam subiectum patitur. Nec definienda est vt aliqui faciunt, passio est relatio patientis ad agens. Vocamus autẽ hic passionem, non ipsam formam absolutam, vt in prædicamento qualitatis, sed formæ receptionem, siue nociua sit, siue conueniens.

Diuisio. Potest autem prima illa diuisione diuidi in passionẽ animæ & corporis: nec existimes cum quibusdam, qui tabulas conscripserunt passionem animæ esse, quæ ab anima fit, vt videri, amari: sed passio animæ dicitur, qua aliquid ratione animæ in se patitur, vt tristari, augeri, nutriri, & reliqua quę dicemus. Passio verò corporis est, qua inanimata vel animata non vt animata sunt, patiuntur: vt calefieri, frigefieri, secari. Esto aũt diligẽs in his cõsiderãdis, quæ philosophica sunt: & altiores & profundiores radices habent, quàm appareat.

Nota. 1. Circa has passiones & actiones considera, ne decipiaris ex voce, dum omne verbum actiuum, vel habens vocẽ actiuam, existimas significare actionem: semper enim respicienda est significatio, an sit passio, vel actio: vnde sunt verba actiua, & neutra, quæ si ad examen philosophicum iudicentur, passionem significant, vt videre, audire, intellige re, hæc enim si operationem apprehẽsiuam significent, passionem dicunt: similiter veneo, vapulo, fio: alia contra, sub voce passiua actionem significant, vt multa deponentia.

Nota. 2. Nec similiter existimo omnia verba significare actionem vel passionem: aliqua enim substantiam vel aliquid substantiæ, scilicet existentiam eius significant, vt sum, subsisto, existo.

Nota. 3. Hic notat vnum Simpli. & Ammon. hæc prædicamenta potius explicanda per abstracta, vt per infinitiuum, vt dicatur actio, passio, agere, pati, calefactio, vel calefacere: eam cõcreta, & verba cum includant subiectum, videntur claudere relationem simul, vt agens, & patiens: hæc de passione.

DE QVANDO.

Quid sit quando, seu esse in tempore, quę eius species, & propria.

1. funda. HOc est aliud prędicamentum, quod iuxta ordinem Gilbert. sequitur immediatè actionem & passionem. Et ante huius explicationem, est vnum notandum maximè, quod doctè docuit Ammon. ista sex prędicamenta esse facta, & velut cõposita ex quatuor prędecẽtibus. Actio enim & passio sunt formę fluentes, & ab alio in aliud procedentes: hęc autem, formę aliorum sunt prędicamentorum. Prętera, quando, nihil aliud est, quàm tempus, quod quantitas est, cum substantia, scilicet esse in tempore: similiter Vbi, esse in loco, & à relatione cum substantia, esse situm, scilicet iacere, sedere, & ab habitu, vtpotè indumento & ornatu, scilicet esse vestitum.

Not. sex postremas categorias ex quatuor prędecẽtibus componi.

2. funda. Nec intelligas ista prędicamẽta esse accidens cũ substãtia: hoc enim est falsum, sed sunt accidentia aliorũ prædicamentorũ, vt doctissimè dicit Alber. superaccidẽtia certum modum, qui in alijs

alijs prædicamẽtis non cõtinetur: propterea prædicamenta per se cõstituunt & hoc valdè nota, sunt enim nõ ita multi, qui hoc aduerterint: verbi gratia loc9 in se & respectu subiecti sui, quãtitas quædam est: tamẽ respectu corporis q̃ continet, & circumscribit, dicitur vbi, & non quantitas. Similiter tempus respectu illius, quod à tẽpore mẽsuratur, dicitur quando. Similiter & habitus est quartę speciei qualitatis in se, & respectu sui subiecti: at respectu corporis, cuius habit9 est, dicit aliud prędicamẽtũ.

3. Fund. Tandem scias esse aliqua accidẽtia, quæ non solùm suo subiecto insunt, sed etiam extrinsecum corpus afficiũt secũdum se: & ista duo prędicamenta respiciunt, qualia sunt locus, tempus, & reliqua quatuor: ex quo fit, ista quatuor vltima, præsertim in cõcreto sumẽda esset vt explicent talem modum.

Dubiũ. Dices, ergo ista sũt relatiua ad aliquid?

Solutio. dico nõ esse ad aliquid. Primò, quia ista habitudo nõ est ad terminũ, sed ad subiectũ, licet extrinsecum. Prętera quia aliud relatiuum nõ denominatur à suo correlatiuo, pater enim non denominatur à filio, sed à paternitate: at locatũ à loco sic se habente per modum formæ dicitur locatũ, & ab habitu vestitũ. Prætera, quia solũ ad aliquid denominat: at hic nõ solus respectus loci, aut lacati, denominat locatum, sed ipse loc9 sic se habens. Vnde sicut album dicitur ab albedine, sic se habẽte, qui modus albedinis non est relatio: ita esse in loco, à loco sic se habẽte, nõ tamẽ talis mod9 est ad aliquid: at quia ista denominatio, & modus sumitur ab extrinseco, nec in re est, tam verũ subiectũ locatũ, sicut corpus albedinis, videtur minimũ habere relationis, tamen absoluta simpliciter sunt secundum formam à qna denominantur, licet aliquid relationis habentia, sed nullo modo ad aliquid, nec relata simpliciter sunt vocanda.

Nota. Ex quo intelliges, quàm digni sint re præhẽsione, q̃ omnia ista prędicamenta per relationem tãtũ describũt: quis enim vnquã sibi persuadet, esse vestitũ esse in loco, esse tantum relationes?

Accedamus ergo ad prædicamentũ, Quãdo, quod à Gilb. ita describitur. est id quod ex temporis adiacẽtia relinquitur. Explicemus ergo, quid sit tẽpus & quid esse in tẽpore, & quid est, quod relinquitur ex hoc q̃ aliquid est in tempore. Tempus est rerũ mensura continua successiua, scilicet est quædam mẽsura rem totam ita mensurans, vt non totãsimul mensuret, sed partem post partem & quãdo vna pars est, & aduenit, altera recedit, vt patet in his, quæ in tempore sunt. Corruptibilia enim omnia habẽt duo, suũ esse, & suas operationes: & vtrũque sub tempore: nã esse quod habitura sunt non totum simul habẽt, vt patet in puero, & plãta, & alijs, quæ paulatim acquirũt esse, & substantiã, & nõ totam simul, & vna parte acquisita, altera abit, & recedit, similiter si operãtur, nõ simul omnia faciunt, sed est initiũ operationis, medium, & finis, & horum vno succedente, alterum recedit.

Quid sit tẽp9, & q̃ esse in tẽpore q̃ dicitur Quãdo.

Nihil ergo aliud est esse sub tẽpore, quàm variationem & fluxũ in suo esse, & operatione secundũ temporis variationem pati. Id autẽ est relinqui ab adiacentia temporis, denominari ab ipso tempore mensurante, & fluente, & hoc est. Quando nõ tempus ipsum, sed tempus sic se habẽs. Et quia tẽpus est quid successiuũ, nõ verè denominat, nisi quãdo aliqua pars, & quãtitas eius sumitur simul, vel quia trãsacta est, vel q̃ transitura erit, vel quia iã iam trãsiens percipitur, id ergo dicitur. Quãdo esse, q̃ relinquitur ex adiacentia temporis, vocat autem adiacentiam, non inhærentiam, quia tempus nõ inhęret nobis, sicut albedo corpori, sed ab extrinseco mensurat: tempus enim est motus primi cæli realiter, vel eius passio.

Species seu Diuisio ipsi9 Quãdo. Genera ipsius, Quando penes partes principales temporis sumenda sunt vt esse in prętęrito, præsenti, futuro, sub qui-

quibus sunt variæ species tẽporis, quæ diuersas nominatiões inducũt, vt superiori anno, proximo die, heri &reliqua. Quamuis enim tẽpus sit quãtitas vnius speciei, tamẽ simul cum hoc modo sumptum, & genera, & species varias efficit.

Proprietates huius prędicamẽti vel rei, quam vocamus, Quando, sunt tres. Prima quod non habet contrariũ ratione sui, heri enim nõ est contrariũ hodie nisi ratione eorum, quæ in tẽpore accidũt, quia heri fui fortè lętus, hodie mœstus. Secunda, quãdo nõ suscipit magis & minus. Tertia proprium ipsius quãdo vt solum denominet corpora corruptibilia, hæc enim omnia solum sunt propriè sub tempore, & dicuntur Quando id est, esse in tẽpore, vel fuisse, vel fore.

Proprietates ipsius Quãdo.

DE VBI.

Quid sit Vbi, seu esse in loco, & quæ eius species, & propria.

VBi, vt Gilb. definit, est circumscriptio corporis ex circumscriptione loci proueniens. In huius declarationem oportebit aduertere, quid sit locũ circũscribere corpus, ex hoc enim apparebit, quid sit loci actiua circũscriptio, & ipsius corporis circũscriptio passiua.

Quid sit locus, & quid circũscribi, & esse in loco, dicit Vbi.

Locus vt superius diximus, est superficies vltima corpotis cõtinentis. Ita igitur superficies, quæ locus est, primò, ipsum corpus locatum totum circumstat & ambit, ita vt illud locatũ idẽ, vel pars eius alibi non sit secundò ipsius locati partes etiã ambiũtur, vt vbi vna est, altera non sit, & vbi totũ est, pars adquate non sit: tertiò ita locus corpus circũstat, vt dũ tale corpus ibi est, aliud quicquã tali in loco esse non possit: verbi gratia, est vinum in aliquo vase, & in illa parte aeris circumdante qua apertum est vasti, & vinum ita à tali loco cõtinetur, vt alibi non sit nec vinum, nec pars eius, & similiter pars loci quæ continet interiorem partem vini, non continet superiorem partem, & præterea nihil aliud vas capiet, dum ibi vinum fuerit: hoc est locum circumscribere corpus: & loci talis habitudo, & modus, dicitur circumscriptio actiua: & ex hoc patet quid sit corpus circumscribi à loco: & quid sit ipsa circumscriptio loci passiua: & corpora quæ sic in loco sunt, dicuntur esse circũscriptiuè in loco.

Hinc demũ patet, quid sit vbi, seu esse in loco: nihil enim aliud est, quã à loco sic affici, à loco circũscribi, vt quẽadmodũ esse albũ est ab albedine sic se habẽte denominari, siue ab albedine affici, ita vbi à loco, vt esse Romę, esse in clasie.

Vnde inutiliter quidam distinguunt duplex Vbi: actiuum, scilicet circumscriptionem loci: & passiuum, scilicet circũscriptionem corporum: cũm vnum sit vbi, scilicet à loco circumscribente contineri, vt declaraui.

Quid sit esse in loco impropriè.

Hinc fit quod ad maiorem declarationem adiungã Quando aliquid ita est in aliquo loco vt alibi simul sit vel possit ibi alia simul cõpati, vel nõ habeat partes iuxta partes loci, nõ dicitur esse vbi, propriè: propter quod Theologi optimè dicunt, Deum nõ esse in cælo, tanquàm in loco, quia simul est extra cælũ, & corpus Christi nõ est circũscriptiue in hostia quia simul est in multis hostijs, & illic non est secundum quantitatem hostiæ, quia in qualibet hostię parte est totum corpus: sed de his hactenus.

De varijs modis existẽdi in loco.

Vnum solum inferamus, propriè non esse in loco, nisi corpus sensibile, secũdũ istam definitionem præsentẽ. Propterea non mihi placet distinctio illa de vbi cõposito, q̃ est pro corporibus: & de vbi simplici, p̃ angelis, hoc enim est præter Aristi. doctrinam, licet alias illud verum sit. Potius diuidemus hoc modo: vt aliud dicamus esse in loco circũscriptiuè, quia scilicet à loco circumambitur. vt corpus: aliud esse in loco definitiuè scilicet quia ibi sit præsens tantùm, nec circũambitur à loco, scilicet aliqua superficie loci, vt Angelus. Aut etiã hoc pacto distingui potest aliud esse in loco proprio

proprio, aliud in loco communi, in loco proprio quæ adæquatè corpus continent: in loco communi, id est, ma dæquato, vt esse Romæ, esse in terra.

Proprietates vbi

Potest etiã esse analoga diuisio, esse in loco per se, vt corpus esse in loco per aliud, vt puncta, & lineę, per superficiem dicuntur esse in loco. Proprietates sunt faciles, propriè non habere cõtrarium nec suscipere magis vel minus. Hæc de vbi.

DE POSITIONE seu Situ.

Quid sit Positio, & quotuplex, & quæ eius propria.

Positio duplex est.

POsitio est quędã partiũ situs, & generationis ordinatio. In declarationẽ aduerte, q̃ duplex est positio. Altera est ordo partiũ inter se, secundum quẽ vna est ante aliã, vel in alia, vel alio quouis modo: & ista est positio, de qua in prædicamẽto quãtitatis locuti sumus, quæ ad aliqd est, cum sit purus ordo. Alia est positio ipsarum partium inter se, & in ordine ad locum, qui situs dicitur: & hæc est huius prædicamenti, secundum quem corpus sic, vel aliter se habet ad locum secundum suas partes, vt dicimus, sedere, stare, cubare: hæc enim omnia ordinem partium secundum locum dicunt. Propterea definitio dicit partium situs, nam situs locum includit.

Positio aũt duplex est, quædam naturalis, quędã accidẽtalis. Naturalis est, quã natura præfixit animatis, secundũ quam homo surgunt habet caput, brachia deorsum seu prona brachijs, tali loco & reliqua. Positio accidentalis est, quam voluntas humana præfixit, quæ duplex est: quędã animatorum, vt stare, sedere, accumbere: altera inanimatorum, vt adiacere, erigi, obliquari, & similia. Ad explicandos igitur hos situs tã naturales, quã voluntarios, dicitur partium situs, & generationis ordinatio.

Proprietates situs.

Proprietates situs faciles sunt nõ habere contrarium propriè, nec suscipere magis vel minus. Et hæc breuiter sufficiant de positione.

DE HABITV.

Quid sit habitus, & quotuplex, & quæ eius propria.

Habitus quibusmodis sumatur.

HAbitus multipliciter sumitur. Vno modo pro qualitate difficile mobili, & sic est primũ genus, qualitatis. Altero modo, pro habitudine & relatione rei penitus extrinsecæ ad aliud cuius dicitur esse secundũ quod dicitur amicus est habitus dignitas est habitus ab alio. Tertiò pro aliqua forma, vel re, certo modo se habente circa corpus, quo pacto dicimus, esse vestitum, esse calceatum: & sic hoc prædicamentũ facit & describitur. Habitus est corporum, & eorum, quæ circa corpus sunt, adiacentia.

Diuisio habitus.

Habitus est duplex. Quidã pertinẽs ad ornamẽtũ, vt habere annulũ, mitrã & reliqua. Quidã ad indumentum, vt esse calceatũ, & similia. Et hæc adhuc sunt in duplici differẽtia, sunt enim vel indumenta domestica, vel militaria.

Proprietates habitus.

Proprietates huius eædem sunt cum superioribus. Et hæc breuis explicatio Logico sufficiat, plura alijs in locis proprijs cognituro.

DE POST PRAEDICAMENTIS.

De oppositis. Cap. XI.

TEXT.

DE oppositis aũt quot modis, solẽt opponi, dicendũ est. Dicitur enim alterũ alteri opponi quadrupliciter, aut ea quæ ad aliquid, aut vt cõraria, aut vt priuatio & habitus, aut vt affirmatio & negatio. Opponũtur autẽ vnumquodq; istorũ, vt sic figuratim dicere tanquã ea quæ ad aliqd quidẽ, vt duplum dimidio: tanquãtur autem secundum priuationem & habitum, & cęcitas, & visio, tanquam vero affirmatio & negatio, vt sedet non sedet.

Quæ

Quæcunq; igitur ad aliquid opponũ
tur, ea ipsa, quę sunt, oppositorũ dicũ-
tur, aut quomodolibet aliter ab ipsa: vt
duplũ dimidij, hoc ipsum quod est alte
rius dicitur, alicuius enim duplum dici
tur, & scientia scibili, tanquam ea quæ
sunt ad aliquid opponitur, & dicitur
sciẽtia ipsum q̃ est scibilis: & scibile di
citur ipsum q̃ est ad oppositum ad scię
tiam: scibile enim aliquo dicitur, scili-
cet scientia scibile, quęcunq; ergo op-
posita sunt tãquam ad aliquid, ea ipsa,
quæ sunt oppositorũ, vel alio quolibet
modo ad inuicem dicuntur.

3 Illa verò, quæ opponũtur vt contrã-
ria, ea ipsa quidem quæ sunt nullo mo
do ad se inuicẽ dicũtur: cõtraria tamẽ
sibi inuicem dicuntur: neq; enim bonũ
mali dicitur bonũ, sed cõtrariũ, quare
differunt ab inuicẽ hæ oppositiones.

4 Quæcunq; verò cõtrariorum talia
sunt, vt in quibus nata sunt fieri, & de
quibus prædicantur necessariũ sit alte
rum ipsorũ inesse, horum nihil est me
diũ quorũ verò nõ est necessariũ alte-
rum inesse, horum omnino est aliquid
medium. Vt ægritudo & sanitas in cor
pore animalis nata sunt fieri: & necessa
riũ est alterũ ipsorum inesse animalis
corpori, vel ęgritudinẽ, vel sanitatẽ: &
par quidẽ & impar de numero prędicã
tur & necesse est horum alterũ nume
ro inesse, vel par, vel impar, & non est
horũ aliquod mediũ, neq; ęgritudinis
& sanitatis, neq; imparis atq; paris.

5 Quorũ autem nõ est necessarium al
terum inesse, eorũ est aliquod mediũ,
vt nigrum & album in corpore anima-
lis nata sunt fieri, & non est necessariũ
alterum eorũ inesse corpori, nõ enim
omne corpus vel album vel nigrũ est:
sed & prauum & studiosum prædican-
tur quidem de homine & de alijs com
pluribus: nõ est autẽ necessarium alio
rum eorũ inesse ijs, de quibus prædicã
tur, nõ enim omnia aut praua aut stu-
diosa sunt, sed est aliquid eorũ mediũ:
vbi albi & nigri, fuscum, & pallidum, &
quicunq; alij colores: praui verò & stu
diosi, q̃ neque prauum neq; studiosum
est. In aliqbus igitur medijs posita sũt
nomina: vt albi & nigri, fuscum & palli
dum, & quicunq; alij huiusmodi colo-
res: in aliquibus verò nõ est nomine fa
cili medium assignare, vtriusq; verò ex
tremorum negatione mediũ definitur
vt quod neque bonum neque malum
est neque iustum neque iniustum.

6 Priuatio verò & habitus dicũtur qui
dem circa idem aliquid: vt visio & cęci
tas circa oculum, vniuersaliter autem
dicere, est in quo natus est habitus fie
ri, circa hoc dicitur vtrunq; eorũ fieri.

7 Priuari verò tunc dicimus vnũquod
que habitus susceptibiliũ, qñ in quo na
tum est inesse, vel qñ illud natũ est ha-
bere, nullo modo insit: edẽtulum enim
dicimus, non quod nõ habet dentes, &
cęcum nõ quod habet visum, sed quod
nõ habet, quãdo natum est habere: ali
qua enim ex natiuitate neq; dentes ha
bẽt, neq; visum, sed nõ dicuntur eden-
tula, neq; cæca. Priuari verò & habere
habitum, nõ est priuatio & habitus, ha
bitus enim visus est, priuatio verò cæci
tas, habere autem visum non est visus,
nec cæcum esse, cęcitas: priuatio enim
quædã est cæcitas, cæcum verò esse, pri
uari, non priuatio est. Amplius, si idem
esset cæcitas & cæcum esse, vtraq; de
eodem prædicarentur: sed cæcus quidẽ
dicitur homo, cæcitas verò homo nul-
lo modo dicitur. Opponi quidẽ etiam
ista videtur, priuari scilicet & habere
habitũ, quẽadmodũ priuatio & habitꝰ
idẽ enim modus est oppositionis. Nam
sicut cæcitas visui opponitur, sic cęcũ
esse, & visum habere, opponuntur.

8 Non est autẽ neq; hoc, q̃ sub affirma
tione & negatione est, affirmatio & ne
gatio: affirmatio nanq; oratio affirma
tiua est, & negatio oratio negatiua, q̃
verò sub affirmatione & negatione est,
nulla est oratio, sed res, dicuntur au-
tem hæc esse opposita ad inuicem tan
quam affirmatio & negatio, nam & in
his

his modis oppositionis idem est, sicut
enim affirmatio ad negationem oppo-
nitur, vt quod sedet, ei quod non sedet:
sic & res quæ sub vtroq; est, opponitur,
scilicet sedere aliquem, ad non sedere.

9 Quod aũt priuatio & habitus nõ op-
ponuntur, vt ad aliquid, manifestũ est,
nõ enim dicitur idipsum, q̃ est opposi-
ti: visus enim nõ est cæcitatis visus: non
vllo alio modo ad ipsum dicitur. Simi-
liter autem neq; cæcitas visionis cæci-
tas dicitur: sed priuatio quidem visio-
nis dicitur, cæcitas verò visionis nõ di-
citur, neq; visus cęcitatis. Amplius, ad
aliquid omnia ad cõuertentia dicũtur
quare, si cæcitas eorum quæ ad aliquid
sunt, esset, vtiq; & cõuerteretur ad il-
lud, ad q̃ dicitur, sed non conuertitur:
non enim dicitur visus cæcitatis visus.

10 Quòd autem neq; vt cõtraria oppo
nuntur, quæ secundũ priuationẽ & ha
bitũ dicũtur, ex his manifestũ est. Con-
trariorum enim, quorum nihil est me
diũ, necesse est vel in quibus fieri nata
sunt, aut de quibus prædicãtur, alterũ
ipsorum inesse semper: eorũ enim ni-
hil medium erat, quorũ alterũ inesse
susceptibili necessariũ erat, vt in lan-
guore & sanitate, & impari atq; pari,
quorũ verò aliquid mediũ est, nunquã
necesse est omni inesse alterum: neq;
enim necesse est omne susceptibile vel
candidũ vel nigrũ esse, neq; frigidum,
vel calidũ: horum enim mediũ aliquid
nihil esse prohibet: insuper autem &
horum erat aliquid medium, quorum
alterum inesse susceptibilis nõ necessa
rium erat, præter illa, quibus vnũ inest
naturaliter, vt igni calidũ esse, & niui
candidum: in his enim determinatè ne
cessariũ alterum est inesse, & nõ vtrũ-
uis cõtingit, nõ enim possibile est ignẽ
frigidum esse, neq; niuem nigrã. Qua
re omni quidẽ susceptibili nõ necessa
rium est alterũ ipsorũ inesse, sed solis
quibus natura vnũ inest: & his determi
natè vnũ non vtrumuis cõtingit. In pri
uatione aũt & habitu neutrum eorum,
quæ dicta sunt verum est: nõ enim sem
per alterum eorum inesse susceptibili
necessarium est, q̃ enim nondum natũ
est habere visum, neq; cæcum, neq; vi-
sum habens dicitur, quare nõ erũt hæc
vt ea cõtraria, quorũ nihil est mediũ.
Sed neq; vt ea, quorum aliquid est me
dium, necessariũ enim est aliquãdo om
ni susceptibili alterũ eorum inesse, qñ
enim iam ad habendã visionem natum
fuerit, tunc aut cæcum, aut habens vi
sum dicetur, & eorum nõ determinatè
alterum, sed vtrumuis cõtingit, non.n.
necessarium est vel cæcũ vel visum ha
bẽs, sed vtrumuis cõtingit: in cõtrarijs
autem, quorum aliquid medium est,
nunquã necessarium erat omni suscep-
tibili alterum inesse, sed quibusdã: &
his determinatè vnum, & non vtrum-
uis cõtingit. Vnde palã est q̃ secũdum
neutrum modorum tanquam cõtraria
opponuntur ea, quæ secundum priua-
tionem & habitum opponuntur.

11 Amplius, in contrarijs quidem cum
sit susceptibile, ad inuicẽ mutationem
fieri possibile est: nisi alicui vnum natu
ra inest, vt igni calidum: etenim sanum
possibile est languere, & candidum ni-
grum fieri, & calidum frigidũ, & ex stu-
dioso prauum, & ex prauo studiosum
fieri possibile est: prauus. n. ad melio-
res exercitationes deductus, & docti-
nas (etsi ad modicũ aliqd proficiat, vt
melior sit) si cẽ è simul quãuis modi-
cum incrementũ sumpserit, palam est,
quia aut perfectè mutabitur, aut satis
multũ incrementum sumet, semper.n.
benè mobilior ad virtutẽ fit etiã quod
cunq; incrementũ sumpserit à princi-
pio, quare etiam verisimile est plenius
eum sumere incremẽtum, & hoc dum
semper fit, perfectè in contrarium ha-
bitum restituetur, nisi fortè tempore
prohibeatur. Verum in priuatione &
habitu impossibile est adinuicẽ muta-
tionem fieri, ex habitu enim in priua-
tionẽ mutatio fit, à priuatione verò in
habitũ impossibile est: neq; enim cęcꝰ
factus

Universidad de Deusto Biblioteca

factus, aliquis, rursus vidit, neque cum cæcus fuerit, rursus comatus factus est: neque cum fuerit edentulus, dentes ei iterum orti sunt.

12 Quæcunq; vero tanquam affirmatio & negatio opponuntur, palã eiusq; ullo prædicamentorum modo opponuntur: in solis enim his necessarium est semper hoc quidẽ eorum verum, illud autem falsum esse, neq; enim in contrarijs necessarium est semper alterum verum esse, alterũ autẽ falsum: neq; in eis, quę ad aliquid sunt, neq; in habitu & priuatione, vt sanitas & languor contraria sunt, & neutrum horum neque verum neq; falsum est. Similiter autem & duplũ, & dimidiũ tanquã quæ ad aliquid opposita sunt, & non est eorum neutrũ, neq; verum, neq; falsum: sed neque ea quæ secundum priuationem & habitũ dicuntur, sicut visio & cæcitas. Omninò autem eorum, quæ secundum nullã dicuntur complexionem, nihil neq; verũ neq; falsum est: omnia autẽ quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Verũtamen maximè tale hoc contingere videbitur in ijs, quæ secundum cõplexionem contraria dicuntur: sanum namq; esse Socratem ad languere Socratẽ cõtrarium est. Sed neq; in his necessariũ semper alterum verũ esse, & alterũ falsum: cum enim Socrates sit, aliud quidem verũ, aliud aũt falsum erit: cũ verò non sit, ambo falsa sunt, neq; enim languere, neq; sanum esse verum est, cum ipse non sit omninò Socrat. In priuatione verò & habitu cũ non sit omnino neutrum verum est: cum aũt sit, nõ semper alterum quidem verũ erit, alterũ aũt falsum: habere namq; visum Socrat. ei quod est cæcum esse Socratẽ opponitur, sicut priuatio & habitus: & cum sit necessariũ est alterũ verũ esse vel falsum: cum enim nondum sit natus habere, vtraq; falsa sunt: & cũ nõ sit omnino Socrat. similiter quoq; & falsa sũt vtraq; & visum eum habere, cęcũ eum esse. In affirmatione verò & negatione semper siue sit, siue nõ sit, hoc quidem falsum erit, illud aũt verum. Languere namq; Socrat. & non languere Socrat. cùm ipse sit, palã est: quod alterum eorum verum, alterum verò falsum est, & cum nõ sit, similiter. Languere etenim cùm nõ sit, falsum est: non languere autem verum. Quare in his solis propriũ erit semper alterum eorum verum, alterum falsum esse, quæcunq; tanquam affirmatio & negatio opponuntur.

Contrarium autẽ bono quidem ex necessitate malum est, hoc autẽ per singulorum inductionem palam est: vt sanitate languor, & iustitiæ iniustitia, & fortitudini timiditas: similiter aũt & in alijs. Malo autem aliquãdo quidẽ bonum est cõtrarium, aliquando malum: defectui enim, cùm malũ sit, superabũdantia contraria est, cum sit etiã ipse malum: similiter autẽ & mediocritas, cùm vtriq; cõtraria sit, bonum est. Sed in paucis quis talis hoc aspiciet, in pluribus verò semper malo bonũ contrarium est. Amplius, contrariorũ non necessariũ est si alterũ sit, & reliquũ esse. Sanis nãq; omnibus, sanitas quidẽ erit: languor verò non. Similiter autẽ albis omnibus, albedo quidẽ erit, nigredo, verò nõ. Amplius, si ei qui est Socrat. sanum esse, Socratem languere contrarium est: non contingit autem simul vtraq; eidẽ inesse: non vtiq; continget cum alterũ cõtrarium sit, & reliquum esse: cum enim sit Socratẽ sanum esse, languere Socratem nõ erit. Palam verò est quod circa idẽ, aut specie, aut genere nata sunt fieri contraria. Lãguor namq; & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri, albedo autẽ & nigredo simpliciter in corpore: iustitia verò & iniustitia in anima hominis. Necessariũ autẽ est omnia cõtraria vel in eodẽ genere esse, vel in cõtrarijs generibus, vel ipsa genera esse: albũ enim & nigrũ in eodem genere sunt: color enim eorũ genus est. Iustitia verò & iniustitia, in cõtrarijs generib; illius nãq; virtus genus est, huius autem vitium, bonum verò & malum non genere sunt, sed ipsa sunt genera aliquorum existentia.

Cur iam de his post prædicamentis, & de quot, quoque ordine disserat.

DIximus in principio huius tractatus, eum in tres partes esse diuisum. In prima quidem parte tradũtur quædam præambula ad prędicamentorũ cognitionẽ necessaria. In secunda de ipsis prædicamẽtis & generibus agitur. In tertia, quæ post prædicamenta dicitur, aliqua quæ in ipsis prędicamẽtis cõmuniter reperiũtur & ipsorũ velut proprietates communes sunt, continentur.

Hæc autẽ sunt quinque, Oppositio, Prius, Situs, Motus, Habere. De quorũ singulis in suis capitibus agemus: & quomodo in prædicamentis inueniantur, explicabimus.

Primũ ergo est Oppositio, de qua in quatuor primis prædicamẽtis sermo factus est, dum dicitur subiantię nõ esse contrariũ, & in quantitate magnum opponi paruo: & in qualitate pariter, & relatione, & præterea in omnib; prędicamentis oppositio inuenitur, cũ differentijs oppositis genera quæque diuidantur. Agit igitur de oppositione.

Est autem hoc caput diuisum in tres partes principales. Prima continet quatuor species oppositionis, & earũ declarationes. In secũda fiunt quædam earũ adinuicẽ collationes, vt cuiusque differẽtia nota fiat. In tertia particularius agitur de contrarijs.

¶ De oppositis verò quoties solẽt opponi, &c.

Hæc est prima pars, in qua materiã capitis proponit, nempè agẽdum esse de oppositorum modis: quadrimembremque facit diuisionem: & eorum exẽpla opponit: postea de singulis disserit.

¶ Opposita igitur quadrupliciter opponuntur: Relatiuè, Cõtrariè, Priuatiuè, Cõtradictoriè. Relatiuè, vt duplum dimidio opponitur. Cõtrariè, vt bonum, & malum. Priuatiuè, siue secundum priuationẽ & habitum, vt visio & cæcitas. Contradictoriè, seu tãquam affirmatio vel negatio, vt sedet, non sedet.

Hic dubitabis quomodo malũ & bonum sint contraria, cũ malũ nihil aliud dicat, quam carẽtiã & priuationẽ boni, malum enim est priuatio alicuius boni quod in re erat futurũ, vel iam erat, vt cæcitas dicitur malũ oculi, quia priuat oculum visu suo: vt autem duo sint contraria, vtraque debẽt esse alicuius naturæ positiuę. Ad hoc dico, non esse negãdũ naturã mali esse priuatiuã, nullũ enim ens positiuum in sua natura est malum. Sed hic Arist. sumit bonum, & malum pro ipsis rebus quæ dicuntur bonę & malæ, vt habitus virtutis, & habitus vitij, ille enim bonę, hic verò malus dicitur, & contrarij sunt, & vnum contrarium vniuersaliter dicitur bonum alterum malum in reb; naturalibus, vt dulcedo bona, amaritudo mala. Dubiũ. Solutio.

¶ Quęcunque igitur vt ad aliquid opponuntur, &c. 2.

Singulos oppositionum modos aggreditur, & primum à relatiuè oppositis incipit. Illa autem opponũtur ad aliquid quæcũque hoc ipsum, quod sunt, oppositorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad ipsa. Ponit exempla variorũ casuum, quib; relatiua ad sua correlatiua referuntur, vt diximus superiùs ex quibus varijs exemplis rursus eandẽ infert velut probatam definitionẽ. Dubitabis quare dixit (oppositorum dicuntur) & non, aliorum dicũtur, vt superius dixit. Dico relatiua dupliciter posse cõparari. Vno modo ad sua correlatiua, vt sciẽtia scibile, virtus ad suum obiectum. Altero modo ad alia quæ sibi correlatiua nõ sunt, vt sciẽtia ignorãtię, virtus vitio. Si relatiua primo modo sumãtur, sic intra ad aliquid opponuntur, & ita loquitur in præsenti: ac propterea dixit, oppositorum dicuntur, vt cognoscamus hãc op- Dub. 1. Solutio. Relatiua duobus modis posse considerari.

oppositionem esse intra ipsa correlatiua ad inuicē. Si posteriori modo sumantur, contrariam aliquādo sortiuntur oppositionem, vt scientia ignorātię, & virtus vitio contraria est: finis tamen correlatiuis vnumquodque horū ad aliquid seu relātiuè opponitur: & hoc etiam in
Dub. 2. exemplis manifestatur. Dubitatur quomodo duo correlatiua dicuntur oppositaad inuicem: cùm simul existāt, & vnū alterum nō auferat, imò absque altero alterum nequit cōsistere. Respōdet Al
Solutio bertus, non opponi secundum hanc coexistentiam, sed secundum quod vnum alterum à subiecto expellit: pater enim non compatitur in eo subiecto, in quo est, filiationē eam, ad quam dicitur, & cui opponitur: & hac ratione simul nō existunt.

¶ Illa vero quæ opponuntur, vt contraria, &c.

Secundo loco aggreditur contraria: & ipsa sic describit. Contraria sunt quę cum ad inuicē non sint, vnū alteri inuicem contrarium dicit. Et est aduertēda ista descriptio, duas autem habet partes. Altera est. Contraria adinuicem non dicuntur, nō enim dicitur albū est nigri albū, & nigrū est albi nigrū: tamē hæc particula nō sufficit: nam in priuatiuè oppositis etiam hoc inest, & in cōtradictorijs: non .n. dicitur, cæcitas est visus cæcitas, & è cōtra propterea est altera particula. [Est vnū alteri est cōtrarium] id est similis, & æqua ratio, & habitudo in vtroque secundū quam albū nigro contrariū, & itē albo nigrum est contrarium: & hoc in nullis alijs oppositis, præter relatiua, inuenitur: propterea excepit relatiua: dicitur enim cæcitas est priuatio visus, sed non dicitur visus priuatio cæcitatis. Similiter nō sedet dicitur negatio illius, q̄ sedet, sed sedet nō dicitur negatio alterius, sed affirmatio. Hoc igitur indicat illa particula in cōtrarijs, alterū alteri sibi inuicē
Dubiū. cōtrariū dicitur. Dubitatio, hic oritur, cōtrarietas est quædam relatio, sicut similitudo, dissimilitudo, inæqualitas, & reliqua: ergo quę opponūtur secūdum contrarietatem, opponuntur relatiuè. Dico hoc esse sophisma: hic enim non
Solutio sumimus oppositionē in illa relatione quæ dicitur contrarietas, sed in ipsis extremis quibus inest talis contrarietas, quæ extrema, scilicet albū, nigrū, si secū dum talem relationem contrarietatis opponuntur, sunt relatiua, sed secundū formas ipsas absolutas, quibus contrarietas inest, contraria sunt, & nō ad aliquid.

¶ Quecunque verò contrariorum talia sunt, &c.

Diuisionem quandam contrariorum hic ponit. Contraria quædam non habēt mediū, quædā autē mediū habēt: illa medium non habent, quæ circa proprium subiectum ita se habent, vt proprio eorū subiecto proposito, sit necessarium alterum illorū inesse: verbi gratia, par & impar sunt contraria, non habentia medium, quia posito numero aliquo: qui est subiectū paritionis vel imparitionis, necesse est q̄ ille numerus sit par vel impar, & proposito aliquo, q̄ est subiectū sanitatis & ægritudinis, necesse est vt illud aliàs sit sanū vel ęgrū, secundum enim Arist. non est mediū inter sanitatem & ægritudinem, vt vult Galen. hic enim asserit conualescentiā esse medium, hoc tamen nō recipit Arist. sed hoc determinare est extra rem, sat est hic posita esse p exēplo ista duo tanquā nō habentia mediū. Hic aduerte, semper sumendū esse subiectū proprium contrariorum, id autem propriū subiectum vocat, circa quod apta sunt cōtraria, vt versentur, & ei insint, vt corpus aliquod mixtum dicitur subiectum propriū albedinis & nigredinis, cui albedo vel nigredo inesse potest, aliter .n. nisi proprium subiectum sumas, mediū inueniens in non habentibus medium vt angelus nec est sanus, nec ęger, nec par, nec impar, sumendum ergo est proprium subiectum.

Quo.

9 ¶ Quorum autē nō est necessariū, &c.

EXplicat quæ medium habeāt, nēpè quæ subiecto proprio posito nō est necesse alterum illorum inesse: vt albū & nigrum medium habēt, posito enim corpore, nō necesse q̄ album sit vel nigrum, pōt nāq; esse rubrum vel pallidum: quāuis, inquit, nō omne medium nomen habeat: in quo insinuat duplex esse cōtrariorū mediū, alterū per participiationē, alterum per negationem extremorum. Illud est per participationē, q̄ ex aliqua forma ex extremis
Duplex cōposita, vt pallor, rubor, quæ ex albedine & nigredine cōflantur: illud autē
medium est per negationē extremorum qñ non est aliqua forma media vel cōposita ex
contrariorum. extremis, sed aliquod subiectum particulare proprium, à quo vtrunq; extremum remouetur: vt prauū & studiosum habent medium, nō quidē participatione, sed subiecto: nā datur aliquod ex proprijs subiectis, quod nec sit prauum, nec studiosum, scilicet homo, qui nōdum habet habitum virtutis vel habitum vitij: hic enim prauum & studiosum sumuntur secundum habitum, nā secundum actū nullus est homo adultus rationis capax, qui nō sit bonus vel malus, scilicet in peccato vel in gratia: potest tamen esse qui nec habitum virtutis nec vitij habeat, vt qui vnū aut alterum peccatum habet, ex quibus nondum factus est habitus.

16 ¶ Priuatio verò & habitus dicuntur quidem circa idem, &c.

Explanatis contrarijs accedit ad opposita priuatiuè explicatq; quæ opponantur priuatiuè, seu quid sit priuatio & habitus & quid priuari & habitū habere. Priuatio, inquit, & habitus circa idē aliqd sunt, vt cæcitas, & visus circa oculum. Pro cuius declaratione aduerte, contraria versari quidem circa idē subiectū, sed nō semper circa idē subiectum specie vel numero. vt album & nigrum, calidū, frigidū, circa corpus sunt quia nō nisi corpori insunt, at nō in eadem corporis specie, nec in eodē corpore numero. Similiter reliquæ oppositiones non est necesse sint circa idē subiectum numero: at habitus, & priuatio nata sunt fieri circa idē subiectū specie & numero, vt cæcitas & visus, semper circa oculū, & in oculo, in quo visus est, ibi nata est cæcitas inesse. Ac propterea dicit Arist. debēt nō solū circa idē, sed circa idē aliquid: & q̄ a nō eodē modo, & ordine se habent circa tale subiectum: nō enim simul sunt in eodem sed vno adueniēte alterum recedit, & non æqualiter, nam post habitum pōt semper aduenire priuatio, non tñ semper post priuationē aduenit habitus: cum nūquam, postquā aliquis mortuus est iterum naturaliter redeat ad vitam: sicut post vitā, semper est mors: propterea dicit habitus & priuatio videlicet fiunt circa illud subiectum circa quod habitus aptus est esse, nō enim vtrunq; semper versatur circa subiectū, in quo priuatio est: in oculo enim, in quo priuatio est, visus inesse nō pōt: sicut in quo visus est, cęcitas inesse pōt. Postea explicat qd sit esse priuatū in concreto: dicitq; illud subiectū priuatū dici, q̄ caret habitu, & forma, quam aptum erat habere illo tēpore, quo, ea caret. Aduerte non quodcunq; subiectum nō habens formam aliquā, dicitur priuari tali forma, sed illud subiectū, cui talis forma inesse apta est. v.g lapis non dicitur priuatus visu, seu cæcus, eo quod non habeat visum, quia non est aptus habere visum, nec hoc sufficit, sed est necessaria etiā circunstantia determinata partis & temporis, non enim dicetur homo cæcus, eo q̄ non habet visum in manu, quamuis homo sit aptus ad videndum, sed præter subiectum aptum est necessaria circunstantia partis, scilicet quod non habeat visum in oculis. Similiter circunstantia temporis, vt careat forma, tempore, quo habiturus illā erat: catulus enim ante nouē dies nō dicitur cæcus, quāuis non videat, quia

illo tempore non est aptus habere visum: nec infans dicitur edentulus, quia tali tempore non est aptus habere dẽtes: illud ergo priuatum dicitur, quod cùm sit subiectum aptum ad formam aliquam debito tempore, & parte, illa caret: vt dicitur homo cæcus, qui visu sic caret quo tempore & parte habitu rus erat eum, in quo manifestatur natura priuationis: est enim priuatio negatio formæ in subiecto, apto, secundũ naturam, illam habere, debetis circun stantijs.

7 ¶ Priuari verò, & habere habitum, non est priuatio, & habitus, &c.

Cùm aliter priuationem, & habitũ aliter priuatum esse, & habere formã explicare: ostendit, idem ista duo non esse: differunt enim, sicut albedo, & album esse cùm vnum subiectum includat, alterũ verò minimè. Id autẽ probat dupliciter. Primò, cæcũ esse, & cæcitas idẽ non sunt: & similiter visum habere, & visus: at cæcum esse, & visum habere sunt priuari & haberi, cæcitas autem & visio, priuatio & habitus: ergo priuatio, & priuatũ esse, & habere, & habitus, nõ sunt idẽ. Præterea. 2. de aliquo prædicatur cæcũ esse, & visum habere, de quo non cæcitas, & visio, ergo idẽ nõ sunt: nã homo dicitur priuatus & cæcus, nõ tã cæcitas vel priuatio. Statim subiũxit, in quo hæc cõueniant, nẽpè eadem oppositione opponantur, scilicet, priuatiuè, abstracta, & cõcreta, vt enim cæcitas & visio priuatiua sunt, ita

8 cæcum esse & visum habere.

¶ Non est autem quod sub affirmatione, & negatione. &c.

Hic explicat ea, quæ contradictoriè opponũtur, & ea explicat penes voces: quia oppositio contradictoria nõ solis rebus inest, nisi vt cognitione apprehẽduntur, vel orationes explicantur, nam non sedet, absolutè in rebus non est, nisi vt oratione, vel conceptu sumitur, vt postea dicemus, docetq; affirmationẽ & negationẽ non esse id, quod affirmatur vel negatur, sicut vox significans non est res significata, tamen hoc vtique inest, quod sicut oratio in se opponitur, ita res quæ per talem orationẽ significatur.

¶ Quoniam autem priuatio, & habitus non opponuntur. &c. 9

Hęc est secunda principalis capitis huius pars, in qua Arist. istas oppositiones cõfert, ac primò priuatiua cum relatiuis, contraria autem non comparat, quia superius dixerat nõ esse ad inuicẽ. Probat autẽ dupliciter priuatiua nõ esse ad aliquid. Primò, quia visus & cæcitas nõ dicũtur ad inuicẽ, nõ enim visus est ad cæcitatẽ, nec cęcitas ad visum. Secundò, quia non dicuntur ad cõuertentiam, non enim visus cęcitatis visus est, nec cęcitas visionis est cæcitas, non ergo sunt ad aliquid.

¶ Quoniam autem neque vt contraria, &c. 10

Hic cum contrarijs, comparat & dupliciter probat, quæ secundum priuationẽ & habitũ opponũtur, nõ opponi cõtrariè. Primũ argumẽtũ est hoc breuiter, quia satis prolixum est in litera. Cõtraria quædã habent mediũ, quędã non habent medium, at priuatiua, nec sunt ex contrarijs habentibus mediũ, neq; ex non habentibus, ergo nõ sunt contraria. Minor probatur de contrarijs non habentibus medium. Ista contraria sic se habent, q̃ in subiecto proprio, necessario alterum insit, & hoc in omni subiecto, ita, vt nullũ detur subiectum susceptibile, cui alterũ illorũ nõ insit. At datur aliquod subiectum propriũ priuationis & habitus, cui non necessariò vnũ horum insit, catulus enim est subiectum proprium, & aptũ quanuis ei deficiat circunstãtia temporis, tã nec est cæcus, nec videns. Probatur aũt de contrarijs habẽtibus medium, hæc enim sic se habent, vt in nullo proprio eorum subiecto vnũ necessariò insit, nisi quando à natura insunt, vt album & nigrum habẽt medium, & nullum corpus dabitur quod necessariò sit album vel nigrũ, nam potest esse pallidum. Patet. Illi corpori, cui à natura inest album vel nigrum, sicut niui, & pici, inest albedo vel nigredo naturaliter. Similiter de callido & frigido, calor. n. inest naturali igni. Præterea ista subiecta quibus naturaliter inest vnum contrariorum ex his, habẽt vnum determinatè, id est, ita vnum, quod non alterũ, vt nix albedinem, ignis calorẽ: at in priuatiuis hoc non fit: in primis sunt subiecta propria in quibus naturaliter nõ insunt, & tamen in eis necessariò vnũ oppositorum inest vt homini, & cani adulto necessariò inest vel cæcitas vel visus: neutrum tamen à natura inest, cum eis manẽtibus possint abesse. Præterea, q̃ non datur extremum determinatum ad vnum subiectum, sicut in illis cõtrarijs datur vnum quod necessariò sit album & non nigrum, at in his nullũ datur subiectum ex natura sua determinatũ ad vnum, quodlibet enim est cæcum, vel videns.

Dubiũ. Circa istam rationem dubitabis, videtur enim non procedere rectè, nã ad probandum non esse contraria non habentia medium, sumit subiectum nõ susceptibile priuationis & habitũ, nempè catulum ante nonum diem: & postea sumit subiectum susceptibile pro contrarijs mediatis. Ad hoc dico argumẽtum esse bonũ, & eiusvis, & robur hoc est. In contrarijs non habentibus mediũ omni tempore alterum illorũ inest subiecto susceptibili, nec expectat tẽp̃ aliquod, vt insit subiecto: ac priuatiua, non omni tẽpore subiecto insunt, cùm catulus aliquo tempore nec videns, nec cæcũ sit: & tamẽ ille subiectum est, cum post aliquod tempus visurus sit, vel futurus cæcus. Quod si dicas catulus nondũ est aptus tunc, vt recipiat alterum illorũ. Ex hoc colligitur aliquid aliud præter subiectum esse necessarium ad priuationẽ quando quidem illi nondum inest aliquod horum, siue habitus, siue priuatio: quod tamen in cõtrarijs non est, cũ tale tempus postquam subiectũ existit non expectetur: & ita differunt à cõtrarijs. Et hic est sensus verissimũ ipsius Arist. quẽ optimè insinuauit Simp. Similiter, de altera parte argumẽti circa cõtraria mediata. Vis argumenti hæc est. Nullo tẽpore est necessariũ aliquod illorum contrariorũ subiecto inesse, nisi sit à natura vnũ extremũ: at aliquando vt ipse textus expresse dicit, est necessarium alterum istorum, siue habitũ siue priuatio insit, vt homini vel cani adulto ergo non est ex illis cõtrarijs: & hoc obserua. Dices: quo pacto calor igni, & albedo diui inesse à natura dicũtur? Dico nõ inesse à natura, quia sint corã substãtia, vt aliqui existimarunt, credẽtes esse formas substãtiales, cùm tamẽ hoc sit cõtra Arist. ipsum, vt recte dicit Alb. c. 8. aserit enim esse cõtraria, at substãtiæ nihil est contrarium: sed dicũtur de natura illorum, quia sunt passiones naturam cõsequentes non separabiles, nisi per corruptionem subiecti. Calor vt à natura igni inesse dicãt.

¶ Amplius in contrarijs quidem cùm sit susceptibile, &c. 11.

Hoc est secundum argumentum, quo probat priuatiue opposita, non esse contraria: etenim cõtraria circa idẽ subiectum possũt mutuò se expellere, & adinuicem mutari, nisi quãdo vnum inest à natura, vt, potest quod lãguorẽ habet sanari: & q̃ sanũ est, languere: & calidũ sanari: & quod sanũ est, languere: & calidũ: & ex studioso potest quis prauus, & ex prauo studiosus fieri: quod probat, nã homo prauus si benè incipiat asuescere, absq; dubio potest vel modicũ in virtute proficere: at si iterũ atque iterũ assuefiat, poterit ad virtutem peruenire, vel saltem magnum incremẽtum facere. Hoc dicit propter Platonẽ, vt dicit Alber. q̃ dicebat virtutẽ nõ fieri assuetudine: & cõtra Stoicos, q̃ existimabãt virtutẽ esse inamissibilẽ: contraria igitur mutuo mutãtur, at in priuatiuis id non fit, ergo sunt diuersa: minor patet,

quia ex videntiæcum fieri potest, & comato caluum, & ex habenti dentes edentulum at è cõtra, à priuatione ad habitum regressus est impossibilis.

¶ Quæstio. Num à priuatione ad Habitum possit esse regressus.

Argum. in contraria. DVbitatur: nam videtur à priuatione esse regressus ad habitum: nã à somno potest quis ad vigiliam restitui: & à nocte & tenebris aer redit ad lucẽ: & ex non igne fit ignis: quomodo ergo à priuatione non est regressio?

1. fund. Circa hoc aduerte. Duplex potest cõsiderari regressus: alter ad idẽ numero vt idem prorsus numero, quod ante fuit redeat alter regressus ad idẽ specie, vt redeat idẽ specie, cũ eo quod ante fuit: vt quãdo aliquis infirmus sanatur, restituitur quidem ei sanitas eadem, nõ quidẽ numero, sed specie. Præterea, regressus iste in specie est duplex: alter immediatus, alter mediatus. Immediatus est cũ absq; aliqua alia mutatione illud, in quod aliquid mutatũ est, iterũ redeat, vt si aer vertatur in aquã, & ex aqua rursus absque vlla alia mutatione fiat iterũ aer est regressus immediatus: at regressus mediatus est, quãdo nõ ex vna mutatione, sed varijs illud restituitur, vt dicit Arist. ex vino fit acetũ, tamẽ ex aceto nõ immediatè fit vinũ, nisi prius mutetur in aquã, & rursus aqua vino infusa mutetur in vinum. 8. Met. c. 5.

2. fund. Priuationẽ esse triplicẽ. Aduerte præterea. Priuatio est triplex Prima priuat solum actũ, vt somnus, qui priuat tantum actũ videndi: & tenebræ lucem. Altera non solum actũ, sed etiã potentiam priuat, vt cæcitas quę est in oculo læso, in quo non est potentia visiua. Ista potentia est duplex, propinqua & remota. Propinqua est proximũ principiũ ad operandum, quod nõ indiget altero supra addito principio post se ad operationem, vt est potẽtia visiua ad videndum, & illius est priuatio priuãs potentiam propinquã. Altera est potẽtia remota, quę est principium operandi, sed tamen indiget alio principio superaddito, vt anima est principium remotũ ad videndũ, quia indiget alio principio ad visionem, nempe potentia visiua. Et ita est tertia priuatio priuans potentiã propinquam, & remotam, vt mors quę etiam corpus priuat anima, & dispositione, quæ erat in corpore ad animã, quæque dat principia vitæ.

Hoc supposito sit prima cõclusio. Regressus ad idem numero in omni priuatione naturaliter est impossibilis, verbi gratia quãdo dormiens restituitur ad visionem seu vigiliam, nõ est illa visio & actus idẽ numero cũ eo, qui erat antè. Dico naturaliter, nã supra naturaliter Deus idẽ numero potest restituere, imò restituit, quãdo in hoc mundo mortuos resuscitauit, & nos in resurrectione post mortem erimus ijdem numero. 1. concl.

Secunda cõclusio. Regressus ad idem specie ex priuatione priuante actu, est possibilis, hęc clara est, vt argumẽta, pbant de somno, tenebris, & alijs. 2. concl.

Tertia. Regressus immediatus ex priuatione priuante potentia siue propinqua siue remota, est impossibilis, vt q amisit potentiã visuam rursus naturaliter nõ videbit, & cadauer nõ fiet homo, & hoc est q hic docet Arist. at dixi regressum immediatũ qa mediatè regressus potest ille fieri, vt patet in aceto, q fit aqua, & rursus vinũ: & cadauer terra, & iterũ terra planta & fructus, & fructus cibus, sanguis & semen, ex quo iterũ fit homo, sed iste regressus mediatus est. Ad illud de igne & aqua, dico, quãdo ignis fit aqua priuatio illa priuat materiam actu, sed non potẽtia prinqua, quia materia elementorum est in potẽtia propinqua ad quamlibet formam elemẽti, & hoc nota, quamuis pertineat potius ad philosophiam. 3 concl.

¶ Quæcunque verò tanquã affirmatio, &c. 12.

Hic iã Aristoteles opposita contradictoriè alijs omnibus cẽparat, docetq; q terea nõ esse nec relatiuè opposita nec cõtrariè, nec priuatiuè, tali argumento. In oppositis contradictoriè, semper vnum est verũ, alterum falsum, at in alijs omnibus oppositis: neq; est verũ neque falsum: ergo sunt distincta opposita antecedens probat quia reliqua non sunt cõplexa, nec propositiones, vt exẽplis probat: ista vero secundum complexionem dicuntur. Proponit autem dubium: quod si reliqua opposita cũ complexione sumãtur, vt Socrates est albus, Socrates est niger, pater, filius, videns, cæcus: respondet adhuc non esse eadẽ: quia in istis non est necesse vnũ esse verum, alterum falsum: Patet, si enim subiectũ non existat, reliqua opposita sunt falsa, vt si Socrates non sit, falsa sunt ista Socrates est albus, niger, pater, filius, videns, cæcus. Imò in priuatiuis non solũ quãdo subiectũ non est, sed etiã quãdo aptum non est, erit falsum vtrũq; oppositum, vt diximus: at in contradictorijs semper siue subiectũ sit, siue nõ sit, alterum est verum, alterũ falsum, vt si nõ sit Socrates, falsum erit, quòd sedet, verũ tamẽ erit, quòd non sedet: hæc enim est natura talium oppositorum.

13. ¶ Contrarium autem bono ex necessitate quidem malum est, &c.

Hæc est tertia capitis principalis pars in qua aliquot theoremata cõtrariorũ quæ eorum naturam manifestant, ponuntur:

Primũ est. Bono ex necissitate malũ contrariatur, malo aũt & bonum, & malũ aliquãdo. Huius prior est pars, bono ex necessitate malum cõtrariatur: quæ non significat, quod semper bonum habeat contrariũ, nõ enim hoc ita est multa nãq; bona cõtrarium non habẽt: sed significat, q quoties bonũ habet contrarium, id malum, nõ bonũ est. Oportet autem intelligere, quid per bonũ, quid per malum intelligat: & quidẽ dupliciter potest ad hoc responderi, primo per bonum intelligũt qualitatem secundũ se appetibilem, vt est iustitia, sciẽtia, sanitas, per malum autem qualitatem secundum se non appetibilem, vt vitium, ignorãtia, lãguor, & tunc est sensus, qualitati bonę qualitas mala opponitur, vt sanitati languor, iustitię iniustitia: malę aũt aliquando bona, vt timiditati fortitudo, aliquando mala, vt timiditati temeritas, sunt n. duo mala, alterum per excessum, alterum per defectũ, virtuti, quę in medio est, contraria. Nec mireris, si vni duo contraria sint, cũ id fit diuersis rationibus. Potest secundo etiam respõderi generalius, vt per bonum intelligat qualitatem conuenientem subiecto, & per malum qualitatem disconuenientem subiecto, vt calor est bonus subiecto, cui cõuenit, & huic frigiditas mala: vt sit sensus, cui vnum contrariũ bonum est, & conueniens, alterum malum est, & nociuũ, at cui aliquod malam est, alterũ aliquãdo est bonum, aliquãdo etiam malum, vterque sensus mihi probatur, sed prior est melior.

Alterum thorema. Non est necessarium vtrunq; cõtrariorum esse in rerũ natura, potest enim vnũ absque altero inesse, possunt enim omnia bene se habere, possunt præterea omnia colorata esse alba.

Tertium. Contraria simul non sunt in eodem subiecto, nihil enim est sanũ, & languidum, calidum, & frigidum, hoc intelligẽ secũdum eandem partem subiecti, & in gradibus intensis, aliter enim possunt esse simul, ista est communis limitatio huius theorematis, quãuis ego existimem non esse opus limitatione, sensus enim est. Vnum & idem subiectũ numero simul nõ recipit absolutas prędicationes contrariorum, non enim dicitur calidum, & frigidum, quamuis in vna parte calorem, in altera frigiditatem possit recipere.

Quartum Cõtraria existũt absolutè in eisdem subiectis vel specie vel genere, non tamen in eodem numero, vt modò dixi, in quo à priuatiuè oppositis differunt, quæ ordine quodam circa idem subiectum numero existunt, vt diximus superius.

Quintum. Cõtraria vel sunt in eodẽ genere proximo, vt album, nigrum, vel sub diuersis generibus eiusdẽ prædicamenti, vt iustitia sub virtute, iniustitia sub vitio: vel ipsa sunt genera, eiusdem prædicamenti, vt virtus quæ dicitur bonum, vitiũ quod dicitur malũ: nunquã tamen ab eodẽ prædicamẽto egrediuntur: sunt enim in prædicamẽto qualitatis. Ex his poset contrariorum descriptio sumi. Contraria, sunt qualitates, quæ cum adinuicem non dependeant, sub eodem sunt prædicamento, & ab eodem subiecto mutuo se expellũt, ab eodem inquam, numero.

¶ Dubia quædam scitu digniora.

Dub. 1. de numero & ordine oppositorum.

Circa istud caput dubium est de numero, & ordine harum oppositionum prædictarum: ad quod benè respõdet Ammo. Oppositio enim aut potest considerari, vt in rebus est, aut vt in rebus secũdum quod voces significãtur: si hoc postremo modo consideretur, est oppositio quę dicitur affirmatio & negatio: vt autẽ in rebus est, aut res sunt absolutæ, aut respectiuæ, si respectiuæ, fit oppositio ad aliquid. si absolutę, aut agũt adinuicẽ & mutuo se expellũt, aut non: si adinuicem & mutuo se expellũt sunt contraria: sin verò nõ mutuò, sunt priuatiua. Patet igitur nõ esse alias oppositiones præter has.

Ordo oppositorũ

Et ex hoc colligitur ordo: est enim ordo ab imperfectiori opposito, & debiliori: patet autem minimam oppositione esse relatiuo: ea, que nõ se mutuò expellunt à suis subiectis, imò de necessitatẽ simul existũt. Post hanc oppositionem illarũ minima, est cõtraria, quia est regressus ab vno ad alterũ mutuus, in priuatis verò nõ est mutuus regressus: oppositionum autem maxima est secũdũ affirmationem & negationẽ, quę adeò repugnant, vt nũquam simul stent, siue subiecto extãte, siue nõ extãte, semper enim alterum verum, alterũ falsum est: aliis id non fit, vt diximus circa textus interpretationem.

Nota.

Hic vnũ aduerte, alias tres oppositiones absolutè esse in reb9: quia est oppositio incõplexorum existentium: etiam sunt in vocibus, si cum cõplexione sumãtur, vt diximus, quando facimus ex illis complexiones: at contradictio cum sit secundum affirmationem & negationẽ, non est in rebus absolutè, sed in eis, vt voce & conceptu significantur.

Dub. 2. de cõtradictione

Obijcies fortasse etiã esse cõtradictionem in simplicibus, vt homo, nõ homo, equus, nõ equus. Nõ negamus hoc, sed est magnũ differmẽ à reliquis oppositis: nam reliqua opposita secundũ vtrunq; extremum ponunt aliquid reale, in rebus etiã priuatiuis, hoc sit, nã priuatio non est pura negatio formę, sed negatio in quodã subiecto, at in his cõtradictorijs extremũ negatiuũ est ens rationis purum, cũ sit negatio, nec ponat subiectum, nam, nõ-homo etiã quæ nõ sunt significat, præterea ab Arist. 4. Met. tex. 7. vocatur negatio extra genus.

Dub. 3.

Dubitatur. An oppositio sit genus ad has quatuor, videtur. n. esse analogũ, cum Arist. dicat oppositionem dici quadrupliciter, & præterea quia oppositiones sint inæquales, maxima enim oppositio est cõtradictoria, minima relatiua & quod magis est, quia omnis oppositio mensuratur per contradictionem, vnũ enim extremũ negationem, alterius debet habere, vt Arist. docet. 10. Meta. Albert. ca. 2. ita existimat, scilicet esse analogum, & Iamblicus, ita mihi videtur, presertim cùm aliqua sit oppositio non absolutè realis, sed rationis, vt cõtradictoria. Simplicius & Porphyrius credũt esse genus quoddã, & sententia quodq; ista probabilis est satis.

Solutio.

Circa priuationẽ aduerte, vt diceba mus, in hoc differt à negatione pura, q negatio nõ ponit existentiam subiecti: possum9 enim verè dicere, chimera nõ sedet: at priuatio ponit aliquod subiectũ non enim cæcum dicitur, nisi q existit, secũdum autem quod quadruplici iter pręsupponit subiectũ, quadruplex est

Dub. 4. de priuatione.

est priuatio, vt docet Arist. 5. Meta. c. 22 Trib9 quidẽ modis primis nõ propriè, quarto verò propriè dicitur priuatio. Primo priuatio dicit carentiã alicuius formæ in subiecto quocunq;, siue apto, siue inepto ad illã formã: quo pacto dicitur plãta cæca, & mare surdũ. Altera priuatio dicit carentiã formæ in subiecto apto ad illã formam, non quidẽ in specie, sed in suo genere, id est, qui tale subiectũ est aptum ratione sui generis, suscipere illam formã, quamuis non secundum suam speciem: vt talpa dicitur cæca, nõ quidem q sit apta in tota sua specie, vt vult Arist. videre, tamẽ est in tali genere, in quo visus reperitur, est enim animal. Tertiò dicitur priuatio, negatio formæ in subiecti, apto quidẽ & secundum speciem recipere talem formã, sed nõ tali tẽpore, vt catulus est cæcus ante nonũ diem. Tandẽ quarto priuatio dicit negationem formæ in subiecto quidem apto, & secundum speciem, & tẽpus, vt homo cæcus qui caret visu, quando habiturus eum erat: & & sic sumitur priuatio ab Arist. in præsenti & hæc dicitur propriè priuatio.

DE MODIS PRIORIS.

Cap. XII.

TEXT. 1

PRius autem alterũ altero dicitur quadrupliciter. Primò quidem & maximè propriè secundum tempus: secundum quod antiquius altero, & vetustius dicitur: in eo enim q tempus amplius est, & antiquius, & vetustius dicitur. Secundo autẽ, quod nõ conuertitur secundũ subsistendi consequentiam, vt vnũ duobus prius est: duobus enim existentibus, mox vnum esse consequens est: vno verò existente, duo esse non necessarium est, quare conuertitur ab vno consequentia, vt reliquum sit: prius autem illud esse videtur, à quo non conuertitur eius, quod est esse consequentia. Tertio verò secũdum ordinem quendam prius dicitur: quemadmodum & scientijs, & in orationibus: nam in demonstratiuis scientijs est prius & posterius ordine: elementa enim in geometria priora sunt ordine ijs, quæ describũtur, sed in Grammatica elementa syllabis priora sunt, & in orationibus similiter proœmium narratione prius ordine est. Amplius, pręter ea quæ dicta sunt, quod melius & honorabilius est, prius natura esse videtur, consueuerũt aũt & multi honorabiliores & magis dilectos à se, priores apud se dicere: est quidẽ & penè alienissimis priorũ hic modus. Modi igitur qui dicti sunt dẽ priore, ferè tot sunt.

Videtur autem præter eos, qui dicti sunt, alter esse prioris modus: eorum enim quæ conuertuntur secũdum esse consequentiam, quod alteri quomodo libet causa est, conuenienter prius natura dici possit. Quod verò quædã sunt huiusmodi, palam est, esse nanq; hominem, secundã ipsius esse cõsequentiã, ad veram de se cõuertitur orationem: nam si homo est, vera est oratio, qua dicimus quod homo est, & cõuertitur: nã si vera est oratio, qua dicimus quod homo est, est homo. Est autem vera oratio, nequaquã causa, vt si res, verum tamen res quodãmodo causa videtur, vt si vera oratio, enim q res est aut nõ est, vera oratio aut falsa dicitur. Quare secũdum quinque modos prius alterum altero dici potest.

HOc est aliud post prædicamẽtum, nempè quot modis dicatur, prius: constat enim in prædicamento substãtiæ, substantiam singularẽ fuisse dictã primam: & in capite, ad aliquid, scibile prius esse scientia: & tandem inter omnia prædicamenta, & inter prædicata singulorum prædicamentorum est quidam ordo, secundum quem vnum prius, alterum posterius est: propterea oportuit, vt quotupliciter prius aliqd diceretur, explicaret.

¶ Prius autẽ alterũ altero dicitur quadrupliciter. &c. 1

Quatuor modos, quibus vnũ altero prius esse cõmuniter dicitur, assignat.

Primus,

Primus est, secundum quem, vnum alteri tempore præcedit: quo pacto dicimus Imperiũ Persarũ fuisse prius Romanorum Imperio. Hũc prioris modũ maximè proprium appellat eo, quia notissimus omnium est, cùm fundetur in tẽpore, q̃ omnibus patet. Præterea qa fuit prima impositio, & significatio huius vocabuli, Prius, cùm sit maximè nota: & reliqua, quæ priora dicuntur, eatenus priora dicũtur, quatenus ad prioritatem illã primã referuntur, vt enim prius tempore sine posteriori existere potest: ita quæ independentia ab alijs sunt, priora dicuntur eis, quæ ab illis dependẽt. Secundus modus prioris est, secundum quem illud dicitur prius, à quo non conuertitur subsistendi consequentia, id est, in quod ab alijs infertur, quod tamẽ non infert. vt vnum est prius duobus, quia si duo sunt, vnũ est, nõ tamẽ si vnũ est, duo sunt: & sic vniuersaliter omnia superiora suis inferioribus hoc modo priora dicuntur.

Tertio, aliquid dicitur prius ordine, qui modus nõ in tẽpore, nec in illatione, sed in quadã multorũ habitudine cõsistit, secundũ quã vnum alterum cõsequitur, ponit exempla de duplici ordine, & de ordine docẽdi, & de ordine dicendi Ordine quidẽ docẽdi, seu doctrinæ, elemẽta in Geometria seu definitiones, vt qd sit punctum, qd linea, quid superficies quid figura prius traduntur, quã descriptiones, id est, propositiones per se notę & reliquæ conclusiones: vt à puncto in punctum lineam ducere, totum est maius parte, triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: similiter in Grãmaticis, elemẽta, id est, literas prius docemur quam syllabas, & syllabas priùs quàm dictiones. Ordine aũt dicendi prius proœmiũ, quã narratio, & hæc: quã cõfirmatio: omnia igitur hæc ordine priora dicũtur, ita vt quãuis prius tẽpore diceretur narratio, proœmiũ tamẽ semper suam prioritatem ordinem haberet.

Quartò. Id dicitur prius q̃ dignius est, & honorabilius: quomodo magis amicos, priores alijs apud nos vocamus, seu primos apud nos, & hæc est prioritas dignitatis: sed istũ docet esse modũ alienũ & impropriũ, vulgarẽ tñ. Ratio huius ex Ammo. hæc est. hũc enim modũ dicit non esse proprium, quia verè non fundatur in ipsis rebus, sed in existimatione & affectione nostra, quæ extrinseca est ipsis, quæ priora dicuntur, vel posteriora. Aliã etiã huius rõnem tradit Simpl. nẽpe quia in sermone nõ est vsitatus modus loquẽdi amiciores, & honorabiliores vocare priores: ac propterea dicit alienissimũ hũc modũ, quasi impropriè dictum tali vocabulo, quod tamen vulgariter dicitur.

¶ Videtur autem præter eos, qui dicti sunt, &c.

Hi sunt quatuor modi prioris, qui cõmunes sunt, & ab omnibus assignãtur: præter hos vnum aliũ ex propria sentẽtia, vt notãt Alb. & Boet. enumerat. ac propterea superiori numero hic nõ est cõprehensus, cum dixit Prius quadrupliciter dicitur, qu a id secundũ cõmunem sententiã docebat: id enim vltimo alio modo Prius dicitur, q̃ cum alio in consequẽtia cõuertitur, & illius est causa, vt homo est prior risibilitate, quia inter vtrunq; est mutua consequentia, & homo est risibilitatis causa: & hoc dicitur prius natura. Ponitur huius exẽplũ: ista propositio, homo est, vera est, eò quòd homo in se sit: etiã conuertitur, nam si homo in re est, & ipsa propositio vera, erit tamẽ q̃ homo sit, scilicet res ipsa, est causa veritatis propositionis. Vt enim docet Arist. 9. Met. c. 12. nõ q̃ nos verè te putamus albũ esse, tu albus es, sed qa tu albus es, nos qui dicimus, verũ dicimus: & hoc est quod dici solet, veritatẽ esse in rebus sicut in causa: de quo disseremus in lib. Perih. Res igit̃ est prior natura, quã ꝓpositio dicat̃ vera: & vniuersaliter omnis causa prior est natura suo effectu: hæc autẽ prio-

prioritas non dicit illam temporis præcessionem: possunt enim duo simul esse tempore, vnũ tamen altero natura prius esse. sicut in eodem tempore, est sol & lux. homo & risibilitas, at sol luce, & homo risibilitate priores natura sunt, eo quod sol lucis, & homo risibilitatis sino causa. Hi sunt modi Prioris, quos Arist. enumerat: & ijdẽ prorsus sunt modi Posterioris: nã in oppositis quot modis dicitur vnum, tot etiam alterũ: vnde etiã est posterius tempore, in consequẽtia, dignitate, ordine, & natura.

Nota. 1. Circa hoc caput aduerte, maximè Prius & Posterius esse in prędicamẽto ad aliqd, sunt enim mutuo correlatiua: imò omnia post prędicamẽta in prędicamẽtis sunt supradictis: oppositio. n. ad aliquid est: & cõtrarietas, & reliqua similiter: simul ad aliquid est. Motus autẽ ad actionem & passionem refertur: habere ad aliquid. Et post prædicamẽta ista fiunt propter duo: primo quia sunt proprietates diuersorum prædicamentorũ & pluribus insunt, in substantia. n. qualitate, quantitate, & quando, inest, prioritas: alia similiter multis competũt. Secundò quia ista multipliciter dicuntur: propterea in communi sumpta nullius sunt prędicamẽti: equiuoca enim à prædicamẽto excludũtur, vt talia sunt, nec ad prędicamentũ pertinẽt nisi ratione significatorũ per se. Propterea ista hic per se sumuntur, vt distinguantur, & distincta in suis collocãtur generibus. Aduerte præterea Arist. exactius tradidisse in 5. Meta ca. 11. de priori, & posteriori, hic autem illos modos assignat, qui in ipsis prędicamẽtis frequẽtiores sunt: quamuis forsan omnes alij ad hoc reduci possent, vt dicit Simpl. sed hoc in Metaphysicam reseruemus.

Nota. 2. Aduerte etiam non repugnare vnum, & idẽ multis modis esse prius similiter vnum esse prius vno modo, & posterius altero: verbi grãtia, pars est prior toto natura, qa est causa, sed totũ prius dignitate. Similiter anima est prius homine cõsequẽtia, similiter etiã natura, qa est superius homine, & ipsius causa.

Nota. 3. Aduerte tandem omnem causam suo effectu esse natura priorem, hic tamen Arist non loquitur nisi de causa, & effectu quæ simul sunt, & cõuertuntur, nõ quod illa causa, quæ simul non est cum effectu, nõ sit natura prior, vt Petrus q̃ absq; suo patre, qui causa est, potest esse, sed quia talis causa, quæ sine effectu est, sit prior tempore, qui modus prioris perfectissimus est.

DE MODIS SIMVL. Cap. XIII.

TEXT. 1. SImul autem dicuntur simpliciter quidem & proprijssimè, quorũ generatio in eodem est tẽpore, neutrum enim eorum neq; prius, neque posterius est. Simul autem secundũ tempus hæc dicuntur. Natura verò simul sunt, quæcunq; conuertuntur quidem secundum eius quod est esse cõsequentiam, sed nequaquam alterum alteri causa est vt sit, vt in duplo & dimidio, conuertũtur etenim hæc, nam cùm duplum sit, dimidium est, & cùm dimidium sit, duplum est, sed neutrũ alteri causa est, vt sit. Dicuntur autem simul natura & qua ex eodem genere è diuerso abinuicem diuiduntur. E diuerso autem diuidi abinuicem dicuntur, quæ secundum eandẽ sunt diuisionem, vt volatile, gressibile, & aquatile, hæc enim abinuicẽ è diuerso diuiduntur, cùm sint ex eodem genere, animal nanque diuiditur in hæc, in volatile, gressibile, & aquatile, & nihil horum prius vel posterius est, sed simul hæc natura esse videntur. Diuiditur autem & vnũquodq; horum in species rursus, vt volatile, gressibile, & aquatile, erũt ergo & illa simul natura, quæcunque ex eodem genere secundum eandem sunt diuisionem, genera verò speciebus semper priora sunt, neque enim conuertuntur secundum eius quod est esse cõsequentiam, vt

vt enim quidem aquatile sit, animal est: cùm verò sit animal, non necesse est vt aquatile sit. Simul ergo natura dicuntur quæcunque quidem conuertuntur secundum eius quod est esse cõsequentiam, sed nequaquam alterum alterius sit, causa: est & ea quæ ex eodem genere è diuerso diuidũtur abinuicem. Simpliciter autem simul sunt, quorum generatio in eodem est tempore.

Hic de Simul aduerbio tractat, ac tres modos, q̃bus aliqua simul esse dicũtur, tradit. Primus est, ꝓprijssimus, quo multa simul tẽpore dicũtur. [Quorum generatio est in eodem tempore,] id est, quorũ vnũ tẽpore, neq; prius, nec posterius est, quo pacto simul dicimur currere, & loqui: si currẽtes loquamur, & simul fuerũt Alex. & Aristoteles. Alius modꝰ est, quo aliqua dicũtur simul natura, nempè quæ in cõsequentia mutuo conuertuntur, & vnum non est alterius causa: dicimus enim simul natura esse duplum, & dimidium, patrẽ, & filiũ: & correlatiua quæ se inuicem ponũt, & vnum alterius non est causa: & iste modus est oppositꝰ modis duobus Prioris, scilicet secũdo & quinto. Tertius modꝰ est, quo illa dicũtur simul, quę ex ęquo diuidũt aliquod genus, vt volatile, gressibile, aquatile simul sunt, qa ex ęquo animal diuiduntur, diuidere ex ęquo genus, est quãdo æquè immediate differẽtiæ, vel species genꝰ aliquo diuidũt, ita vt vna nõ diuidat id, quod per aliã constituit, sicut si diuideretur animal per rationale, volatile, & irrationale: tunc enim volatile & irrationale non essent simul, qa volatile potiꝰ diuidit irrationale, præterea diuidũt ex æquo, quam nulla est, adinuicẽ dependentia, vt volatile non magis à gressibile, quàm gressibile à volatili depẽdet: propterea iste modus est oppositus modo tertio Prioris, scilicet ordine. Ex hoc colligit Aris. genera & species non esse simul natura sicut duplum & dimidium, quia non est mutua cõsequentia à genere ad speciẽ: vbi non sumit genus ad speciẽ ratione intentionis secundæ, nã sic sunt correlatiua, & simul natura, vt diximus, sed pro ipsis naturis, scilicet animali, homine & reliquis: tripliciter ergo Simul esse contingit, vt dictum est.

Dubitabis fortè, an esse simul, opponatur priori. Alber. respondet nõ opponi, sed esse disparatũ, quia Prius posteriori opponitur, & è contra: propterea quia multis modis dicitur esse Prius, scilicet loco dignitate, quibus non dicitur esse simul: sed ꝓfecto probabilius mihi videtur q̃ opponãtur: & id patet ex Aris. qui tãquã de opposito ad prius & posterius, loquit̃ de simul, nec ratio quicquã valet: nam prius posteriori propriè opponit̃, at Simul vtrique, Priori, scilicet & posteriori. Ad aliud respõdet Amm. ca. de Priori, illum modũ prioris dignitate, esse impropriũ, propterea non habere oppositũ modum de simul, quãuis posset quidẽ dici in re esse talẽ modũ, quia re vera duos posumus æqualiter amare, & honorare, licet modus loquẽdi per simul nõ sit propriꝰ. Similiter esse potest, vt duo sint simul loco, non quidẽ vt sint in eodem penetratiuè, sed in eodem loco vulgari, vel cõmuni, vt sint in eadem sede: in eodem scamno.

Dubiũ. nũ prius & simul sunt opposita.

DE SPECIEBVS MOTVS. cap. XIIII.

TEXT.

Mootus autem species sunt sex, generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & secundum locum mutatio. Alij itaque motus palam est quod abinuicem diuersi sunt, non enim est generatio corruptio, neq; augmentum diminutio, neque secũdum locũ mutatio, similiter autem & alij. In alteratione verò habet quãdam dubitationem: ne sit fortè necessarium, id quod alteratur, per aliquam reliquarũ motionum alterari. Hoc autem non verum est, nam secundum omnes penè passiones, aut com

complures accidit nos alterari, nulla aliarum communicãte motionum: nã neq; augeri necessarium est quod per passionem mouetur, neque diminui. Similiter autem & in alijs. Quare alia præter alios motus erit alteratio: nam si esset eadem, oporteret id, quod alteratur, mox & augeri, vel minui, vel quãdam aliarum motionum sequi, sed nõ necesse est. Similiter autẽ & quod augetur, aut alia aliqua mutatione mouetur, alterari oporteret, sed sunt quędã quæ augmentantur, quæ non alterantur, vt quadratũ gnomone circumposito creuit quidẽ, alteratum verò nihil factũ est, sic & in alijs huiusmodi, quare alij motus sunt ab inuicem.

¶ Quadrati accretio, Gnomone circumposito.

1 Est autẽ simpliciter motui quidem quies cõtrarium: ijs verò, quæ per singula sunt, & singula, generationi quidẽ corruptio cõtrarium, augmentationi verò diminutio, secundum locũ mutationi, secundum locum quies, maximè autẽ videtur opposita esse ad contrarium locum mutatio, vt ei quæ inferius est, ea quæ superius est: & ei quę superius est, ea quæ inferius est. Reliquorum verò assignatorum motuum non facilè est assignare quid fortè est cõtrarium, videtur autem nihil esse ei contrarium: nisi quis & in hoc secundum qualitatẽ quietẽ opponat, aut in contrarium qualitatis, mutationẽ: sicut & in mutatione secundum locum quietẽ secundum locum, aut in cõtrarium locum mutationem: est enim & alteratio mutatio secũdum qualitatẽ, quapropter opponitur motui secundum qualitatẽ, quies secundum qualitatem: aut in contrarium qualitatis mutatio, vt album fieri ad id, quod nigrum est fieri, alteratur enim in contraria, qualis mutatione facta.

Exacta eorum quæ in hoc cap. continẽtur, cognitio prorsus physica est, & abundè, si fecit Deus, eam illic trademus: sat erit in præsenti facilem aliquam adhibere explanationem, quæ Logico pro his cognoscendis, & in prædicamento collocandis sufficiat.

¶ Quid motus? & An vniuocè dicatur de eius speciebus.

Aduerte igitur ante capitis interpretationẽ, q̃ res antequã facta sit, dicitur esse in potentia alicuius materiæ, q̃ nihil aliud est, quã dicere, q̃ ex aliquo alio possit fieri v.g. Flãta antequam fit, dicitur esse in potentia seminis, quia ex semine fieri potest, & phiala antequam fit, est in potentia argenti, ex quo fieri potest: vnde qñ aliquod agens aliquid facit ex aliquo v.g. ignis ignem alium ex ligno: & artifex phialam ex auro, dicitur tale agens educere rex ex potentia in actum.

Motus igitur, in cõmuni, & latè sumpto vocabulo loquendo, est ille transitus rei ex potentia in actum, vt transitus plantæ ex potentia seminis in actũ plantæ dicitur motus plantæ: dico autem lato vocabulo, & in communi loquendo, quia propriè non dicitur motus, nisi quando talis transitus est accidentis alicuius; hic tamen communis loquitur Aristo de transitu tam subsiãtię, quàm accidentis, & vtrunque lato vocabulo vocat motum.

Motus quid sit.

At cùm iste transitus fiat secundum formas, & res varias diuersorum prędicamentorum, fit, vt motus, qui est trãsitus

Universidad de Deusto Biblioteca

tus formæ, non omninò habeat vniuocationē, ac ideo inter post prędicamenta, vt distinguatur collocetur, quanuis enim Arist. vocet species motus, nō propterea intelligit motū esse propriè genus & vniuocū, sed particularia, vocat species, & hoc nota admodū pro horū intelligentia, sequitur igitur caput.

SPECIES MOTVS.

a Motus autem species sunt, &c.

CAput in duas partes diuiditur in priori continētur sex motus species, in posteriori eārum proprietates. Species igitur motus sunt, generatio, corruptio augmentum, diminutio, alteratio, latio, seu motus secundū locū: harū singulas breuiter explicemus, Generatio est productio compositi substātialis, vt productio ignis, plantæ, hominis corruptio est destructio huius substātię, vt extinctio ignis, mors hominis. Augmētum est acquisitio maioris quātitatis, præsertim in viuentibus, vt quādo crescit plāta, & animal. Diminutio est amissio habitæ quantitatis, vt quādo decrescit homo senectute, & fructus attrectatione manuum minuitur. Alteratio est qualitas motus, vt productio caloris in aqua, & vniuersaliter motus secundum qualitates, alterationes dicuntur. Latio est motus secundum locum, vt progressus, natio volatus.

Hoc supposito probat Arist. differētias inter motus, qui magis conuenire videntur, vt eorū distinctio fiat notior, & primo dubitat de alteratione, an sit, distinctus motus ab alijs, & probat esse motum distinctū, quia stat esse alterationem, quādo nullus ex alijs motibus est, patet quando aliquid calefit, tunc alteratur, & tamē nec augetur, nec minuitur in sua quantitate, nec mouetur secundum locum, nec generatur, nec corrumpitur, ergo alteratio est ab omnibus his distincta, at de augmento, & diminutione est maius dubiū, quia res naturales nō augētur nec minuūtur, nisi simul alterentur à qualitatibus, non enim viuēs crescit nisi calore naturali alterāte cibū, & conuertente in substātiam ipsius viuētis, vnde procedit augmentum, propterea egregiè Arist. ostēdit exēplo Geometrico augmentū fieri sine alteratione, ex quo patet nō esse idem, si enim idē essent, nullibi esset vnum, vbi alterum non esset.

In quo tu diligenter considera pulcram Aristoteles viam inquirendi distinctionem duorum, quæ simul sunt, nempe, num alibi vnum absque altero inueniatur, quærere, si enim ita sit, sine dubio illic, vbi simul erant, vnum & idē non erant, verbi gratia, video semper ferè colorem simul cum quantitate, possem dubitare, an idem sint, tunc aduertam, an alicubi vnum sine altero inueniatur, & quia quātitatem in cælis & elementis puris, in quibus color non est, inuenimus, ideo vbicunque illa duo sint, distincta iudicamus. Hoc maximè memoriæ trade, quia quanti hoc momenti sit, postea scies. Nota.

¶De exemplo Aristot. Augmentationis Quadrati.

PRo intelligentia igitur exēpli Aristotel. de quo tractat Euclid. lib. 2. aduerte, quod quadrangulus est figura constans ex quatuor lineis rectis, siue omnes sint inter se æquales, qui dicitur quadratum, siue duæ solū duabus æqualibus inæquales sint, & æquales inter se, ita vt duo latera æqualia sint, qui dicitur quadrangulus altera parte longior. Diamerer autem dicitur linea recta quadranguli diuidēs angulos duos per medium, vt in figura infrascripta manifestatur, talis autem quadrangulus dicitur continere diametrum illū, à quo diuiditur. Nota. 1.

Aduerte præterea, q; talis diameter cuiusque quadranguli potest protrahi ex vna parte, vt extra quadrangulum fit, & talis pars protracta potest circūscribi quadrāgulo alio, hoc pacto à latere quadranguli prioris protrahatur linea, ita vt ab ea ducatur linea recta vsq; in extremū punctū diametri protracti, & ab altero latere similiter id fiat (loquor aūt de lateribus, quæ à diametro non sunt intercisa) postea à lineis duabus illius anguli prioris quadrāguli, à quo diameter est protractus, singulæ lineæ rectę trahātur, quousq; alijs iūgātur, tūc resultabūt, & vnus quadrāgulus paruus illā partē diametrici circūscribens, & duo quadranguli altera parte lōgiores, ad duo latera prioris quadrāguli, & isti duo dicūtur supplemēta, quadrangulus verò cùm duobus supplementis dicitur gnomon. Nota. 2.

Hoc supposito scias istum gnomonē additū quadrāgulo sic se habere, vt solū augeat illum, non tamen mutet figuram: sed si erat altera parte longior quadrāgulus, addito gnomone, vel detracto, resultabit quadrangulus altera parte longior: si erat autem quadratū, etiam manebit cum illo augmēto quadratum: vbi vides rem augeri non mutata qualitate: ac inde fit augmentū sine alteratione. Hæc facili & simplici narratione dicta sint, nam omnia ista exactè & demōstratiuè tractare, nō est præsenti loci: figuram considera.

QVADRATA.



QVADRANGVLI ALTERA PARTE LONGIORES.





a Est autem simpliciter motui quidē quies contrarium, &c.

Hæc est altera huius cap. pars, qua Arist. quomodo ista inter se cōtrarientur, exponit: ac docet, motui in communi quietē opponi: in particulari autem particularia sortiri cōtraria: vt generatio cōtraria est corruptioni, augmentū diminutioni: secundū locū aūt motus habet quietē secundū locū cōtrariam: & motus sursum contrarius est motui deorsum: similiter alteratio habet in cōmuni contrariam quietem secundum qualitatē, non enim aliud assignari potest. in particulari autem dealbatio contrariā habet denigrationem, & cale-

calefactio frigefactionē. Hic aduerte quietē nō esse propriè cōtrariā, sed priuationē, est enim quies motus priuatio, vocat aūt hic contrariū etiam priuatiuum largè: sicut. 1. Physic. etiā priuationem vocat cōtrarium, dum dicit principia esse contraria, hæc de istis motibus Logico sint satis.

Vnum autem hic est maximè aduertendum, singulos hos motus posse dupliciter sumi vno modo vt significent actionem, altero, vt significent passionem: erbi gratia, alteratio est actio secundum quam alterat agens, & alteratio est nomen passionis secundum quā alteratur patiens, similiter generatio, corruptio, latio, & reliqua: propterea distinguenda sunt tanquam æquiuoca, vt enim actionem dicunt, ad prædicamentum actionis pertinent: vt autem passionem, ad prædicamentum passionis spectant:

DE MODIS HABERE. CAP: XV.

HAbere secundum plures modos dicitur. Aut enim vt habitum & dispositionem, aut aliā aliquam qualitatem, dicimur enim disciplinam aliquam, atque virtutem habere. Aut vt quantum, vt quam contingit aliquis habens magnitudinem: dicitur enim tricubitam habere magnitudinem, vel quadricubitā. Aut vt ea, quæ circa corpus sunt, vt vestimē tum, vel tunicā. Aut vt in parte, vt in manu annulum. Aut vt partem, vt manum, vel pedem. Aut vt in vase, vt modius grana tritici, aut amphora vinū, vinum enim habere amphora dicitur, & modius grana tritici: hæc enim omnia habere dicuntur, vt in vase, Aut vt possessionem: habere enim domum & agrum dicimur. Dicitur autem & vir vxorem habere, & vxor virum, sed qui nunc dictus est modus, alienissimus est eius quod est habere: nihil enim aliud vxorem habere significamus, quā quod cohabitant. Forte tamen & alij quidā eius, quod est habere, apparebunt modi, sed qui dici consueuerunt, penè omnes enumerati sunt.

TAndem vltimū post prædicamentum distinguit, quod est habere, est enim æquiuocum admodū vocabulum hoc, varia prædicamenta, & varias res diuersorum prædicamentorum amplectens. Dicitur igitur primo modo habere secundū habitū, vel dispositionem, vt non sit aliud habere, quā dispositum vel habituatū esse, quo pacto dicimur habere calorē, scientiam, odiū, frigiditatem, & reliqua: ista non aliud sunt, quā esse frigidum, calidum, sciētem, & reliqua. Secundo, habere, est secundum quantitatem, vt habere tres vlnas, tres palmos: hoc nō est aliud, quā esse mensurabile secundum tres vlnas, vel palmos. Tertio, secundum vestimē tum, vel ornatum, vt habere vestē, annulum: & hoc nō est aliud, quā esse vestitum, ornatum annulo. Quartò, secūdū partē habere caput, pedē, animam, q nō aliud est, quàm esse capitatū, animatū. Quintò, habere per modū vasis, vt amphora habet vinum, horreū, triticum: in summa habere denotat cōcretū aliquod nomē ab his, quæ habētur, q aliquando est impositum, vt habere calorem, calidū, esse: aliquando nō est impositum, vt amphora habet vinum, non enim à vino est concretum significās vinū in amphora, sed suppletur per illud verbū habere. Sextò, habere secundū possessionē, vt habere agrū, domū, libros, diuitias. Vltimò dicitur vir habere vxorē, & vxor virū, sed istū dicit esse impropriū, quia vir nō dicitur habere vxorē, nisi quia cohabitat, videlicet legitimè in legitimo matrimonio. Sic aūt cohabitare, nō est habere, nec sic matrimonio esse cōiūctū est habere. Tādē cōcludit forsan alios esse modos habēdi, sed ex cōmunibus penè oēs sūt isti enumerati, reliqui ad hos reduci

possunt

possunt: de quibus vide in. 5. lib. Metap. ca. 23. & hæc circa hoc caput sufficiant.

DE PRAEDICAMENTIS IN COMMVNI.

QVAESTIO PRIMA.

De numero prædicamentorū, vtrū tantum sint decem Prædicamenta.

SIngulis iam generibus manifestis locus postulat, vt de eorū sufficientia aliquid dicamus: ac primo de eorum numero, deinde de eorum distinctione agemus. De eorū ergo numero, magna fuit inter antiquos dissidiatio, nec adhuc inter neotericos de hoc vnanimis est cōsensus, quibusdā multiplicantibus, quibusdam dementibus ex his, quæ assignata sunt.

Antiquorum. Inter antiquos numerū prædicamētorum coarctantes, primus fuit Plato, qui vt refert Arist. 3. Meta. c. 3. vnū esse omnium genus & prædicamentum existimauit, nempè ipsum ens: quā sententiā illic repellit Arist. & nos supra reiecimus cùm ens non sit vniuocum. 1. Opin.

Post hūc fuit Zenocrates, & Androni cus, qui duo prædicamenta cōstituerūt diuidētes res omnes in per se, & in alio: & substantias vocabāt res per se, accidētia verò res in alio, vt refert Simplicio: sed ista sententia non est vera: quia sicut ens nō est genus ad ista decem, quia non potest cōtrahi vlla differētia, quæ non sit etiam ens: ita accidēs nō potest contrahi differentia, quæ non sit accidēs: vnde proinde nō erit genus ad omnia accidentia, sed æquiuocum, aut analogum: omnis enim differentia debet distingui à genere, nam contrahens distinguitur à contracto. 2. Opin.

Alia fuit sententia Stoicorum asserētium, quatuor solum esse prædicamenta, nempè substātiā, quale quomodo se habet, quomodo se habet ad aliud, sed ista sententia diminuta clarissimè est, cū præter ista quatuor, sit etiam Quantū, vt docet Simplicius. 3. Opin.

Quarta sentētia fuit Nicostrati, q referente Simplicio, actionem & passionē sub vno constituit prædicamento, nempè sub motu, & ita visus est nouē prædicamenta constituere: sed de hoc postea dicemus. 4. Opin.

Vltima sentētia fuit Arist. Pythago. Architæ, & aliorum, & communis antiquorū post hos decem esse prædicamēta, & ita docet Arist. 5. Meta ca. 7. & plurimis locis id repetit, & affirmat.

Inter Neotericos etiam adhuc lis sub iudice est. Quidam enim solū quatuor prædicamenta recipiunt, inter quos est Suessanus in suis Iudicris, nēpè substantiam, quantitatem, qualitatem, ad aliquid, reliqua enim, vt ipse vult ad ista reducuntur. Neoterī corum. 1. Opin.

Alij nouem ponunt, i ā Vbi ad quātitatē referunt, alij etiam Quando reponūt in quātitate. vt Paulus Ven. refert. 2. Opin.

Alij vndecim faciūt, præterista enim decem vnum aliud pro entibus rationis faciunt, sed quia multa ex his facilè dicuntur, & absque consideratione, opus erit, vt breuiter quid in hoc certius sit, explicemus. 3. Opin.

Oportet ergo aduertere prędicamētorū duplicem esse cōsiderationem, altera est secundum quam entia quadam varia, & inter se diuersa sunt, altera vt cum entia vniuersa sint, variū obtinent prędicandi modum. Quod quidem aliter dici solet, prædicamenta considerari secundū primas intentiones, vel secūdum primas vt substant secūdis Hoc autem est inter hæc discriminis, contemplari enim talia entia vt entia solū sunt Metaphysici est, at considerare talia entia, vt prædicabilia, & prædicata quædam sunt, Logici est. 1. Fund. Categoriarū duplex est consideratio.

Aduerte secundo ista duo, nēpè modum essendi, & modum prædicandi, seu esse & prędicari, ita esse conīūcta, vt diuersum ens diuersum habeat prędicādi modū: & quæ idem sunt, eūdem etiā habeant prædicādi modum, quod dici solet, modus prędicādi sequitur modū essendi 2. Fund. Diuersa entia diuersos habere modos prædicādi.

Universidad de Deusto Biblioteca

essédi: verbi gratia, quia quantitas est ens diuersum à qualitate, modus prędicandi quãtitatis est alterius rationis à modo prędicandi qualitatis: illa enim in quãto, hæc in quali prædicatur. Prętereà sicut in ipsis entib9, vt entia sunt datur vnum primũ ens, penes quod omnia alia distinguuntur, & à quo habent esse, vt docet Arist. 4. Meta. ca. 2. ita in ipsis vt prædicata sunt dabitur vnũ primum subiectũ, à quo omnia alia distinguuntur, & de quo varia prædicato prædicentur, hoc autẽ est prima substãtia: ac propterea Arist. 13. Meta. c. 1. comparat substantiã inter reliqua Regi, & Imperatori in exercitu.

3. fund. Ex hoc est tertio aduertendum, q̃ si nos volumus numerum prædicamentorum venari, cõstituto primo ente, scilicet substãtia prima, diuersos modos entis circa ipsam primos, & supremos inquirere debemus, logicè aũt modos prædicandi diuersos, de prima substantia.

Quibus modis aliquid de prima substantia prædicetur. Hos autem pulchrè docet S. Th. li. 5. Met. lect. 7. inquiẽs, quod multipliciter aliquid de prima substãtia prædicatur: primo tanquàm de eius natura, & essẽtia, & ex talibus prędicatis cõstituitur prædicamentum primum, nempè substantię, secundo tanquam accidens inhęrens ipsi, & hoc vel est absolutũ, vel ad aliud, si ad aliud, est prædicamentũ tertiũ ad aliquid, si autem est absolutũ accidens, vel competit primę substãtię ratiõe materię, vel ratione formę suæ, si competit ratione materię, est quantitas, si ratione formæ, est qualitas, est enim hoc notandũ discrimen inter quãtitatem & qualitatem, quod quantitas cõpetit reb9 ratione materię, quod est dicere, ratio ppter quã inest alicui quãtitas, est materia & nisi materia sit, quãtitas non erit, vt patet in angelis, in quibus quãtitas nõ est, quia materia nõ est qualitas autẽ sequitur formã, quod est dicere, ratio propter quam rebus inest qualitas, est forma: ita vt etiam si detur res absq; materia, possit habere qualitatẽ, vt patet in angelis, & anima rationali, in quibus sunt scientiæ, & habitus, & non habent materiam. Tertiò aliquid prędicatur de prima substãtia ab extrinseco, qa ei nõ inhęret & hoc vel est tanquã mensura eius quantitatis, & sic est vbi, seu esse in loco continenti, & mensurãte quantitatẽ locati, vel est tã quã mensura corporis, cum ordine partium ipsius corpotis, vt sedere, stare, & hic est situs, vel est tanquã mẽsura operationis, seu durationis rei, & hoc est quãdo, vel tandẽ non est mẽsura, & hoc est Habit9 prædicamentũ, scilicet esse vestitũ, hæc quatuor extrinsecè prædicari dicunt de prima substãtia, quia locus, situs, tẽpus vestis, nõ insunt ipsis inhęsiuè, de quibus prædicãtur. Quarto id q̃ prædicatur potest esse partim inhęrẽs, partim nõ inhęrẽs, & hoc est duplex, vel inhęret secundũ principiũ & sic est actio, vel secundũ finem, & sic est passio, verbi gratia, sumo calefactionẽ, secũdum quam ignis calefacit, ista calefactio inest igni secundum suum principiũ, quia calor, qui in igne est, est principium eius non tamen secundum finẽ, nam calor productus, qui est finis actionis est in aqua, vel in re calefacta. Vides igitur actionẽ secuudum principiũ inhęrere agenti, non secundum finẽ: è contra passio inhęret secundum finẽ, non secundum principiũ, propterea dicũtur ista prędicata partim inhęrere, partim nõ inhęrere, seu ab intrinseco & ab extrinseco esse. Hæc est sufficiẽtia horum decem generum.

Ex his est prima conclusio. Tantum esse decem prædicamẽta est probabile non tamen est euidens, & demõstratũ. Hæc cõclusio quo ad priorem partem nota est, ex auctoritate tot doctorũ asserentiũ decem prędicamenta: similiter ex diuisione superiꝰ adducta ex sancto Tho. quo ad posteriorẽ partẽ etiã nota est, cũ à multis negetur, nec ab vllo huc vsque demonstretur. 1. Cõcl.

Secunda conclusio. Entia rationis ad prædicamẽta entium realium reducũtur, nec particulare prædicamentũ cõstituunt. Circa quã aduerte, non quodcunq; ens in prædicamenta diuidi, sed ens reale finitum: entia enim rationis, quia non habẽt verum esse, nisi in quãtum cum entium realium consideratione sumuntur, genus proprium non faciunt, sed ad alia reducuntur tanquã extrinsecè quædam proprietates: vnde negationes, priuationes, entia rationis Logica, reductiuè sunt in prædicamento eorum, quorum sunt negationes, priuationes vel entia rationis logica: quẽ admodum Aristot. sub eadem potẽtia constituit visibile, & non visibile, odorabile, & non odorabile, & reliqua. 2. Cõcl.

Entia rationis reuocari ad categorias entium realiũ.

QVAESTIO II.

De abstractis & concretis prædicamentorum, Vtra potius in eis collocentur.

DVo nobis vltimo circa prædicamẽtorum distinctionem examinãda supersunt: alterum an in his prædicamentis abstracta nomina potius, quam concreta sumenda sint: alterum quam inter se sortiantur prædicamenta distinctionem.

1. Opin. Circa primũ non conuenit inter doctos: nam Auicen. lib. 3. suæ Meta. ca. 3. existimat abstracta accidentium praciputè esse in prædicamentis, cuius sententiæ fuit sanctus Thomas opuscolo. 42. cap. 19. & alij multi.

2. Opin. At in oppositum est sine dubio sententia Aristo. qui abstracta in vno prædicamento ponit, cõcreta verò in alio: nam in ad aliquid collocat sessionẽ, accubitum in abstracto, eorum autem cõcreta sunt in prædicamento situs, & illic id nos notauimus cum Simplicio, & Ammon. præterea, quia in quibusdam prędicamentis si abstracta sumas, non erit nouum prædicamentum, vt vbi, quando, vestitum esse, quorum abstracta sunt locus, tẽpus, vestis, quæ in alijs prædicamentis sunt ac propterea ab Aristotel. consulto in concreto ponuntur, vt patet.

1. funda. Sit igitur pro huius declaratione primo aduertendum, tam in substãtiæ nominibus, quàm accidentis, esse abstracta & cõcreta, vt notũ in his est, homo humanitas, animal animalitas, albũ albedo, calidũ calor. Inter cõcreta autẽ & abstracta hoc discrimen est, nam abstracta significant solam naturam accidentis vel substantiæ, at cõcreta significant naturã simul cũ suo modo intrinseco: nẽpe concreta substantiæ substantiam, vt est per se: concreta accidentiũ, accidentium naturam, vt est in alio, ex quo fit, vt homo & humanitas eandem rem, seu naturam significent, differunt autem quòd humanitas quandam natutam solam, homo naturam cũ modo substantię, scilicet, vt est per se, significat, similiter album, & albedo.

Concretũ & abstractum numero quomodo differant,

Quod differãt cõcreta substantiæ, & accidẽtis.

Ad discrimen est notandũ inter substantiæ & accidentis concreta, nã concreta accidẽtium cùm significent rem cum modo, qui modus est esse in alio, inde talia concreta aliqua ex parte significãt aliquid præter ipsum accidẽs, scilicet subiectum, ac ideo dicuntur cõnotatiua, sed concreta substantiæ cum significent rem cum modo, qui modus non est ad aliud extrinsecum, sed esse per se, ideo talia dicuntur absoluta, & prorsus nihil præter substantiam significare, vel connotare.

2. funda. Sit secundo aduertendum, prædicamenta se habere in duplici differentia quædam enim cõtinent rerum naturã præcipuè, simul etiam naturæ modum, qualia sunt substantia, quãtitas, quãlitas, ad aliquid, & partim actio, & passio: in his enim accidentiũ diuersæ naturę continentur, modi etiam, qui talem naturam intrinsecè cõsequuntur, scilicet esse per se, seu esse in alio, alia verò prdicamenta præcipuè modos accidẽtiũ, non ipsas naturas cõtinent, qualia sunt reliqua quatuor, vbi, quãdo, & cætera, vbi enim nõ locus, sed esse in loco qñ

Categoriarum quędam rerũ naturas cõtinent & modos, quædã solũ modos accidentiũ.

non tempus, sed esse in tempore: vestitum esse, non vestis est.

Dices fortasse tu Quare hi modi quatuor faciunt nouum prædicamentũ à suis formis non autem alij modi: verbi gratia, quare esse calidum nõ est alterius prædicamenti, quã calor, & esse in loco, tempore, esse vestitum, nouum faciunt prædicamentum, præter illud, in quo sunt, locus, tẽpus, vestis, seu habitus, & situs? Dico ad hoc, & est valdè notandum q̃ illi modi aliorum sunt modi accidẽtis vt accidens est, nã modus accidentis, vt accidens est, est esse in subiecto, & tales sunt modi horum, nempè quantitatis, qualitatis, & aliorum: propterea concreta nõ faciunt aliud prædicamẽtum ab abstractis, quia illa dicũt modos eiusdẽ rationis & naturæ cum abstractis. At isti modũ horũ quatuor nõ sunt modi accidentis, vt accidẽs est, cum nõ sint per modum inhærẽtię: esse enim in loco, nõ est inhærere, nec esse in tẽpore, neq; esse vestitũ, nec sedere: propterea Arist. superius explicãs quid est esse in subiecto sicut accidens, hos modos reijcit, vt illic declarauimus, ac ideo nouum alterum prædicamentum faciunt, quam suæ formæ, & quam abstracta, & hoc nota admodum.

His suppositis, est prima cõclusio. Sine vllo dubio quatuor prædicamenta enumerata in concreto constituuntur. Hæc conclusio propter rationes supra in principio positas, patet, & ex natura horum prædicamentorum in secundo fundamento exposita, quam nescio an ita multi penetrauerint.

Secũda conclusio. Multo probabilius est prędicamenta in concreto sumenda esse. Probatur primo. Omnia prædicamenta accidentiũ distingũtur & cõstituuntur penes nouos modos esẽdi, & prędicandi de prima substantia: sed hi modi non nisi per concreta explicãtur: ergo cõcreta præcipuè in prædicamẽto sunt. Maior patet etiã ex ipsis oppositorũ sentiẽtibus: præterea ex Arist. 4 Metaph. c. 2. qui sumit prædicamenta accidentium per habitudines ad substantiam: & in prædicamento substãtię omnia cõparat cum secundis substãtijs respectu primarũ. Secundò probatur. Concreta magis significat accidentia, quàm abstracta, & similiter magis significant id, quod in prædicamento est: ergo illa sunt constituenda Probo antecedens ex. 7. Meta. c. 1, vbi dicit Arist. albedinem & sessionem esse nõ ens, albũ & sedere esse ens: perinde est, ac si dicat, cõcreta magis significare naturam accidentis, quæ est esse in alio. Tertio probatur, ille modus accidẽtis est in eodẽ prędicamẽto, scilicet albedo vt est in subiecto, calor vt est in subiecto: sed tales modi significãt per cõcreta, ergo ista sunt in prædicamẽto Patet consequentia, quia in substantia ideo sunt cõcreta, quia significant modum intrinsecum substantiæ: sed etiam accidẽtibus suus est modus intrinsecus ergo eorũ concreta etiam, in his quinque prędicamentis præcipuè, ad prędicamentũ pertinent.

Tertia cõclusio. Abstracta aliqua ab ipso Arist. in prædicamẽto ponuntur: vt patet in quãtitate, qualitate, ad aliquid: ne si concreta ponat aliqui decipiãtur, existimãtes subiecta concretorum in prædicamẽto illo esse, vel aliquos alios respectus, qui in subiectis sunt, qui.n. dicit calidũ, videtur dicere subiectũ, qui dicit agẽs, videtur dicere relationem agentis, propterea ne subiectum caloris in qualitate constituamus, & actionẽ in relatione propterea in abstracto sumit, sed re vera abstracta, vt in subiectis sunt, id est, cum tali modo, in prædicamento ponuntur, qui modi in concreto significantur.

QVAESTIO. III.

¶ De distinctione prædicamentorum, An distinguantur realiter inter se.

ALterum examinandum est. An omnia ista decem genera distinguãtur realiter, hoc autẽ ea causa disputo, vt saltem ipsos explicẽ terminos, qui profecto assiduè à neotericis tractãtur, & minus declarãtur. Oportet ergo intelligere, quid per distinctionem realem intelligamus. Distinctio quidẽ duplex est, altera realis, altera rationis: distinctio realis nõ est aliud, quã multarum rerum pluralitas: res autẽ dicitur quodcunq; ens existens citra operationẽ intellectus, vt calor extra intellectũ operationem subiecto inhærens: propterea calor dicitur res. Erit igitur distinctio realis, pluralitas rerũ, id est, entiũ diuersis existentijs existẽtibus, sicut albedo & dulcedo lactis realiter distinguuntur, quia diuersas habent extra intellectum existentias.

Distinctio alia realis, alia rationis, & q̃nã illæ.

2. fund. Huius distinctionis triplex est gradus. Primo quædam distinguuntur realiter, q̃a sunt diuersa supposita existentia, vt Petrus, & Paulus, homo & leo, realiter distingui dicũtur. Secundus gradus est, quo distinguũtur ea, quę diuersis suppositis seu subiectis insunt, vt albedo niuis & albedo cygni. Tertiò distinguuntur realiter ea, quę cum in eodem subiecto insint, in eo tamen variam habent existentiam, vt albedo & frigiditas in eadem niue realiter distinguuntur.

Distinctio autem rationis, est quæ inuenitur inter entia rationis, & quæ nõ sunt in rebus extra intellectũ: cuius est triplex gradus. Primus est, quando vtrunq; extremũ est ens rationis, vt Adã & Antichristus distinguũtur ratione q̃a neuter est in rebus nisi per operationẽ intellectus. Alter gradus est quando vnum quidem extremũ est, ens reale, alterum tamẽ per intellectum quæ distinctio est sæpè inter contradictoria, scilicet homo, nõ homo, leo, non leo, similiter inter me & Antichristũ est huius gradus distinctionis, quia ille non est nisi per intellectum, ego autem realiter sum. Tertius gradus distinctionis huius est, qui est inter extrema, quę tamẽ vnũ sunt in rebus, & vnam habẽt existentiã tamen hæc vnum æquiualet multis, & ista multa sic vnũ sunt, quòd ex natura sua esse possunt multa, verbi gratia, in homine anima vegetatiua, sensitiua, rationalis, eędem res sunt, tamen ista anima facit, quòd tres animę per se faciũt: & ista tria sic vna anima in homine sunt q̃ ex natura sua possunt esse distincta in diuersis rebus: nã in plantis est vegetatiua sine alijs, in brutis sensitiua sine rationali: ista igitur dicuntur tria & distincta, ratione, & intellectualiter cognoscentẽ vnum, aliter alterum: sed talis distinctio non est vlla ex illis dictis, q̃a hic ista omnia extra intellectum sunt, quamuis vna res existãt: hęc distinctio peculiari nomine dicitur distinctio rationis ratiocinatę, aliæ duæ distinctiones rationis ratiocinantis dicuntur.

His suppositis breuiter, q̃a locus iste alienus est ab hac disputatione, sit prima conclusio. A substantia omnia nouẽ prædicamenta realiter distinguntur in communi: dico autem in communi, nõ quòd omnia & singula distinguãtur, sed q̃ in omnibus prædicamentis sunt accidentia realiter à substãtia distincta, qd̃ alij dicunt pro generibus singulorum. 1. Cõcl.

Secunda conclusio. Inter se non omnia realiter distinguuntur: similitudo enim quę ad aliquid est, vt multi volũt non distinguitur à qualitate realiter, nec figura à quantitate, nec quãdo à tẽpore, nec vbi à loco: scire autem quę distinguantur, prætermittatur modo. 2. Cõcl.

Tertia conclusio. Quę realiter nõ distinguuntur ratione, tertio modo distinguuntur. Hoc enim notissimum est: aliter enim non esset distinctum prædicamentũ, nisi esset ens reale, & aliquo modo ab altero diuersum & distinctum. Et hęc sufficiant pro prædicamentorũ explanatione. Sit laus Deo optimo, maximo, qui nos ad finẽ perduxit: ipse faciat, vt hæc oĩa studia, in sui nominis gloriam, & magnã legentiũ vtilitatem cedant. Amen. 3. Cõcl.

¶ Finis prędicamentorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

GILBERTI PORRETANI, PERIPATETICI SEX PRINCIPIORVM LIBER.

De Forma: Caput. I.

FOrma est compositioni cõtingens, simplici & inuariabili essentia consistens. Cõpositio etenim, nõ est: quoniã à natura cõpositionis se iungitur. Cõpositio enim alteri vna quæq; adueniens, maiorem se cõiunctã efficit quodammodo. In forma autem hoc cõmune nõ est: nam in eo quod corpus album est, nõ dicitur maius aut minus seipso nõ albo: nec si non album intelligatur, destructio cõpositiones, vel minoratio aliqua facta est, sed alteratio solũ. Quoniam autẽ fortasse in alijs idem contingit proferri, additum cõueniẽter existimo, inuariabili essentia cõsistens: in anima enim alteratio contrietatis inuenitur, vt tristitiæ, & gaudij. Sed quoniã (vt aiũt quidã) simplicitati, nulli vero variationi subiecta est, vt ea, quæ est anima mũdi, dissocians hãc ab omnibus, addidi, cõpositioni cõtingẽs. Erit itaq; terminus formæ dicta definitio: neq; enim superflua, neq; diminuta si quis subtiliter inuestigauerit reperietur. Habet autem dubitationem ex præcedentibus, vtrum aliqua forma variabilis sit: hoc autem videtur in pluribus, nam eadem oratio susceptiua veri & falsi est: & albedo claritatis & obscuritatis, & oratio eius q̃ est in re, & non est. Sed non est ita, nam nihil differt albedinem claram dicere, quam suscipiẽs clarum dicere: nõ est autem oratio eadem susceptiua cõtrariorũ, nec oratio eius quę in re est & non est: sed orationes notæ sunt earũ quæ sunt in anima passionum: de his autem dictum est alibi. Substantiale verò est, quod confert esse ex quadam compositione cõpositioni, vt in pluribus, quod impossibile est decesse ei: vt ratio & sensus, siue horũ simili, vt continuum & discretum. Hoc verò erit vt materia, & illud vt forma: vt corpus, quod est hominis materia, anima verò forma, erit itaque substantiale, vt corpus, homo, & ratio, hæc aũt in his quæ de Categorijs dicta sunt, expedita sunt.

Videtur autem forma, quędam à natura esse, quędam vero ab actu, ratio enim à natura est, color verò, & passio quædam in actu consistunt. In quibusdam autem dubitatio est, vtrum à natura, an ab actu incipiãt esse, vt in figura incisionis, nã nihil additionis fit, sed separatio quædam partium. Dico autẽ figuram esse à natura, assentiri verò ab actu, sed quæ coniunctionis est, ab actu est, vt domꝰ, manifestũ autẽ de his. Sed in his, quæ in pluribus sunt, palã nõ est, nam ea quæ in pluribꝰ sunt, in actione esse impossibile est, à natura autem nõ videtur fieri quoniam ea, quę à natura sunt, à creatura præexistente sumunt principium, palam vero est creaturam nõ esse, nihil .n. rationis omninò, quare hę creaturę sint, poterit explicari. Natura igitur in his occultè operatur, nã sicut ex pluriũ partium cõiunctione constitutio quædam primorũ, excedẽs quantitatem, efficitur, sic ex singulariũ discretione vnũ quoddam intelligitur, eorũ excedẽs prędicationẽ. Quapropter cõmunitas omnis naturalis est, q̃ à singularitate ꝓcedit, quę creationi adæquatur. Subtiliter autem etiam speculantes, sicut naturam in actionibus operari latẽter inuenimus, sic creaturarũ creatorem in natura, ex actu, qui numero naturã stabilinit. Sed hęc hactenus, alterius enim cõsidarationis sunt. Formarũ verò alia quidem est in subiecto, & de

& de subiecto dicitur: vt scientia in subiecto quidem est, vt in anima: & de subiecto quidem dicitur, vt de Grammatica. Quędam autẽ in subiecto est, de subiecto aũt nullo dicitur, vt albedo Socratis. Quædã vero neque in subiecto est, neq; de subiecto dicitur, vt humanitas Socratis & Platonis: similiter aũt & his, quęcũq; formarũ sunt indiuiduæ. Quædã verò dicuntur de subiecto & in subiecto nullo sunt, vt rationale, mortale. Eorũ verò quæ in subiecto sunt, & quæ de subiecto nõ sunt dicibilia, alia quidem sensibilia sunt, alia insensibilia. Sensibile verò est, quod sensu comprehẽditur: vt albedo, color, sonus, sapor, percussio dulcedo. Insensibilia, quæ ratione comprehenduntur: vt doctrina, disciplina: simpliciter autẽ nihil eorũ quę de subiecto dicuntur sensibilia sunt. Manifestũ est autem ex his, quæ proposita sunt, sicut alicubi, vt nigredo in oculo: quædam verò difficile est assignare, vt sciẽtia paternitas, filiatio: nisi fortè in componẽtium & generantium complexione: singulorum autem quæ dicta, in cõplexionis eius, quæ in voce est notatio est: hoc verò subsistens erit vel contingẽs. Eorũ verò quę contingunt existenti, singulũ aut extrinsecus aduenit, aut intra substantiã cõsideratur simpliciter: vt linea superficies, corpus. Ea verò quę extrinsecus cõtingunt, aut actus, aut pati, aut dispositio, aut esse alicubi, aut in mora aut habere, necessario erũt. Sed de his quæ subsistunt, & quæ nõ solum in quo existũt, exigũt in eo, qui de Categorijs libro inscribitur, disputatum est: de reliquis vero continuò agamus.

De actione. CAPIT. II.

ACtio verò est, secundum quam in id quod subijcitur, agere dicimur: vt secans quis in eo quod secet, secãs dicitur. Est autem alia quidẽ animę, alia verò corporis. Differũt autem, quoniã ea, quæ corporis est, mouẽs est necessariò illud in quo est, idẽ enim quod corpus agens est, & mobile est: actio autẽ animę non id mouet, in quo est, sed coniunctum: anima aũt dũ agit, immobilis est, mouet enim corpus, anima aũt permanet immutabilis: quoniã anima nec secũdum locum mouetur, nec secundũ quemquam aliorum motuum, nisi secũdum alterationem, non in suscipiendo crementum, neque decrementum mouetur, neque diminuendo, neque ad oppositum locum transeundo, locus enim corpus est: anima vero non est corpus. Impossibile est autem non corpus corpore moueri, q̃ a nullã loci suscipit mutationem, solum verò corpus, eo quòd de loco ad locum transit, mouetur. Hoc autem in quibusdã dubitabile apparebit, speculo enim permanente immobili, imaginis motus fieri videtur ad oppositi mutationes, impossibile ergo erit soluere, concesso q̃ ibi forma existat verè. Si verò non est, incredibilis error, in vulgo putabitur, licet sit conueniẽtius. Scire autẽ oportet, quòd omne, quod in motu est, in actione est, moueri enim actio est, si quid enim mouetur, agit necessario omnis ergo actio in motu est, omnisque motꝰ in actione firmabitur. Proprium igitur actionis est in motu esse, sicut proprium motus in actione. Et in his quidẽ actionibus, in quibꝰ est generatio aliqua palã est, de his verò quę corrũpuntur, fortasse objicitur, nã qui destruit, in motu est, nihil autẽ facere videtur, nam nihil efficitur, sed quod factum est, destruitur. Dico autem actionem, nõ quid, sed in quid agat exigere. Non est autem motus actio, sed quale, quiescere enim quale est quare & motꝰ quidem quale erit. Simpliciter aũt quęcunque cõtrariorum oppositionẽ suscipiunt, eiusdem suscipiũt generis prędicationem. Naturalis verò actionis proprietas est, passionem ex se in id quod subijcitur, inferre, omnis enim actio passionis est effectiua, & omne passionem infe-

inserens, actio est. Contingit autem actionem actione effici: actio enim eius, quod per se mouetur, eius actionis, quę per aliud mouet, generatiua est: actio enim ab animali illata, ab ea quæ est animalis, principium sumit. Nihil autē interest siue agere, siue pati, animalis eius q̃ ab animali agere est, principiū dicatur. Et si actus quidem est primordiale principiū, pati verò permixtum. quamobrem actionis, passionisq; actus est generatiuus. Facere verò id q̃ quale est ex se gignit. Qualitas, quæ calor est, eam efficit quæ calefacere est, actio rem. Quantitatum verò particulariū positio effectrix est, & qualitatū: asperitas enim & similia qualia sunt: linea vero, & superficies, & soliditas quātitates sunt: vniuersa enim è situ subsistāt & generationem habent. Quantitas autē quantitatis: vt lōgitudinis linea, latitudinis planum, altitudinis solidum corpus. Qualitatis vero qualitas: vt calor caliditatis. Situs aūt agere & pati, in dispositionis namque compositione quædam generatio simpliciū fit, qua in motiua actione cōsistere necesse est. Quādo verò tēpus Vbi verò locus. Habere autē corpus: ea enim quæ circa corpus sunt, habere dicūtur. Eorum verò quæ in subiecto non sunt, indiuiduorum, corruptio quidem est in primis: generatio autem in his, quæ mox post primorū cōstitutionem consistunt. Eorū vero, quæ de ipsis prædicta sunt, ea à quibus omnino generaliter nulla est predicatio, vt omnes quidē homines eius hominis, qui cōmunis est & vniuersalis. Recipit autem facere & pati contrarietatem, & magis & minus, secare enim at planta re contrarium est, & vere ad humidum facere: & calefieri magis & minus dicit, & infrigidari, siccari, & humidū fieri, frigidari, & gaudere magis & minus dicit.

De passione. Cap. III.

PAssio est effectus illatioq; actionis, secundū quam hæc quidē patiūtur magis, illa verò minimē: secundū quod quædā animātiora sunt alijs: vt animārius quidem brutum est arbore, animātius verò irrationali rationale. Omnia verò quę de generatione dicta sunt, ea dē dici possunt de ea, quæ in rebus est, passione: quadāautē prolatione nō recta, sed mutatione. Est aūt pati eorum quę multipliciter dicūtur, animæ.n. actionū vnaquaq; passio dicitur, quas q̃ dē sub actione locauimus, vt amor, odiū tristitia, & gaudere: quę omnia qualitates passibiles actiones animæ appellamus. Dicitur quoque passio, q̃ in natū rā agit: vt morbis, febris, ęgritudines, & reliqua, quę qualia dicta sunt. Passio verò vt dictū est, prima est generatio actionis. Non est aūt in agente passio, sed in eo, in q̃ agit, & operātis actū suscipit: pcutiens .n. pati nō dicitur, sed materia actū suscipiēs. Ea verò, quę nūc reliquū tur, in eo qui est de Generatione libro, tractātur. Et de passione hæc sufficiāt.

De Quando. Cap. IIII.

QVando verò est, quod ex adiacentia temporis relinquitur. Tēpus verò quādo nō est, vtriusque autem ratio coniuncta est, vt tempus quidē præteritum quando nō est: effectus autem eius & affectio, secundum quam dicitur aliquid fuisse, quando est. Instans autē quando non est, sed secundum quod aliquid quale vel inęquale est, eius autē affectio, secundū quam aliquid dicitur in instanti, esse, quando est. Futurū similiter tēpus quando non est, sed id quod futurum est, quoniam cōtingere necesse est, secundū quod aliquid dicitūr futurum esse cras, vel in aliquo tempore. Est igitur quādo, aliud ex eo quod abijt aliud ex eo q̃ instat, aliud vero ex eo quod necesse est contingere. Dictū est enim Categorijs præteritum & futurū esse quantitates, & quod magis est continuus ad prēsens. De præterito quidē dictum est hoc, non quod in substantia permaneat, sed quoniā in excessu iam nondum præterijt, de futuro autē, quoniam necesse est contingere, quòd tantum

tum est, ac si instaret: nulla enim differētia est in eo, quod permanet, & quod futurum est, & q̃ nunc abijt. Quamobrem & de futuris agitur, & secundū ea aliquid dicitur, & nunc opatione existētium sortiūtur: vt Sol oriet ur cras, cras erit naualle bellum, heri obijt Socrat. & aliquid dicitur secundum tempus id q̃ futurum est, dē eo, qui nascetur futurum aut necessario de eo q̃ est: vt Callias disputabit cras, vel nō disputabit cras: disputabit enim, futuram actionē significat: nihil autē inde est, q̃ in substā ia adhuc sit. Differt enim qñ ab eo quod est vbi: quoniā in quocunq; tempus est, vel fuit, vel erit in eo quidem quādo est vel fuit vel erit, q̃ secundum idem tēpus dicitur, qñ enim quod existentr est cum ipso instanti est, & simul in eodem sunt: quādo verò ex eo, quod abijt, & q̃ futurum est, nunquam simul erūt vbi verò & locus à quo est, vel sit, nunquā simul in eodem: vbi autem in circumscriptione est: locus autē in cōplectente. Distat autem quando, q̃ ex præterito est, ab eo quod ex futuro procedit quoniā quando q̃ ex futuro, præterito posterius est: quod verò ex præterito, est prius futuro. Quando autem vnum & idem, primum quidem ex futuro est, secundum ex præsenti, posterius verò ex præterito: quemadmodū tempus: primum quidem nunc est futurum, postea verò prēsens, deinde prēteritum. Sicut autem & tempus, aliud quidem cōpositum est, aliud verò simplex: est autem compositum, quod in cōposita actione consistit, simplex verò quod cum simplici procedit. Et ita quando, aliud simplex, aliud cōpositū: simplex quidē, vt in momento, & nunc esse: cōpositum aūt vt in hora, die, hebdomada, & similibus. Amplius, quemadmodum temporis partes sine mora succedēt, similiter & partes quādo, qñ quippè præteritum & futurum ad præsens copulatiuè reducū ur. Distat autem & tempus ab eo quod quando, quoniā secundum tempus aliquid est mensurabile: vt motus annuus quis, & motus multus dicitur, eò quod multo tēpore permanet. At verò secundum quando nihil mensuratur, sed aliquando dicitur esse, & secundum idem temporale, & variabile pronunciatur. Inest autem quando non suscipere magis & minus, nō enim dies vel diurnus magis & minus die vel diurno dicitur, nec vnum quodq;, diurnius alio: sic & de alijs: quare omni quando inest, nō dici secundū magis & minus. Amplius, quādo nihil est contrarium, et enim quando ex præsenti est vnum, & idem quando de futuro & præterito: impossibile est autem duas de eodem prædicari in iuiduo cōtrarietates. Amplius autem, cōtraria, nunquam in eodem erunt in simul quādo autem, quod secundum præteritū, & futurum, in simul erit in eodem, idē namq; quod est fuisse, verum est esse & permansurum, cōtrariorum verò ratio est, q̃ nunquam in eodem simul consistere, neque de indiuiduo eodem dici & in eodem tempore. Quare contrarietas in eo, quod quando est, nō enunciatur. Est autem quando in omni eo q̃ incipit esse, vt corpus quidem vniuersum aliquando est & in tempore: suscipit enim temporum alterationes, alteratur enim corpus in æstu, vere, hyeme, & autūno. Similiter autē & animalia acutius quædam in hyeme, quædā in æstate, quædā in vere speculantur secundū instrumenti complexionē. Anima enim coniuncta corpori imitatur cōplexiones ipsius, vt qui aridæ vel gelidæ cōpagina ionis, demētiores, se ipsis in autumno fiūt, sæpè quibus verò sanguis principatur, in vere. Similiter aūt & in alijs secundū similitudinē cōplexionis animalium & temporum. Erit igitur in tempore, quicquid temporis suscipiens variationes alteratur secundum tēpus. Huiusmodi verò sunt quæ dicta sunt, de paucis autem, aut de nullis alijs conuenientius erit proferre.

De

DE VBI. CAP. V.

VBi verò est circunscriptio corporis à circũscriptione loci proueniens. Locus autẽ in eo, q̃ capit est, & circũscribit, Est ergo in loco, quicquid à loco circumscribitur & cõplectitur. Non est autem in eodem locus & vbi, locus autẽ in eo quod capit: vbi verò in eo, q̃ circumscribitur & complectitur. Videtur autẽ nõ omni adesse: anima. n. nusquã est: nullũ enim locum occupat, neq; implet, animatum nãq; aliud capere põt. Nunquã autem cõtingere palam est occupatum quidẽ aliquo locũ capere aliud, & cõplecti posse occupãte permanẽte: granum enim medio ad ueniens retineri non posset, nere quo implebatur: quiescente aere enim expulso, granum vtiq; recipitur. Nequaquam igitur duo in eodem loco esse simul possũt, nec idem vnum in diuersis. Quãobrem nec anima quidem localis erit, cùm locum nullatenus occupet. Similiter autem & quæcunq; à corporis ratione dissentiunt, loci carent circumscriptione. Mouet autẽ quis quæstionem fortassè, idẽ in diuersis & pluribus cõcludens etenim vox in auribus diuersorum est, vox autem & si aer nõ sit, esse nõ poterit sine aere, & in auribus diuersorũ est. Quare dicitur & corpus idẽ esse in diuersis locis, vox enim omninò vna & eadẽ in diuersis quidem aeris partibus esse nõ põt. Concedentibus itaq; nobis vnam & eãdem vocem omninò in auribus diuersorũ sentiri, vtiq; & confiteri oportet omniuò vnã particulam aeris ad aures diuersorum peruenire, simpliciter autẽ vnũ & idem in pluribus totum impossibile est inueniri. Quãobrem etiã concedere cogimur, vel diuersum quidem in auribus diuersorum sentiri, vel vnum & idem omninò in pluribus locis. Relinquitur igitur diuersum sensum esse imaginabiliter se generãtiũ, & similiter, quare & vox quædã nõ animalis est, ea enim quæ imaginabiliter sit similiter animalis non est, quoniã ab animali non proferitur. Adhuc autem dicimus omnẽ vocem animalis esse. Quis enim vocẽ ab initio audiuit, in silentio quidẽ simpliciter, nisi animalium? quare vox quidẽ animalis dicitur, quæcunque quidem ab ipso proferẽte fit, vnius ergo vox ad aures diuersorũ dirigitur, vna aũt & eadem nõ contingens est. Vbi autẽ aliud quidẽ simplex, aliud verò cõpositum. Simplex quidẽ, q̃ à simplici loco procedit, compositũ autem, quod ex cõposito. Locus autem simplex est origo, & cõstitutio eius quod est continuorum. Locus autem, vt dictum est quidem, cõpositus habet particulas copulatas ad eũdem terminum, ad quẽ particulæ corporis copulantur, corporis verò partes iuxta pũctum loci, ergo particulæ solidorum particulas claudũt: etenim loca simplicia corporis minimi occupatiua sũt. Quare nec locus sine corpore, nec soliditas sine loco erit. Cõtentio autẽ de sphærę extremitate oritur, nihil n. extra ipsam est. In ea autem locus esse non poterit, vt dictum est à superioribus, quod ab eo quidem loco ambitur. Confitentibus ergo nobis sphæram localem esse, confiteri vtiq; necesse est, aliud quidem prẽter eam, in quo extremitatis locus existat, nihil autẽ prẽter ipsam est, quare extremitas quidẽ in loco nõ est: de huiusmodi autem insolitũ & occultum est pronũciare, & cõtra sensibilia. Caret autẽ vbi intensione & remissione, non enim dicatur alterum altero magis in loco esse vel minus, licet etiã maiorem vel minorem locum possideat: nõ autem secundum vbi, vel secundum quantitatem aliquam est magis & minus, sed secũdum id quod quale est. Inest autem vbi nihil esse cõtrarium, eo quod nec loco quidẽ inest cõtrarietas, locus enim loco non est contrarius. Quod autẽ nec alijs manifestũ est, sursum enim & deorsum esse cõtraria pluribus vidẽtur, multũ enim distare videtur id quod sursum est, ad id q̃ deorsum est, quemadmodum sursum & deorsum: quare cõtrarietas videtur vbi circa sursum esse & deorsum, quemadmodum circa locorũ quantitates. Contingit autem contraria in eodem esse: sursum enim & deorsum esse, in eodem sunt, idẽ enim sursum & deorsum est ad diuersa quidẽ sumptũ: nam turris altitudo sursum est ad nos, sphęræ autẽ extremitati comparata inferior est. Amplius cõtrarium sibimet quidem idem forè cõtingit: si enim sursum esse & inferius esse cõtraria sunt, cũ idem sursum & deorsum sit, colligitur idem sibimet contrarium fieri. Non ergo contrarietas vlla in eo quod in loco est.

De positione. Cap. VI.

POsitio est quædam partium situs, & genere rationis ordinatio, secundũ quam dicuntur stantia vel sedẽtia, vel aspera, vel lenia, vel quolibet aliter disposita: sedere autẽ & iacere positiones nõ sunt, sed denominatiuè ab his dicta sunt. Solet autem quęstio induci de curuo & recto, aspero & leni, quadrãgulo, & triangulo, bicubito & tricubito, magno & paruo, breui & lõgo, & similib9: quandã enim positionẽ partium significare videntur. Asperũ enim dicitur, cuius partium vna alteri supereminet. Leue verò dicitur cuius particulę æqualiter porrectæ sunt: similiter aũt & de alijs. Non sunt aũt positiones ea quæ dicta sunt omnia, sed qualia circa si ũ existẽtia: ex eo nanq; q̃ partes sic sunt dispositæ, ex eo talia sensibus iudicantur: non autem ex eo quod talia, scilicet & aspera & lenia, vel bicubita, vel tricubita sunt, similiter autem & de alijs huiusmodi, quę partium habẽt positionem. Erit igitur vnumquodq̃ prędictorũ non positio, sed quale, quod circa positionem nascitur. Suscipere autem videtur situs contrarietates: nam sedere, ad id quod stare, contrarium esse videtur: contraria enim sunt, quæ in eodem indiuiduo, eodemq; tẽpore impossibile est reperiri: vicissim tamẽ impossibilia inesse, sedẽs autẽ illicò stare potest, & stãs sedere quocũq; aũt sedẽte impossibile est eundem stare. Ponentibus aũt nobis hæc contraria esse, incõueniẽtia recipere cogimur, hoc, quod vnũ sit cõtrarium plurium: secũdum enim dictorum consequentiam non magis sedere ad id quod est stare cõtrariũ est, quã ad accumbere. Similiter autẽ & quemadmodum sedere, & stare nunquam in eodem simul reperiuntur, ita & accumbere & sedere & stare: secũdum igitur huiusmodi dispositiones situi nulla cõtrarietas inerit. Fortassis autem nec insolitum quidem putabitur vnum pluriũ esse cõtrarium: pallor etenim ad album & nigrum contrariũ esse videbitur: nã sub eodem genere cùm sint, nunquã simul inueniuntur, & vicissim transmutãtur. relinquitur ergo vnũ pluribus esse aduersum. Non est autem pallidum ad nigrum vel album contrarium, etenim cum vtrunque in eodem est pallidũ enim & colores reliqui ex albo & nigro conficiuntur: necessariũ ergo in quocũque pallidum est, in omni eo esse albũ & nigrum: similiter autem & de cæteris quidem coloribus. Amplius autem contrariorum quidem ratio est circa idẽ natura existẽte: sedere enim & iacere, non circa idem natura sunt subiũcta, est enim sedere propriè circa rationalia: iacere verò & accũbere circa diuersa, huius autem signũ est equi & hominis similitudo, quib9 sine dubio accũbitus esse probatur. Proprium autẽ positionis, neq, magis, naq; minus dici. Sedere autem non magis positio est, quã accumbere, neq; minus, neq; sedens alterũ alterõ magis & minus dicitur, neque accumbẽs, neque vniuersaliter secundum aliam positionem. Magis autẽ propriũ videtur esse positionis, substãtiæ proximè assistere, omnibus quidẽ alijs formis suppositis. Positio aũt nihil aliud est quàm naturalis ipsius substãtiæ ordinatio, qualis vel à principio q̃dem

dem innata est, vt ea quæ asperis & lenibus æqualibus & inæqualibus inest. vel a naturali quidē motu cōsueto, vt sessio & accubitus, & similia. Quicquid igitur proximè subsstātiæ est assistens, id necessario positio est: & omnis quidē positionis huius ratio suscipit prædicationem.

De Habitu. Cap. VII.

HAbitus est corporum, & eorū quæ circa corpus sunt, adiacentia: secūdum quam hoc quidem habere, illa verò dicuntur haberi. Hæc autem non secundum totum dicuntur, sed secūdum particularem diuisionem: vt armatum esse, calceatum esse. His autē neq; simplicia nomina imposita sunt, quibus ea appellātur, sed sunt eis posita, armatio, calceatio: horum autem secundum proportionem & reliquis. Suscipit autē habitus magis & minus: armatior enim est eques pedite, dicitur & calceatior, q calceamētis & cāligis vtitur, quàm qui solis calceamētis vel caligis vtitur. In quibusdam autē non videtur quòd cū magis & minus prædicentur: vt vestitū esse, & similia. Habitui quoq; nihil est cōtrariū: etenim armatio calceationi nō est contraria: idem etenim armatus & calceatus: quod autem alijs cōtrarium non est, palam est, similiter autē his & reliqua. Proprium quidē habitus est in pluribus existere, vt in corpore, & in his quæ circa corpus sunt existētia: adiacet n. corpori, & his quę circa corpus sunt hoc autem, vt dictū est, fit secundū eam quæ est in partibus, diuisionē. In paucis autem alijs principijs huiusmodi inuenies: in quātitate enim solum, & in his quæ ad aliquid sunt similia reperies, ad aliquid autē, vt figuraliter dicatur, & similitudo & dissimilitudo, quę insunt pluribus similibus & dissimilibus. Quātitas aūt vt numerus qui innumerabilibus inest, vtique semper crescens secūdum vniratum multifariam ascensionē simpliciter autem nihil inuenies tot distribui partibus, vt numerum non autē omnis quātitas, aut relatio talium est. Habitus autē omnis in pluribus necessario existit, vt in corpore, & in his quę circa corpus sunt. Omne igitur quod in corpore & circa corpus est existēs, habitus nomē sortitur. Quare magis, ppriū, quidem habitus erit in corpore, & circa corpus existentibus, secundū eam quæ partium est diuisionem, vt in pluribus existere. Dicitur autem habere multis modis habere. n. dicitur alterationem, vt albedinem, & nigredinem: quantitatem, vt longitudinem, nihil enim aliud est dicere albedinem aut longitudinē habere, quam album aut longum esse. Dicitur etiam vas alquid habere, vt modius triticum: quod nihil aliud est habere, quàm continere. Habere quoque in membro dicimur, vt in digito annulū: quod tantundem est dicere, quantū est digitum in annulo esse. Dicitur vir vxorem habere, & recipere vxor virum: hic autem insolitus est habēdi modus, quo vir habetur vel haberi dicatur, hoc aūt habere nihil aliud est, quā cohabitare. Quare modi habendi qui dici cōsueuerunt, quinario numero terminātur. Fortassis quidem essent alij modi habendi præter hos, qui dicti sunt, sed si qui sunt diligēs inquisitor inueniat. Et quidē de principijs hęc dicta sufficiāt, reliqua verò in eo quod de Analyticis est, quærātur volumine.

De eo, q̄ est plus, minusuè suscipere. Cap. VIII.

DIcitur autem magis & minus suscipere tripliciter. Aiunt enim quidā secundum cremētum vel diminutionē eorum, quæ suscipiunt subiectorū. Aliter autē & alij ipsa quidē quę suscipiūtur in suscipiēte diminui & crescere annunciant. Alij autem secundū vtrunq;, amborum diminutionem & augmentati nem: A primis itaq; inchoantes, quæ eorum rata sit affirma sententia manifestabo. Si quis verò primam & secundam destruxerit, vtique & tertiam destruit, quæ ex vtraq; conficitur coniunctione. Non ergo secundū suscipientiū ipsorum crementum vel decrementū, cum magis vel minus aliqua dicuntur. Nulla enim ratio obuiaret dicēti hominem & animal & substantiam, & cætera cōsimilia cū magis & minus dici, cōcedentibus nobis secūdum subiecti intensionem & remissionem quælibet cū magis & minus dici. Amplius aūt equę quidem & augmenti, & diminutionis motū frequenter sustinet, dicitur enim equus minor, vel maior lapide quodā, qui nunquàm intensionem & remissionem passus est, mons etiam alio monte maior dicitur, cū neuter crescat vel decrescat. Amplius aūt margarita albior quidem equo dicitur, cui pedē album contingit habere: hoc autem non est, quia equus quidē in essētia à margarita superat. Colligere igitur oportet vel margaritam quidem albiorem equo pronunciari, secundū magnitudinem subiecti vel paruitatem: vel nō verum albiorē equo margaritā esse, vel nihil omnino magis vel minus dici secundū subiectorū magnitudinē vel paruitatem, neq; secundum crementū vel diminutionē. Hoc autem palam est, q secūdum magnitudinem subiecti margarita albior equo non dicitur, tamen margaritam albiorem equo esse nō falsum est. Relinquitur ergo nihil secundū magnitudinem subiecti amplius vel minus dici: similiter aūt neq; secundū paruitatē. Amplius aūt neq; secundū ea quæ inficiunt. Si enim secundū magnitudinē albedinis vel alicuius cęterorū dicitur aliquid albius aliquo, vel secundum paruitatē minus album, vel quomodolibet aliter: vtiq; & maius albus equus, vel hō, vel quodlibet aliud albius margarita dicetur, etenim maior albedinis quantitatis equo accidit, quā margarita. Amplius aūt magis & minus alterū altero dicitur, non secundum subiecti, neq; accidentis crementum. Quoniā autē nō secundū subiecti crementū vel magnitudinē aliud paruius alio dicatur, manifestum est: neq; ergo secūdum ipsius accidētis amplior em quantitatē etenim quantitas vltra subiectum protendi non pōt: quoniam terminus quantitatis est corpus: paruitas autem quantitati supponitur: quare vltra paruum quidem subiectū paruitas ipsa non porrigitur: quāto igitur subiectum paruius efficitur, tanto paruius quātitas minorat. Patet itaq; nihil secundū magis & minus prædicari, neq; secundū subiectum solum augmentum, vel diminutionem, neq; secundū accidētis. quare neq; secundum vtrunq;. Oportet igitur ab alia eam inuenire, quæ cum magis & minus dicantur. Huiusmodi verò sūt ea, quę sūt in voce eorū quæ adueniunt, & non secūdum subiecti vel mobilis crementū vel diminutionem, sed quoniā eorum quæ sunt in voce, impositioni propinquiora sunt, siue ab eadem remotiora sunt: de his etenim cum magis dicūtur quę proximiora sunt ei quæ in ipsa voce est impositioni, cum minus autē de his quæ remotiora cōsistunt. Vt album dicitur illud, in quo pura albedo est: quāto igitur ad vocis impositionem accedēs puriori inficitur albedine, tanto & candidior assignabitur: & paruum quidē dicitur quod alijs comparatum statur di minutione & quātitate vincitur: quicquid igitur est, q̄ in quātitatis mensura superatur, id cōtinuò paruius pronūciatur: similiter aūt de alijs. Dubitabit autē aliquis, quare hæc quidē cū magis & minus dicātur, substātiæ verò minime. Hoc autē contingit qū substantiarum impositio quidem in termino est, vltra quem transgredi impossibile est. Additur autem & de accidentibus quibusdā, quæ sine magis & minus dicūtur: vt quadrangulus, & triāgulus, & similia: nō enim triangulus magis vnus alterò dicitur. Contingit autē, quoniā in substantiarum quidē designatione accipitur: etenim quadrangulus quantitas

Universidad de Deusto Biblioteca

titas nuncupatur & corpus quadrangu latum vel eadem, quæ in superioribꝰ est ratio, hicvetat, quoniam huiusmodi impositio in termino facta est, vltra quem transgredi non licet, quemadmodum in superlatiuis: etenim albissimus vel nigerrimus & huiusmodi sine amplius sunt, & minus eo, quòd huiusmodi impositio in termino est, vltra quẽ porrigi impossibile est, & citra permanere: possibile enim si contingit, nullũ sequitur impossibile, qua propter si omnes puncti componãtur, nullam faciũt magnitudinem: quoniam punctus puncto additus nihil auget. Est autem generatio simplex, & corruptio non congregatione nec segregatione atomorum, sed quando transmutatur ex aere specificato in hoc totum. In subiecto enim duo sunt, quorum hæc quidem est forma secundum rationẽ, hæc autem secundum materiam: quando igitur in his duobus est trãsmutatio, generatio & corruptio erit simpliciter secundũ veritatem. Dicitur autem simpliciter generari in his magis hoc aliquid & forma: quàm terra: musicus homo corruptus est, homo immusicus generatus est, homo manet idem: siquidem in his passio non esset secundum se musica & immusica, his quidem generatio esset, his autem corruptio. Ideò hominis quidem hæ passiones, hominis autem musici & immusici generatio quædã & corruptio: nũc autem est hominis hæc passio manentis musica & immusica: ideoque alteratio talis est. Est autem materiæ maximè quidem subiectum generationis, & corruptionis propriè susceptibile. Sed quare discens non dicitur generari simpliciter, sed quod generari disciplinatũ, hæc determinata sunt in prædicamentis: hæc autẽ hoc aliquid significant & substantiam, hęc autẽ quale, hæc autem quantum. Quæcunq; igitur non substantiam significant, non dicuntur simpliciter, sed secundum aliquid generari. Est autem cui inest secundũ naturam moueri, vt ignis.

Libri sex Principiorum Finis.

PERIHERMENIAS
ARISTOTELIS LIBRI PRIMI EXPOSITIO.

Per Doctorem Franciscum Toletum Societatis Iesu.

De fine seu scopo huius libri in scriptione, connexione cum alijs, modo procedendi, et eius diuisione.

ANte explanationem libri de interpretatione Aristotelis, quinque præmittere oportebit. Primò, quod institutum, quis finis & scopus huius libri sit. Secundò, quæ inscriptio libri, & quæ inscriptionis causa. Tertiò, quam connexionem & ordinem cum reliquis partibus Logicæ habeat. Quartò, quis procedendi modus: scilicet, quæ libri diuisio, quæue eius partes.

1 Finis scopus huius libri.

Circa primum aduerte, scopum & institutum huius libri esse sumendũ à scopo, & instituto totius Logicæ: Logicæ autem institutũ hoc est, syllogismi, vel demonstrationis, quæ perfectissima argumentatio est cognitionem exactam tradere. Cùm tamẽ demonstratio, & syllogismus materiam, & formã habeant, materia autem sint simplices ,ppositiones, quę ex simplicibus dictionibus, seu conceptibus cõponnntur, fuit necessarium, syllogismi cognitionẽ traditurũ, de simplicibus vocibus, & de cõplexis, ac propositionibus prius disserere. Cũ verò de simplicibus, rerũ significatiuis vocibus in libro prædicamentorum tractatum sit, in hoc sequenti libro nostro, de complexis, quibus verum vel falsum exprimitur, disputatur. Et hic est huius libelli scopus proximꝰ. Huius inscriptio est græcè *Periermenias*, id est, de interpretatione; *ermenes* enim est, quod interpretor, nec illa est vna dictio, vt aliqui dicunt, sed est genitiuus cũ præpositione. Sed quid interpretatio significet declarare oportet. Boet. in prima editione inquit, interpretatio est vox significatiua per se aliquid significans. Vbi duo docet interpretationẽ habere, esse vocem significatiuam, nam voces non significatiuæ non dicuntur interpretationes, alterũ esse significatiuã per se, nam coniunctiones & præpositiones, & syncategoremata non sunt interpretationes, quãuis significatiuæ voces sint, quia per se non significant.

2. inscriptio.

At verò quia illa definitio non videbatur exacta, nam voces brutorũ, cum significatiuæ sint passionum ipsorũ, interpretationes dicerentur, quod nõ ita est, propterea in secunda editione sua aliam particulam addidit: nempè quòd sit vox articulata, id est, syllabis, & pronunciatione distincta: ita, vt possit charactere designari, quales non sunt huiusmodi voces brutorum.

At quia adhuc istud nõ satis erat, nã sunt voces brutorũ articulatæ, quales Psitacorum, Picarum, Coruorũ, & aliorum, tãdem addidit, quod sit vox explicans cõceptus internos, quales nõ sunt illæ voces Psitacorum.

Vnde licet ex omnibus eius dictis integrã colligere descriptionẽ. Interpretatio est vox significatiua per se articulata, interiores passiones manifestans.

Ex quo asserit vnũ hoc discrimẽ esse inter voces, vt in libro prędicamentorũ cõsiderantur, & vt hic sumũtur: illic enim vt rerũ significatiuæ sunt, veniũt in considerationẽ, hic autem vt interiorũ passionum manifestatiuæ, ac propterea titulus est de interpretatione.

Quid sit interpretatio

Quod si obijcias nõ rectam inscriptionem esse, quandoquidem aliæ multæ orationes sunt interpretationes, nẽpè optatiua, imperatiua, & reliquæ de quibus hic non agitur, sed solũ de Enunciatiua. Ad hoc respondet Boetius nõ esse inconueniens inscriptionem esse vtiuer-

niuersalem, quamuis non tractetur nisi de particulari, subdit exemplum, si quis vellet de homine disserere, rectè inscriberet: De animali.

Aliter respondet Alex. istam esse mãcam inscriptionem, oportet enim addere de interpretatione logica seu philosophica, quæ sola enuntiatio est.

2. Opin.

Ammon. dicit hic interpretationem sumi pro enunciatione, quia illa est præcipua interpretatio, qua verum vel falsum exprimimus: idem S. Tho. dicit ex quibus constat, subiectum secundũ hos doctores huius libri esse enunciationẽ simplicẽ, quæ hic interpretatio dicitur, simplices enim dictiones non interpretatio, sed partes interpretationis sunt.

3. Opin.

Hæc doctrina est bona & cõmuniter recepta, at in hac parte tria existimo esse dicẽda. Primò, non solũ voces vt conceptuũ significatiuæ sunt hic cõsiderari sed etiam vt rerum manifestatiuæ sunt, nam Aristoteles propositionem explicans, quod sit vniuersalis, particularisque semper in ordine ad res explicat.

1. Fund.

Est autẽ discrimẽ inter ea, quæ in prędicamentis, & his cõsiderãtur, vt notat Alber. tract. hoc. 1. cap. 2. In prędicamẽtis enim res præcipuè considerãtur, quę vocibus significãtur, & illa est rerũ considerãtio, & eorũ quæ rebus insunt, vel accidũt vt quod sint genera vel species, at hic primo de vocibus, vt rerum significatiuę sunt, agitur, & de his, quæ vocibus prima insunt, vt esse nomen, verbũ, propositionem, & reliqua huiusmodi.

Discrimẽ rerũ quæ in hoc lib. de categorijs cõsiderantur.

Dico. 2. cum Albert. loco allegato, & est maximè memorię mandandũ. Propositio tripliciter potest cõsiderari. Primò respectu rerum, vt rerum cõplexionem solũ significat & sic eius partes sunt nomen, & verbum, similiter habet secũdũ hoc varia accidẽtia, esse nempè vniuersalem, particulare, affirmatiuã, negatiuã, veram, falsam, simplicem, cõpositam, & alia. Altera ratione considerãtur, vt est ordinabilis in syllogismo, vel

2. Fund. & respõsio ad q̃stionem de inscriptione.

argumentatione, & sic accidit ei esse maior, aut minor, aut cõclusio. Tertiò, consideratur, vt nõ solum est in argumentatione ordinabilis, sed & prouatiua alterius, & sic est necessaria, probabilis, contingens, &c.

Cùm igitur tripliciter consideretur enũciatio, hic primo solũmodo considerãtur, nempè respectu rerum, quarum cõplexionem vere, vel falso significat. Secundo verò modo ad libros priorum pertinet. Tertio modo ad reliquos libros. Vt autẽ hoc cesset manifestũ, propterea inscribitur de interpretatiõe, vt intelligamus hic enunciationem considerari, vt rerum est significatiua, respectu quarum interpretatio dicitur.

Enũciatio quomodo variè à varijs libris tractetur.

Propterea multò melius Interpretationem, quàm Propositionem dixeris esse obiectũ: nõ enim hic de ea vt est argumẽtationis pars, disseritur, sed vt est rerum significatiua, quod incit ei primo.

3. Fund. Interpretationis nomine quę cũq; oratio accipi potest

Dico tertiò, quamuis possimus dicere hic interpretationem esse inscriptionẽ particularem: tamen possumus etiã sustinere vniuersaliter sumi pro quacũque etiam orationem, licet in tertio nõ fit nisi de sola enunciatiua tractare: sufficit enim quo oratio in communi definiatur & diuidatur vt fit in c. 4. huius ad hoc quod simpliciter inscribatur de interpretatione.

1. dubiũ. 4 op.

Dubitatur an enunciatio simplex tãtum sit huius obiectum, an enunciatio in communi, vt comprehendit tam simplicem, quàm coniunctam. Ammon. & S. Thom. & ferè reliqui affirmant simplicem enunciationem hic esse obiectum, non autem tractari de coniuncta. Cuius duplex est ratio. Altera est Sancti Tho. quia coniuncta constat ex simplicibus: propterea ad eas refertur.

1.

Altera ratio est, quæ etiam est Ammo. Pro qua aduertere oportet, istos antiquos doctores non vocare hypothetica propositionem nisi conditionalem: quia hæc nõ habet virtutem absolutam

Cõditionalẽ solã cur veteres dixerint Hypothetica.

sed

sed ex suppositiõe: vt qui dicit, si homo currit, mouetur, absolutè nõ dicit quod currat, nec q̃ moueatur, sed ex suppositione dicit si homo currit, tũc verũ erit quod mouetur, dicit hypothetica quod ex suppositione aliquid asserat.

Hoc supposito est ratio horũ doctorum, hic agitur de enũciatione: cuius futurus est vsus in demõstrationibus, & alijs syllogismis, sed hę propositiones cũ non habeant veritatem absolutam, non sunt aptę ad quicquam probãdum nisi quatenus fundãtur in simplicibus, vt patet: si homo currit, mouetur, nihil probat, nisi adiungas simplicem, homo currit, ergo mouetur, propterea non meminit nisi simplicium.

Hæ rationes salua pace, mihi nõ placent, nã cũ coniunctæ sint enũciationes & verum vel falsum significent, & sint aliæ præter cõditionales: profectò aliqui us partis logicæ istæ erunt, cùm autem non alterius, erit huius præsentis.

Enũciationem quamlibet in hoc lib. ab Aris. tractari

Propterea probabilius mihi videtur hic quamlibet enunciationem considerari, cùm Aristoteles omnem definiat in cap. 4. diuidat in simplicem & cõiunctã quod si Arist. pauca tradit de his, eo est, quia hic considerantur non vt syllogismum ingrediuntur, sub qua ratione habent multa peculiaria, sed sub ea ratione hic sumuntur, vt verum, vel falsum complexè dicãt, quomodo ferè eadem cum simplicibus communia habent.

2. Dub.

Dubitatur vtrũ vna vox sit dicẽda interpretatio, an potius tota enunciatio,

1. Opin.

Boet. & Alber. existimãt singulas voces per se esse interpretationes, at S. Th. id nõ recipit potius dicẽdas esse partes interpretationis: cẽset & mihi hoc placet.

2. Opin. Vox simplex cur nõ dicatur interpretatio

Cuius ratio hęc mihi se offert, quia hic simplices voces non per se considerantur, sed vt partes enũciationis sunt, cum autem partes obiecti nõ habeant idem nomen cum toto obiecto, nõ enim partes animalis, rectè vocabis, Animalia, quod est obiectum in se entia de Animalitã nec partes enunciationis dicẽtur

interpretatio, sicut ipsa enũciatio, quę vt interpretatio est, est obiectum in presenti libro.

Tertiũ cõnexio huius li. cum cæteris.

Sequitur circa tertium de cõnexione huius est reliquis partibus Logicę. Pro quo aduerte Logicam esse regulã operationum intellectus quantũ ad veritatem, vel falsitatem. Et quia voces respõdent conceptibus, & operationibus intellectus, inde etiam logica regulat sermonem quantum ad veritatem, sed secundariò & mediatè: opus erit ergo intellectus operationes cognoscere, nam quo ordine ipsæ procedunt, eodem etiã partes Logicæ.

Triplex est intellectus operatio.

Triplex igitur operatio intellectũ. Prima, res singulas per se, & seorsum intelligere, quę dicitur simplicium apprehẽsio, cui operationi respõdet locutio simplicium vocum per se. Altera est cõpositio, vel diuisio, id est, quando res vnam alteri copulando intelligimus, siue affirmãdo, siue negando: cui etiam respõdet sermo, qui per solas propositiones fit: tertia est ratiocinatio, quãdo ex vno cognito alterum cognoscimus: cui respondet discursus vocalis.

Iuxta has operationes tres, est triplex Logicæ pars. Prima circa simplicia, & hęc est liber prædicamentorum: secunda circa composita, & hæc est istę liber: tertia circa discursus, & sunt reliquæ Logicæ partes.

Liber de interpretatione immediatè sequitur categorias Quartũ. Quismodus procedẽdi, & diuisio libri. 1.

Hinc patet hũc librum esse immediatè post prædicamenta, & inde apparet vtilitas eius, vt enim sine compositione non discurrimus, ita nec sine libro hoc constabit doctrina sequentium.

Circa. 4. quis sit modus procedendi Dico esse facile, nempè definitiũ, exẽplarem, inductiuum, tãdem de diuisione dico præcipuè hic agi de quadrupli cipropositione, & ipsius propietate primo de simplici finita, deinde de simplici de extremo infinito, rursus de propositione de tertio adiacente, & vltimo de propositione cum aliquo ex illis quatuor modis.

Universidad de Deusto Biblioteca

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE INTERPRETATIONE LIBER PRIMVS.

SEVERINO BOETHO INTERPRETE.

SVMMA LIBRI

De Notis. De orationis principijs. De ipsa Oratione, Enũciatione. ac ipsius speciebus. De enunciationum oppositionibus, ac circa ipsarum veritatem, & falsitatem regulis, in quocunque tempore.

De Notis, Et intellectuæ etiam in voce verum et falsum reperiri.

CAPVT PRIMVM.

TEXT.

1. Sectio prima secundum Græcos.

PRimum oportet ponere quid sit nomẽ, & quid verbum: postea quid est negatio, & affirmatio & enunciatio, & oratio.

2. Sunt ergo ea, quæ sunt in voce, earũ quæ sunt in anima passionum notæ: & ea quæ scribuntur, eorũ quæ sunt in voce. Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec eædem voces.

3. In. 3. de anima. tex. 39. Quarũ tamen hæc primũ notæ sunt, eædem omnibus passiones animę sunt: quarũ hæ similitudines res etiã eædẽ. De his verò dictum est in ijs, qui sunt de Anima: alterius enim hæc sunt negotij. Est autem quemadmodũ in anima, aliquando quidem intellectus sine vero vel falso, aliquando autẽ cui iam necesse est horũ alterum inesse: sic etiã in voce, circa cõpositionem enim & diuisionẽ est verũ & falsum. Nomina igitur ipsa & verba consimilia sunt ei, qui sine cõpositione & diuisione est, intellectui, vt homo, vel album, quando nõ aliquid additur, neq; enim falsum, neque verum adhuc est. Signũ autẽ huius est, hirco ceruus enim aliquid significat: sed nondũ verum aliquid vel falsum, nisi esse vel non esse addatur vel simpliciter, vel secundum tempus.

Circa cõpositionẽ & diuisionẽ est verũ & falsum

PRimum oportet cõstituere, quid sit nomẽ. Hoc caput diuiditur in duas partes. In prima Philosophus quæ proœmij loco est, proponit ea, de quibus tractaturus est. In secũda, quę ad tractatũ pertinet, de vocũ significatiõe disserit.

Proponit igitur esse necessarium ante oĩa constituere, id est, definire, quid sit nomen, quid verbum, quid negatio, affirmatio, & oratio. Dicit autem (Primum) id est, ante doctrinam syllogismi, & demonstrationis, qui finis totius Logicę sunt. Dicit (oportet) quasi necessarium sit, ita vt absque horum cognitione non possit demonstrationis haberi cognitio. Dicit (constituere seu ponere) id est definire, quia definitio positio dici solet. Post proponit ea, quę tractanda sunt: inter quę vnum est obiectum, nẽpè Enunciatio. Alterum enunciationis, genus, scilicet Oratio, aliud enunciationis species. Affirmatio, & Negatio, aliud partes essentiales enunciationis, scilicet Nomen, & Verbum.

Dubiũ. Hic primò dubitabis, cum scientia, nõ definiat suũ obiectum, cur quærit quid sit enunciatio?

Solutio. Dico scientiam definire quidem suum obiectum, non tamen probare definitionem de suo obiecto v.g. scientia de anima definit quid sit anima non tamen ad eam scientiã pertinet probare talem definitionẽ de anima: ita similiter hic difinitur enunciatio, sed difinitio non probatur.

2. dubiũ. Dubitatur secundò, quare non dixit oportere definire, quid sit propositio, seu enũciatio, seu vniuersalis particularis vera, falsa.

Solutio. Dico: ea quæ sunt in sciẽtia duplici modo cognoscuntur. Quædã definitione, quale est subiectũ, & ipsius partes: quędam discursu, & probatione, quales sunt proprietates: ac propterea Aristo. non dixit quid sit vniuersalis vera, falsa, quia ista demonstranda potius: quàm definiẽda sunt: ac propterea etiã dixit, oportet primum definire, quid nomen, verbum, & reliqua, quasi passiones cognosci nequeant, & probari, nisi præsupposita definitione subiecti, & ipsius partium.

3. dubiũ. Dubitatur tertiò de ordine isto, quo tractanda enumerat: vltimo enim loco orationem, quæ genus est, ponit, cùm tamen generis priusquàm specierũ cognitio sit tradenda, vt docet Arist. 1. de partibus. cap. Præterea negationem affirmationi proposuit, cùm constet affirmationem priorem esse. Ad hoc accedit, Arist. post in progressu ordinem præposterum obseruasse: nam prius de oratione, secundo de affirmatione, vltimò de negatione disseruit.

1. Solut. Respondet S. Tho. huius causam esse quia inceperat proponere partes, dum posuit nomen, & verbum: postea, vt eandem rationem partium continuaret, posuit affirmationem & negationem, quæ sunt species enunciationis, & enunciationẽ postea, quæ est species orationis: partes autem species dicuntur, nõ sicut nomẽ & verbum, quę sunt partes essentiales, species autem sunt partes potentiales generis: sed ista ratio non mihi admodum placet, quia si ista causa sufficiebat, vt species generi anteponeret, quare non fecit, vt eundem postea ordinem in tractatu obseruaret.

2. Solut. Propterea dico cum Boetio in 2. Editione id esse factum ne si primo loco orationẽ cõstitueret, arbitraremur ipsum hic de qualibet oratione disserturum, quod ita non est, propterea species ante posuit, vt genus non alia ratione considerari hic intelligeremus, quàm vt has species continet, quarum hic est præcipua consideratio.

Dubiũ. 1. Solut. Ad illud de affirmatione & negatione respondet S. Tho. admittẽdo affirmationem esse priorem, tamẽ inquit negationem magis includere rationem partiũ à quibus incipit Aris. Nam negatio dicit diuisionem & separationem prædicati à subiecto, diuisio aũt partes importat.

2. Solut. Aliter respondet Sirianus, vt refert Boet. inquit, duplicem esse negationẽ. Vnam, quę consurgit ex defectu aliquo particulari, sicut nõ currere eũ, qui currebat: & talis posterior affirmatione. Alteram ex defectu cõmuni, sicut ex nõ esse, & hæc prior est: prius enim fuit non esse, quàm esse. Sed ista opinio est extra Arist. vt benè dicit Albert. qui mũdum semper esse, & fuisse posuit.

3. Solut. Boet. dicit negationem esse quidem posteriorem affirmatione si vna ad alteram referatur, atsi ad suum genus comparentur, vna altera prior non est, cum sint species inde pendentes respectu generis, & ita non est mirum, si negationẽ præposuerit, cũ sit species, sicut affirmatio, & hæc est bona & apta responsio.

4. Solut. Quamuis posimus etiam cum Albert. tract. hoc. 1. ca. 3. dicere, nempe hic cõsiderasse Arist. has species, vt oppositionẽ habẽt, & quia oppositio incipit à negatione, ad quam omnia opposita, vt supra diximus, reducũtur, propterea eam prępoſuit: an tamẽ istæ species sint, postea examinabimus.

Sunt ergo ea, quę sunt in voce, etc.

Aristoteles de verbis, nominibus, & orationibus tractaturus quæ significatiua sunt, de eorũ significatione, & diuersitate significãdi ante omnia disputat, vt docet Boet. Et quidem in hoc textu quatuor asserticnes cõtinentur. Pro quarũ de-

1.funda. Hō tribus modis se habet circa res.

declaratione fundamentū vnū aduertendū est. Homo tripliciter se circa res habet. Primò ipsas nō solum sensu, sed etiam intellectu percipit formās earū similitudines, quæ dicūtur passiones & conceptus, at quia isti conceptus occultissimi sunt, vtitur vocibus, velut quibusdā signis ad tales conceptus explicandos. Cùm autem voces hæ non sint permanentes, nec totę simul, nec omnibus prēsentes esse possint, vtitur homo alio signo, nempe scriptura, vt docet August. tom. 3. lib 2. doct. Christi. cap. 4. sunt igitur quatuor: res cognitæ, ipsi conceptus, & cognitiones, quæ dicūtur passiones & voces & scripturæ.

Hoc supposito, est prima Arist. asertio. (Ea quæ sunt in voce, sunt signa & notæ passionum, quæ sunt in anima, & ea quæ scribuntur eorum, quæ sunt in voce) id est, voces explicant conceptus internos animæ, & scripturæ ipsas voces explicant. Vocat passiones conceptus intellectus, nō quod intellectus patiatur qñ intelligit, passione aliqua destructiua, sed quia intellectus intelligit recipiendo species à rebus, sicq; intelligere pati, & intellectio passio dicitur 3. de Anima cap. 4. Dicit autē passiones, quæ sunt in anima, quia vt inferius dicemus, voces significāt res, vt ab anima intelliguntur, atq; indicant ipsos conceptus. Et ideò excluduntur voces brutorum, quę hasce passiones nō explicant, & etiam voces humanæ, quibus naturaliter affectus explicamus. Loquimur enim hic de voce explicante conceptus intellectus.

Cur conceptū in tellectū passiōis appellarit.

Ex quo comperitur deceptio Andronici, qui citat philosophi dictum. 1. de Anima. Tex. 3. & reprehendit de hoc, existimantis hunc non esse librū Arist. quia non vocat Aristoteles conceptus, passiones in lib. de anima: sed iam hoc ex ipso Arist. probauimus esse falsum.

Andronici error negātis hunc esse lib. Aristot.

Hæc verba Alexander interpretatur similitudinariè, id est, sicut voces sunt signa cōceptuum: ita scripturæ vocum: at Porphy. & Boet. hoc non recipiunt, nam voces ita sunt signa conceptuū, vt mutatis vocibus nō mutetur rei conceptus. At voces mutantur ex mutatione scripturarum, aliter enim vna vox, aliter altera scribitur.

Dubitatur primò circa asertionē, quare Arist. nō dixit voces, sed ea quæ sunt in voce vel literas, sed ea quę scribuntur: & non dixit passiones, sed passiones, quę sunt in anima? Ad hoc respōdet Porph. hic intelligēda esse semper nomē, & verbum orationem, & reliqua. Est enim oratio triplex, & quæ fit intellectu, & quæ fit verbo, & quę scripto, vt etiam dicit Ammo. ac ideò ad distinguēda dicit ea quæ sunt in voce, id est, nomina, verba & reliqua, quæ voce fiunt, & ea quæ scribuntur, nēpe nomina, verba, & reliqua, quæ in scripto sunt, similiter quæ sunt in anima.

Dubiū.

1.soluti.

Oratio triplex est.

Sed melius, dicendum est cum Boet. Ammon. & S. Thom. voces ipsas secundum se non esse signa conceptuum, nisi prius constituantur & imponantur ad significandum, sicut argentum secundum se non est vas quousque introducatur forma, vnde nomina & verba nō sunt voces solum, sicut nec vas argētū, sed sunt voces cum impositione & significatione: habet se enim vox ad nomina & verba sicut argētum ad vas, cū vt ex quinto de generatione animalium, cap. 7. habetur sit eorum materia. Est enim subiectum. Ac propterea optimè Aristo. nō dixit voces, sed ea quæ sunt in voce, nempe nomina, verba, & reliqua quæ ex voce, addita significatione fiunt, ea verò ratione nō dixit literas, quia literæ etiam sunt in voce, sed dixit ea, quæ scribuntur.

voces ex impositione habent q̄ sint signa conceptuum.

Secunda asertio Aristotel. quemadmodum literę omnibus non sunt eędē, sic nec voces,) Ac si dicat, non omnes eisdem characteribus in scribendo vtuntur, nec similiter ijsdē vocibus idē significant, nam alia voce Latinus, & Græcus alia, & alij singuli & reliquis cō

ceptum

ceptum hominis, & cuiuslibet alterius explicāt, & similiter aliter vnus, aliter alius talē vocē characteribus exprimit in quo comperitur significationem vocum esse ad placitum, nō naturalem, si enim voces naturaliter significarēt, idē apud omnes repræsentarent sicut apud omnes eadem est ignis natura.

Vocū significatio non est naturalis.

Tertia asertio, (res, & passiones animæ eædē apud omnes sunt) ac si dicat eadem est natura hominis & idē apud omnes hominis conceptus, quamuis nō eadem voce, & scriptura ad talem rem, & conceptum significandum omnes vtātur, idem de alijs dicendum est.

At circa hoc dubium posset esse, quomodo idem sint conceptus apud omnes cum constet alium conceptum me habere hominis, alium habere Petrum, aliū Ioannem: pręterea quomodo res apud omnes sunt eædem, cùm diuersæ vestes pro diuersitate locorū sint, alię domus, alij ritus, alij mores & negotia.

Dubiū.

1.Solut.

Ad hoc autem dico primo, q̄ Arist. vocat eosdem conceptus, non quidē numero, quòd vnicus & idem numero conceptus sit in omnibus, hoc enim falsum & impossibile est, sed vocat eosdem forma & substātia, sicut dicitur eadem imago Regis, quæ est Romæ, & quæ est Mantuæ, quia sub eadem forma, & ratione idē significat, per sensus enim eadē re omnibus proposita omnes eundem conceptum eius in mente habebūt, si intelligant eam, non tamen eadem voce talē conceptū expriment, nec scriptura.

2.Solut.

Dico secūdò cum Alber. tract. 2. c. 3. cum Arist. dicit easdē esse res omnibus intelligere oportet de rebus naturalibus & ipsarū natura, natura eñ Ignis, Leonis, Plātæ apud omnes in quib9 reperiūtur, eiusdē naturæ sunt: non tamē loquitur de artificiatis, & quæ à nostra dependent voluntate, harum enim eadē est ratio cum vocibus significatiuis.

Voces & & conceptus & tres significant.

Vnū autem verbum in litera est considerādum, nempe (voces esse notas passionum primò) Notat enim vnum Boe. & optimè voces non solū conceptus nostros significare, sed etiam res per tales conceptus cognitas, qui enim dicit hāc vocem, homo, non solum hominis conceptū internum, sed etiam rem ipsam tali cōceptu cognitam significat, prima tamen vocū institutio fuit ad conceptus manifestandos, sicut scripturarum institutio ad voces, propterea voces primo dicit esse notas, & signa passionum.

Quarta asertio Aris. Quemadmodū operatio intellectus duplex est, vt dicit etiā. 3. animæ. c. 6. altera simplex apprehensio, in qua non est verum nec falsum altera est compositio vel diuisio, in qua necessariò inest verū, vel falsum, ita etiam in vocibus, quæ cōceptibus correspōdent, aliquæ sunt, quæ nec verè, nec falso significant, vt dictiones per se nempè nomina vel verba per se: quædam sunt, quæ verum vel falsum significant, vt voces compositę secundum enunciationem, quod probat exemplo elegāti. Qui dicit hanc solam vocem, hirco ceruus, seu idem Græcè tragelaphus, nihil nec verè, nec falso dicit, quousque verbū aliquod addit, scilicet est vel nō est.

In quo exemplo notandum est cum Boet. in secunda editione, esse cōpositæ figuræ ab hirco & ceruo, significatq; animal simile ceruo in cornibus, hirco verò in mento & barba, vt sit sensus, sit nomen compositum, quod magis videbatur significare verum vel falsum non significat per se sine verbo, multò min9 significabunt alia simplicia, nempe nomina & verba.

Notab.

Possumus etiam secūdo exponere vt sit & nomen monstri, sicut chimęra ex Boet. 2. editione: & Psell & tunc sit subtilis interpretatio, si nomen hoc rem significans impossibilē, nihil veri vel falsi significat, quousq; addatur verbū: nulla ergo dictio per se, nec vlla compositio, quæ non sit enunciatio, verū vel falsum significabit.

Hic autē sunt notanda illa verba (nisi, inquit, addatur verbū simpliciter vel

Universidad de Deusto Biblioteca

Dubiũ. secũdum tempus.) Quid enim intelligit per verbum simpliciter, & per verbũ secundum tempus? Ad quod respondet primò S.Tho. verbum simpliciter, significare verbum præsentis temporis: quod perfectè verbum est, futurum autem & præteritum, vocari verba secundum tempus id est, secundum quid: quia reliqua per præsens regulantur, preteritum enim præsens fuit, futurum præsens erit.

1. Solut.

2. Solut. At Ammon. per verbum simpliciter intelligit verbum cuiusq; temporis: sine aduerbio temporali, vt est: vel fuit, vel erit, at per verbũ secundum tempus, idẽ verbum addito aliquo temporis aduerbio, vt hodie est, cras erit, olim fuit.

3. Solut. Boet. in prima editione, idem cum S. Th. sentit, sed alia ratione procedit, dicit verbum præsentis vocari simpliciter, id est, solitariè verbum, quia re vera præsens inquit, non est tempus, cùm non sit nisi vnicum instans præsens, sed significat confinium temporis præteriti & futuri, instans enim non est tempus, sed continuatio temporum, vt dicitur 4. Physi. c. 10. præteriti verbum, & futuri dicũtur verba secundum tempus, quia præteritum & futurum tempus sunt.

4. Solut. At in secũda editione aliã subiunxit expositionem, quæ est Alex. & Magentini. & quam valde laudat Alber. tract. 2. c. 2. etiam est Auicen. Pro quo aduertendum verbum est, aliquando denotare substantiam, & vnionem substantialem prædicati cum subiecto, vt in propositionibus essentialibus fit, homo est animal, rosa est flos. Deus est, hic enim non denotatur, nisi quod prædicatum est de essentia subiecti propterea omni tẽpore sunt veræ, quas propositiones vocant sempiternæ veritatis. Aliquãdo, est, significat existẽtiam, quando certum tempus importat: & pro eo vnit, vt qui dicit homo est, leo est albus, hic denotatur, quod hoc tẽpore præsenti existit homo, & leo est albus; verbum primo modo dicitur verbum simpliciter, quasi non restringens extrema pro tempore determinato, posterius dicitur secundum tempus, quia tẽporis certam differentiam dicit: & secundum eam vnit extrema. Omnes expositiones hæ sunt bonæ, & recipiẽdæ, vtcunq; sit, sine nomine & verbo, vocibus nec verum, nec falsum inest.

Verbi est duplex in propositione cõsideratio.

QVAESTIO I.

De significatione, et modo significandi vocum.

Difficultas est de vocum significatione, nempè, an significent conceptus, an potius res, an vtrunq; & de modo significandi, an naturaliter, vt voluit Plato, an ad placitum, vt voluit Aristot. significent.

Pro quorum facili declaratione sit primum fundamentum. Signum vt dicit August. de doct. Christ. ca. 1. est res, quæ præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire, id est, est res, quæ per sui cognitionem alterius cognitionem inducit, sicut fumus est signum ignis, cognitio enim fumi cognitionem ignis facit.

1. funda. Quid signum.

Est autem signum proprimu, & improprium, signum propium est, quod nõ solum sui cognitione alterius facit cognitionem, sed etiam ad hoc ordinatum est siue à natura, siue ab alio, vt aliud indicet: quo pacto ramus appositus est proprium signum vini vendibilis, quia sui cognitione facit cognitionẽ vini, & ad hoc ordinatus est, vt indicet vinum. Improprium autem est, quod sui quidem cognitione aliud facit cognoscere, non tamen ad hoc ordinatum est, vt fumus, est signum ignis, & effectus causarum & è contra, sed non sunt propiè signa, cum non ad hoc ordinata sint. Huiusmodi sunt multa signa naturalia, quæ ventura indicant, de quibus Plin. lib. 27. vt fragor arborum signum tempestatis est, & ranarum coaxatio signum pluuiæ, quę prognostica dicuntur. Sed nõ propia signa, quia ad hoc instituta non sunt, nisi quis velit cum Virgil. dicere. 7. Georg. ad hoc esse instituta: inquit enim.

Signorũ diuisio.

Atque

Atq; hęc vt certis possim9 discere signis
Aestusque, pluuiasq;, & ingentes frigore ventos.
Ipse pater statuit, quid menstrua Luna moneret.
Quod signo caderent Austri: quod sæpè videntes.
Agricolæ propius stabulis armenta tenerent, &c.

Signorũ alterà diuisio.

Signum in cõmuni triplex est. Quoddam naturale: Quoddam voluntarium, siue ex instituto, vel ad placitum, quod idem est. Quoddã ex consuetudine quadam. Signũ naturale est, quod ex se habet, vt per sui cognitionem alterius cognitionem faciat, sicut vox animalis signũ naturale est affectus interni, & fumus signum naturale ignis. Signum ad placitum, quod voluntate humana habet per sui cognitionem alterius inducere cognitionem, nõ tamen ex natura sua, sicut sonitus campanæ est signum ad placitũ lectionis, quia id non habet sonitus ex se sed ex hominum instituto. Signum ex cõsuetudine est, quod nec ex natura sua, nec ex humano instituto, alterius facit cognitionem, sed ex quadam consuetudine: sicut canis sæpè aliquem sequens præuisus, inducit illius cognitionem, & mappæ appositæ sunt signa prandij ex quadam consuetudine, quia prope tempus prandij solent apponi mappæ.

2. Fũda. Vocũ duplex significatio

Sit secundum fundamentum, duplex significatio in vocibus reperitur: altera est naturalis, qua affectiones animæ internas exprimunt, & similiter suum prolatorem, qua significatione participant voces brutorum & humanæ, quæ naturaliter significant passiones interiores, & ad hoc institutæ à natura sunt, & de his loquebatur Arist. 7 Politic. capite secundo, vox est molesti, & iucundi significatio, similiter significat naturaliter suum prolatorem, sicut fumus indicati ignem, & ita per loquutionem distinguimus hominem per rugitum cognoscitur leo: talis autem significatio naturalis est, & omnes voces tali significatione gaudent.

Altera significatio inest vocibus, scilicet, quòd significent & manifestent conceptus intellectus: & res ipsas cognitas, Talis autem significatio ad placitum, & ex humano instituto est, quæ non inest nisi vocibus humanis, & ab hac significatione: ad placitum voces dicuntur nomina, verba, orationes & locutiones, & hoc maximè est obseruandum.

3. Fũda.

Sit tertium fundamentum, duplex est signum: Alterum manifestatiuum solũ: Alterum manifestatiuum & suppositiuũ simul. Signum manifestatiuum est, quod per sui cognitionem alterius facit cognitionem, vt sonitus est signum manifestatiuum lectionis: Manifestatiuum verò & simul suppositiuum est, quod non solum aliud manifestat, sed etiam illius loco substituitur, & eius vices sortitur, sicut Prorex, qui ipsius Regis personam indicat, & ipsius locum tenet, ita se habent voces istæ significatiuæ: sunt enim signa manifestatiua conceptuum internorum & affectionum, & de hac significatione loquitur hic Aristo. Sunt enim signa manifestatiua, & supposita rerum, quia non solùm res indicant, sed earum loco sumũtur: ac de vocibus istis loquimur perinde, ac de ipsis rebus, de qua significatione, seu acceptione locutus est Arist. 1. Elench. cap. 1.

1. Cõcl.

His suppositis fundamentis sit Prima Conclusio, significatio vocum, quæ omnes suum indicant prolatorem, vel quæ posiones internas exprimsit, naturalis est, quæ omnibus vocibus brutorũ etiam inest. Hæc conclusio nota est ex primo fundamento & secundo. Non enim ista significatio inest ipsis vocibus, ex aliqua consuetudine, vel ex instituto humano, ergo à natura.

2. Cõcl.

Secunda conclusio. Significatio, qua voces intellectus conceptus, & res manifestant, non à natura, sed ad placitum ia est: hæc est secundum mentem Aristot. nec oppositum existimauit Plato, quantum existimo: sed forsan loquebatur de priori significatione: vel vt explicat be-

Universidad de Deusto Biblioteca

Plat. cur vocū significationē dixerit naturalem.

nè Michael Pſellus cap. de nomine, ideò dicebat ſignificationem naturalē, quia loquebatur de optimo, & perito impoſitore, imponēte talia nomina rebus, qualia illarū naturis conueniebant, propterea vocabat nomina naturaliter ſignificare: ſolemus enim artificialia, quę maximè naturam imitantur, naturalia per exaggerationem vocare, & forſan illud eſt Geneſis. 2. omne quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius.

3. cōclu.

Tertia Concluſio, ſcripturæ vocum ſunt manifeſtatiua, & ſuppoſitiua ſigna, vt ſcribere vocis prorſus locum obtineat: eſt enim ſcriptura, vox quaſi quædam perpetua.

4. cōclu.

Quarta concluſio, ſimul ſcripturę, & voces, res indicant, earum loco conſtitutæ, & ſimul conceptus rerum proferētis manifeſtant: & hoc eſt, quod dici ſolet, voces ſubordinantur conceptibus, vel ſignificant res mediantibus conceptibus: idem de ſcripturis, non tamen exiſtimes voces, vel ſcripturas pro ipſis conceptibus ſupponi, ſed ſolum pro rebus: conceptus tamen indicant & manifeſtant, & hęc de vocum ſignificatione dicta ſufficiant.

QVAESTIO II.

Quid ſit veritas, & in quo ſubiecto?

quid ſit?

QVæſtionē hanc exactè diſquirere ad Metaphyſicum potius, quàm ad Logicum pertinet, breuiter tā quid in ea ſentiendum ſit pro capto Logico explicabimus, veritas igitur duplex eſt,

Veritas alia cōplexa, alia incōplexa.

Quædā incōplexa, quæ tranſcendentalis ſeu in eſsendo ab alijs dicitur: Altera veritas complexa, ſeu in dando. Veritas incōplexa eſt conformitas quędā rei ad ſua principia, vt talis ſit res, qualem ſua principia eſse petunt: vocamus enim verum amicum, qui eſt ſecundū leges pręſtitutas amicitię, vocamus verum aurum, quod eſt ſecundum principia naturalia auri, & hac veritate vnū quodq; ens verū eſt ſecundū naturam ſuā, & propterea dicitur veritas incōplexa, quia in ſimplicibus ineſt, & dicitur tranſcendētalis, quia omnibus cōuenit: quam definiebat Auic. Eſt proprietas eſse vnuſcuiuſq; rei, prout ſtabilitū eſt ei: & hęc veritas ineſt etiam primę operationi intellectus, quando talem conceptum habet rei, qualis eſt res: & ſenſui, qū talem habet ſpeciem, quale eſt obiectum, & de hac dixit Ariſto. 2. de Anima, cap. 6. ſenſus propriorum ſenſibilium ſemper eſt verus.

Quid veritas incōplexa ſit.

Altera veritas eſt cōplexa, quæ eſt conformitas intellectus cōponētis vel diuidētis ad res compoſitas, vel diuiſas. Id eſt, qū ita cōponit vel diuidit, ſicut res ſe habent. Dicitur aūt cōponere, quando affirmat iudicando: diuidere verò, qū negat etiam iudicando: Talis aūt conformitas veritas dicitur, diſformitas verò dicitur falſitas, qū aliter intellectus componit vel diuidit, quā ſe habeāt res: v.g. mēte affirmo, homo eſt animal, vel nego, homo non eſt animal: veritas eſt illa cōformitas prioris cognitionis ad rem: falſitas verò eſt diſformitas poſteriorum ad rem.

In quo ſubiecto ſit.

Hinc patet ſecundū: ſi petas, vbi eſt veritas, ſeu in quo ſubiecto? dico cum Ammo. & alijs, eſt in intellectu tanquā in ſubiecto, illa n. cōformitas vel diſformitas intellectui ineſt, præterea eſt in rebus, tanquā in cauſa, quia ab eo, qd eſt res, vel non eſt, inde intellectus verus, vel falſus dicitur, in propoſitione autem vocali eſt, vt in ſigno indicante intellectus cōceptus, & res: vnde res dicitur vera cauſaliter: propoſitio tanquam ſignum, ſeu inſtrumentaliter, intellectus formaliter.

Vnde verum analogicè de his tribus dicitur ſicut ſanum, quod de animali formaliter, de vrina, vt de ſigno, de medicina effectiuè ſiue cauſaliter dicitur de hac igitur veritati loquimur quæ non in ſimplicibus, ſed enunciationibus ineſt, & hæc de quæſtione præſenti ſufficiant Logico.

DE NOMINE.

Cap. 11.

TEXT. 1.

NOmen igitur eſt vox ſignificatiua, ſecundū placitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata: in nomine enim, quod eſt equiferus, ferus nihil per ſe ſignificat, quemadmodum in oratione, quæ eſt equus ferus. At verò non quemadmodum in ſimplicibus nominibus, ſic ſe habet in compoſitis. In illis enim nullo modo pars ſignificatiua eſt, in his autem vult quidem, ſed nullius eſt, ſeparata, vt in eo, quod eſt equiferus hoc, quòd eſt ferus, nihil ſignificat per ſe. Secundum placitum verò quoniam natura nominum nullum eſt, ſed quando ſit nota, quoniam deſignant & illiterari ſoni, vt ferarum, quorum nullum nomen eſt.

2.

Non homo, verò non eſt nomen, at verò nec poſitum nomen eſt, quo illud oportet apellare. neq; enim orario, neque negatio eſt: ſed ſit nomen infinitū: quoniā ſimiliter in quolibet eſt, & quod eſt, & quod non eſt.

3.

Philonis autem, aut Philoni, & quæcunq; talia ſunt, non ſunt nomina, ſed caſus nominis, ratio autem ipſorum eſt in alijs quidem eadem: differūt autem, quoniam cum eſt, vel fuit, vel erit, neque verum, neque falſum eſt, nomen verò ſemper vt Philonis eſt, vel non eſt: nondum enim neque verum dicit, neque falſum.

¶ *Cur de Nomine et Verbo tantum, et non de alijs partibus orationis agitur: et cur hoc loco? et cur prius de Nomine, quam de Verbo?*

ARiſtoteles de enunciatione tractaturus ordinem obſeruat naturæ: nempè à partibus ad ipſum totum procedendo: ſunt autem partes enunciationis nomen & verbum.

Dubiū.

Circa quod meritò dubium occurrit, quare ſolùm has duas tradiderit partes cū alię multæ ſint orationis partes quas etiā ipſe in ſua Poetica tradidit? Ad qd respondet Ammo. & S. Th. id eſse factū, quia partes neceſsarię enūciationis hę ſunt, ſine his enim nulla conſtat enūciatio, poteſt autē abſq; alijs conſtare, imo reliquas nō exiſtimat partes eſse, ſed iūcturas partium, quæ ſe ſicut clauui in nauibus habent.

Solutio.

At ſi petas, quare ſaltē illas non adducit, ſiue nomine partiū, ſiue nomine quouis alio quamuis neceſsarię nō ſint. Ad uerte circa ſermonem nō eodem modo Logicus, Grammaticus, & Rhetor. ſe habent: Grammaticus enim eius cōgruitatem inquirit: Rhetor. eius ornatum ſimiliter. Poeta eius cōpoſitionem: propterea plures petūt partes, quàm nomē, & verbum, at Logicus veritatem ſermonis quærit: eſt enim artifex ſciētiarū, in quibus veritas ſola petitur, & exquitur: at veritates ſcientiarum in rebus, naturiſque, & proprietatibus, ac operationibus ipſarum conſiſtunt, hæc autem omnia non niſi verbo, & nomine explicantur, propterea Logicus, vt Logicus, nō alias quærit ſuæ orationis partes, quàm nomen, & verbum.

Sermonē diuerſa ratione cōſiderant Logicus, Rhetor. Grāmaticus.

Veritas ſciētiarum quibus in rebus ſit poſita.

Dubitatur ſecundo Cùm in libro prędicamētorum de ſimplicibus tractatum ſit, quid modò oportuit iterū de ſimplicibus iſtis diſſerere. Ad q respōdet S. Th. ſimplices voces tripliciter poſſe cōſiderari. Vno modo vt rerū ſolùm ſignificatiuæ ſunt, & earum loco ponūtur, & ſic ad prædicamenta ſpectant. Altero modo, vt enūciationis partes ſunt, & ſic ad hunc librum referūtur. Tertio, vt ordinē ſyllogiſticum habēt, qui in tribus terminis & propoſitionibus conſiſtit: & ſic ad libros priorum pertinent.

2. dubiū.

Solutio.

Circa quam doctrinam, quę vera eſt: Aduerte, quia illic, nēpè in prædicamētis, voces reſpectu rerum cōſiderantur, ſicut innumeræ voces ſecūdum multitudinem rerum, quęlibet enim res ſuā habet

Voces ſimplices vt in categorijs in li.

Interpretatione, & in libris de syllogismo cõsiderẽtur.

habet vocem: at quia hic voces, vt etiã partes enunciationis sunt, considerantur, & huius non sunt, nisi duæ partes necessariæ, nomen, & verbum, inde multitudo illa vocum superior ad duo coarctatur: quia ex illis omnibus, aut nomẽ, aut verbum tantum conficitur. At in syllogismis, quia omnis ordo eorum in tribus consistit dictionibus, illa multitudo ad tria coarctatur, nempè maius extremum, minus, & medium.

Hinc patet illud, quod dicit Ammonempè hęc omnia re idem esse, ratione verò diuersa: vocem simplicem, nomen, verbum, dictionem, terminum. Vox simplex, est vox solum respectu rei considerata, quo pacto nõ in nomen, nec in verbum est distinguenda, & sic ad prædicamẽta diximus pertinere Nomen, & verbum dicitur vox, quãdo iam præter rem significatam in vna consideramus casus, articulos, non in alia, & hoc ad enunciationẽ dirigitur. Dictio dicitur vox, quãdo iam in compositione & oratione spectatur. Terminus, cum in ordine syllogistico collocatur.

3.dubiũ. Dubitatur. 3. Quare potius à nomine quã à verbo incipit Arist. ad quod respõdent Ammo. & S. Th. quia nomen signi

1.Solut. ficat naturam, & rem: verbum autem id, quod adiacet rei: ipsius autẽ est res, quã id, quod adiacet rei: sicut substãtia prior est accidẽte. & materia prior est forma: quam etiã expositionem sequitur Albetract. 2. ca. 4. nec ista ratio est spernẽda.

Sed mihi occurrit alia ratio obseruanda: scilicet, nomẽ esse simplicius verbo, quia nomen significat aliquid, at verbũ aliquid cum tempore, compositum ergo magis est verbũ, quàm nomen, & est textus notãdus Arist. 1. Post. c. 23. Arithmetica, inquit, prior est Geometria quia simplicior: nã Arithmetica considerat quantitatem non habẽtem positionem, at Geometria tractat de quãtitate cum positione: simile est prorsus de nomine significante sine tempore, & de verbo significante cum tempore.

Nomen igitur est vox significatiua secundum placitum, etc.

Hoc breue caput non aliud, quàm nominis definitionem, & eius explicationẽ continet, diuiditur aũt in duas particulas. In priori vna pars definitionis cõstituitur: In posteriori altera pars, quæ magis difficilis est, ponitur & probatur.

In quo egregium Aristot. artificium considera: qui non statim integram definitionem proposuit, sed paulatim, quia partes probatione indigebãt, quod multi non aduertentes, verba priora integram esse definitionem existimauerũt, quod tamen falsum est, cùm Arist. & paulatim definitionis partes, & earum probationem exposuerit.

Nomi nis integra defi nitio nõ ponitur initio capitis.

In priori ergo parte hæc verba continẽtur. (Nomẽ igitur est) dicitur (igitur) quasi sequatur ex illis verbis prooemij. Oportet definire, quid nomen &c.

Partes definitionis sunt (vox significatiua, ad placitum sine tẽpore, cuius nulla pars est separata significatiua.)

Non probat, quod sit vox significatiua, quia iam hoc ex primo capite manifestum erat.

Sed probat vltimam illã partem, quia magis proxima erat, nempè, quod sit talis vox, cuius partes per se separatæ non sint significatiuæ: nam oratio esset nomen, quod tamen non est, nomen enim pars orationis est, non oratio, cùm pars non sit ipsum totum.

At quia potest quis dubitare de nominibus compositis, quæ sunt nomina, & tamen eorum partes per se videntur significare, vt æquiferus: respondet, partes quidem videntur significare, nõ tamen significant: in nominibus autem simplicibus partes nec videtur significare, nec significant.

Probat alteram particulã (secundum placitum (tali ratione: voces brutorum naturaliter significant, & tamen nec nomina, nec verba sunt, aliter bruta haberent locutionem, ergo nomina, & verba non à natura, sed ab impositione dependent: similiter de vocibus illiteratis, & inarticulatis etiam humanis, quę nomina non sunt, quia non imposita sunt ad significandum.

Illam particulam (sine tempore) non probat, quia est negatiua, & pẽdet ex declaratione affirmatiuæ, scilicet cũ tempore, propterea differt in caput sequẽs.

2. *Non homo vero non est Nomen, &c.*

Hæc est posterior capitis pars, in qua Aristoteles, conatur ad huc definitionẽ perficere: nam non homo, non leo, non sunt nomina, tamen eis competunt verba definitionis hucusq; assignata: nec sunt nomina, quia significãt tã id, quod est, quàm id, quod non est, qui enim dicit non homo, dicit ea, quæ non sunt homo, quod entibus, & non entibus competit, nec ista sunt orationes: quia partes nõ significant per se: nec negationes, quia nõ sunt enunciationes: dicant ergo defectu nominis nomina infinita.

Ex quo colligitur non esse definitionem illam exactam, nisi addamus differentiam aliam ad excludenda ista, scilicet, quod nomen sit vox finitæ, & determinatæ significationis.

Catonis autem, vt Catoni, et quęcumq;, &c

Hic textus est aduertendus, in quo Arist. adhuc conatur aliam superaddere differentiam, ad cõplendam definitionem, & vtitur ratione hac, Catonis, & obliqui non sunt nomina, sed alia secundum se ipsa, id est, differunt à nominibus, & tamen ratio eius est, id est, definitionis præcedentia verba illis competunt, ergo adhuc aliquid deest, & ad cognoscendam hanc differentiam, scrutatur quare non sint nomina, nempe, quia non semper cum verbo faciũt propositionem: at nomen cum verbo facit enunciationem, addamus ergo talem differentiam, quod sit vox recta, id est, cum verbo semper propositionem faciens, eritq; perfecta nominis definitio. Vox significatiua ad placitum sine tempore, cuius nulla pars separata significat, finita, & recta.

Nominis pfectade finitio.

Vbi nota, Arist. non dixisse obliquum cum verbo non facit enunciationẽ, sed semper: nam aliquando facit, vt placet Petro, tædet me, sed id nõ semper, at nomẽ semper id habet: aduerte igitur hoc Arist. artificium in perfecta nominis definitione indaganda: nec verò existimãdum est illam priorem esse integram definitionem, quamuis nonnulli sic existimarint, vt S. Thom. Auerr. & Ammo. cum tamen non sit.

QVAESTIO I.

Num Definitio Nominis recte sit tradita in qua singulę eius particulę examinantur, et primo de voce, quid sit, et quotuplex, &c.

Circa hanc definitionẽ oportet verba singula examinare, in primis de voce dicamus Arist. 2. de anima, cap. 8 definit, quid sit sonus, & quid vox. Sonus est qualitas proueniens in aere ex duorum corporũ collisione, quæ qualitas auditu est perceptibilis, vt sonitus campanæ, sonitus ex collisione manuũ. Vox autẽ est sonus, sed non omnis, sed is, qui ab ore animalis procedit cũ imaginatione aliquid significãdi, id est, quæ apta est exprimere passionẽ internã, vnde vox quidam sonus est, non tamen omnis sonus est vox, sed sonus animalis, non quicunque sed ore factus. Stridor enim Cicadarum non est vox, quia ore non fit.

Quid sonus.

Quid vox.

Vox autem primo diuiditur in illitteratam & litteratam, seu articulatam & inarticulatam. Vox illitterata seu inarticulata, dicitur, quæ non est prolatione syllabarũ distincta, ita vt scribi possit, vt latratus canum, mugitus boum. Litterata seu articulata, quæ syllabis est distincta, ita vt possit describi, vt vox, homo, animal, iterum: Vox quædã significatiua, quædam non significatiua actu. Et inter litteratas seu articulatas, etiam aliqua significatiua reperitur, vt leo, album, aliqua non significatiua, vt blitiri: similiter inter illitteratas aliqua est significatiua, vt latratus canum, rugitus, & voces brutorum aliqua

Vocis diuisio.

quæ non significatiua, vt sibilũ & aliæ, quas homo maniter proferre potest cũ igitur multiplex vox sit, nomen est inter voces significatiuas articulatas.

1. Dubiũ 1. opini. Dubitatur an vox sit genus in hac definitione, ad hoc respondet Psellus vocem dupliciter posse considerari: vno modo, vt ab ea secludatur significatio, vt vox sit sonus ore animalis prolatus, & sic non genus est, sed potius materia nominis, & verbi, & orationis alteromodo, vox cum significatione in communi, & sic genus est.

2. opin. Ammo. verò & S. Tho. Simpliciter dicunt vocẽ esse materiam orationis, seu potius subiectum.

Circa quod aduerte nomen verbum, orationem, & similia duo includere, alterum vt subiectum & materiam, alterum vt formam, sunt enim velut artificiata quædã, scilicet, statua, cathedra, imago, quæ duo includunt formam, seu figurã, & subiectum, ex quo fiunt, nẽpe lignum, aurum, aut aliud aliquid.

Orationis materia vox est, vt expresse docet Arist. lib. 5. de gene. animali. c. 7. forma verò est significatio ad placitũ, vt. n. suprà diximus, significatio naturalis nõ facit orationem, alias bruta haberent locutionẽ, quæ soli homini cõcessa est, vt dicitur sect. 11. problem. q. 57.

1. cõclu. Quo supposito, dico absolutè, vox est materia, & subiectũ orationis, & nominis, & verbi, non autẽ genus, hæc patet, vox est quid naturale, at oratio est quid voluntarium, & ad placitũ, sed naturale non est genus artificiati: ergo nec vox est genus orationis, nec aliorum.

Dico. 2. ista definitio nõ datur per genus, & differentiã, sed per subiectum, & formam, sicut qui diceret, domus est lapides, & ligna, sic cõstructa, quem modum definiendi commẽdat Arist. 2. Meta. c. 1. ita similiter vox est subiectum: reliqua vnius formæ locum habent, ita enim artificiata definire oportet.

2. Cõcl. Definitio orationis p materiã & formã datur.

Dico. 3. si aliquid loco generis ibicõsituitur, nõ est vox, sed significatiua ad placitum, quod totum vnico erat dicẽdum nomine, quod Ammo. alijs verbis indicat, dicens notam, seu signum vocale esse genus nominis, & hoc mihi plaücet: genus in artificiatorum debet sumi præcipuè secũdum formam, quod autẽ vox nec tãquam genus sumi possit, patet: quia sola vox non prædicatur, ppriè est enim expressa doctrina Aris. 2. gen. c. 1. statua nõ dicitur aurum, sed aurea, & 7. Meth. cap. 7. at si loco generis vox cõstitueretur, propriè prædicaretur, q̃ non est, cum sit subiectum, & materia, & secundum hoc potest dici hanc definitionem esse per genus, & differentiam: vox enim significatiua ad placitum est genus, reliqua differentia.

3. cõcl. Vox cum genere esse nõ possit nominis.

Circa illam particulam, ad placitũ, quę suprà iam explanata fuit: Ammo. recitat sententias quatuor, quidã enim asserebant nomina secundũ subiectum & secundũ significationẽ esse à natura. & hi fuerunt Cratillus, & Heraclitus.

2. Dubi. 1. Opin.

Alij asserebãt vocem esse à natura, & significationem vocabãt naturalem, quia vt suprà diximus, maximè competebat rebus significatis.

2. Opin.

Alij significationem asserebant, ita esse ad placitum, vt in impositione nulla ratione naturæ rei fuerit habita, sed à casu quodam.

3. Opin.

Arist. verò docuit significationẽ esse ad placitum, sed ita vt rei consideratio in impositione haberetur, quamuis non hoc in omnibus dictionibus factũ fuisse credendum est.

4. Opin.

Alia particula (sine tempore) relinquatur in caput de verbo.

Sequitur altera (Cuius nulla pars separata significat) vbi aduerte hoc discrimẽ esse inter duo nomina, quæ conueniũt in cõpositione, & quæ conueniunt in cõgruẽtia grãmatica, sicut armiger, & armigerens, nam quæ cõueniunt in cõgruentia, retinent suam significationem ita, vt tota oratio nõ habeat significationem nisi partium ipsarum significatarum: at quãdo conueniunt in compositione

positione, perdunt suam significationẽ & fit vna significatio totius, quamuis significatio hæc sit ferè similis aliquando significationibus partium, vnde iam tũc partes ibi non significant, etiam si significare videantur aliquando.

Asimulatur autem hæc compositio mixtioni naturali, quãdo enim elementa componũt rem, destruuntur elementa, & fit vnum aliud, & duo colores mixti corrumpũtur, & faciunt tertium, congruentia autẽ similatur congregationi qua plura grana faciunt cumulum, & vnum quodq; manet per se integrum.

Potest autem probari, nomina compositæ figuræ nõ habere de se partes significãtes, mo nec quę videntur semper significare, nam si illud per se haberent semper esset: quod tamen non est: nam partes huius armiger, nec videntur significare, nec plus in his, in quibus videntur significare vt diximus.

Dubi. abis quare excluditur oratio à ratione nominis, saltem complexum ex duobus, vt homo albus: dico, quia in his est significatio per accidens, orationis enim significatio est ex partibus, at nomen per se debet significare. Præterea, quia hic tradit partem necessariã enunciationis, tales autem partes sunt simplices, compositæ enim orationes ex simplicibus constant.

Dubiũ. Cur nomẽ esse debeat vox simplex. Solutio.

Alia particula est (finita) circa quam aduerte negationem dupliciter cadere super aliquod nomen, vno modo negatiuè, altero modo priuatiuè: tũc cadit negatiuè, quãdo ita destruit significationẽ nominis, vt prorsus nihil ponat in re, vt nõ homo dicit purã negationem hominis, tunc cadit priuatiuè, quando ita destruit significationem nominis, vt ponat aptitudinem in aliquo subiecto, vt non homo sit id, quod nõ est homo, sed potest esse homo, quo pacto est frequentissimus horũ vsus in philosophia, quando dicimus ex non igne fit ignis: id est, ex eo, quod nõ est ignis, sed est in potentia ad ignem, ex non aqua fit aqua.

3. dubiũ. 1. Fund. Negatio dupliciter cadit super nomen.

Est autem aduertẽdum, quando negatio cadit supra cõnotatiuos terminos cõmuni vsu tenetur priuatiuè, quia negat formam, & ponit subiectum, vt non album: corpus, quod non est album, nõ consecuta misericordiam, id est, plebs nõ recipiens misericordiam, quando verò suprà terminos absolutos, vtroq; modo teneri potest.

2. Fund. Negatio cõmuniter priuatiuè accipidũ terminis cõnotatiuis adiũgitur.

Sed hic in præsenti non vocatur infinitũ, nisi quãdo tenetur negatiuè, quia tunc veritatem habẽt verba Arist. non homo est in quolibet, & quod est, & quod non est: de quorum interpretatione aliqui sunt sine causa soliciti: existimãt enim esse intelligenda, quãtum ad significationem, id est, significãt id, quod est, & id, quod non est, non tamen quantum ad prædicationem, cùm nõ dicamus, chimera est non homo, est enim propositio affirmatiua de subiecto nõ supponente, quæ falsa est, vt ipsi existimant.

3. Fund.

Sed mihi nõ probatur hæc sententia, dicendum est enim cum S. Tho. & Ammo. hæc intelligenda esse de prædicatione: dicitur enim leo est non homo, & chimera est nõ homo, non enim omnis propositio affirmatiua de subiecto non supponenti est falsa cum prædicatum sit intrinsecum subiecto, vt enim ista nullo refragante est vera, chimera est monstrum: ita eadem ratione erit ista, chimera est non homo.

De hoc autem infinito termino dico primo esse incomplexam vocem, semper enim attendẽda est significatio vocis, nõ homo autem vnicum primò significat, nempe negationem hominis: ac propterea dicit Arist. nec esse orationẽ, nec negationem.

1. Cõcl. Nomen infinitũ esse terminum simplicẽ

Dico secundo, esse vocem vninocam, quia quãuis significet, quæ sunt, & quæ nõ sunt, ea tamen significat sub vna ratione negationis alicuius, & vt suprà diximus, ex Ammo. in prædicab. nõ prohibet res, quæ in nullo essentialiter conueniunt, in aliqua propietate vninocè conuenire, vt esse genus, speciem vninocè

2. Cõcl. Nomen infinitũ vocẽ esse vninocam.

cè ineſt ſubſtantiæ & accidenti, ita negatio alicuius vniuoca eſt his quę ſunt & non ſunt. Aduerte tamen talis negatio eſt ens rationis, non eſse hominem, non eſse leonem, ſolũ rebus intellectu ineſt, propterea poteſt conuenire his, quæ ſunt ſicut alia entia rationis.

3. cõclu. Nomen infinitũ potius eſ ſe vocem abſolutã nõ autẽ connotatiuam.

Dico tertio, probabilius eſt tales voces eſse abſolutas non cõnotatiuas, connotatiui enim termini duo ſignificant, vnum principaliter, alterũ minus principaliter, quod dicuntur connotare, vt albũ principaliter albedinẽ, minꝰ principaliter corpus ſignificat, at nõ homo, & ſimiles voces ſingulæ vnum tantum ſignificant, ſcilicet negationẽ concretam, abſolutæ ergo ſunt cenſendæ.

4. cõclu. Transcẽdẽtia in ſua latitudine accepta non infinita fieri nec priuatiua.

Dico quarto, tranſcendentia in tota ſui generalitate ſumpta, non infinitantur, vt non ens, nõ vnum: ratio eſt, quia ſolum dicuntur de his, quæ non ſunt: idẽ enim eſt non ens, & nihil. at infinitæ voces de his quæ ſunt, & non ſunt dici debent, ſimiliter nec priuantur, quia nullum eſt ſubiectũ, quod priuetur ente in cõmuni, poſsũt tamẽ infinitari & priuari ſi particulariter ſumãtur, vt infinitatur ens ſumptum pro ente perfecto, ſeu pro ſubſtantia, & ſic apud Ariſt. reperitur priuatum ens. 1. Phyſ. vt non ens ſit, quod non eſt perfectum ens, eſt tamen in potentia vt perficiatur.

Adiectiua nõ ſũt nomina dum capiuntur adiectiuè.

Vltima particula eſt (recta) quæ ſignificat, vt ſit talis vox, quę cum verbo ſemper verũ vel falſum conſtituat, vt patet ex ipſo textu: ex quo ſit adiectiua adiectiuè ſumpta nomina nõ eſse, quia eadẽ ratione cum verbo nihil veri vel falſi faciunt, vt albus eſt, dico adiectiuè ſumpta, quia quando ſubſtantiuè ſumũtur, tunc nomina ſunt, vt album, currit.

Obliquo & recto

Nec ſufficit, quod cum ſubſtantiuo faciant propoſitionem, quia pari ratione obliqui eſsent nomina, quia cum recto poſsunt propoſitionem facere, vt filius Petri currit, nõ ergo adiectiua ſunt nomina, ſed adiectiones nominum.

In obliquis autem aduerte eundem cõceptum correſpondere recto, & obliquis quantum ad ſignificationẽ principalem, vt homo, hominis, homini, ſemper eandem rem ſignificant, ſed differt, nam rectus habet ſignificationẽ abſq; modo, at obliqui habent aliquem modum ſignificandi, quem vocant per modum, vt cuius, cui, vel vt quem, &c.

Et hic modus ſignificandi mutat veritatem propoſitionis, aliud enim eſt dicere Michael eſt Dei, & aliud Michael eſt Deus: prior eſt vera, poſterior falſa. Vnde circa veritatem propoſitionũ aduertendus eſt modus ſignificandi obliquorum, in quo ſæpe fallaciæ reperiuntur, cum igitur à nomine ſolo modo differant, dicuntur caſus nominis.

eundem mẽtis reſpõdere cõceptũ quãtum ad ſignificationẽ principalem.

Modus quẽ ſignificant obliqui mutat propoſitionum veritatẽ

DE VERBO.
Cap. III.

TEXT

1. VErbum autem eſt, quod cõſignificat tempus, cuius pars nihil ſignificat ſeorſum, & eſt ſemper eorũ, quę de altero prædicantur, nota. Dico autẽ quòd ſignificat tẽpus, vt valetudo quidẽ nomen eſt: valet verò verbum: conſignificat enim nunc eſse: & ſemper eorũ, quæ de altero dicuntur, nota eſt, vt eorũ quæ de ſubiecto, vel in ſubiecto ſunt.

2. Non valet autem, & nõ labora: nõ verbum dico: conſignificat enim tempus, & ſemper de aliquo eſt. Differentiæ autem huic nomen poſitum non eſt: ſed infinitum, verbum ſit: quoniã ſimiliter in quolibet eſt, & quod eſt, & quod nõ eſt. Similiter autem & valebit, & valebat nõ verbũ eſt, ſed caſus verbi. Differunt autem à verbo, quòd hoc quidem, prę ſens conſignificat tẽpus, illa verò id quod circuncirca eſt.

3. Ipſa igitur ſecundum ſe dicta verba nomina ſunt, & ſignificãt aliquid: conſtituit enim qui dicit intellectum, & qui audit quieſcit: ſed ſi eſt, vel nõ eſt, nõdum ſignificat, neq; enim ignum eſt rei eſse vel nõ eſse: neq; ſi ipſum ens dixeris nudũ. † ipſum enim nihil eſt,

†. a. l. ipſum per ſeipſum:

eſt conſignificat autem compoſitionem quandam, quam ſine compoſitis nõ eſt intelligere.

SEquitur altera enunciationis pars quæ verbum dicitur, in hoc autẽ capite vnus eſt ſcopus, nẽpè verbi definitio: tamen in duas eſt diuiſum partes: in priori definitio continetur, in poſteriori, dubio tacito reſpondetur. Circa definitionem verò, Ariſtoteles vtitur eadem methodo, qua in capite de nomine: non enim omnes partes definitionis ſtatuit, ſed aliquot, cæteras autem probando addit, ponit autem quæ ſequuntur.

1. ¶ Verbum autem eſt, quod ſignificat tẽpus, cuius nulla pars ſignificat extra, & eſt ſemper eorum, quæ de altero prędicantur. Nota, &c

Dubiũ. Solutio. In primis hic ſubintelligere oportet verba eadem, quæ in nominis definitione erant, nẽpè vox ſignificatiua, ad placitum, hæc enim nomini, verbo, & orationi inſunt.

Sed dubitabis, quare Ariſt. hęc ſubticuerit? reſpõdet Ammo. & S. Tho. quia iſta ſunt verbo cum nomine communia quod ſi obijcias, & illa particula cuius nulla pars ſignãs extra: etiam eſt communis, & tamẽ eſt adiecta hic ab Ariſt. Reſpondet Ammo, hãc particulam nõ eſse eandẽ cum ea, quæ eſt in definitione nominis, dicit enim cum Porphy. duplex eſse complexum, & ex nomine, vt homo albꝰ, & ex verbo vt, currit vel vincit: illa ergo particula in definitione nominis excludit complexum ex nominibus: at particula verbi excludit complexa ex verbis, & mihi placet iſta reſponſio.

S. Tho. aliter reſpondet, inquit enim, in verbo hanc particulam eſse iterũ poſitam, quia verbum videtur magis habere rationẽ complexi quam nomen, cũ ſignificet rem, vt de aliquo dicitur: propterea ne quis maiori occaſione decipe retur exiſtimans verbum eſse complexum, iterum poſita eſt illa particula: ſed magis mihi probatur expoſitio Ammon.

Mihi occurrit alia ratio, nempè, quia illa omnia vnius generis locũ obtinent, cũmque nomen, & verbum ex ęquo partes enũciationis ſint, genus in vnius definitione collocatum in alterius definitione ſubticuit, cùm ſit idem contextus & differuntias addidit. Solutio. alia authoris.

Accedit igitur ad has definitionis particulas explanãdas, & prima eſt (conſignificat tempus, quam exẽplo manifeſtat, & probat. Valetudo ſeu ſanitas, & ſanatur, nomen illud, ſolam rem: ſignificat, at verbum rem cum tempore, nempè ſanitatẽ nunc eſse ſignificat, ex quo patet hoc diſtinguere verbũ à nomine.

Notat autem Ammo. nõ dixiſse Ariſ. verbum ſignificare tempus, ſed cõſignificare: ſeu cõnotare, eſt enim diſcrimẽ inter hęc duo, ſignificare enim tempus eſt principaliter eſse ſignũ tẽporis, vel alicuius partis tẽporis, quod nominibꝰ conceſsum eſt, ſignificãt enim principali ſignificatione tempus, vt dies, hora, annus: at conſignificare: nempè, quando aliud principaliter ſignificat, tamen prout tempore fit, & menſuratur, tempore, inquam, ſcilicet, præterito, vel futuro, idem etiam notat Boet. Significare & conſignificare tẽpus diſtinguũtur.

Aliam particulam nõ explicat, quia in definitiõe nominis iã explanata fuit & illic diximꝰ, quare complexa à ratione nominis vel verbi excludantur.

Sequitur tertia particula, & eſt nota eorum, quę de altero prędicantur, vbi diſtinguit ea, quę prædicantur in ea, quæ de ſubiecto ſunt.

Dubiũ. Sed dubitabis, quid ſibi vel it, notatam eſse eorũ ſemper quæ prędicant ad hoc dicit Boet. in vtraq; Editione, verba ſemper ſignificare accidẽs, & hoc eſt, notã eſse eorũ, quæ prædicãtur, verba enim actionem vel paſſionem ſignificãt, quæ accidentia ſunt, quorũ eſt prædicari de ſubſtãtia, nomina autẽ non ſemper accidẽs ſignificãt, quod ſi dicas, quid intelligit per dici de ſubiecto, & eſse in ſubiecto. 1. Sẽten

Universidad de Deusto Biblioteca

&o, respondet ipse cum Porphy. vtrumque accidenti cõuenire, accidens enim inhæret substãtiæ, & de ea prædicatur, propterea dicitur esse in subiecto, & de subiecto, vnde verba sunt, vel significãt accidens, quo prædicatur de subiecto, & est in subiecto.

Cõfutatio prioris sentẽtiæ.

Mihi non placet ista expositio, primo, quia non omnia verba significant actionem, vel passionem, nam, est, est verbũ, non tamen actionem vel passionem significat: præterea alia vt caleo, frigeo, nõ actionem vel passionem significant, sed qualitatem, & superius diximꝰ, verbũ habere, reperiri in omnibꝰ ferè prædicamẽtis, secundò, quia cùm paulò superius esse in subiecto, & dici de subiecto distinxerit, incõueniens videretur vtrunque cõfuncere, & mutare: præterea quia accidẽs nõ semper prædicatur aliquando enim est subiectum in prædicatione propria, vt albedo est color, calidum calefacit.

2. Sent. Ammo. & Psellus per hæc verba intelligunt, verbum semper est nota eorum quæ prædicãtur, id est, semper obtinet locum prædicati, dicit semper, quia nomen aliquãdo subiectum, aliquãdo prædicatum est, verbum semper prædicatũ est, hoc autem intelligẽdum est, vt Ammo. & S. Tho. dicunt, quando verbum, vt verbum sumitur, aliquando enim loco nominis sumitur, & subiectum est, vt currere est bonum, curro est verbum.

Dub. 2. 1. Sent. Dicet, quomodo ergo verbũ est prædicatum de subiecto & in subiecto? respõdet Ammo. & Psellus, & etiam Boet. verbum aliquando de substantia prædicari vt homo ambulat, & sic cõstituit prædicationem accidẽtalem, & dicitur esse in subiecto, aliquãdo de inferiori, & sic cõstituit prædicationem essentialem, & dicitur de subiecto, vt currere est moueri. Vnde Arist. per esse in subiecto intelligit prædicatum accidentale, per dici de subiecto prædicatũ essentiale, & verbũ est vtrunque prędicatum.

Ista sententia est probabilis, sed mihi non in omnibus placet, primo quia amplius dicit esse notã eorum, quę prędicantur, quàm esse prędicatum, vt dicemus, præterea quia illa prædicatio currere est moueri, non est verbi de verbo: nam ipsemet Ammo. dicit teneri, vt nomen: aliter verbum esset subiectũ, probabilius multò esset sumere has propositiones currẽs mouetur, ędificãs agit, calidum calefacit: præterea quia adhuc per dici de subiecto non videtur Arist. intelligere essentialem prędicationẽ, nec per esse in subiecto accidentalem, prętereа quia semper loquitur de verbis adiectiuis, non de verbo, est quod tamen ad Arist. magni fit.

2. Sent. Propterea saluo meliori iudicio mihi videtur sensum Arist. hũc esse, nẽpe verbum est nota eorum, quæ de altero prædicãtur, id est, semper prędicat aliquid id est significat aliquid, vt de altero dicitur. Dupliciter autẽ verbũ prędicat aliquid, vno modo prędicat solam rem, quam significat, vt in verbis istis, currit, vincit, & similibus, & tale verbum vocat Auerr. prædicatum, vt quod, aliquãdo non solùm suam significationem prædicat, sed adiunctum aliud, vt homo est albus, & tunc vocat Auer. verbũ tale prædicatum, vt quo, hoc autẽ aliquãdo est substantia, vt homo est animal, aliquando est accidens, vt homo est albus, propterea dicit Arist prædicata ea quę dicuntur de subiecto nempè substantiam, vel quæ in subiecto sunt, nempè accidẽtia, alia enim verba præter est, ferè semper prædicant accidens.

Verbũ aliquid, de alio duobus modis dicitur.

Hæc igitur est huius particulę declaratio, per quã verbũ à participio, & infinitiuo excludit, similiter à modis alijs, scilicet optatiuo subiũctiuo, qui, nõ prædicant rem, nam prædicare ad propositionem spectat, quæ nõ fit ex illis modis, in quibꝰ nec verum, nec falsum est.

¶ Non sanatur vero: non ægrotat, &c.

Definitio verbi nondum est completa ex partibus præcedẽtibus, vt benè dicunt Ammo. & doctores Louanien. propterea Arist. conatur eã perficere nouis differentijs. ideoq; proponit aliqd, cui præcedentia cõpetunt, quod tamẽ non est verbum, vt nos inde aliud ad præcedentia superaddamus, non sanatur, non est verbũ, cum de eo, quod est & quod non est, prædicetur, & tamen consignificat tempus, & habet reliqua, collige verbum, ergo debet esse prętеr dicta, vox finita, sicut & nomen.

At adhuc hæc nõ sunt satis, nã præteritum, & futurum non sunt verbum, cũ tamen omnia præcedentia habeant: ꝙ autem non sint verbũ, probat, quia verbum debet tempus præsens consignificare, at præteritum & futurum nõ prę sens, sed circa præsens significant, nempè præteritum, quod fuit præsens, futurum, quod erit præsens: ergo perfectè, & absolutè verbum debet esse præsentis temporis consignificatiuũ, quia omnia reliqua tempora à præsenti dependent, & ad præsens ordinantur: præterea addenda est differentia, quæ hoc significat, nempè, quòd sit vox recta.

Verbi ꝑfecti integra definitio.

Definitio igitur perfecti, & absoluti verbi integra est, verbum est vox significatiua ad placitum tempus consignificans, eorum, quæ de altero dicuntur, semper nota, finita, & recta.

3 ¶ Ipsa igitur secundũ se dicta verba nomina sunt, &c.

Hæc est capitis posterior pars, in qua secundum Ammon intẽdit Arist. ostẽdere, quomodo verba se habeant ad significandum verum vel falsum.

Ad secundum S. Thom. aggreditur ostendere, in quo verbum cum nomine conuenit, & in quo à nomine differt, quod idem dicit etiam Boet.

Mihi verò videtur, vt ista verba illatiuè legantur, quod ex cõtextu patet, in quibus Aristo. ex præcedenti definitione elicit duo, alterum, quid verbum significet, quid cõsignificet: in quo cum nomine conuenientia, & differẽtia apparebit, alterum nec verũ, nec falsum significare probat, ꝙ in. 1. capite dixerat de nomine, & verbo per se: sed non probauerat de verbo, sicut de nomine.

Dicit igitur verba secũdum se dicta nomina sunt, & aliquid significant: hic manifestatur significatio verbi, nempè significat aliquid, sicut curro cursum, amo amorem significat.

Dubium 1. sentẽt.

Dices, cùm nomen, & verbum sint distinctæ partes, quomodo verbum nomen appellat? ad hoc respondet Ammo. & S. Tho. hic nomen cõmuniter sumi pro dictione significante, sed ista expositio nõ placet, esset enim, in breuissimo cõtextu æquiuocatione vti, cum modò nomen pro dictione, modò vt distinguitur contra verbum sumatur.

2. sentẽtia

Boet. & Auerro. dicunt nomen hic sumi, vt in præcedenti capite definitũ est, & sensus est, verba secundum se, id est, extra propositionem, dicta sunt similia nominibus.

Nota. Verba à nominibus non differre, quãtum ad rẽ significatam attinet.

Pro cuius declaratione aduerte in verbo duo posse considerari alterum, id, quod principaliter significat, & hoc non est aliud, quã res, etiam per nomẽ significata, sicut curro principaliter id, quod nomen cursus, significat, & lego idem, quod lectio alterum consignificat verbum, seu minus principaliter significat, scilicet significat rem per modum cõpositionis cum altero, & vt substat tempori: hoc igitur est, quod Arist. dicere intendit verba secundum se, id est, extra compositionem quantum ad rem significatam non differunt à nomine, propterea dicit (et) aliquid significant, vbi illud (Et) tenetur secundum Ammon. declaratiuè.

Probat autem Aristot. quòd significent aliquid, nam qui profert, voces, cõstituit, id est, determinat intellectum audientis, vt conceptum formet alicuius rei, & qui audit, quiescit, id est, conceptum format, non solum vocis, sed etiam rei, vt qui audit, legit, lectionis format notitiam, signum ergo est, verba per se esse significatiua, & aliquid significare.

Nota. Nota aũt hic verbum: Græcum dianoia significare intellectum, qui à sensu & imaginatione depẽdet, id est, intellectum intelligentem ea, quæ sentit, & talis est intellectus, qui intelligit, & format cõceptum ex vocibus, quas sentit.

Posita significatione verbi extra propositionem, remouet, quod remouerat cap. 1. nẽpè significare verũ vel falsum, tamen non probauerat de verbo, nunc probat: propterea dicit verbum secundum se nihil veri, vel falsi significare: significat quidem rem, sed nõ rẽ esse vel nõ esse: argumentum à maiori est notum ipsum verbum (Est), quod non solũ est verũ verbum, vt dicit Psellus, sed significat ipsum esse adhuc verum vel falsum, nõ dicit, ergo multò minus alia verba, & hoc est, q̃ dicit (si ipsum, est, purum dixeris, nihil dixeris) id est, si, est, extra propositionem dixeris, nihil veri vel falsi dicis, vt interpretatur optimè Boetius, & Ammon. Psellus & alij doctissimi: vnde vide, quàm longè ab Aristot. sensu sint, qui dicunt (nihil dixeris) id est, est syncategoreuma: nec mireris, quòd Græcè dicitur ipsum ens, nam sumitur pro ipso verbo, est, quod non benè aduertit Alexan.

Tandem subdit Aristo. quòd verbũ consignificat compositionem, id est, rẽ significatam, componit, verè vel falsò: sed talis compositio non intelligitur, nec est sine extremis.

Ex quibus collige verbũ tria habere: significat enim rem aliquã, in quo cũ nomine conuenit, sed illam per modũ compositionis, & vt tempori substat, significat, quod soli inest verbo.

QVAESTIO I.

De ijs, quæ in capite tertio de verbo, cõtinentur. Nam rectè ab Aristo. dicta sint.

Nota. Verbũ aliud est adiectiuũ, aliud substantiuum.

DVbium est, an verbum sit propositionis pars, id est, sit subiectũ, vel prædicatũ: est autem notandũ ex Porphy. duplex esse verbũ: alterum, quod vocatur adiectiuum, hoc autem illud est, quod actionem, passionem, vel aliquod accidens significat, vt currit, legit alterum est, quod vocatur substantiuũ, vt sum, es, existo, subsisto.

Adhuc istud aliquãdo est cum apposito, & supposito, quod dicitur de tertio adiacente, vt homo est albus, aliquando est cum solo supposito. quod dicitur de secundo adiacente, vt homo est.

1. Opin. Verbũ substãtiuum nõ esse propositiõis partem.

Difficultas ergo præcipua est de verbo substantiuo, quãdo est de tertio adiacente: sunt enim quidam Neoterici, qui putãt esse syncategoreuma: nec p̃dicatum esse, nec subiectum, sed solum vnire prædicatum subiecto: quorum argumenta sunt, primò, quia si esset propositionis pars, esset terminus: nam. 1. Prior. cap. 1. terminus est, in quem resoluitur propositio, vt in subiectum & prædicatum, at illic non fit mentio de verbo, præterea quia quando Aristo. loquitur de quantitate propositionũ, quòd prẽdicatũ inest subiecto, aut omni subiecto, nec pro subiecto, nec pro prædicato sumitur verbum, præterea quia nec est maior extremitas, nec minor, nec medium, vt patet, præterea quia in conuersione, in qua ex prædicato fit subiectum, verbum non transmutatur, ergo nõ est tale verbum pars propositionis.

Argu. 1. 2 3 4.

2. Opin. Verbũ est esse verè propositionis pars.

Opposita sententia est omnium Græcorum, & Latinorum antiquorũ, & doctorum Louaniẽ. & ratio maximè hoc probat, quia verbum, est, cũ nõ mutet, nec perdat suã significationem, si sine apposito est prẽdicatũ, & significat aliquid, ergo cum apposito etiã: præterea Arist. cap. 2. lib. 2. huius, Homerus est poeta, homo est albus, vocat de prædicato coniuncto, quod nõ esset, nisi verbum esset pars prædicati cũ apposito.

Argu. 1. 2

1. Fund. Propositiõis partes aliæ sũt materiales, formales.

Propterea aduerte propositionis partes esse in duplici differẽtia, quædã sũt materiales, scilicet, nomen ipsum, tam appositum, quàm suppositum, quędam sunt formales, nempè verbum, qua parte compositionem significat, v.g. in domo

qua lapides, ligna, calx, & reliqua partes materiales dicuntur, at illa compositio, & connexio partiũ, forma est, ita similiter suppositum, & appositum materia enunciationis sunt, at ipsa cõpositio, seu ipsum componens, quod verbũ est, est forma, quòd si dicas, quomodo appositum est materia, cum habeat locum prædicati & formæ? dico formam esse, si ad subiectum comparetur, materiam verò respectu totius propositionis & verbi componentis, quod est forma enunciationis.

Obiecti.

Dilutio.

2. funda. verbum aliquid significare quod cõponat verbum esse propositionis & materiam & formalem partem.

Aduerte secundum, omne verbũ nõ solùm cõponit, sed significat aliquid, quod componit, cum significet aliquid, quod illi doctores nõ aduertũt, vt curro significat cursum componẽdo, & ipsum est, significat ens componendo, ex quo fit vnum dignũ cõsideratione. Verbũ ratione rei significatæ est pars materialis, quia est cum nomine idem, at ratione connotati est formalis pars, cũ vtrunque habeat: est tamen discrimen, aliquando nihil prædicat, nisi suã significationẽ, vt homo currit, homo est aliquando suam significationem determinatam, & limitatam ab alteto, vt homo est albus, id est, est illud ens, quod est album, perinde enim est addere appositũ verbo substãtiuo, ac alijs, vt enim dum dicis, ego amo Petrum, illud additũ nõ aufert, quin verbũ amo, secundũ rem significatam prædicetur, sed limitatur, ita quando dicitur, homo est albus, & hoc obserua contra eosdem.

Ex quo sequtur manifestè, omne verbum esse partem propositionis, formalem quidẽ vt vnit, & cõponit, materialẽ verò secũdũ id, q̃ significat, hoc. n. prædicat, vt diximus ex Ammo. & alijs, semper verbũ esse prædicatũ, quanuis qñ cũ apposito tenetur, sit partiale prædicatũ, & si nõ sit prædicatũ, quomodo ipsi consonat Aristot. dicenti superius verbum semper esse prædicatum.

3. funda. conuersio quantitas termini syllogismorũ in materialibus enũciationũ partibus repitur tantum.

Aduerte tertiò pro solutione argumentorũ cõuersiones, quantitates, numerũ terminorũ syllogismi, semper cõsistere in partibus materialibus enunciationis, & ita quãdo cõuertis propositionẽ, non formã verbi, sed significatã rem conuertis, vt homo currit, currens est homo, ita homo est animal, animal est homo, quòd si non dicis ens animal est homo, est ex eo, quia sub vnoquoq; includitur ens: per hoc patet responsio ad omnia argumenta.

Dubiũ.

Circa verbum infinitum est dubiũ, in quo à negato diserat. S. Tho. dicit infinitum esse vnicam dictionẽ simplicem, at negatum esse duas, nempè negationẽ, & verbũ, tamẽ asserit in propositione esse infinitum: id, q̃ recepit etiam Ammon. 2. Periherm. cap. 1.

1. Opin.

Oppositũ tamen habuit Alexand. & Boet. 2. Periherm. qui in propositione verbum infinitum esse idem cum negato volunt, idem docet Albert. tract. de nomine. c. 5. & tract. de verbo, cap, 2.

2. Opin.

1. Fund.

Pro cuius declaratiõe maxime aduertendum est, primo, verbum habere significationem, significat enim rem aliquam, aut operationem, aut proprietatem habere etiam cõsignificationem, quia significat aliquid per modum cõpositionis, & vnionis cum aliquo, sub certa differentia temporis.

Inverbo infinito significatio negatur i verbo negato eius cõsignificatio.

Est autem discrimen: qñ enim infinitatur verbum, negatio destruit significationẽ eius, nõ currit dicit negationẽ cursus, at quando negatur, negatio cadit supra eius cõpositionem, vt homo non currit, idem sit, ac dicere, nõ est talis compositio, homo currit.

Et huius expositionis autor est Arist. si attẽtè consideretur: nã verbum infinitũ cõcedit esse notã eorũ, quę prædicãtur, & prædicatur de eo, quod est, & quod nõ est: quæ verba absq; dubio, argumẽto sunt, infinitum esse in propositione, & negatã habere significationẽ: præterea docet negationẽ oppositam esse affirmationi, cũ autẽ oppositio cõsistat secundũ formas, negatio erit opposita formę affirmationis: quę affirma

tio formaliter consistit in cõpositione: ergo circa compositionem erit negatio etiam. Aduerte secũdo, compositionẽ nõ habere verbũ, nisi in propositione, cum cõpositio nõ sit absq; extremis, at significationẽ habet & in propositione, & extra propositionem: ex quo fit, vt extra propositionẽ non sit negatum verbũ, at in propositione, & extra propositionem sit infinitatũ, cum semper retineat suam significationem.

Est tamen discrimen considerandũ inter negatum in propositione, & infinitum: nam infinitum habet solã negatam significationem, & hanc cõponit, vt homo nõ laborat, id est, est nõ laborem habens, at negatũ habet negatam compositionẽ, & hoc formaliter loquẽdo: at quia talis cõpositio infiniti, idest, non laborans æquiualet negationi nõ est laborãs: inde dixerunt illi doctores infinitum, & negatũ esse idẽ, & Aristo. 2. Periher. sub negato, includit infinitum. Non sunt autẽ idem formaliter, cùm negatio in vno supra compositionem: in altero supra significationẽ cadat, & hoc est obseruandum.

Dubitabis, an omne verbum possit infinitari? ad quod idẽ dico, quod de nomine, nẽpè verbũ ens transcendenter sumptum non infinitatur, nisi vt limitatur pro ente actu vel pro perfectè existente, quod etiam docet Albert.

Dubium autẽ est de quibusdã propositionibus, in quibus verbum, tẽpus importare non videtur, vt chimera est monstrũ, vacuum est locus carẽs corpore, homo est animal, ad quod breuiter dico verbum in his absolui à tempore: non ꝓ nõ significet tempus, hoc enim fieri non põt: nam non esset verbũ: sed cùm verbum faciat duo in propositione, videlicet vt vniat extrema, & talem vnionem restringat ad differentiã temporis quàm importat: verbũ tunc absoluitur à tempore, quãdo vnit extrema, sed nõ restringit ea ad differentiã tẽporis, quã importat: quod quidem fit, quando extrema sunt essẽtialia, & naturaliter coniũcta, vt in illis, quas diximus, quæ dicuntur propositiones sempiternę veritatis.

.funda. & dubij olutio. Verbũ negatũ solũ est in propositiõe infinitum, aui etiã extra ꝓpositionẽ, quid negatũ & ifinitũ verbũ in propositione differant.

2. dubiũ. Nõ omne verbũ põt infinitari.

Quãdo verbũ à tempore absoluatur.

¶ De oratione, Enunciatione, vna, ac pluri: Affirmatione, & Negatione, ac contradictione.

CAP. IIII.

ORatio autem est vox significatiua, cuius partiũ aliqua significatiua est: separata, vt dictio, sed non vt affirmatio ✠ vel negatio, vt homo aliquid significat, sed non quod est aut nõ est, sed erit affirmatio vel negatio, si quid additum fuerit. Sed non hominis syllaba vna, neque enim in eo, quod est sorex, rex significat, sed vox nunc est solum. In duplicibus verò significat quidem aliquid, sed non secundum se, quẽ admodum dictum est.

✠ Est autem oratio omnis quidem significatiua, nõ autem sicut instrumẽtum: sed quemadmodum dictum est, secundum placitum.

Enũciatiua verò nõ omnis, sed in qua verũ vel est falsum est: nõ aũt in omnibus inest, vt deprecatio oratio quidem est, sed neq; vera, neque falsa. Cætera igitur relinquantur. Rethoricæ enim, vel poeticę cõuenientior est cõsideratio: enunciatiua verò præsentis est speculationis. Est autem vna prima oratio enũciatiua affirmatio, deinde negatio: alia verò oẽs cõiunctione vnæ. Necesse est autem omnem enunciatiuam orationem ex verbo esse, vel casu verbi, etenim hominis ratio, nisi addatur, aut est, aut fuit, aut erit, aut aliquid huiusmodi, nondum oratio enunciatiua est: quoniam vnum quiddã est, & non multa, animal gressibile bipes, non enim eo, quòd propinquæ partes dicuntur, vna erit: est autem alterius hoc tractare negotij. Est autẽ vna oratio enunciatiua, quæ vnũ significat, vel coniunctione vna: plures autem quæ plura,

TEXT. 1

✠ Mul. co. nũ habent vel negatio.

✠ a. l. addit in superioribus. 2

ca. 7. Metaphysi.

plura, & non vnum, vel inconiunctæ.

3. Nomen igitur, vel verbum dictio sit solum: quoniam non est dicere sic aliquid significantem voce, vt enunciare, vel aliquo interrogante vel non sed ipso sponte proferente.

4. Harum autem hęc quidem simplex est enunciatio, vt aliquid de aliquo: vel aliquid ab aliquo: hæc autem ex his cõposita, velut oratio quædam iam composita. Est autem simplex enunciatio, vox significatiua de cò ꝓ est aliquid, vel non est quemadmodum tempora diuisa sunt. Affirmatio verò est enunciatio alicuius de aliquo. Negatio verò enunciatio alicuius ab aliquo.

5. Quoniam autem enunciare est, & ꝓ est, non esse: & quod nõ est, esse: & quod est esse: & quod non est, non esse, & circa ea, quæ extra prẽsens, tempora sunt, similiter, omne vtique contingit, quod quis affirmauerit, negare, & qd̃ quis negauerit, affirmare. Quare manifestũ est ꝓ omni affirmationi opposita est negatio, & omni negationi affirmatio. Et sit hoc contradictio, affirmatio & negatio oppositæ. Dico autẽ opponi eiusdẽ de eodẽ, non autẽ ęquiuocè, & quę cunq; cætera talium contra sophisticas determinauimus importunitates.

¶ Oratio autem est vox significatiua, cuius partium aliquid, &c.

2. Finis & scopus huiꝰ capitis est explicare, quid enunciatio sit, & que eius species. In tres autẽ partes est diuisum, in prima explicatur genus enunciationis, nẽpe oratio quid sit: Secundo, quid enũciatio, & quotuplex. Tertiò, quę species enunciationis simplicis, & quomodo, inter sese habeant.

Circa primum, est definitio orationis: (vox significatiua, cuius partiũ aliquid est significatiuum separatum, vt dictio, non vt affirmatio.) In primis hic reperitur genus vox significatiua: quia cũ oratio sit composita, & non sit pars sicut verbum, poterat esse dubiũ, si genus nõ exprimeretur, cuius aliquid partiũ, idẽ est: ac cuius aliqua pars significat, vt dictio, non vt enunciatio.

In primis propter hęc verba Aspasius & Porphy. voluerunt hac definitionem non esse orationis in communi, sed simplicis: quia oratio composita, habet partes, quæ sint enũciationes. At ista sentẽtia videtur contra Arist. quia in hoc eodem capite, ponit enũciationẽ speciem orationis, & enũciationem rursus diuidit in simplicem, & cõpositam: quod fieri nõ posset, nisi eius genus comprehederet etiam orationes compositas.

Alexan. & Ammo. & S. Tho. asserũt hic etiam compositam orationem comprehẽdi: nam in composita sunt etiam dictiones, sicut in simplici.

Sed dices cur adiecit, & non vt affirmatio? respõdet Boet. in secunda editione ex Alexan. & Porph. quia aliquando dictio orationem etiã seu enũciationem significat, propterea adiecit illud verbũ vt ꝓ simplici dictione sumi significaret & hæc quidem est bona interpretatio.

Posumus autẽ aliter cõtextum hũc facilius, nec minus vere explicare: pro quo aduerte, quod in oratione tres possent partium modi cõcurrere, primum syllabę ipsæ, literę enim nõ partes, sed elementa dicuntur: secundo dictiones simplices, tertiò propositiones: & inter syllabas aliquando inueniũtur aliquæ significatiuæ, sed nõ vt syllabæ sunt, vt in hoc nomine sorex rex syllaba significare videtur.

Vult ergo Arist. orationẽ habere partes significatiuas, non partes, quæ sint enunciationes, nec partes, quæ sint syllabæ, sed quæ sint dictiones, & sensus est cũ oratio omnis habeat partes, quæ orationem constituunt, non sunt enunciationes, quamuis aliquando esse possint, nec syllabæ, etiamsi aliquando significare videãtur: sed partes, quæ sint dictiones, & tales dictiones: vt per se significent: ad excludendas partes nomi

Dubiũ.

1. sent.

2. sent.

3. sent. Triplices ad orationis cõstitutionem posunt partes cõcurrere.

Repõsio ad dubium.

nominis compositæ figurę, de quo superius diximus.

At quia nōdum explicuerat, quo pacto significaret oratio, addit, quod non significat, vt instrumentum sicut alij dicebāt, id est, naturaliter, sed ad placitū circa q̃ aduerte orationē aliquid habere naturæ, aliquid voluntarij, & ab instituto, sicut res artificiatę: v.g. cathedra nec tota est ab arte, quia lignū est à natura, nec tota est à natura, quia forma est ab arte: tamē simpliciter proferim9 esse ab arte: quia iudicum sumitur secūdum formam: ita oratio habet vocem à natura, tamen significationem, ordinationem dispositionē, & reliqua à volunt ate: propterea absolutè dicitur esse ad placitū, & nō à natura, & est instrumentum voluntarium, non naturale.

Oratio partim à natura, partim ab instituto aliquid habet.

2. ¶ Enunciatiua verò non omnis, sed in qua verum, &c.

Hæc est secunda pars: in qua Arist. mira breuitate multa dicit: primò insinuans diuisionē orationis in enunciatiuā, & non enūciatiuā: docet, enūciationem esse orationē, in qua est verū vel falsum reliquę autem nō sunt enūciatiuę, quarū vsus est Rhetorum, & Poetarū, sicuti vsus enunciationis est Dialectici.

Dialectica cur enūciationē solā contempletur.

Et huius ratio est, finis enim Dialecticī est indigatio veritatis, & argumentatio, quę huius instrumentum est: at veritas non nisi enunciatione significatur, nec argumētatio ex alijs, quàm ex enūciationibus coponitur, propterea enunciatio sola ad Dialecticum spectat.

Definitione posita ipsam enunciationem Arist. diuidit: ac primò in vnā principaliter, cuius species affirmatio, & negatio sunt, & in vnam coniunctione, diuidit. Explicat autem ex quibus oratio enunciatiua cōponatur, & quid sit vna enunciatio: dicit ergo enunciatiuā omnem componi ex verbo, aut casu verbi, intellige simul ex nomine, nam ex vno non fit compositio: exprimit autē hoc, quia nulla oratio, quantuncūque vna sit, enunciatiua dicetur, nisi habeat verbum: quod manifestat in definitione, definitio enim oratio est, & vna, nondū tamen enunciatiua est, quousq; sit verbū.

Dicet aliquis: definitio quomodo est vna oratio, scilicet animal gressibile, bipes? respondet nō esse vnam, quia simul & continuò proferatur: vel quia partes coniunctionem habeant Grāmaticalē: sed alia ratione, quam inquit, non esse præsentis loci, sed. 7. Metaph. ca. 12, vbi id tractat, sed nos dicemus postea.

Tandem explicat, quæ enūciatio dicatur vna, & distinguit: quædam est vna, quia vnum significat, vt homo est animal: quędam est vna, que coniunctione est vna, quāuis plura significet, vt homo est animal, & leo, vincit. Vnde ex opposito duplex est propositio, seu enunciatio, plures, & quæ plura significat, vt canis mouetur: vel nō vnū significat, vt Petrus & Paulus ambulāt: vel quæ sunt sine cōiunctione, vt homo est animal, Leo vencit, equus currit.

Potest etiam dici, ideo dixisse vnam propositionem plura & nō vnum significare, quia vniuocum aliquando significat plura, tamen vt conueniunt in vno & ita explicat Psellus.

¶ Nomen igitur, & verbum dictio sit solum, &c. 3.

Ne, dum dicit propositionem significare vnū, aliquis deciperetur, existimās significare vnum sicut nomen & verbum per se: hoc remouet, docens ista esse solū dictiones: nec significare vnum enunciatiuè: siue quis vtatur his respōdēdo alicui interrogationi, siue ex se proferat ea, nūquam enim simplici dictione enunciat quis, hoc est, quod dicit. (Non est dicere sic aliquid significātē vocem enūciare) id est, non est aserendum vocibus solum simplicius per se vtentem enūciare (vel aliquo interrogante, vel nō, verum: id est, sed ipso proferente) id est, siue interrogat9 respōdeat voce simplici, vel ipse, ex se ipso loquatur & proferat, nūquam voce simplici aliquis enūciabit, nisi aliquid subintelligat vt fit in respon

responsionibus, & in quibusdam vocib9 alijs, vt pluit, tonat, & similia, quę enūciant virtute alicuius intellectui.

4. ¶ Harum autem hæc quidem simplex est enunciatio, &c.

Hic cōtinet diuisio enūciationis in simplicē & cōpositā. Simplex vt homo currit cōposita, vt homo currit, & leo vincit.

Dubiū Solutio.

Dubitabis an ista sit eadem diuisio cū ea, quæ est in vnum & plures, & respondeo secundum Amm & Boe. & S. Th. nō esse eandē: non .n. est idē esse simplex & vnum, vt docet Arist. 12. Meta. c. 7. vnū enim opponitur multis, simplex aūt opponitur composito: vnde vnitas enūciationis vel pluralitas, considerātur, secūdum significationē dictionum enunciationis, & ipsius enūciationis. At simplicitas vel compositio secundum numerū dictionum, quæ sunt necessarię ad enūtiationem, vel abūdantes: potestq; esse plures, & simplex: vt canis mouetur: potestq; esse composita, & vna, vt animal, gressibile, bipes, mouetur, & hāc modo diuisionem Arist. assignat.

Vnde orationis vnitas, vel pluralitas, simplicitas, vel compositio sumatur.

Estq; simplex enūciatio, vt subdit Arist. (vox significās aliquid esse vel non esse de alio) id est habens simplex prædicatum de simplici subiecto: cōposita verò, quæ præter hæc superaddit, nempè habēs plura prædicata, vel subiecta, vel vtraque plura.

Dubiū 1. sent.

Vbi est dubium, an hic Arist. definiat simplicem enunciationem? Alex. enim aserit esse definitionem enūciationis, quæ æquiuoca est ad affirmationem, & negationē: ac propterea definitur per sua significata, quomodo definiri possūt omnia æquiuoca: nempe definitione nominis.

2. sent.

At S. Tho. & Ammo. nolūt esse illā definitionē sed diuisionē enūciationis in affirmationē & negationem & ratio est, quia iam supernus definita erat enūciatio: nempe oratio, in qua est verum vel falsum: sed ratio ista parū videtur firma cùm prius enūciatio in cōmuni definita fuerit, hic autem enunciatio simplex.

Propterea dico cum Boet. & Porph. istam esse definitionem enunciationis simplicis, scilicet est vox, quæ significat aliquid esse vel non esse de alio. 3. sen. cū respōsione ad dubium.

Datur autē talis definitio per ea, quæ sunt inferiorum specierum: quia nō est facilè propriā assignare differentiā, & vt dicit Boet. quo simul definiendo doiideret simplicem in affirmationem & negationem, quas definit, dicens, affirmatio est enūciatio alicuius de aliquo, negatio est enūciatio alicuius ab aliquo.

Vbi prępositiones sunt aduertendæ, nam (Ab) importat quandam separationem, quę fit in negatione. (De) quandā cōiunctionem, quę fit in affirmatione. An verò enūciatio sit genus ad affirmationem & negationem, vel æquiuocum dicemus postea.

¶ Quoniam autem enunciare est, & q̃ est, non esse, &c. 5.

Hic Arist. explicat, quomodo se affirmatio, & negatio inter sese habeāt, quæ est tertia capitis pars, & intēdit docere esse oppositas inter se: ad quod probandum ingeniose sumit duo. Alterū est: quadrupliciter contingit enūciare. Primò, quod est esse, id est, affirmare, quod est, quod fit in enunciatione vera, vt homo est animal. Secundò, quod non est, nō esse, id est, negare, quę nō sunt quod fit in negatione vera, vt homo non est. Tertio, q̃ est non esse, quod fit in negatiōe falsa vt homo nō est animal. Quartò, quod nō est esse, quod fit in affirmatione falsa, vt homo est leo.

Ex hoc fundamento sequitur alterū: omne quod affirmatur, posse negari, & contra: & hoc manifeste sequitur ex præcedēti, si enim nō affirmarē tur nisi quę sunt, & negarentur, nisi quæ nō sunt, nō omnis affirmatio habere negationem, nec è contra: cum igitur & quæ sunt, & quæ non sunt enunciare contingat esse, vel non esse, illud manifeste sequitur.

Ex vtroque autē sequitur negationē opponi affirmationi, & è contra: nō aūt quæcunque affirmatio cuicunque negationi

tioni opponitur, sed quando sunt ex eis dē extremis, & habent vniuocas dictiones, & reliqua, quæ sunt necessaria, quę explicuit. 1. Elench. capit. 4. propter sophistas.

QVAESTIO. I.
De oratione.

VT ordinē Arist. in disputādo obseruemus, de oratione oportet prius disserere, & quidem proposita eius diuisione duo dubitari possunt: Primum an omnis oratio ab Arist. hic definiatur, alterum an oratio sit genus enunciationis.

Quotuplex sit Oratio.

1. diuis. CIrca primū quotuplex oratio sit inquiramus. Laurētius Valla in sua Dialectica, orationem primò in plenā, plenioreē & plenissimā diuisit: vocat plenā orationē, quę solū partibus necessarijs cōstat, nēpe nomine & verbo, vt homo currit: vocat plenioreē, quę plures habet partes q̄ necessarias, vt syllogismus, at quę numeris omnibus absoluta est plenissima dicit, quales orationes Rhetoricę ista diuisio, quamuis bona sit, non tñ est prima, nec diuidit omnem orationem.

2. diuis. Oratio alia est perfecta alia imperfecta. Propterea Boet. diuisio amplectenda est, quē postea omnes ferè sequuti: quamuis ipse à Græcis eam diuisionē acceperit. Est igitur oratio duplex: perfecta, & imperfecta. Perfecta est, quæ perfectū sensum generat in animo auditoris: vocamus sensum sententiam ipsam: vocamus perfectū, non cui nō possit aliud adiūgi, sed q̄ facit intellectū quiescere, quantū ad apprehensionem alicuius rei, vocamus auditorē, aduertētē & intelligentem. Oratio verò imperfecta, est oratio imperfectū sensum generans, quales sunt orationes sine verbo, vel cum verbo, in quibus est coniunctio suspendens, vel relatiuum, qui, cum vno verbo, & aliæ similes.

Perfectę orōnis partitio

Oratio perfecta diuiditur ad Amm. in præfatione huius libri, & à S. Tho. tract. super hunc librū. ca. 3. in quinque partes, in enunciatiuā, vocatiuā interrogatiuam, imperatiuam, optatiuā, vel depredicatiuam: in prima inest verū vel falsum, in reliquis verò non.

Nota. Harum quatuor sufficientiam ponit S. Tho. inquit enim, homo potest comparari ratione alicui9 inferioris, vel ratione alicuius superioris, cum inferiori tripliciter se habet: vel vult illi9 mentē in se conuertere, & ad hoc vtitur vocatiua oratione: vel vult mentem eius sibi explicari, & vtit interrogatiua, vel vult, vt exequatur aliquod opus, & vtitur imperatiua, vel exhortatiua: cū superiori verò non nisi deprecatiua vel desiderativa vtitur, reliquæ ad has reduntur.

Dubiū Cur inter orationes sola enunciatiua verū vel falsū cōplectat.

Sed dices: quare in his non est verum vel falsum, sicut in enūciatiua? nota ex Boet. in homine duplicem potentiā, altera est intellectus, in quo sole inest verum, vel falsum, altera est appetitus, in quo inest bonum vel malum: enunciatiua solū vxplicam9 ea, quæ intellectu cōcipimus: propterea illi inest verū vel falsum, alijs omnibus explicamus ea, quæ habemus in appetitu, propterea nec verum nec falsum habent, quod si interdū enunciamus ea, quæ appetimus: id fit, quatenus eadem cognoscūtur ab intellectu: reddit etiā alia ratio potest, quia ab eo, quod res est, vel non est, enunciatio est, & dicitur vera vel falsa: sola autē indicatiui enūciat. quod aliquid sit, vel non sit, alię, non ita. Et hinc etiam est, quod illa sola perfectum generat sensum, aliæ minimè.

¶ An oratio in cōmuni hic definiatur ab Aristotele: an solùm oratio perfecta?

2. Opin. HIs igitur suppositis dubiū est, an oratio tā perfecta, quā imperfecta hic definiatur, an sola perfecta? Alber. tract. de enūciat one. c. 1. cū Philop. existimat solā perfectā hic definiri, est autē ratio Alber. quia sola perfecta est genę enūciationis, hic autē oratio considerat, vt est genę orationis: ratio verò Philop. est, partes non dicuntur, nisi respectu totius, sed oratio imperfecta nō est totum, totum enim perfectum est, ergo imperfecta non habet partes, & sic ei non competit definitio.

2. Opin. Alij, de quibus superius diximus, inter quos sunt Alpasius, & Porphyrius solam hic simplicem orationem definiri volunt.

3. Opin. Ofo in cōmuni accepta ab Aris. est definita. At verò opposita sententia est Boet. S. Tho. & aliorū, nēpè orationē in communi, vt includit tam perfectā, quàm imperfectam, simplicem, & compositā hic definiri, & ita est tenendū. Primo, quia definitio omni cōpetit orationi, vt patet, & suprà exposuimus: præterea quia hic definitionem vocat Arist. orationē, & vnā, quæ tamen est imperfecta oratio, cùm sit sine verbo.

Nec argumentum Albert. habet robur, quia nō solum oratio perfecta est genus enunciationis, sed etiam oratio in communi: habet enim se oratio ad enunciationem, sicut viuens ad hominem, est namque genus remotius.

Per genę remotū quando liceat definitionem extruere. Quòd si dicas, non licet definire, nisi per genus propinquum: dico id nō esse semper verùm: quando enim addimus differentias, quæ sunt ab illo genere vsq; ad propinquum, licet benè definire per remotum: vt si dicas, homo est viuēs sensibile, rationale, vt docet Aristot. 6. Topic. cap 3. loc. 27. ita illa differentia verum vel falsum secum habet, quòd sit oratio perfecta.

Partes in toto duplici se habēt modo. Ad illud Philop. respondet benè S. Th. partes in aliquo toto se habere dupliciter, aliquę primo sunt ipsius toti9, quales sunt illæ, quæ nihil aliud, quàm tale totū cōponunt, sicut caput, pectus, brachium, & similia cōponunt corpus: aliquæ nō primò totum ipsum componūt, sed per aliud, vt oculus, lingua, nasus, nō primò corpus ipsum, sed caput, & per caput corpus cōponunt: ita similiter lapides non primò domū, sed parietes constituunt: ex quo fit, vt partes non solum respectu totius perfecti, sed etiam imperfecti dicantur.

Solutio argumē. Hinc patet solutio, potest enim esse oratio imperfecta, & partes habere, nēpè illas, ex quibus primò oratio perfecta non componitur: vt Deus iustus, & bonus, est oratio, & tales partes, primò istam orationem componunt, & per eā componunt: aliquā perfectam: vt si addas miseretur peccatorum.

Ad illud Alpasij, supra respōsum est.

Patet igitur orationem in communi hic definiri ab Aristotele.

Dubiū. ¶ An ofo sit genus enunciationis. Dubitatur an oratio sit genus enunciationis? Quidam existimant non esse genus præsertim propositionis, quia propositio est in voce, mente, & scripto: at oratio non est, nisi in sola voce.

Solutio. Dico primò orationē non solum voce, sed in mente & scripto etiam reperiri, vt supra diximus de mente Boet. & Ammo. Dico secūdò: hic consideratur propositio, vt rem verè vel falsò significat, & vt cōceptus est manifestatiua, ac propterea enūciatio dicitur, hoc enim est enūciare, rei veritatem vel falsitatē manifestare: ideo huius genus optimè ponitur oratio, quæ autem sit propositio in mēte, primò Prior. c. 1. tradetur.

QVAESTIO. II.
De enunciatione.

¶ De nomine enunciationis.
Primò de nomine enunciationis.
Secundò de eius diuisionibus.
Tertiò quales diuisiones sint, est tractandum.

Eadē oratio, vt variè cōsideratur ita varia habet nomina. Circa nomē aduerte, multa nomina eādem orationem significare, diuersis rationibus: primò ofo, vt verū vel falsum significans, quatenus cōceptus & rei est manifestatiua, enūciatio & interpretatio dicitur, eadē quatenus in syllogismo, tanquā aliud probans sumitur, propositio, quatenus iam probata, conclusio, quatenus sub dubio ponitur probanda, si fuerit necessaria quæstio, vt vtrū homo sit risibilis? si probabilis, problema, vt parētes sint honorandi,

Universidad de Deusto Biblioteca

randi, nec ne? si apparēs & multiplex, sophisma, vt vtrū canis moueatur? quatenus adducitur ad obuiandum dictis alterius instantia, quatenus ipsi inniti tur, demonstratio, dignitas, postulatio, petitio, seu suppositio dicitur.

Et ita horum est vsus loquēdi apud Peripateticos, quanuis iam Neoterici quamlibet orationem significantem verum vel falsum, propositionem vocēt: tamen ista distinctio obseruanda est: propriè igitur talis oratio, vt hic consideratur, enunciatio dicitur.

¶ De diuisione enunciationis.

1. diuisi. Enūciationis. HAEC igitur enunciatio primo diuiditur in vnam & plures. Enunciatio vna est, quæ vnum significat, id est, vnicam complexionem, actu & potentia significat, vt homo currit. Triplex autem inuenitur enunciatio vna. Primò vna voce & significatione, quando est vna complexio in re & in voce, vt homo currit. Secundo vna re, sed nō voce, quando voces idem re significāt, vt animal: gressibile, bipes currit, illud enim subiectum vnicam rem significat. Tertiò vna coniunctione, vt quādo dicitur, homo currit, & leo vincit: nec ponimus cum Albert. vnam voce, sed nō re, quia talis est simpliciter plures, vt canis mouetur.

Enūciatio vna triplex est.

Enūciatio multiplex in quatuor mēbra diuidit. Propositio plures est, quę plura, & non vnum significat, quæ verba supra explicuimus. Est autē quadruplex propositio, seu enunciatio multiplex. Primò quādo sunt plures non cōnexæ formaliter, vt homo currit, leo vincit, Petrus studet. Secūdò quando est vna quidem voce, sed multæ re, vt canis mouetur. Tertiò, quando est cum multiplici subiecto non connexo, vt Petrus, leo, equus, mouetur, sunt enim tales multę non actu, sed potestate. Quartò, quādo id est à parte prædicati, vt homo est doctus, iustus, studiosus diligēs, sunt enim oēs hæ quatuor plures, cū vel formaliter, vel virtualiter plures cōnexiones absq; coniunctione significent.

Dubitatur quid sit enunciatio coniūctione vna? In hac parte neoterici multum ab antiquorum doctrina deuiant, idem enim per enunciationem coniunctione vnam, & per compositam intelligunt, quā vocant propositionē hypotheticam, dicunt autem propositionē hypotheticam quamcunq; enunciationem constantem ex pluribus enunciationibus principalibus, media aliqua coniunctione, siue sit copulatiua, siue disiunctiua, siue quacunq; alia. 1. sentē.

Antiqui verò hypotheticam vocabāt casualem, rationalem, conditionalem, enunciationē, vt refert Boet. super Topi. Cice. ex Eudemio, & Theophrast. & ratio est clara, qa hypothetica idē est, ac si latiuè dicas suppositiua, quasi propositio, in qua vna suppositа & data parte, pars altera sequitur, q nō in copulatiuis fit: & hoc idem docet Boet. in tract. de syllogism. hypot. vbi illas tres enunciationes cōmuniter vocat conditionales. Philop. addit etiam disiunctiuam constantem ex oppositis partibus immediatè, quia etiā in hac data vna parte sequitur altera, vt vel Petrus stat, vel nō stat, currit, vel non currit. 2 sentē. Hypothetica quā appellarit antiquorum

Ex hoc fit, vt hic per enunciationem coniunctione vnam, intelligatur conditionalis, quæ in illas tres diuiditur, & disiunctiua: & ista est sententia Ammo. & Boet. & Albert. magn. tracta. de enūciatione, cap. 2. & similiter Arabū, Auicen. & Algaxe. Vbi Ammon. copulatiuam non vnam appellandā censet, sed multiplicem, est enim vt manipulus ex multis congregatus.

At quanuis ista sententia sit tenēda, quantū ad hoc, q hypothetica propriè dicendæ sunt disiunctiua & conditionalis: existimo tamen hic per propositionē cōiunctione vnam non solam hypotheticā, sed etiam copulatiuam, & si quæ aliæ sunt, quarum partes quacūq; coniunctione sunt coniunctæ, esse intelligendum: cùm tales enunciationes nō solum habeant hoc, quòd in se multas 3. sentēt. quæ oratio coniunctione vna accipienda.

tas simplices concludant, sed speciale aliquid, quantum ad veritatem vel falsitatem præter simplices addant.

2. diuisi. Secunda diuisio est enūciationis ipsius in simplicē & compositā, hęc autē vt diximus superius, & docet Boet. in secunda editione, nō est eadē cum superiori, cùm possit esse simplex, & plures, vt canis mouetur: & vna, & cōposita, vt animal rationale, mortale currit: simplicitas enim propositionis consistit in hoc, q vnum simplex subiectū, & prædicatum habeāt, vt homo disputat: cōposita verò in hoc, q multitudinē in subiectis & prædicatis patiantur.

Vnde distinguitur composita, in eam quæ ex pluribus propositionibus fit, vt si lucet sol, est dies, & in eam, quæ ex pluribus subiectis vel prædicatis, vnū facientibus seu significātibus constat, vt animal rationale, mortale, est homo: & in eam quæ ex pluribus similiter subiectis vel prædicatis, non tamen facientibus vnum conficitur, vt homo, & leo, & equus currit, homo est iustus, sapiens, & diligens.

3. diuisi. Tertia est subdiuisio enunciationis simplicis in affirmationem, & negationem, vt supra explicuimus.

Dubiū. Quibus suppositis est dubium de diuisionibus his, quales sint: estq; aduertendum, has diuisiones esse secundum substantiā propositionis, scilicet, q fit vna vel plures simplex vel composita, affirmatio vel negatio, aliæ diuisiones sunt secundum accidentia, vt quòd sit vniuersalis vel particularis, & quidem de diuisione in vnam & plures, simplicem & compositam, omnes ferè conueniunt esse analogi in analogata.

Dubi. 2. At de tertia subdiuisione est dubiū an sit generis in species, vel analogi in analogata. Alex Aphrod. cuius meminit etiā Ammo. in proœm. huius libri. Et vt videre est apud ipsum in. 1. Prio. cap 1. & ibidē Philop. contra Alexād. & Duran. qui defendit Alexand. & sustinuit eandem sententiā. Sustinet esse æquiuocam enunciationem, ad affirmationē, & negationem: præcipua ratio hęc est: vbi prius est, & posterius, ibi est analogia, at affirmatio est prior negatione, ergo enunciatio est æquiuoca ad ea maior est clara, quia in vniuoco ratio est eadem: minor patet ex Aris. in hoc capite: vbi dicit, (vna prima enunciatio affirmatiua) vbi Boet. 2. Editione illud (prima) iūgit cū affirmatione: vt sit sensus: affirmatio est prior, deinde negatio, & expresè. 1. Poster. c. 21. vocat priorem affirmationē negatione: & probatur ratione, quia affirmatio est cōpositio, negatio diuisio, sed prior natura est cōpositio diuisione, ergo & affirmatio est prior negatione: præterea qa negatio est priuatio, affirmatio est habitus, sed habitus naturaliter prior est priuatione, ergo & affirmatio prior.

Opposita sententia est Porphyr. Ammo. Boet. Simpl. in prædica. quātitatis S. Thom. & aliorū: asserentiū talem diuisionē esse generis in species: propterea sit primò aduertendū: affirmationē quadrupliciter esse negatione priorē. Primo est prior, quia simplicior est, negatio enim fit ex affirmatiōe aliquo superaddito, & hoc est, q dicit Boet. affirmatio est prior negatione, id est, p latione, & Amm. dicit, est prior affirmatio simplicitate dictionis. Secundò est prior, qa notior, nullus enim cognoscit affirmationem per negationē, at negationem ipsam ex ipsa cognitione affirmationis cōsideramus, & hæc prioritas notionis ponitur ab Aris. 1. Poste. c. 21. Tertio est prior secundū rem significatam, vt dicit S. Tho. tract. super hūc librū, cap. 6. nā affirmatio significat rem esse, negatio non esse quanuis autē in particulari prius sit aliquid nō esse quā esse, tñ absolutè loquēdo, esse semper præcessit non esse: aliter nihil posset produci: propterea dixit Arist. 9. Meta. actus prior est potētia. Quarto dicitur prior secūdum intellectū, quia intellectus prius cōponimus, q est affirmare, quàm 1. Opin. Affirmatio negatione est quadrupliciter prior.

quàm diuidamus, quod est negare.

2. funda. Nõ vbique analogiam Logicã reperiri vbi sit prius & posterio

Est secundò valdè aduertendum, q̃ non vbicunq; est prius, & posterius, ibi est æquiuocatio, seu analogia Logica: dupliciter enim aliquid dicitur prius vel posterio, vno modo inuenitur inter aliqua inter secundũ q̃ vnum altero est perfectius, vel vnum virtualiter includit alterũ: quo pacto vna species altera prior est, vt homo leone, & quadrangulus triangulo, & binario trinarius: tale autem prius & posterius nõ aufert vniuocationem duorũ vel plurium in aliquo superiori, vt patet in exemplis assignatis, imò inter species generum talis ordo inuenitur.

Altero modo inuenitur prius & posterius in ipso superiori respectu inferiorũ, qñ eius ratio vni inest primo, & per ipsum altijs, vt sanũ dicit sanitatẽ, quæ primò est in animali, in vrina verò & medicina per ordinẽ ad animal: similiter inest ens substãtiæ, & accidenti, nõ sic aũt animal homini, & leoni, tale prius & posterius cõstituit analogiã, hoc aũt nõ inuenitur in enunciatione respectu affirmationis vel negationis, quanuis n. vna respectu alterius prior sit, vt diximus, tamẽ enunciatio primo illi inest, cùm æquè ipsa, & eius definitio de vtraq; prædicetur.

Est ergo vniuoca enunciatio sicut figuram, numerus animal, in quibus est eadem ratio, hæc doctrina est Simplic. in prædic. quãtitatis: & Ammon. in hoc cap. & Boet. & S. Thom. loco allegato, & est consideranda.

2. cõclu. Ex quibus patet enunciattonem simplicem esse genus ad affirmationem & negationem.

Ad. 1. ar. Nec argumentum Alexan. quicquã valet, non enim probat, nisi affirmationem esse priorem negatione, si ad inuicem comparentur, at si ad enunciationem referantur, non prius vna enũciat, & participet naturam enunciationis, quàm altera.

Dubiũ. Dices, esse affirmatiuã vel negatiuã videtur dicere qualitatẽ enũciationis, ergo affirmatio & negatio nõ differũt specie, sed qualitate, & accidenti, sicut homo albus, & homo niger, non differunt specie, vt dicitur. 10 Metap. c. 12.

Solutio. Dico esse affirmatiuã vel negatiuã, esse quidẽ qualitates enũciationis, sed qualitates essẽtiales, cõstituentes cum ipso genere species distinctas, quomodo differẽtiæ dici solent qualitates generis: pro quo aduerte, quod esse affirmatiuã vel negatiuã, non consistit in materia propositionis, aliter enim nõ constitueret speciẽ: sed in forma, nẽpe in compositione, quã verbum importat, & quia sunt diuersæ cõpositiones, affirmatio, & negatio, & diuersi modi enunciãdi, inde constituũt varias species, ac propterea negatio semper debet cadere supra verbũ, & non solũ supra significationẽ verbi, nam hæc non est negatio, homo est non currens.

Dubi. 2. Circa hoc caput occurrere posset dubium, cuius solutionẽ prætermisit Aristotel. ouare definitio cum plures partes habeat, dicatur vna? quod ipse. 7. Meth. cap. 12. docet.

Solutio. Partes ãfinitionis cõsusè totã naturã distinctè partem tantum explicant. Dico, & est aduertẽdũ singulas partes definitionis per se dicere totã naturam definiti confusè, vnã autẽ partem explicare distinctè, v. g. rationale dicit totã naturã hominis confusè, distinctè verò illã, vt principiũ ratiocinãdi est, animal dicit totã hominis naturã confusè, distinctè verò hoc, quo principiũ sentiendi est, & sic de reliquis: vñ definitio est cõflata ex pluribus, idẽ confusè significãtibus, sed singulis aliquid in eo distinctè experimentibus. Ideò dicitur vna, quia reuera idẽ dicit vnum, quod alterũ quantũ ad rem, sed nõ quãtum ad modum significãdi: qui modus non multiplicat orationem, cum vnitas & multitudo à re significante sumatur, & hanc doctrinam obserua.

Dubi. 3. Tandẽ dubitaẽ circa illa verba Aristo. (cõtradictio est affirmatio & negatio opposita) videt enim nõ esse verũ, nam etiam ad oppositionem contrariã & subcontrariã est necessaria affirmatio & negatio.

Solutio. Dico, quod cõtraria, & subcontraria oppositio non in sola negatione & affirmatione consistunt, sed in quãtitate etiã subiecti, quod vtraq; sit vel vniuersalis vel particularis, at cõtradictio per se in pura negatiõe & affirmatiõe, itavt si solam affirmationẽ, & negationẽ inspicias, remota, quantitate, est cõtradictio, ꝓpterea inuenit cõtradictio in singularib9 propositionibus, & in ipsis terminis, vbi nulla est vniuersalitas vel particularitas, quæ sunt quãtitates: propterea dixit cõtradictio est affirmatio & negatio, quasi formaliter in his cõsistat at qa nõ queũq; negatio affirmationi cuicunq; cõtradicit, ideò addit, opposita.

Nota. Quæ sint affirmationes negationes q; oppositæ. Quę aũt affirmationes & negationes oppositę sint, partim hic explicat, partim explicuit. 1. Elẽch. c. 4. est eñ oppositio vnius & eiusdem, nõ solum rei, sed rei, & nominis non synonymi, sed eiusdẽ ad idẽ, secundũ idem, simiiiter, in eodem tempore, id est, dicuntur constare ex eodem subiecto, & prędicato: dicuntur termini esse vnia oci, non synonymi sed idem prorsus: & dicuntur sumi secũdum idem: vnde nõ opponuntur hę enũciatiões, ista tabula est dupla, & ista nõ est dupla: si pri9 ad medietatẽ, posteri9 ad tertiam comparetur, quia nõ ad idẽ sic etiam quia non sunt secundum idẽ, ista non opponunt. Aethiops est albus secũdũ dentes, nõ est albus secundũ faciem: rursus quia non similiter, nec istæ opponũtur, Petrus currit velociter, nõ currit tardè. Et quia nõ eodem tẽpore & loco, non hę opponũtur, hęri legi, hodie non legi, tum extra pontem, nõ sum extra pontẽ, si vna hic, altera alibi proferatur, & hæc de hoc capite.

¶ Diuiditur enunciatio iuxta quãtitates notas. Enũciationũ oppositiones assignãt. recitaque ipsarum viritatẽ ac falsitatem regulæ tradũtur: at quæ sit vna affirmatio & negatio determinatur.

CAP V.

1. Sectio secũda secundum Græcos. QVoniam autem sunt hæ quidẽ rerum vniuersales, illęverò singulares (Dico autẽ vniuersale, quod in pluribus prædicari natum est. Singulare verò, quod non: vt homo quidem vniuersalium est. Calliasverò eorũ, quæ sunt singularia:) necesse est, quoque enũciare, quod inest aliquid, aut nõ aliquãdo quidẽ alicui eorũ quæ vniuersalia sunt, aliquando autẽ eorũ quę singularia † sunt.

✠. I. sunt siquidẽ in vniuersali.

Si ergo in vniuersali vniuersaliter enũciet quis † q̃ est, aut nõ est, cõtrarię enũciationes erunt. Dico autẽ in vniuersali enũciare vniuersaliter, vt omnis homo albus est nullus homo albus est.

2. ✠. I. qd est aliquidaut nõ erũt hæcõtrariæ enũciationes.

Quando autem in vniuersalibus, non vniuersaliter aũt † nõ sunt cõtrarię, quę autem significantur, est esse aliquando cõtraria. Dico aũt nõ vniuersaliter enũciare in ijs, quæ vniuersalia sunt, vt est albus homo: nõ est albus homo cum. n. vniuersale sit homo, nõ vniuersaliter vtitur enunciatione, omnis nãque non vniuersale significat, sed q̃ vniuersaliter.

3. ✠. I. hæ quidem nõ sunt cõtrarię

In eo verò quod prędicatur vniuersale id quod est vniuersaliter prędicare, nõ est verũ. Nulla enim affirmatio vera erit in qua cũ vniuersale sit prędicatum, vniuersaliter prædicatur, vt est omnis homo, omne animal.

4.

Opponi aũt affirmationẽ negationi dico cõtradictoriè, quę vniuersaliter significat idẽ, q̃ non vniuersaliter vt omnis homo alb9 est: nõ omnis homo albus est null9 homo alb9 est, aliquis homo alb9 est. Cõtrarię verò vniuersalẽ affirmationẽ, & vniuersalẽ negationẽ † vt omis homo iustus est, nullus homo iustus est.

5.

✠. a. I. vt omis homo alb9 est: nullus homo alb9 est.

De subiectis, & prædicatis enunciationum.

CVm in capite pręcedẽti negationẽ & affirmationẽ opponi inter se doceret, nũc de hac enunciationum oppositione disserere prosequitur, cum aũt oppositio & secundum quantitatẽ, & secundum veritatem, vel falsitatẽ enũciationũ cõstet, in hoc capite de quãtitate, quæ

quæ præcipuè in subiectis spectatur, in sequenti de veritate, & falsitate tractat.

Primò igitur hanc conclusionē cōstituit. Omnis enunciatio aut est de subiecto vniuersali: aut de subiecto singulari, siue affirmatiua, siue negatiua sit quātali syllogismo demōstrat: quoties enūciamus siue affirmatiuè, siue negatiuè rē de re enunciamus: sed omnis res vel vniuersalis est, vel singularis: ergo quoties enūciamus, vel de vniuersali, vel de singulari rē enunciamus: maiorē nō exprimit, minorē sub forma diuisionis ponit, eamque descriptione & exēplis illustrat, inquit.

6. ¶ Quoniam autem sunt hæc quidem rerum vniuersalia.

AC si dicat, quia res quædā sunt vniuersales, quædā sunt singulares: & nota, quòd dicit (quoniā) vt intelligas esse probationē à causa. Ex hoc enim, q res sint vel vniuersales vel singulares, & semper de re enunciamus, fit, vt enūciatio vel sit de subiecto communi, vel singulari.

Quæ dicat res vniuersalis.

Describit autem, quæ dicatur vniuersalis, & dicit Vniuersale est, q in pluribus prædicari aptum est, vt homo, animal, leo. Dicit autem (aptum est) quia non est necesse, si rem vniuersalē proferamus, quod actu eā de multis prædicemq. Sat erit, si ipsa aptitudo sit, vel vt S. Th. dicit, propter multa, quę actu nō habēt plura, de quibq prædicētur, sunt tamen vniuersalia, quia aptitudinē habent: vt sol, mūdus. Singulare est, quod non est de pluribus prædicari aptū, vt Socrates, Plato.

Dubiū. Dices. quare Arist. non dixit de prędicatis, quæ prædicata enūciare contingat? dico primò, quia quātitas propositionis non à prædicato, sed à subiecto sumitur, vnde ista prædicatio censetur singularis, Plato est animal, quāuis prędicatum sit vniuersale.

Quantitas ppositionū à subiecto sumitur nō attributo.

Dico secundo, quia ex doctrina præcedenti prædicamētorum constat, semper vniuersalia prędicari, reliquę enim sunt prędicationes indirectę vel impropriæ, æqua enim de æquis, vel superiora de inferioribus, nō autē inferiora de superioribus, nec singularia de se ipsis, propriè prędicātur, hac igitur de causa Arist. non prædicatorum, quæ iam determinata sunt esse vniuersalia, sed subiectorum meminit.

¶ Si ergo in vniuersali, vniuersaliter enunciet quis, quoniam est, &c. 2.

Circa illā partem, qua, de re vniuersali, aliquid vel affirmatiuè vel negatiuè enūciatur. Arist. timembrē diuisionē necessariā facit, & per singulas posteà partes procedit, ostēdendo, quo opponātur, & reliqua circa eas explicādo.

Tripliciter ergo de vniuersali affirmatiuè vel negatiuè enūciamus, primò de vniuersali vniuersaliter, vt omnis homo iustus est, nullus homo iustus est, secūdò de vniuersali, de neutro tamē vniuersaliter, vt homo iustus est, homo iustus non est: tertio de vniuersali, sed de vno vniuersaliter, de altero nō vniuersaliter, vt omnis homo iustus est, homo iustus nō est, vel nullus homo iustus est, homo iustus, nec aliter vllo modo enūciare contingit de vniuersali.

In omnibus autem his notat Ammo. semper intellige de affirmatione & negatione ex eodem subiecto, & prædicato: & cū reliquis circūstantijs, quę sunt ad oppositionem necessariē. De oppositis enim affirmationibus, & negationibus hic disseritur.

Accedit igitur ad primæ partis explicationē, & docet quoties de vniuersali vniuersaliter enūciamus affirmatiuè & negatiuè, tales sunt enunciationes contrariē, vt omnis homo iustus est, nullus homo iustus est. Exponit autē quid sit de vniuersali vniuersaliter enūciare, exemplo quodam: nempè, quando propositio signum aliquod vniuersalitatis habet, vt omnis homo albus est, nullus homo albus est.

Dubitat S. Tho. quare talis oppositio dicatur cōtraria, & respōdet subtiliter & be

Dubiū.

Solutio. Contrariæ dicūtur propositiones per similitudinē à rebus contrarijs acceptam.

& bene, vt etiā Amm. dici per similitudinem ad res, quæ contrariē dicūtur: illæ enim res contrariæ dicuntur, quæ maximè inter se distāt & secū pugnant, vt album maximè à nigro distat, & calidū à frigido, vnde media nō propriè extremis contraria sunt: cū ab eis nō distent maximè. At istæ propositiones maximè distāt, omnis homo albus est, nullo homo albus est. cū prior ponat omnia indiuidua hominis copulatiuè, at altera omnia etiā neget. Ista verò, nō omnis hō albus est, nō aufert omnia, significat enim aliquis homo albus non est, meritò ergo illa dicuntur contraria.

¶ Quādo aūt in vniuersalibus nō vniuersaliter, non sunt contrariæ, &c.

Hoc est alterum diuisionis mēbrum, nempè, aut enunciamus de vniuersali, non tamē vniuersaliter, vt homo albus est, homo albus nō est. explicat autem quādo de vniuersali non vniuersaliter prædicemus, nimirū quando dicimus, homo albus est, homo albus non est.

Quòd si dicas in his enūciationibus subijcit vniuersale, ergo vniuersaliter enūciamus, respondet hō, leo, animal, & similia subiecta significare quidē rē vniuersalem, sed nō cum hoc modo vniuersalitatis, quā significat ipsum signū omnis, nullus, & similia, hæc enim signa nō ipsum vniuersale significāt, sed ipsū vniuersaliter subijcit: q non aliud est, quàm denotare prædicatū, omni inferiori subiecti, copulatiuè, nullo dēpto inesse, vel ab omni eo remouerit: tales autem enūciationes asserit nō esse cōtrarias, quas nos vocamq subcōtrarias.

1. expos. Addit tū hæc verba de ipsis. (Quæ significantur est esse aliquādo contraria) qui locus satis est difficilis propter varias interpretationes, in primis Herminius, vt refert Boet. in. 2. edition. exponebat hoc pacto: istas subcontrarias aliquādo significare cōtraria, quia aliquando vna est vera, & altera est falsa, vt in materia necessaria, vel impossibili, vt homo est animal, homo non est animal. Sed ista reijcitur expositio, q a nondum quicquam de veritate vel falsitate dictum est.

Alexād. quē commendat & sequitur S. Tho. interpretabatur subcōtrarias aliquādo significare cōtrarias, quia in certa materia scilicet necessaria ęquivalent contrarijs, vt homo est animal, & omnis homo est animal, homo non est animal, & nullus homo est animal, non tamen in materia contingenti. 2. expos.

Tertia expositio habet profectò ęqle bres interpretes, nempe Porph. & Ammo. Pisel. & Boe. huiusmodi est. Pro quo no āt aliqua esse, quæ habēt cōtraria, aliqua carent contrarijs. Album enim calidū, par, contraria habēt, animal verò corpus, currit, ambulat, contraria non habent. Hinc fit quorundam negatio es importare contraria, quorundā verò non, vt non album, importat contrariū, nēpè nigrum vel medium, quod participat de contrario, non sanum importat ægrum. At non ambulat, nō animal, non importat contrarium. 3. expos.

Cùm igitur in his particularibus in vna affirmetur prædicatū, in altera negetur, & negatio aliquando importet contrariū, fit, vt aliquando tales enunciationes licet contrariæ non sint, eorū tamen significata contraria sint, vt homo est calidus, homo nō est calidus, ibi non calidus, dicit, quod sit frigidus, homo non est sanus, id est, est æger. Hoc autem dicit, ne existimemus cōtrarietatem prædicatorū, enunciaciones contrarias facere, & propter tantam expositorum authoritatem non mihi displicet hæc expositio.

Quod si dicas hoc etiam in cōtrarijs enunciationibus inest, respondetur, id verum esse, sed in istis particularibus hoc notatur, quia aliam contrariē atē non habent, quàm prædicatorum.

Ammo. ait, ppterea dubitasse in subcōtrarijs, q a in his est prædicatū negatum, id est, homo nō albus, sed hæc ratio nulla est, quia & in vniuersali negatur 4. expos.

tur prædicatum, nullus homo est albo, melius dicetur ꝙ in cõtrarijs dubium non erat, cũ cõtrariæ iam sint, at in his est dubiũ cum non sint contrariæ, posset enim quis arbitrari esse cõtrarias, quia significãt res contrarias, & nõ significare contraria cũ non sint contrariæ: propterea aũt vtrunq; esse, & esse non contraria, & significare aliquando contraria. Est alia expositio moderno-

6. expos. rũ sine dubio non spernenda, nẽpe hic Arist. loqui de enunciationibus, in quibus subiectũ est vniuersale sine aliquo signo nec vniuersali, nec particulari, quas inde finitas vocãt vt homo albus est, homo nõ est albus, & has dicit esse, seu aliquando fieri contrarias, nempe signis solum additis vniuersalitatis, omnis, nullus, quod nõ fit in singularibus, nec in particularibus: quæ signum habẽt particulare, hæc est expositio, quã sequitur Suesanus.

7. expos. Inter has omnes mihi placet expositio tertia Porph. & aliorũ: quanuis sub censura sanioris iudicij adderem: hunc locum hic nos posse cõmodius interpretari, vt loquatur de his, quæ subiectũ habent vniuersale, siue cũ signo particulari sint, vt aliquis homo est albus, aliquis homo nõ est albus: sine sine aliquo signo, vt homo est albus, quia sicut nec istæ sunt contrariæ, ita nec illæ, ac propterea Arist. loqtur negatiuè, scilicet, quæ sunt de subiecto vniuersali, nõ vniuersaliter nec dixit particulariter, vt vtrasq; intelligeremus, & qñ est cũ signo particulari, & sine aliquo signo, aliter enim diceret de vniuersali particulariter vel indefinitè, & sensus iste est, has ꝓpositiones nõ esse cõtrarias, tñ extremo, quæ per has enunciamus (aliquãdo est esse cõtraria) id est, contingit enũciare cõtrariè, vt homo est albus, homo non est albus, aliqs hõ est albus, aliquis hõ non est albus. Eadem significata & eandẽ rem, quã non contrariè enũciaui per illas, possũ aliquãdo cõtrariè enũciare, nẽpe si vniuersaliter proferam, per hoc enim quod vniuersaliter, vel particulariter, seu indefinite dico, non aliã rem, sed alio, & alio modo enũcio. Ac propterea dicit, (quę significantur) vt non de ipsis enũciationibus intelligas, quod possunt fieri cõtrariæ, sed de rebus significatis, quę modo contrariè, modò non contrariè enunciari valent: quam expositionem existimo maximè textui consonam.

¶ In eo verò, quod vniuersale prędicatur, id quod est vniuersalit er, &c.

Hic dubiũ Arist. aufert, posset enim quis dubitare in propositionibus cõtrarijs affirmatiuis, an sit addẽda vniuersalitas etiã prædicato, nam in negatiuis prædicatũ vniuersaliter dicitur virtute negationis omnia distribuẽtis, at in affirmatiuis prędicatũ est quidẽ vniuersale, sed nõ vniuersaliter dicitur: propterea dubiũ est, an vniuersalitas sit addẽda: & hãc expositionẽ aduerte, non enim loquitur de negatiuis, sed de affirmatiuis: in his enim prædicatũ vniuersale est, sed nõ vniuersaliter dicit.

Respondet igitur Aristo. id non esse faciẽdũ, cuius ratio est, quia esset enunciationẽ affirmatiuã, in omni materia falsam facere, cũ semper sit affirmatio falsa, in qua affirmatur prædicatũ vniuersaliter, de subiecto vniuersaliter, vt omnis homo omne animal est.

Et reputat Arist. inconueniẽs genus de speciebus, & superius de inferioribus vel æquale de æqualibus falso affirmari, cùm etiã negatio falsa sit, & tunc in materia necessaria vtraq; esset falsa, & affirmatio & negatio, vbi aduerte Aristo. loqui de propositionibus, quæ in disciplinis vsu veniunt, non de alijs portentosis, quæ confingi possent.

Nec est recipiẽda docto. Boe. & Leui. in suis annotationibus super Auer. qui asserunt, signum vniuersalitatis posse, vel addi prędicato superiori, vt homo, seu omnis hõ est omne animal: & tunc est falsum hoc affirmare, vel posse addi prædicato, æquali, vt omnis hõ est omne rationale, & tunc est superfluum: hoc non placet: immò semper est falsum, vt hic docet Aristotel. & recipit Alber. tracta. de oppo. cap. primo, & S. Tho. quia sensus esset, hic homo est omne rationale, & hic homo est omne rationale, & ita de cæteris. Siquidem omnis accipitur distributiuè, quę singulę particulares essẽt falsæ, & ita tota vniuersalis falsa. Quia cũ nullus homo sit omne rationale: nec omnis homo erit omne rationale. Quòd si in alio sensu acciperẽtur illæ voces distributæ vniuersaliter, nõ quasi destributę, sed acceptione, vt Dialectici vocãt, simplici, verũ esse: dicere, omnis homo est omne rationale. Nã sensus esset idẽ est, re ipsa, omnis homo, & omne rationale. Sed si distributiuè accipiãtur, sensus est falsus, vt diximus.

¶ Opponi autem affirmationem negationi dico, &c.

Hoc est tertium diuisionis membrũ, in quo Arist. proponit ea, quę de vniuersali altero dicuntur vniuersaliter, de altero verò vniuersali, nõ vniuersaliter, vt omnis homo albus est, nõ omnis homo albus est, vel vt negatiua sit vniuersaliter, nullus homo albus est, aliquis homo albus est. illud enim nõ omnis locũ parricularis habet nẽpè aliquis nõ tales autẽ enunciationes docet esse contradictorias, cõtrarias verò, quãdo vtraque est vniuersalis, vt omnis homo est albus, nullus homo est albus. hæc continentur in hoc capite.

Semper est propositio falsa, in qua attributũ, vniuersaliter de subiecto vniuersaliter accepto dicitur.

QVAESTIO.

De diuisione rerum, qualis scilicet sit talis diuisio.

Dubiũ. DVbium posset alicui esse, qualis diuisio esset hæc rerum quædã sunt vniuersales, quædam particulares, seu singulares: nam videtur hic Arst. admittere res aliquas existẽtes vniuersales, quod tamen ipse negat expresse cõtra Plato. 7. Meta. cap. 13.

Solutio. Ad quod fecilè est respõdere ex his, quæ superiꝰ diximus in materia vniuersalium super Porphy. diximus enim rerum naturas nõ existere vniuersales, secundũ se, sed quatenus ab intellectu nõ consideratis indiuiduis, & inferioribus apprehenduntur, dicũtur vniuersales, quatenus verò cum ipsis accidẽtibus & singularibus sunt, sunt singulares, vt natura humana de se nec est vniuersalis, nec singularis, sed vt ab intellectu non cõsideratis indiuiduis percipitur, sit vniuersalis, vt autem in ipsis indiuiduis est & cognoscitur, dicitur singularis: vnde esse vniuersalẽ vel singularem, accidit rei, alterum per intellectum, alterũ a rebus ipsis. Vnde meritò dici debet ista diuisio subiecti in accidentia.

Rerum naturæ secundũ se nõ existunt vniuersales sed hoc intellectu cõsequũtur.

Est autem hic notandum vnum, quod res nõ habet esse vniuersalis, nisi respectu intellectus, at esse singulare à reb habet, & inde ab intellectu cognoscitur singularis, quando cum talibus accidẽtibus iudiuiduis cõsideratur: intellect ergo vtrunque cognoscit, & rem vniuersalem & singularem, sed cũ discrimine: nam cognoscit vniuersale, & ipsam rem vniuersalem facit, at cognoscit singularem rem, sed non facit.

Nota.

Hinc sequitur, quod dicit Ammo. & S. Tho. cum hic non de rebus secũdum se, sed vt vocibus significãtur, tractetur & nõ possint res vocib significari, quin primò cognoscãtur, fit, vt qa res in vniuersali, & in singulari cognoscuntur, ita etiam voce significentur: acideò ista diuisio rerum, in ordine ad intellectũ prima fit, quia res & in vniuersali, & in singulari cognoscit, ac deinde, in ordine ad voces significantes id, quod intellectu comprehendimus.

Nota.

Est aũt hic notanda doctrina S. Tho. q̃ tradit in præsenti, & tractat de enũciatione c. 7. & 8. nã aliqua res. vig homo, potest dupliciter cõsiderari, vel vt est in intellectu obiectiuè cognit, vel vt est in ipsis rebus & singularibus existens: si modo priori consideretur, acquirit ptę dicata

Res quę duabus modis po est spectari

dicata in duplici differētia, quædā conueniunt ei à tali operatione intellectꝰ vt quod sit vniuersale, quod sit prædicatum, subiectū, species, & similia, quæ dicuntur prędicata secundę intentionis: quędam alia cōueniūt, ei, quatenus est res, quę velut vna cōsideratur, ac si per se existeret, vt quādo dicimꝰ, homo est dignissima creatura inferiorem, homo est creatꝰ ad vitam ęternā, homo redēptus est: & ista prædicata sunt realia.

Altero modo potest homo cōsiderari vt est in rebus, & tunc acquirit prędicata in duplici etiā differentia, quędā ei secundum naturam suam competūt, vt homo est animal, rationalis, risibilis, viuens, quædam ei proueniunt ab indiuiduis, in quibꝰ est, vt homo currit, homo legit, scribit, est doctus.

Est autem inter hæc discrimen, nam priora prædicata, cùm ei secundum naturā competant, semper insunt, & vbicunq; natura talis est, ibi & talia sunt prædicata, & cū natura in omnibꝰ sit in diuiduis, etiā sunt ibi talia prędicata: at vero alia prædicata cùm ab indiuiduis ei proueniūt, & non semper indiuiduis idē insit, ideò de natura nec vniuersaliter, nec semper prædicantur.

Nota. 4. Signa quærsū sint inuēta.

Et ex hoc, ad distinguendum, quādo naturæ aliquid, vt in omnibus est cōueniat, inuēta sunt signa tam affirmatiua quàm negatiua, omnis, nullꝰ, & similia. Ad denotandum verò, quādo nō omni ex parte naturę competat aliquid, inuēta sunt signa particularia, aliquis, aliquis nō: imò quādo volumus ostendere quod aliquid naturæ ab aliquo certo in diuiduo proueniat, vtimur signo demōstratiuo: quāuis vniuersale, cum signo particulari, & sine vllo signo, æquipolleat: & de similibus prædicatis Arist. loquitur in præsenti, quę rei, vel secundū naturā vel ab indiuiduis cōpetūt: in his n. licet subiecto signū aliquid addere.

Nota. 5. Singula si tri-

Similiter est notandū, quòd singulari triplex prædicatū cōpetit: primū vt ab intellectꝰ cognoscitur, & sic dicimus: Petrus est indiuiduum: alterū natura speciei, Petrus est animal: tertium à sua propria & singulari cōditione, & sic dicitur, Petrus currit, studet, legit, &c. hęc sufficiant pro his prædicatis & pro declaratione diuisionis.

plex attributū cōueniat

¶De regulis oppositarū enunciationū. Cap. VI.



TEXT. 1 De regulis oppositarum propositionum, 2.

QVocirca has quidem impossibile est simul esse veras: his verò oppositas contingit aliquando in eodem simul esse veras, vt non omnis homo albus est, & aliquis homo albus est.

Quæcunq; igitur contradictiones vniuersalium sunt vniuersaliter, necesse est alterā esse verā vel falsam: & quęcūque in singularibꝰ sunt, vt est Socrates albus, nō est Socrates albus. Quæcūq; aūt in vniuersalibus quidem nō vniuersaliter aūt non sēper hęc quidē vera est illa verò falsa est, simul n. verum est dicere, ꝙ est homo albus, & quòd nō est, homo albus, & est homo pulcher, & nō est homo pulcher, si enim turpis est est pulcher, si sit aliquid, non est.

Videbitur autem subitò inconueniēs esse, idcirco quoniā videtur significare idem

3

idem, hoc, non est homo albus, & hoc nullus homo est albus, hoc autem neq; idem significat, neq; simul necessariò.

Manifestū est autem, ꝙ vna negatio vnius affirmationis erit: hoc enim idē oportet negare negationem, affirmatio affirmauit, & ab eodē vel ab aliquo singulariū, vel ab aliquo vniuersaliū, vt vniuersaliter, vel vt non vniuersaliter: dico aūt vt est Socrat. albus nō est Socrat. albus. Si autē [aliud aliquid ab eodē, vel ab alio idē, non est opposita, sed erit ab ea diuersa. Huic verò, quæ est, oīs hō albus est, illa, quæ est nō oīs hō albus est. Illi verò, quæ est, aliquis homo albus est, illa quæ est, nullus hō albus est. Illi aūt quæ est, est homo albus, illa quæ est, nō est homo albus.

[a. l. aliud vel ab ali. idem nō eodem.

5 Quòd igitur vna affirmatio vni negationi opponitur cōtradictoriè, & quę sunt hæ dictum est, & ꝙ contrarię alię, & quæ sunt illæ, dictum est, & quòd nō omnis vera vel falsa cōtradictio, & quare & quando vera vel falsa.

6 ¶Quo circa has quidem impossibile est, &c.

Modo Arist. de his enunciationibus oppositis determinat, qualiter se ad veritatem & falsitatem habeāt: ac primū de contrarijs infert, cùm de vniuersali vniuersaliter enūciēt, simul veras esse nō posse, vt omnis homo est iustus, nullus homo est iustus, nulla ratione simul veræ esse possunt, cùm impossibile sit idem prædicatū vniuersaliter affirmare & remouere ab eodē verè: ac inde ista verba sunt legēda, vt illata ex his, quæ dixerat in fine præcedentis: omnia enim hæc sub vno contextu sunt.

Contrariæ propositiones possunt simul esse falsæ.

Huic possumus addere: cōtrarias posse simul esse falsas, vt omnis homo est albus, nullus homo est albus, vtroq; modo est falsa, & in hoc assimilatur qualitatibus cōtrarijs, hæ. n. simul idē subiecto inesse non possunt, ab eodem tā remouentur: vt vni corpori inesse calidum, & frigidū, simul possibile non est, tamen esse aliquod corpus, ꝙ nec calidum nec frigidum sit, fieri potest; nempè cælum, ita similiter cōtingit in his, non posse simul esse veras, falsas tamē nil prohibet.

Subdit autem Arist. oppositas cōtrarijs, nempè particulares, simul posse veras esse, particulares enim sunt contradictoriæ contrarijs, vt aliquis hō est albus, aliquis homo non est albus, hæ simul verę sunt, quæ tamen contradicunt contrarijs, aliquis enim homo est albus, cōtradicit huic, nullus hō est albus, aliquis verò homo non est albus, huic omnis homo est albus, quæ duæ vniuersales sunt contrariæ.

Huic adde particulares in nulla materia posse esse simul falsas, in cōtingēti quidem simul veræ possunt esse, & in hoc habent se opposito modo ad contrarias quæ simul veræ esse nō possūt, possunt tamen simul esse falsæ.

Subcontrariæ nullomodo possunt esse falsæ. 2

¶Quæcunq; igitur cōtradictiones vniuersalium sunt vniuersaliter, &c.

Hic de contradictorijs modo loquitur: & est aduertendū, quòd constituit triplex genus contradictoriarū: primū quando sunt de subiecto vniuersalis in vna vniuersaliter sumpto, vt omnis homo est albus, aliquis homo non est albus, secundum singularium, vt Plato legit, Plato non legit: infimum genus est de vniuersali signo, quas nos indefinitas vocamus, vt homo albus est, homo non est albus.

Triplex cōtradictoriarū propositionū ab Arist. ponit gen.

Et primū quidē ac secundum genus cōtradictoriarum, docet sic se habere, vt necessariò altera sit vera, altera falsa: impossibile est enim simul esse veras, aut falsas: at tertiū genus nihil prohibet sic se habere, vt aliquādo vtraq; sit vera: vt istæ possūt esse veræ, homo est pulcher, homo non est pulcher, homo est albus, homo non est albus: quod probat de primis, pōt enim esse ꝙ sit homo pulcher, & ꝙ sit homo turpis, & verum sit simul vtrunque dicere, tunc sic arguitur, hō est turpis, est simul vera cum hac homo est pulcher, sed ista,

homo non est pulcher, est eadẽ cũ hac: homo est turpis, ergo simul veræ sunt, homo est pulcher, hõ non est pulcher, probat de alijs, hõ est albus, potest esse vera cũ hac, homo sit albus, si vnus iã sit albus, alter fiat, sed ista, homo non est albus, stat simul cũ hac, homo fit albus, nã quod fit, nõ est, ergo simul verę sunt, hõ est albus, homo nõ est albus.

3 ¶ Videbitur autem subiecto incõueniens esse, &c.

Remouet dubiũ quorundã aſserentium, homo non est albus, esse idem cũ hac, nullus homo est albus, q̃ si ita esset, non essent simul veræ, homo est albus, & hõ nõ est albus, sicut nec istæ hõ est albus, nullus homo est albus: quæ sunt contradictoriæ primi generis.

Ad hoc respondet Arist. non idẽ significare illas duas, nam vna enunciat vniuersaliter de subiecto, scilicet nullus homo est albus, altera non vniuersaliter, scilicet homo nõ est albus; atq; idem significat, neque simul necessariò, id est, potest esse falsa illa, nullus homo est albus, vt modo fit: est enim falsa. Illa autem est vera, homo non est albus: nam Aethiops homo est, qui tamen non est albus.

4 ¶ Manifestum est autem, quoniã vna negatio, &c.

1. expos. Omnes ferè expositores in hoc conueniunt, vt in his verbis Arist. doceat, vnius affirmationis vnam esse negationem, eo, quia ex præcedentibus posset quis de hoc dubitare cùm huic enunciatiuæ affirmationi, omnis homo est albus, opponantur duæ negationes, nempe, nullus homo est albus, & non omnis homo est albus, docet autẽ modo vni affirmationi vnã opponi negationem tãtum, in eodem genere oppositionis, & ita declarat Magentius, & Psellus, & addit Albert. si quando euenit multas negationes opponi vni affirmationi, in eodem genere oppositionis, tunc illæ sunt æquipollentes.

Hæc autem expositio, quanuis doctrinam veram contineat, videtur præter mentem ipsius Aristo. nec vlla ratione cum verbis quadrat, cùm manifestè de sola oppositione contradictoria hic loquatur: quæ in tres gradus est diuisa, vt superius diximus.

Propterea cum Boet. sic mihi videntur ista verba continuanda, vt sit quædam alia ratio ad probandum has enũciationes, homo non est albus, & nullus homo est albus, nõ esse idem: ratio est huiusmodi vni affirmationi, vna sola negatio contradicit: sed hæc, homo non est albus, contradicit huic, homo est albus, hæc autem nullus homo est albus, contradicit huic, aliquis homo est albus: ergo non sunt idem: aliter illa affirmatio homo est albus, vel aliquis homo est albus, quæ sunt diuersæ, haberent duas negationes, vel si vna negatio esset, vna negatio duabus affirmationibus corresponderet. 2 expos.

Maiorem probat ratione & exẽplo ratio est, quia negatio contradictoria debet id solum negare, quod affirmatio affirmabat, ergo vnius affirmationis vna est negatio, exemplis manifestat & est inductio quædã exẽplaris, nã huic Socrat. est albus, contradicit Socrates non est albus: similiter in vniuersalibus vniuersaliter, huic, omnis homo est albus, hæc non omnis homo est albus, vel æquiualẽs, aliquis homo nõ est albus, & illi, aliquis homo est albus, illa, nullus homo est albus, ac si diceretur, nec aliqs hõ est albus, similiter & isti, hõ est albus, ista homo non est albus, quando enim aliud prędicatũ in vna, aliud in altera enunciamus, non sunt oppositæ, vel q̃ idem prædicatum in vna de vno subiecto, in altera de altero enũciamus, similiter nõ sunt oppositæ: & hinc fit, hãc, nullus homo est albus, non opponi huic, homo est albus, quia illa negat aliud subiectũ, nẽpè aliquis homo, cum idem sit, nullus, & nõ vllus vel aliquis: & hęc interpretatio est maximè obseruanda.

Sed

Nota. 1. Propositio indefinita & particularis q̃d discriminis habeant.

Sed tota hæc ratio pendet ex cognitione discriminis inter propositionem particularẽ, & indefinitam, nempe aliquis homo est albus, homo est albus, & in primis non differunt quantũ ad veritatem vel falsitatem, nam quoties verũ est, enunciare indefinitè, verum est enũciare particulariter, ad vtriusque autẽ veritatem sufficit vnius inferioris veritas, vt autẽ in hoc cõuenire certum est, ita etiam in hoc differre est manifestũ, quod particulares iam habẽt quantitatem determinatam, at indefinitæ sunt indifferentes, & ad vniuersalitatem, & ad particularitatẽ, ac propterea indefinitè, id est, interminatè dicuntur.

Est aliud discrimen valdè notandum, quod signum particulare ad litum vniuersali, iã ipsum ad aliquod indiuiduũ, & ad vnum determinat, quamuis nõ distinctè illud manifestet: vt qui dicit aliquis homo, vnum dicit singulare, quamuis, quod sit non determinet: ac ideò dicitur determinatũ vniuersale, quasi iã ad singulare vnum sit limitatum: at vniuersale sine signo ex significatione enũciationis, non est limitatum ad singulare, nec ex modo enunciandi: quamuis quo ad veritatẽ enunciationis sit limitatum, quia ad eius veritatem sufficit vnum singulare, sed ibi est totum vniuersale.

Particulares, p̃positiones quãdo non sint oppositę.

Ex quo sequitur has enũciationes, aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus, quando diuersa indiuidua demonstrantur, esse quidem veras, sed nõ oppositas: vt doctè concedit S. Tho nec Arist. eas vocauit oppositas, sed oppositas contrarijs, non autẽ inter se. At hæ homo est albus, homo non est albus: & si sub subiecto diuersa singularia sumas sunt oppositę: quia variatis singularib9 nõ mutatur vniuocatio subiecti vniuersalis: q̃ illa omnia sub vnico conceptu significat: sicut mutatur vniuocatio huius aliquis homo, quia hoc tenetur pro singulari, & eo variato sit equiuocatio, & impeditur oppositio, sicut in his Alexander est rex. Alexander nõ est rex, si in vna regẽ, in altera philosophũ intelligas, hoc est ex modo enũciationis, quãuis iam Dialectici considerantes tã particulares, quam indefinitas quãtum ad veritatem esse idem, vtrasq; subcontrarias vocent, sed tamen aliter secũdum Arist. est dicendum: quæ omnia ex acto iudicio perpendit.

¶ Quoniam igitur vna affirmatio, vni negationi, &c. 5

Hic resumit ea, quæ dicta sunt: nẽpè vnam negationem vni affirmationi cõtradicere, & quot gradus cõtradictoriarum sint, & qui sint: dictum est: similiter alias oppositiones esse cõtrarias, & quo pacto non omnes contradictoriæ sint veræ, vel falsæ, sed quæ sunt ex primo & secundo genere, & quod tertij generis cõtradictoriæ non necessariò verę, vel falsæ sint, & quare.

Vbi vides Aristo. nõ ponere nisi duas oppositiones contrarias, & contradictorias: & sub contradictorijs includit tres gradus: nempè contradictorijs communiter dictas & indefinitas, particulares verò ab oppositis reijcit.

¶ De affirmatione & negatione vna. Cap. VII. 6.

TEXT. VNa autem affirmatio & negatio est quæ vnum de vno significat, vel cũ sit vniuersale vniuersaliter, vel non similiter, vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est: est homo albus, non est homo albus: nullus homo albus est, aliquis homo albus est: si albũ vnũ significat. Si verò duobus vnũ nomẽ positum est, ex quibus nõ est vnum, nõ est vna affirmatio, neque vna negatio: vt si quis ponat hoc nomen tunica, homini, & equo, quòd tunica alba est, hæc nõ est vna affirmatio, nec vna negatio. Nihil enim differt hoc, qui diceret, quòd est homo [equus albus: hoc autem nihil differt quàm dicere est homo albus, & [a. l. addit &.

R 4 est

Universidad de Deusto Biblioteca

est equus alb9. Si ergo hæ multa significant, & sunt plures, manifestũ est quod & prima, vel multa, vel nihil significat, neq; enim est aliquis homo equus. Quare nec in his necesse est hanc contradictionem veram, illam verò falsam esse.

Cùm vnam negationem vnius affirmationis esse oppositam docuerit, optimo consilio in hoc capite, vt Ammon. tradit, quid affirmatio vna, & negatio vna sit, ostendit.

Est autem vna negatio, vel vna affirmatio, quæ vnum de vno significat, id est vnum, ac vniuocum habet subiectum similiter & prædicatum, vt homo est albus, omnis homo est albus, null9 homo est albus. Ostẽdit aũt vniuocũ oportere esse prædicatum, dum dicit, si albus vnũ significat, id est, si vniuocũ sit, non quod non sit vniuocum, sed vt ostendat necessariam esse vniuocationem prędicati, si militer est necessaria vniuocatio subiecti, & hoc ostẽdit, dum dicit, si tunica significaret idem, quod hę duę voces, homo & equus, tũc tunica est alba, vel nõ est alba, nec esset vna negatio, nec affirmatio, sicut nec ista, homo, equus, est albus, nam ista æquiualet istis, homo est albus, equus est albus, absque vlla coniunctione.

Nam quãuis in textu sit cõiunctio scilicet homo est albus, & equus est albus talis coniunctio est cõtinuatiua sermonis, non constitutiua propositionis coniunctæ.

Quod aliqui non aduertentes dixerũt æquiualere hãc, tunica est alba, illi, homo est albus, & equus est albus, quantũ ad multiplicitatem propositionum, sed non quãtum ad veritatem, quia tunica est alba, est vera, si vnum significatũ est verũ, at coniuncta pendet ex vtriusque partis veritate.

Sed hoc prorsus est præter mentẽ Arist. non enim illa est cõiunctè sumẽda, sed tanquam duę enunciationes inconnexæ, & tunc in omnibus sunt æquiualẽtes, & vtraq; est plures, tam tunica est alba, quam iste homo est albus, equus est albus, & hoc patet ex illa, quam sine cõiunctione sumpsit, nempe homo, equus est albus, non ergo illud (&) sumẽdum est, nisi vt sermonis particula continuatiua.

Hinc docet quando negatio vel affirmatio non est vna, sed æquiuoca, nõ esse necesse affirmationem & negationẽ esse veram vel falsam, sicut nec in cõtradictorijs de subiecto vniuersali, nõ vniuersaliter sumpto: quę possunt esse veræ, ita & istę, Petr9 currit, Petrus nõ currit, si pro pluribus sumatur subiectum & hæc est expositio communis.

Sed mihi videtur aliquid amplius præter hoc Aristotelem velle docere: videlicet, Nõ solum quid sit vna affirmatio in se, & quid negatio vna in se, sed quid sit vna affirmatio, & negatio simul, vt vnitas cadat super vtramque simul: & dicit vnam affirmationem & negationem esse, quæ significant vnum de vno, id est, eodem prædicato, & subiecto participant, & pro eodem sumpto: vt quod altera affirmat, idem prorsus altera neget. 2. Expositio.

Et hoc patet, nã tunica est alba, tunica non est alba, non vocat Arist. vnã affirmationem & negationẽ: si in vna pro equo, in altera pro homine sumatur, & tamen constat, vtrãque per se esse vnã, quia æquiuocũ pro vno significato est vniuocũ, sumitur igitur hic Arist. vtranque simul docet, vt participent eodem subiecto, & prædicato.

Vnde si dicis, omnis homo est albus, eius negatio idem subiectũ habebit, nõ omnis homo est albus, hic enim de contradictorijs loquitur: & si dicis aliquis homo est albus, negatio erit, nullus, id est, nec aliquis homo est albus.

Et ex hoc apparet solutio dubij præcedẽtis, ista n. homo est albus, habebit hanc, homo non est albus, non hãc, nullus homo est alb9, est illius, aliquis homo est alb9 Solutio dubij.

quæ

quæ aliud habet subiectum.

Nota. Et considerat in subiecto numerat etiam signum quantitatis, & ex hac expositione nostra, facilis est cõtextus, & exẽpla Arist. manifestantur, quæ per contradictoria dantur, & hoc est obseruandum circa hoc caput.

Quo pacto in futuris cõtingentibus cõtradictionis regula veritatẽ habeat.

Cap. VIII.

TEXT. 1. IN ijs ergo quæ sunt, & quę facta sunt necesse est affirmationẽ vel negationem veram esse vel falsam. Et in vniuersalibus quidẽ vt vniuersaliter, semper hanc quidem veram, illam, verò falsam esse, & in ijs, quæ singularia sunt, quemadmodum dictum est. In vniuersalibus autem, quæ non vniuersaliter dictæ sunt, non necesse est, dictum est autem & de his. In singularibus vero & futuris, non similiter.

2. †a l. sienim hic quidam dicit. Nam si omnis affirmatio & negatio vera vel falsa est: & omne necesse est esse vel non esse, † quare si hic dicat futurum esse aliquid: ille verò nõ futurum dicat, hoc ipsum manifestum est, quod necesse est verum dicere alterum ipsorum: si omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est, vtraque enim nõ erunt simul in talibus.

3. Nam si verum est dicere, quod albũ vel non album, ne esse est esse albũm vel non album: & si est album vel non album, verum erat affirmare vel negare: & si non est, falsum dicit: & si falsum dicit non est. Quare necesse est semper affirmationem aut negationem veram esse vel falsam. Nihil igitur neque est, neque fit, nec à fortuna, nec vtrumlibet contingit, neque erit, neque non erit, sed ex necessitate omnia, & non vtrumlibet contingit, aut enim qui dicit verus est, aut qui negat, similiter enim vel fieret, vel non fieret, quod enim vtrumlibet contingit, nihil magis sic vel non sic se habet, vel habebit.

4. Amplius autem, si est album nunc, verũ erat dicere prius, quod erit album quare semper fuit verũ dicere, quod libet, eorum, quę facta sunt, q̃ est, vel erit, si autem semper verum fuit dicere quod est, vel erit, nõ potest hoc nõ esse, vel non futurum esse: quod autem non potest fieri: & quod impossibile est non fieri, impossibile est nõ fieri, necesse est fieri: omnia igitur quę futura sunt, necesse est fieri. Nihil igitur vtrũlibet cõtingit neque à fortuna erit †nã si à fortuna, non ex necessitate. †a. l. addit sed omnia ex necessitate.

At verò nec quod neutrum verũ est dicere cõtingit: vt quod neq; erit, neq; non erit. Primum enim cum sit affirmatio falsa, negatio non vera erit: & cum hæc falsa sit, contingit affirmationem non veram esse. Et ad hæc, si verum sit dicere, quod albũ est simul & magnum, oportet esse vtrumque, si verò erit cras oportet fore cras, si aũt neque erit, neq; nõ erit cras, non erit vtrumlibet contingens: vt est nauale bellũ: oporteret. n. neq; fieri nauale bellũ neq; non fieri. 5.

Quæ ergo contingunt inconueniẽtia hęc sunt, & huiusmodi alia: si quidẽ omnis affirmationis & negationis, aut in vniuersalib9 dictis vt vniuersaliter, vel in ijs, quæ sunt singularia, necesse est oppositarũ, hanc quidem verã esse, illã vero falsam: nihil autem vtrumlibet cõtingit esse in ijs, quæ fiũt, sed omnia esse & fieri ex necessitate. Quare neq; consultare oportebit, neq; negotiari: q̃ si hoc quidẽ facimus erit hoc: si vero non hoc, non erit hoc. 6.

Nihil enim prohibet, & in annum decies millesimum hũc quidẽ dicere hoc futurum esse, illũ verò non dicere, quare ex necessitate erit vtrumlibet eorũ, quod ab ipso verum erat dicere tunc. 7.

At verò nec hoc differt, si aliquid dixerint contradictionem, vel nõ dixerint: manifestũ enim, quod sic se habẽt res, etiã si nõ hic quidem affirmauerit, quid ille vero negauerit, nõ enim ꝓpter negare vel affirmare erit, vel nõ erit, nec in decies millesimũ annum, magis, quã 8.

in quantolibet tẽpore. Quare si in omni tẽpore sic se habebat vt alterũ vere diceretur, necesse erat hoc fieri: & vnũ quodque eorum quæ fiũt, semper sic se habebant, vt ex necessitate fieret, si enim verè dixit quis quod erit, nõ potest nõ fieri: & quod factum est, verum erat dicere semper quod erit.

Sitaque hęc impossibilia sunt: videmus enim esse futurum principium, & ab eo, quod cõsultamus, atque aliquid agimus: & q̃ est, omnino in ijs, quæ non semper actu sunt, possibile esse, & non esse similiter, in quibus vtrumque contingit & esse & nõ esse, quare & fieri, & non fieri: & multa nobis manifesta sunt sic se habentia: vt quod hanc vestẽ possibile est incidi, & nõ incidetur, sed prius exteretur; similiter autem & nõ indici possibile est, nõ esset eam prius exteri, nisi possibile esset non incidi: quare & in alijs generationibus, quæ secũdũ huiusmodi potentiam dicuntur.

Manifestum igitur est, quod non omnia ex necessitate, vel sunt, vel fiũt: sed alia quidem vtrumlibet contingit, & nihil magis affirmatio, quã negatio erat vera vel falsa: alia verò magis quidem, & vt in pluribus alterum, nihilominus contingit fieri, & alterum, alterum vero minime.

Igitur esse quod est, quando est & non esse, quod non est, quando non est, necesse est, sed non omne, quod est, necesse est esse, nec quod non est, necesse est non esse: non idẽ est, omne quod est necessario esse, quando est & simpliciter ex necessitate esse, similiter autẽ & in eo, quod non est.

Sed & in contradictione eadem ratio est: esse quidem vel non esse omne necesse est & futurum esse vel non: non tamen diuidentem, dicere alterũ necessarium: dico aũt vt necesse est futurũ esse bellum nauale cras, vel non futurũ esse non tamen fieri cras bellum nauale necesse est, neque non fieri: fieri tamen, vel non fieri necesse est.

Quare cum similiter orationes verę sint, quemadmodum & res, manifestum est, quod quæcunque sic se habẽt vt sint vtrumlibet contingens, & contraria suscipiant, necesse est similiter se habere, & contradictionem, quod contingit in ijs, quæ non semper sunt, vel non semper non sunt: horum enim necesse est alteram partem cõtradictionis veram esse vel falsam, non tamen hanc vel illam, sed vtramlibet contingit: & magis quidem veram alteram, nõ tamen iam veram vel falsam.

Quare manifestum est, quod non est necesse omnis affirmationis vel negationis oppositarum, hãc quidem veram, illam autem falsum esse, nõ enim quemadmodum in ijs, quę sunt, sic se habent & in ijs, quę non sunt quidem, possibilibus tamen esse vel nõ esse, sed quemadmodum dictum est.

ANtequam hoc caput interpretemur, quod insignem & obscuram continet doctrinam: oportebit aliquot prius statuere fundamenta, vt eius facilior fiat interpretatio.

Est igitur primo aduertẽdum ex Ammo. capit. 5. præcedenti, quæ doctrina est celeberrima, & communissima, triplex esse genus enunciationũ secundũ materiam, nempè necessarium impossibile, contingens.

Est autem materia propositionum cohærentia prædicati ad subiectum, id est habitudo, & ordo quidam prædicati ad subiectum, secundum quem vel taliter prædicatum ad subiectum se habet: vt ei sẽper insit, nec ab eo separari possit: & talis materia dicitur necessaria, in qua genus enunciationum sit necessarium, in quibus genera de speciebus, vel species de ij diuiduis, vel ꝓprię passiones, vel accidentia inseparabilia prędicantur, & alia huiusmodi: vel secundum talem ordinem se habet, secundum quem prędicatũ nec subiecto insit, nec vlla ratione inesse possit.

3.

14.

1. Fund. Enũciationum ex parte materiæ triplex est genus.

Materia proppositionum quid sit.

Et huiusmodi cohærẽtia, & ordo est materia, quam vocant remotã, in qua constituuntur enunciationes impossibiles affirmatiuę, vt homo est leo, albũ est nigrum.

Sumimus enim has materias, secundum enunciationes affirmatiuas, quæ sunt necessariæ vel impossibiles: nã negatiuę sunt in eadẽ materia, cũ suis affirmatiuis: & negatiuæ se habẽt opposito modo: in materia, n. necessaria sunt impossibiles, in remota necessariæ.

Tertio est talis ordo, secundum quẽ prædicatũ inest subiecto, ita, vt possit non inesse vel nõ inest, sed põt inesse: vt homo currit, homo disputat, & tales propositiones, tam affirmatiuæ, quàm negatiuæ dicuntur contingentes.

Est autẽ triplex gradus enunciationum contingentium: primus, quando prædicatum frequenter inest subiecto: quanuis aliquando non inũt: vt homo loquitur, homo meridie prandet. Secũdus, quando prædicatum raro inest, & hoc dicitur contingens à fortuna, illud vero contingens in plurimum, vt fodiens vineam inuenit thesaurum. Tertius, quando prædicatum frequẽter inest, & frequẽter non inest, vt homo ambulat, Petrus cantat, & tale contingens dicitur ad vtrumlibet.

Est secundum aduertendũ: enunciationes contradictoriæ possunt fieri in hac triplici materia, secundum triplex tempus, præsens, præteritum, & futurũ, vt omnis homo est animal, non omnis homo est animal, omnis homo fuit animal, non omnis homo fuit animal, omnis homo erit animal, omnis homo nõ erit animal, similiter in alijs omnibus, vt facilè erit cuilibet, tales cõtradictiones constituere: præterea possunt fieri cõtradictiones & de subiecto vniuersali, vt in exemplis propositis & de subiecto singulari etiam in omni materia, & secundum quodlibet contingens, ex quo resultat copiosus enunciationum oppositarum numerus.

Propositionũ de contingẽti triplex gradus.

2. Fund.

Aduerte tertiò in contradictionibus de pẽsenti, & de præterito in omni materia, altera est determinatè vera, altera determinatè falsa: est aut ẽ determinatè vera enũciatio, quæ sic est vera, vt pro tẽpore, quo est vera, nõ possit esse falsa: è cõtra determinatè falsa est, quæ pro tẽpore, quo est falsa non põt esse vera: v.g. Petrus currit, Petrus nõ currit, Petro currente, affirmatiua est determinatè vera, quia quo tempore currit, non potest esse falsa, negatiua verò determinatè falsa, qui pro eodẽ tempore non potest esse vera.

Hoc ergo in omni materia inuenitur in contradictionibus de præterito, & de præsenti, vt vna sit determinatè vera, altera determinatè falsa, siue affirmatiua, siue negatiua sit.

At in contradictionibus de futuro est ambiguum, an vna sit determinatè vera, altera determinatè falsa: nõ est aũt in omnibus de futuro dubium: nam in materia necessaria & remota, tam determinata est de futuro, sicut de pręsenti, & de præterito: similiter in materia cõtingenti, qũ in plurimũ, vel rarò euenit præd catũ, non est magnum dubiũ quia iam ferè est determinatè vera affirmatiua in plurimũ euenienś, & falsa rarò contingẽs, sed dubium est de contingenti ad vtrũlibet: similiter nec est difficultas, qũ subiectũ est vniuersale, quia iam istæ vniuersales ferè etiã determinatę sunt, cùm in plurimũ vniuersales affirmatiuæ, vel negatiuæ falsæ sint. Sed summa difficultas est in enũciationibus de futuro contingẽti ad vtrũlibet, de subiecto singulari, vt Petrus cantabit, Petrus non cantabit.

Et hic est scopus huius capitis, nẽpe examinare, an in cõtradictionibus istis vna pars sit determinatè vera: altera falsa, sicut in his, quę sunt de pręterito, & præsenti, est autẽ in duas partes diuisum caput, in priori sunt argumenta circa hanc difficultatem, in posteriori est quæstionis determinatio.

3. funda.

Enũciatio quæ nã dicatur determinate vera.

1 ¶In ijs ergo, quæ sunt, & quæ facta sunt, &c.

Boet. hæc verba nõ initium capitis, sed præcedentiũ epilogum esse existimat: at S. Tho. nomi capitis initiũ asserit: parum autem refert hoc, quanuis conformior sit Arist. sententia S. Tho.

Proponit igitur in cõtradictorijs de præsenti, & de præterito, necessariò affirmationẽ vel negationẽ esse veram, vel falsam: tam in cõtradictorijs de subiecto vniuersali vniuersaliter, quã contradictorijs de subiecto singulari: nã in alijs de subiecto vniuersali non vniuersaliter sumpto, id non est necessarium: cùm vtraque possit esse vera.

Et nota ista verba esse legẽda disiũctiuè, vt sit sensus: affirmatio vel negatio est vera, vel falsa, id est, vel affirmatio est vera, & negatio est falsa, vel negatio est vera, & affirmatio est falsa: nõ enim est legenda disiũctim, hoc modo: affirmatio est vera vel falsa, negatio est vera vel falsa: ac propterea dicit necesse est hãc quidẽ veram, illã vero falsam esse quod vocamus determinatè veram, & determinatè falsam, scilicet quãdo in contradictione, do tibi vnam partẽ, quæ vera sit, & alteram cuę falsa sit. at verò in singularibus & futuris, id est, in contradictionibus enunciationum de futuro, & de subiecto singulari, non est necesse, vt vna pars determinatè sit vera, altera falsa.

S. Thom. vult, vt addamus verbum in futuris; nempè contingentibus, at Porphy. & Alexãd. in hoc, q̃ dicit singularia volunt contingentiam includi: nam singularia contingentia sunt: sed melius est, si dicamus cum Ammo. in hoc, q̃ dicit futura, notat contingentiam, necessaria enim non fore, sed semper esse proprius dicuntur.

¶Nã si omnis affirmatio, vel negatio vera vel falsa. &c.

2 Hic Aristo. incipit probare non omnem affirmationẽ vel negationem esse veram vel falsam: & facit hoc argumẽtum: omnis affirmatio vel negatio, est vera vel falsa, ergo quæ sũt, necessariò sunt, & quæ nõ sunt, necessariò nõ sũt, illud enim (Et) legẽdũ est illatiuè pro igitur: alterũ enthymema facit de futuro: omnis affirmatio vel negatio est vera vel falsa, ergo si vnus dicat Petrus leget, & alter, Petrus non leget, necessariò vnus dicet verũ, alter dicet falsum: & sic necessariò leget vel necessariò nõ leget: consequẽtiam & antecedens primi enthymematis probat: & prius consequentiã. Nã si verũ dicit, qui dicit, albũ est necessariò albũ est: aliter enim non diceret verũ: & si quid dicit, albũ nõ est falsum dicit: ergo necessario nõ ita est, aliter non esset falsum.

¶Et si est album, vel non album, verum erat affirmare, &c. 3

Hic probat Arist. antecedẽs, q̃ affirmatio præsentis vel negatio sit vera vel falsa, nã fieri non pot, quin albũ sit, vel non sit: vtroq; autẽ modo verũ vel falsum dicitur. nã si est, verum est dicere, q̃ est falsum, q̃ non est, si verò nõ est, è contra verum est dicere, q̃ non est, falsum verò quod est semper, igitur talis affirmatio vel negatio erit vera vel falsa: posteà probat consequentiam in enthymemate secundo: nã antecedentis eadem est probatio, & posterius iterũ probabitur: si, inquit, in his affirmatio vel negatio est vera vel falsa: ita, vt vnũ dicat verũ, alter falsum, omnia necessariò erunt, nec quicquam à fortuna, nec ad vtrumlibet, nec erit, nec non erit, id est, nullum erit contingens, nec raro, nec vtrumlibet, nec in plurimum, sed omnia fient, vel non fient, id est, vel necessariò fient, vel necessario non fient, & ita non est vtrumlibet, hoc enim est, quod potest sic esse, vel non esse, fore, vel non fore: necessaria autem non habent hanc indifferentiam.

¶Amplius autẽ, si est albũ nũc, &c. 4

Hæc est altera ratio, quę ex determinata veritate futurorum, infert necessitatem in omnibus: aliunde tamẽ sumit necessi-

necessitatem, scilicet ab ipsa re iam existendi, argumentatur sic, modò sit albũ ergo verum fuit dicere heri, albũ erit: & omnia, quę facta sunt, antequam fierent, verum fuit dicere fient: tũc sic: verum fuit dicere fore, ergo necessario futura erant, nam si verũ erat, quod futura essent: non potuerunt non esse, si nõ potuerunt non esse, impossibile fuit nõ fore: si impossibile fuit non fore, ergo necessarium fuit, vt fierẽt, & sic necessario eueniunt omni, & euenerunt.

¶Ac verò quoniam neutrum verũ est dicere, &c. 5

Posset quis dicere, neutrum verũ est, scilicet, album non erit, album erit: hoc reijcit: nam sequeretur in contradictorijs negatiuam esse falsam, affirmatiuã non veram, & è contrà: & ita vtraq; pars esset falsa, cùm non sit vera ista, album erit, nec ista, album nõ erit, pręterea si ex hoc, quod dicitur albũ est, sequitur si verum est, q̃ album sit & magnum est, quod magnum sit, ita si verum est dicere erit cras, oportet fore cras, si ergo verum est dicere nec erit, nec non erit, sequitur, quòd res nec erit, nec nõ erit, & ita nõ est, contingẽs hoc enim est, quod potest esse, & non esse, non ergo dicendum est, neutram partem esse verã contradictionis, sicut non est verum dicere nec est, nec non est, nec erit, nec nõ erit cùm alterum necessariũ sit, vel est, vel non est, vel erit, vel non erit, non ergo est conueniens ista solutio harum.

6 ¶Ea igitur absurda, quæ contingunt, hæc sunt, &c.

Infert Arist. in conuenientia, quę sequuntur ex affirmatione hac, quod omnis negatio vel affirmatio est vera vel falsa determinatè, nullũ scilicet esse cõtingẽs ad vtrũlibet, sed omnia euenient ex necessitate, hinc sequitur aliud absurdum, quod scilicet nõ esset negotiandum, nec consultandum, negotia enim & consilia sunt de his quæ sic vel aliter possunt euenire, negotiamur autẽ, vel consultamus, vt hoc vel illo eueniant modo, si autem omnia necessario euenirent, non oporteret hæc facere, quod absurdum est.

¶Nihil enim prohibet, & in annũ decies millesimum, &c. 7

Hic Aristo. reijcit vnum, quod possit quis dicere, nempè enunciatio de futuro proximo tẽpore enunciata, est vera vel falsa, & tunc est effectus necessario, tamen à multò tẽpore ante rẽ, est contingẽs, hoc repellit, q̃ si in decies millesimum annum aliquid enunciaretur futurum vel non futurum, tunc vnũ illorum esset verũ necessariò, siuè futurũ, siue nõ futurum, & iam necessariò euenirет, imò cùm omnia quę facta sunt antequam essent, possent enũciari verè futura esse, necessariò euenerunt, nota illa verba superioris, textus. (Quòniã si hoc quidem facimus. & reliqua) essevera negotiãtium, ac si diceret, si omnia necessario sunt, non oportet negotiari, & dicere, si hoc facimus, erit hoc, si hoc non facimus, non erit hoc, cùm tamen omnia ex necessitate sint.

¶At verò nec hoc differt, si aliqui dixerint, &c. 8

Excludit aliam responsionẽ aliquorũ. Posset enim quis dicere esse res cõtingentes in se, tamen quãdo quis enunciat eas sub affirmatione, vel negatiõe fieri necessarias, vel impossibiles, hoc excludit dicens, propter nostrã affirmationem vel negationem res nõ ita esse. vel non esse, imò quia ita sunt, vel non sunt, inde affirmatio vel negatio, dicitur vera vel falsa, vnde si necessaria est omnis affirmatio vel negatio, ꝓfecto & rem esse, est necessarium, vel non esse, & ita omnia eueniunt necessario absq; nostra affirmatione, de quibus affirmatio, si fieret, verã erat futura. 9

¶Siquidem hæc impossibilia sunt, videmus enim, &c. Nota. Duplex genꝰ est effectuũ contingentiũ

Hic ratione probat non esse in rebꝰ necessitatem semper, sed multa esse cõtingentia. Pro quo aduerte duplex esse genus effectuum cõtingentium, quidã sunt

Universidad de Deusto Biblioteca

sint voluntarij, qui radicem, & causam suę contingentiæ habent in voluntate nostra, vt legere, nõ legere, studere, nõ studere, & similia: quidã alij sunt naturales, qui contingentiam habent à materia rei: ex quo enim res factę sunt ex materia apta, ad multa recipienda, fit, vt ipsæ res expositæ sint varijs accidẽtibus: vt quod infirmentur, quod non infirmentur, quod moriantur, vel non, q̃ calefiant, vel non: hæc est materia proueniunt. An verò sola voluntas, & sola materia horum cõtingentium sit causa non est præsentis disputare.

Aristo. ergo has duas radices contingentiæ ponit, & argumentatur à causa: nempe, datur voluntas in nobis libera: datur potentia in rebus materialib9 ad esse, & non esse, ergo sunt effectus contingentes, & de primo probat, quia consultamus, & negotiamur, & apti sum9 à natura ad consilia & negotia, frustra ergo natura hoc faceret, nisi consilia & negotia pro futura essẽt: quod si omnia necessariò euenirent, illa omnia essẽt frustra, similiter probat in naturalibus potentiam ad esse & nõ esse: hęc vestis potest incidi, vt manifestũ est, potest etiã nõ incidi forcipe: patet: quia potest deteri, & vsu cõsumi: si ergo potest vsu consumi, potest non incidi: ergo potest incidi, & non incidi: & sic in rebus est potentia ad esse, & non esse.

10. ¶ Manifestum igitur est, quoniam non omnia ex necessitate, &c.

Hic sententiam suam cõcludit: nẽpe non omnia ex necessitate esse vel fieri, sed aliqua esse contingentia ad vtrumlibet, in quibus tam affirmatio, quàm negatio non est magis dicẽda vera quam falsa, & esse cõtingens in plurimũ, quod frequenter accidit, quãuis aliquãdo deficiat, & non accidat: & esse similiter cõtingens non in plurimum, scilicet raro eueniens, quæ sententia sine dubio digna est laude, cùm hominem liberũ constituat, & in naturalibus multa contingentia affirmet, quod & veritati & religioni Christianę maximè est consone, est .n. homo in suis operationibus liber, nec omnia secundum naturã euenint, id est, in rebus ipsis, naturaliter eueniunt, sed multa contingenter. 11.

¶ Igitur esse quod est, quando est, &c.

Hæc est huius capitis secũda pars, in quo Arist. quo pacto veritas in affirmatione & negatione sit, manifestat: distinguit autem primò res, postea enũciationem, res igitur vna simplex, dupliciter potest esse necessaria: vno modo absolutè, quãdo nullo alio supposito aliter se habere non potest, vt Sol est quid necessarium absolutè, secundũ enim naturam suã aliter se habere non potest, similiter in simplicium enuntiationũ significatis, vt hominem esse animal. Res dupliciter dici potest necessaria

Alia res est necessaria secũdum quid nẽpe ex suppositione aliqua, vt homo currit, pro illo tempore, pro quo currit necessario currit: quia simul nõ potest currere, & non currere, & hoc est, quod dicit res quando est, necesse est esse, & quando non est, necesse est non esse.

Est autem notandũ non valere consequentiam ab isto necessariò secundum quid, ad necessarium simpliciter: vt nõ valet, Petrus quando currit, necessario currit, ergo Petrus necessario currit, Petrus quãdo non currit, necessario nõ currit, ergo necessario non currit.

Huiusmodi fallacia peccat argumentum primum, quãdo albũ est, dicitur, si est vera, ergo necessario ita est, ergo res necessario est alba, dicitur, quod est necessitas secundum quid, vt pro illo tẽpore, quo propositio est vera, res sit, tamẽ absolutè rem esse, nõ est necessarium: vnde in cõtradictiõe de præsenti datur pars determinatè vera, & determinatè falsa, sed ista determinatio veritatis vel falsitatis, non est secundũ necessitatem absolutam, sed secundum tempus, scilicet, pro illo, in quo vnũ est, alterum nõ est, seu pro tẽpore quo Petrus currit, & Petrus non currit, quo tẽpore est vnum determinatè verum, alterum falsum.

Et

12 ¶ Et in contradictione eadẽ rõ est. &c.

Distinxerat rem simpliciter, id est, non in comparatione ad suum oppositum, modò rem in ordinẽ ad suum oppositum distinguit, scilicet, currere nõ currere, cantare vel non cantare, & in communi vocat esse vel non esse, futurum vel non futurum.

Inquitq; dupliciter esse posse hoc totum necessarium, nempè cãtare vel nõ cantare, legere vel non legere: vno modò, vt cadat necessitas supra vtrumque disiunctim, & simul, vt necesse sit cãtare, vel non cantare, esse vel nõ esse, futurum vel nõ futurum, quæ necessitas dicitur disiunctionis: & sic asserit omne disiunctum esse necessariũ etiã in cõtingentibus: præteritis, præsentibus & futuris, vt necessariũ est Antichristum fore vel non fore, Petrum cantaturum vel non cantaturum, cantare vel non cantare, cantasse vel non cantasse.

Altero modo necessitas potest cadere supra illa membra diuisiuè, vt necessarium sit cantare, aut necessariũ non cantare, necessarium sit fore, aut necessarium sit non fore: & isto modo, nõ est necessitas in contingentibus, nec enim est necessariũ quod cantet, nec necessarium quod nõ cantet, nec necessariũ, quod futurus sit Petrus albus, nec necessarium quod non sit futurus albus.

Imò est maxima fallacia argumentari à necessitate disiũcti ad necessitatem partiũ per se in contingẽtibus, nõ enim valet: necessariũ est Petrũ cantaturũ, vel non cantaturũ, ergo necessarium est Petrũ cantaturum, vel necessarium est Petrum non cantaturum.

Talis igitur necessitas est in contingentibus, similiter & talis veritas, nempe disiunctim, sed non diuisiuè, quãuis sit discrimẽ inter præsens & futurũ, nã in præsenti datur pars determinatè vera: & falsa determinatè altera, sed talis determinatio nõ est absoluta, sed secũdum quid, nempe pro tali tẽpore. At in futuro nõ est pars determinate vera, nec determinate falsa, sed de singulis partibus dices, est vera vel falsa: vt Petrus cantabit, est vera vel falsa. Petrus non cantabit, est vera vel falsa.

Quare cũ similiter oõnes vere sint. &c 13

Id quod Arist. dixit de ipsis rebus oppositis, in ipsis enũciationibus esse idẽ prorsus cõfirmat: vt sicut necessariũ est rẽ esse vel non esse simul: non tã singula per se: ita similiter necessaria est affirmatio vel negatio disiũctim, vt Petrũ fore, vel nõ fore: neutram tã partẽ per se, imò quælibet pars est indeterminata, vt nec sit dicenda vera, nec sit dicenda falsa, sed vera vel falsa, q̃a in contingẽtib9 de futuro tã indifferẽs est, quod res sit, quã q̃ res nõ sit, quãuis, vt dicit Arist. aliqua cõtingentia magis determinata sint adesse, nẽpe, quæ frequentius accidunt: tã cum & hoc possint aliter esse nondũ veritatẽ habẽt determinatã, ac ideo nec vera, vel falsa per se sunt dicenda, sed vera vel falsa simul.

¶ Quare manifestum est, quoniã non est, necesse, &c. 14

Hic concludit nõ esse necessariũ, vt omnis affirmatio vel negatio sit determinatè vera vel falsa, sed aliter in futuris aliter in præsentibus & præteritis: in futuris neutra pars per se determinatè vera vel determinatè falsa, sed vtraq; vera vel falsa: at in ꝑsentibus, & ꝑteritis vna ẽterminatè vera, altera determinatè falsa, sed ista determinatio est secundũ quid: nẽpe, secundũ tale tẽpus, quo sunt vel fuerunt, vt diximus.

Dubitabis tu, sicut in enũciationibus de præsenti, vna est determinatè vera, altera falsa: & similiter in enũciationibus de præterito: talis autẽ determinatio est secundũ tempus, quare non dicemus idẽ in is his, quę sũt de futuro, vt vna sit vera, nempe pro tẽpore, quo futura sit res, & vna falsa, quo tẽpore nõ futura sit res? Dubiũ.

Dico esse latissimum discrimen, nã antequã res sit, semper manet indifferentia vt possit esse, & nõ esse, fieri vel Solutio.

non

non fieri: propterea enunciatio de futuro non potest habere constantem veritatē: at quando iam res est, vel nō est secundū tempus præsens vel præteritū vocat ista indifferētia, quod enim est, non est indifferens, vt illo eodem tēpore non sit, similiter quod non est, nō potest illo eodem tēpore esse: propterea ista constantem habent veritatem vel falsitatem; sed secundum quid, scilicet secundum tempus præsens.

Ex quo soluitur argumentum secundum superius, nempè si album est modò, fuit heri verum determinatè dicere, album erit: nego consequentiā, qa antequam esset, erat indifferens ad esse, & non esse: propterea talis propositio hesterna non magis erat determinatè vera, quàm falsa, erat igitur illa de futuro indeterminate vera, licet de præsenti sit determinata.

QVAESTIO. I.

¶De contingentibus.

QVanuis non sit præsentis loci ista exactius, quam ab Aristo. dicta sunt examinare, tamē vt saltem ea melius intelligantur, vnum, aut alterū circa hoc dicemus, solet autem summa in hoc versari difficultas, quo pacto cū gloriosus Deus horum futurorum, antequam sint præscius scit, possint cōtingenter euenire. Deus enim in sua scientia non decipitur, sed infallibilis est.

1. error. Circa hoc fuerunt duo philosophorum errores, quidam enim Stoici, inter quos fuit Chrysippus, vt refert Cicero de fato, & Aul. Gel. lib. 6. c. 2. existimabāt omnes effectus euenturos esse necessario: existimabant enim causas omnes esse destinatas ad suos effectus: & talem ordinem constitutum ab æterno in mente diuina, qui mutari nō posset: quem ordinem vocabāt fatum, & hæc est opinio ferè Poetarum. Virg. Te tua fata trahunt, nec cœpta relinquere possit, & similiter, Parce metu, manent immota tuorū fata, & Lucan9: Quo tibi feruor abijt? aut quò fiducia fati? similiter matremque secundum, Iam, nisi de genero fatis debere recusat, & alia plurima.

2. error. Alij contingētiam in rebus, & libertatem asserebant, tamen Deū esse, præscium horum singularium futurorū negabant, cuius sententiæ, seu dementiæ fuit Cicero lib. de natura Deorum, vt refert August. 5. de Ciuitat. cap. 9. idē etiam impiè sensit Auerro.

3. sentē. vera. At veritas Christiana cōsistit in medio, nec modo Christiana, verùm etiā Philosophica: quam ferè omnes veteres Peripatetici sunt assecuti, vt videre est apud Ammon. hic, qui eam tribuit Arist. Psell. & Magent. ibidē apud Alexan. Aphro. in lib. quem de fato ex sententia Aristot. conscripsit ad Antoninum & Seuerum Imperatores, cap. 16. & apud eundem, primo naturalium quæstionū, ca. 4. & 25. & in ca. 14. apud Themistiū in Paraphrasi. 12. Metaphy. apud Philopo. in 1. Post. suo com. 94. & pulcherrimè apud Simplicium. 8. Physico. in secunda digressione contra Philop. Paulo post principiū, ubi ait, Dei Optim. cognitionē esse omnium simul præsentium præteritorum, & futurorum: idem super Epictetum, cap. 67. & 2. Physic. 77. & 2. de cælo. 56. idem etiā Eustratius. 10. Ethicorum, cap. 8. ad calcem.

Tenet ergo hæc sententia, esse effectus contingentes in rebus, esse libertatem in homine suarum operationū, & omnium futurorum Deum esse ab æterno præscium.

Effectus cōtingētes in rebus reperiri & libertatē actionē in homine futurorūque cognitionem in Deo.

Pro cuius expositione aduerte primo duplex esse genus causarum: quædam causæ sic operantur, vt nunquam naturaliter impediantur, vt Sol oritur, Sol occidit, & illæ causarū superiorū actiones & motus naturales nō impediūtur. Aliæ causæ impediūtur à suis operationibus, & effectib9 naturaliter, vt equ9 impeditur à productione equi, qa aliquādo vel producit monstrum, vel non prouenit embriò ad perfectionem, impeditur: etiā aliud à cōtrario suo, vt patet in his causis naturalib9 inferioribus.

1. funda. Causa alias in suis effectibus ēdis impediri a

alias verò nō impediri naturaliter.

Causa itē alia naturalis, alia est libera.

Præterea adhuc est duplex causa, quædam quæ est determinata ad operandum ita, vt propositis necessarijs ad operandum non possit non operari, vt ignis proposito combustibili non potest non comburere, quæ esse dicūtur naturales: quædam non est determinata ad operandum, sed propositis necessarijs potest nō operari, qualis est volūtas hominis, quæ, si ei proponatur aliquod bonū, vt velit, potest velle, & non velle, & hæc dicitur causa libera.

2. funda. Omniū effectuū positiuorū Deū esse causam.

Aduerte secundo omnium effectuū positiuorū Deus est causa. quod est dicere, ignis solū nō comburit, sed Deus cum igne, & omnis res operatur, sed simul concurrente Deo ad talem operationem cum illa re, & est maximè necessarium: ita autem Deus concurrit cum illa re, vt simul operetur secundū modū naturæ illius rei: cum igne enim cōcurrit eo modo, quo ignis operatur, nempe necessario calefaciendo, & cum voluntate hominis liberè volendo, nō enim cogit res vt agant, sed secundum modum illarū rerum, & naturam: iuuat eas, vt agant cum ijs, quæ necessario agūt, necessario, cū his, quæ impediuntur, modo etiā, quo impediri possit operatur, nec earum destrui naturas.

Aduerte tertio omnia antequā fiāt, Deus cognouit, & omniū est ab æterno præscius, non tamen eodem modo omnia cognoscit, sed necessaria cognoscit futura necessaria, & contingentia cognoscit, vt contingentia: id est, ita cognoscit futura esse, vt simul cognoscat posse non fieri.

Vnde sicut ex hoc, quòd omnium est autor, & cum omnibus causis operatur non sequitur, q̄ causæ necessario operentur omnes, quia secundum modum illarū cōcurrit: ita ex hoc, q̄ omnia præscit ac præcognoscit, nullam futuris necessitatem imponit, sed illa vt futura sunt cognoscit, vñ sic cognouit me hodie lecturum, vt etiam cognosceret liberè lecturum, & me posse non legere.

Vnde respondetur ad argumentum cōmune in hac materia. Deus scit me lecturū eras, ergo ego nō possū non legere: concesso antecedenti negatur cōsequentia: q̄ si dicas Deus non potest, falli, ergo non possum non legere: dico stante præscientia diuina non possū nō legere, quod alij vocant in sensu cōposito: sed hoc nō colligit absolutè, me nō posse nō legere: explicatur: ergo necessario lecturus sum, vel nō lecturus: libere tamen me applicabo, vel ad hoc, vel ad illud extremum, Deus præscit, ad quod liberè me postea sum applicaturus, dicere itaque stante præscientia diuina non possum non legere, est dicere, Deus non decipi potest in cognitione illius, quod ego sum postea libere facturus, ex quo non colligitur, quod ego postea necessario sim operaturus, & hoc vocant aliqui non licet arguere à sensu composito ad sensum diuisum, & hæc sufficiunt de hac difficultate in præsenti.

Præscientia Dei, rebus futuris nullam imponit necessitatē

FINIS LIBRI PRIMI.

Universidad de Deusto Biblioteca

ARISTOTELIS
DE INTERPRETATIONE.
LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

¶De Enunciationibus infinitis. De Enunciationum vnitate, ac pluralitate. Et prædicationibus coniunctis atq; diuisis. De Enunciationibus modalibus. Et quæ Enunciationes magis inuicem sint contrariæ.

¶De Enunciationibus infinitis cuiuscũq;, ipsarũq; generis oppositionibus, ac cõsequẽtijs. Nomina itẽ ac verba transposita, idem significare.

Cap. 1.

QVoniam autẽ est aliquid de aliquo affirmatio significans: hoc autẽ vel nomẽ est, vel innominatũ: vnum autem oportet esse & de vno id, quod est in affirmatione: nomẽ aũt dictum est & innominatũ prius: (nõ homo enim nomen quidem non dico, sed nomen infinitũ: vnũ enim significat aliquo modo infinitũ nomẽ: quẽadmodum & nõ valet nõ verbũ: sed infinitũ verbũ): erit igitur omnis affirmatio & negatio, vel ex nomine & verbo, vel ex infinito nomine & verbo.

a.l. addit dicn.

Sine verbo autẽ nulla affirmatio vel negatio est: est enim, vel fuit, vel erit, vel fit, vel quæcunque alia huiusmodi verba, ex ijs sunt, quæ posita sunt: consignificant enim tempus.

2

Quare prima erit affirmatio & negatio, est homo, nõ est homo, deinde, est nõ hõ, non est non homo, rursus est omnis homo. nõ est omnis homo: est omnis non homo, non est omnis non hõ. Et in ijs, quę extrinsecus sunt temporibus, eadem ratio est.

3

Quando autem est, tertiũ adiacens prædicatur. dupliciter, dicũtur oppositiones: dico autem vt est iustus homo, ipsum est, tertiũ dico adiacere nomẽ, vel verbum in affirmatione.

4 Sectio 3. secundũ Græcos.

Quare ob id ipsum quatuor erũt illę, quarum duæ quidem ad affirmationẽ & negationẽ se habebunt secundũ consequentiã, vt priuationis: duæ verò minimẽ. Dico autem q̃ est, [aut iusto adiacebit, aut nõ iusto: quare etiã negatio, quatuor igitur erunt. ntelligimus verò q̃ dicitur ex ijs, quæ subscripta sunt. Est iustus hõ, huiꝰ negatio est, nõ est iustus hõ, est nõ iustus homo, huius negatio est nõ est non iustus hõ: est.n. hoc in loco & nõ est, iusto & nõ iusto adiacebit. Hæc igitur, quẽadmodũ in resolutorijs dictũ est, sic sunt ordinata.

5

[a.l. ad hic.

Similiter aũt se habebũt. & si vniuersaliter nominis sit affirmatio, vt omnis est homo iustus, negatio huius nõ omnis est homo iustꝰ: omnis est homo no iustus, non omnis est homo non iustus.

6 In fine primi Priorũ.

Tamẽ nõ similiter angulares veras esse contingit: cõtingit autẽ aliquãdo.

¶Enunciationũ indefinitarum dispositio, ex primo Priorum, in fine.

Simplex affirmatio.	Simplex negatio.
Homo iustus est.	Homo iustus non est.
Priuatoria negatio.	Priuatoria affirmatio.
Homo iniustus non est.	Homo iniustus est.
Infinita negatio.	Infinita affirmatio,
Homo non iustus non est.	Homo non iustus est.

EARVM

EARVNDEM DISPOSITIO IN TERMINIS.
vniuersaliter, ac in parte.

Simplex affirmatio vniuersaliter.	Simplex negatio in parte.
Omnis homo iustus est.	Non omnis homo iustus est.
Priuatoria negatio in parte.	Priuatoria affirmatio vniuersaliter.
Non omnis homo iniustus est.	Non omnis homo iustus est.
Infinita negatio in parte.	Infinita affirmatio vniuersaliter.
Non omnis homo non est iustus.	Omnis homo non iustus est.

¶Vt dispositæ sunt hæ Enunciationes de subiecto finito, eodẽ pacto disponi possũt Enũciationes de subiecto infinito, addendo ipsi homini dictionem, non.

8. HÆ igitur duæ oppositæ sũt mutuo. Aliæ autẽ duæ ad nõ homo, quasi ad subiectũ aliquod additũ, vt est iustus nõ homo, non est iustus non homo: nõ est nõ iustus nõ homo: non est nõ iustꝰ non homo: plures autem his nõ erunt oppositiones. Hæ autẽ extra illa ipsæ secundũ se erunt, vt nomine vtẽtes eo, quod est non homo.

9. In quibuscũq; aũt est, nõ conuenit, vt in eo, quod est sanũ esse, & ambulare, in ijs idem facit sic positum, ac si est, adderetur: vt, sanus est omnis homo: nõ sanus est omnis homo: sanus est omnis nõ homo: non sanus est omnis non homo: non enim dicẽdum est, nõ omnis homo sed nõ negationem ad id, quod est homo addendum est: omnis enim non vniuersale significat, sed q̃ vniuersaliter. Manifestum est autẽ ex eo, quod est, valet homo, nõ valet homo: valet non homo, nõ valet non homo: hæc enim ab illis differunt, eò, quod vniuersaliter nõ sunt, quare omnis, vel nullꝰ nihil aliud coasignificat, quam quod vniuersaliter dẽ nomine vel affirmationem, vel negationem, ergo & reliqua eadem oportet apponi.

10. Quoniam verò contraria est negatio ei quæ est omne est animal iustum, illa, quę significat, q̃ nullum est animal iustum. hæ quidem manifestũ est, quod nũquam erunt neq; veræ simul, neq; in eodem, his verò oppositæ erunt aliquãdo, vt nõ omne animal iustum est, & est aliquod animal iustum. Sequũtur verò & hę, eam quidẽ, quę est, omnis est homo nõ iustus, hęc nullus homo est iustꝰ: ✠ illam verò, est non omnis homo non iustus, opposita, q̃ est aliquis nõ iustus, necesse est enim aliquem esse.

✠ a.l. illã verò, quæ, est aliquis est homo iustꝰ opposita, q̃ nõ omnis homo est nõ iustus.

Manifestum est autem etiam, quod in singularibus siverum est interrogatũ negare, quod & affirmare verum est, vt putesne, Socrates sapiens est? nõ. Socrates, igitur est nõ sapiens. In vniuersalibus verò nõ est vera, quæ similiter dicitur, vera autem negatio est, vt, putasne omnis homo sapiens est, non omnis igitur homo non sapiens est, hoc enim falsum est, sed non, igitur omnis homo sapiens est, verum est, hæc enim opposita est, illa verò contraria.

11.

Quę verò secundum infinita cõtra iacẽtes sunt nomina & verba, vt in eo, q̃ est nõ homo, vel nõ iustꝰ, quasi negationes sine nomine & verbo esse videbuntur, sed nõ sunt, semper enim vel verã vel falsam esse necesse est negationem, q̃ verò nõ homo dixit, nihil magis, quã qui dicit homo, sed etiã minus verus vel falsus fuit, nisi aliquid addatur.

12.

Significat autem, est omnis homo iustus

13.

Universidad de Deusto Biblioteca

stus nulli illarum idē, nec huic opposita, quæ est, non est omnis non homo iustus: illi, quæ est nullus est iustus nō homo, idem significat.

14. Transposita verò nomina & verba idē significant: vt est albus homo, & est homo albus. Nam, si hoc nō eiusdē multæ erūt negationes: sed ostensum est, q̃ vna vnius est. Eius enim, quæ est, est albus homo, negatio est nō est albus homo: eius autē, quæ est, est homo albus, si non eadē est ei, quæ est, est albus homo, erit negatio, vel ea, quæ est, non est nō homo albꝯ vel ea, quę est, nō, est homo albus, sed altera quidē ust negatio ea, quæ est, nō est nō homo albus: eius est nō homo albꝯ, altera verò eius, quę est, est albus homo, quare erunt duę vnius. Quod igitur trāsposito nomine & verbo, eadem sit affirmatio & negatio, manifestum est.

Fa. I. negatio eius, quæ est, est non homo albꝯ

DE ENVNCIATIONIbus infinitis.

¶De nomine & diuisione huius libri, ac primi eius capitis.

Nomen libri huius.

HIC est secundum Latinos, secundus Perihermenias liber, secundū Græcos verò, apud quos vnicus est tantū continuꝯ liber in Sectiones diuisus, est ista sectio tertia, cū autē hoc nihil doctrinæ veritatē impediat, diuisionē Latinorum Latini sequemur.

Obscuritas libri huius.

Est quidem obscurus liber, & quorūdam locorū difficultate alijs Logicę partibus non postponēdus, sed vtilis valdè eius cognitio est, ac sine ea, Logici nomē nullus sibi iure vēdicabit, Dabimꝯ operam, vt sensum Arist. simul & ipsius verba ita interpretemur diuino auxilio vt vel minimum aduertenti, admodum facilia sint, nec obscuritas ignorantiæ, nec labor tædij cuiquam sit causa.

Diuisio libri.

In hoc igitur libro cōtinentur quatuor. Primū est, de enūciationibus, quæ aliquam particulam additam alicui extremo recipiunt, nempè infinitum sortiuntur subiectum vel prædicatum, vel vtrumque. Secundum est, quomodo se habeant propositiones, quæ præter verbum substantiuum aliud recipiunt prædicatum, quātum ad coniunctionem & diuisionē verbi cum illo prędicato. Tertium de enūciationibus habētibus mōdum aliquem ipsas modificātem. Quartum cuidam dubio de enūciationū oppositione satisfacit.

In quibus omnibꝯ docemur prędcipue multiplicare enūciationes innumeras. Etenim in priori libro, vt tradit Alber. libro. 2. hoc. capitu. 5. tradita sunt ea, quæ ad constitutionē enūciationis pertinebant, tam essentialem, quām accidentalem, nempè eius partes, nomen, verbum, eius genus, oratio, eius constitutio, vna plures, simplex, composita, eius species, eius quātitas, quę accidēs est, eius veritas, vel falsitas, eius oppositio, nunc eius multiplicatio, secundum aliquod additum, atque etiam, vt docet Albertus eius cōsequentia, nempè vnius ad alteram, vt patet etiam in tractatu. Nota.

Diuisio. 1. capit.

In hoc igitur capite tria principaliter cōtinētur. Primò tractat de enunciationibus de verbo (est) extremum finitum, vel infinitum habentibus. Secū dò de enūciationibus aliorū verborum. Tertiò aliquid de harum oppositione tradit.

1.

¶Quoniam autem est aliquid de aliquo affirmatio significans, &c.

Variationem enunciationum secundum extrema, & partes ipsarum assignare intēdens, meritò ea, quæ dicta sunt, repetit, ex quibus colligit, primo variari enūciationem secundum nomē subiectum vel verbum: cùm hæc primò, & necessariò ipsam constent, ac componant, ac propterea talia verba, sub nota causali asumit, dum dicit. (Quoniā autem) dicit autem, (omnis affirmatio aliquid de aliquo significat, aliquid autem nomē est vel innominatum) id est quod

quod de aliquo dicitur, vel de quo aliquid dicitur, vel est nomen vel innominatum, scilicet finitum, vel infinitum, ipsum enim infinitum vocat innominatum, quia ante Arist. nomine vacabat, propterea dicit innominatum prius.

Et quantum existimo, in his verbis etiam includit verbū, vt sit sensus aliquid vel est nominatum, vel innominatum, & colligit enunciationem significare vnū de vno: ex quo infert omnem enūciationē constare ex nomine & verbo, vel ex nomine infinito & verbo, vt totus discursus sit iste, omnis enunciatio vnū de vno significās ex nomine vel ex infinito nomine & verbo constat, at omnis enunciatio vnum de vno significat, ergo omnis enunciatio constat ex nomine, & verbo, vel ex infinito nomine, & verbo: maiorē non explicat, minorē assignat, & prima verba minoris sunt probatio, nēpe, enūciatio aliquid de aliquo sive innominatum sive nominatum sit, significat, ergo vnum de vno: interponit autem parenthesim, quæ explicat, quid vocet innominatum, dicit autem (infinitum nunc dictum est nomen) id est, nominatū est, quod tamen prius nomine carebat: non tamen dicitur nomen, sed infinitum nomen: sicut non sanatur, nō verbum, sed infinitum dicitur verbum: & reddit rationē, quare nomen infinitū tamen dicatur, & inquit, quia vnū aliquo modo significat.

Dubi. 1. Dices, quare hic solum loquitur de affirmatione in principio? dico, & aduerte, hic Aristotel. multiplicationem enunciationum docere intendit, propterea quærit omnium primam, hæc autem est affirmatio, quæ simplicior est, & prior negatione.

Dubi. 2. Dubitabis, quomodo infinitum nomen, & verbum vnum significant, cùm ante & quæ sunt, & quæ non sunt significare dicta sunt? dico, non significare vnum ex parte rei, nā quæ sunt, & quæ non sunt, in nulla re conuenire queūt: sed vnum ex parte intellectus apprehendentis ea, sub negatione alicuius scilicet, quòd non sunt homo, non sunt leo, non sanantur: ac propterea dicit vnum aliquo modo significant, at quia sub hac minima, & debili entitate nihil certi cōtinetur: sed quæ sunt, & quæ non sunt infinitum nomen, vel verbum dicitur.

Nomen infinitū, vt vnum aliquid significet.

Dubi. 3. Dubitabis, quare non enumeratetiam eā enunciationem, quæ fit ex verbo infinito? Respondetur ex Alexand. Boet. Albert. & Ammon. quòd in propositione verbum infinitum nō differt à negato, & hæc est sententia Arabum, quanuis etiam doceat Ammo. posse dici sub verbo inclusisse finitum, & infinitum, sed prior sententia est potior quæ intelligendi est, vt superius declarauimus cap. de verbo.

¶Præter verbum autem nulla est affirmatio, vel negatio, &c. 2

Hoc dicit Arist. vt ostendat multiplicandam esse enunciationem per nomen, quando est finitum vel infinitum: non per verbū, quod non sic dicatur in enunciatione. Ostēdit non sic nomen vt verbū se habere ad enunciationem aliquando enim enūciatio est sine nomine, vt potè, cum nomen habet infinitum, at sine verbo nec affirmatio, nec negatio esse potest, vel vt sit sensus affirmationem, & negationē in verbo cōsistere: quando enim negatio in verbū non cadit, non est negatiua enūciatio, similiter de affirmatione: cū igitur verbum semper sit necessarium in enunciatione, variatio erit secundum nomē finitum vel infinitum, & hoc cùm verbo est, fuit, erit, fit, vel simile, quæ sunt verba, cū significent tempus, & quibus definitio præcedens verbi competit: & nota sicut suprà asumpsit affirmationē, quia erat prior, hic asumit verbū substantiuum, & similia, quæ sunt omnium verborū prima, ex his enim primæ enunciationes fiunt.

¶Quare prima est affirmatio, & negatio, &c. 3

Infert primam omnium affirmationem & negationem esse hanc hō est, homo non est, secunda de nomine infinito, non homo est, non homo non est. Tertia affirmatio, & negatio vniuersalis simplex, vocatur enim simplex enūciatio finita, vt omnis homo est, nō omnis homo est. Quarta infinita, omnis nō homo est: hoc similiter docet in alijs esse tēporibus: nempè, præterito, & futuro, secundum quæ etiam similes ordinari possunt enunciationes, & erunt viginti quatuor simplices, siue duodecim oppositiones, vt facilè est cuilibet exēplo comperire: quòd si his velis addere oppositiones singularium, & particularium multiplicabis multas alias, secundum finitum, & infinitum, & secundum diuersa tempora, non tamen secūdum vniuersalitatem: ac propterea forsan Aristotel. harum non meminit, nec enim singulare, nec particulare capax est vniuersalitatis.

4 ¶ Quando autem est tertium adiacens prædicatur, &c.

Postquā de enunciationibus simplicib9, quæ ex vnico nomine, vel infinito nomine, & verbo constāt, egit, accedit ad cōpositiores, quæ cum verbo etiam aliud admittunt prædicatum, quas vocant de tertio adiacente: & ipsum est tertium adiacens prædicatur, id est, est prædicatum tertio loco superueniens, non q̄ in enunciatione tria sint prædicata, sed q̄ ipsum prædicatur tanquam tertium nomen, vel verbum, id est, tanquam tertia dictio: hic enim secundū omnes ferè, nomen pro dictione significante sumit, & dicit. Est, tertiā dictionem, in enunciatione dico adiacens, quam etiam vocat verbum, vt non quācunque dictionem esse significet: vnde sic est litera ordinanda, dico est, adiacere tanquā tertium nomen, seu vt potius dicam verbum, in enunciatione.

Nota. Vbi hic aduerte cū Ammo. q̄ nos supra docuimus ipsum, est, tertium adiacens prædicari, q̄ hic expresse docet Aristo. quando enim dico homo est albus, esse album de homine prædico, licet Albert. cā. 2. huius doceat, est, tertium adiacens, non esse prædicatū, sed copulam extremorum: idem Boet cap. de verbo. & Suess. ibidem.

Dubiū. Cur verbum est tertium adiacens dicatur.

Dices, quare vocatur tertium cum potius locum obtineat mediū vel primum apud Aristotel. qui suo loquendi modo verbum proponit? dico cum Albert. prolatione quidem non esse tertium, at re tertium est, vt enim composita præcedūt formam componentem, nempe lapides, & ligna formā domus, ita & nomina seu subiectum, & prædicatum ipsum verbum.

Quanuis iudicio meo mihi videatur iste locus aliter interpretandus, & tunc cessat hoc dubium, est enim sensus, dico est tertium, quando adiacet nomen vel verbum, id est, quando verbum, est, est tertium, vel nomen aliquod est tertium: dūmodo enim sint tres dictiones, vel verbum, tertium, vel nomen dicetur tertium, vnde si verbum dici tertium velimus, fiet propter rationē Albert. nomen verò potest dici tertium, quia vltimo prædicatur.

Quando igitur talis est enunciatio, tūc insurgunt aliæ nouæ oppositiones: nēpe, & de prædicato finito & infinito: quare dupliciter erūt oppositiones, altera oppositio erit secundum prædicatum finitum, altera oppositio secundū prædicatū infinitum: ac propterea subiunxit, quatuor erūt enunciationes: ex duabus enim oppositionibus quatuor emergūt enūciationes: hic autem præsupponit subiectum finitū: postea enim dicet, quando subiectum est infinitum: harum quatuor exempla subdit, homo est iustus, homo nō est iustus, homo est non iustus, homo non est nō iustus, & tali ordine collocantur, quo enarratę sunt, vt habetur. 1. Prio. cap. vltimo.

Hæc exempla de iniusto non sunt ex textu Arist. nec exēpla enūciationum vniuersaliū, sed postea ab Arist. tradū tur: aliqui tabulā hanc inseruerunt, nō tamen in textu continuanda sunt.

5 ¶ Quarum duæ quidem ad affirmationem & negationem, &c.

Textu. hic insignem & celeberrimam difficultatem continet: quem varièviri doctissimi interpretantur, & Græci, & Latini ne tamen tyronem, in re hac tā diuisis sententijs obruamus: vnam, quę magis Arist. videtur conformis, adducemus: quæ expositio est Porph. Boe. Alb. & S. Tho. Ea nimirū est: inter has quatuor assignatas enunciationes (duę quidem secundum affirmationem & negationem) id est, quarū vna est affirmatiua, altera negatiua: (dicuntur ad consequentiam) vt ab affirmatiua ad negatiuā valeat, (duæ verò minimè dicūtur) id est à negatiuis ad affirmatiuas nō valet: velvt alij volūt (duæ verò minimè) id est nec affirmatiuę inter se, nec negatiuæ dicuntur secundum consequentiā: sed primum sequamur.

V.g. ab affirmatiua simplici ad negatiuam infinitā valet, non è contra, vt homo est iustus, ergo homo nō est nō iust9 similiter ab affirmatiua infinita, ad negatiuā simplicē, non è contra, vt homo est non iustus, ergo homo nō est iustus: sunt enim ita compositæ, vt affirmatiua finita simplex simul sit cū negatiua infinita: & affirmatiua infinita, cum negatiua simplici, ac propterea Theophr. vocabat has transpositas.

Nota. A negatiuis verò non valet, nō enim dices, homo non est iustus, ergo est nō iustus: quia prima non existēte homine est vera, quia est negatiua, at posterior falsa, similiter in alijs duabus.

Ac propterea Arist. has infinitas cōparat priuatiuis, in quibus vt Arist. docet 1. Prior. cap. vltimo, nō valet à negatiuis ad priuatiuas, sed valet è cōtra, vt homo non est iustus, non valet, ergo est iniustus, quia de equo potest dici, quod non est iustus, non tamen quod est iniustus valet tamen, homo est iniustus, ergo non est iustus.

Plura enim comprehendit negatio, quam priuatio, & infinitatio: quāuis infinitatio in plus se habeat, quàm priuatio, vt docet Ammo.

Nota. Negatio latiū se extendit quā priuatio aut infinitatio.

Dices enim de equo, q̄ est non iustus, non tamen quod est iniustus: neutrū tamen dices de homine non existēte, nec quod est non iustus, nec q̄ est iniustus, dices tamen, quod nō est iustus: in plus ergo se habet negatio, deinde infinitatio postea priuatio, vltimò affirmatio, quæ solum de habente dicitur, ac propterea bene dicitur affirmatiuā simplicem, & affirmatiuam infinitam habere se ad negatiuas, sicut priuationes: quia ab eis valet consequentia ad negatiuas non è contra.

Hęc est huius loci explanatio diligēter mēte obseruanda horum doctorum insignium, secundum quam Aristo. per duas quę secundū consequentiam dicūtur, intelligit affirmatiuas: per eas vero quę minimè, negatiuas duas significat, à quibus non valet consequentia.

Altera exposi. Quod si licet inter tot graues doctorū sententias vnum, quod mihi diu cogitāti se obtulit, interponere: dicam vnū q̄ quantum conijcere possum, ipsius Arist. propriū explicat sensum: verba igitur Arist. fidelicer in Latinum conuersa sunt ista eadem, quæ in Boetij versione habentur, quam etiam Græci interpretes suis cōmēntarijs insinuāt. (Quatuor erunt illæ, quarū duæ ad affirmationē & negationem se habent secundū consequentiā, vt priuationes, duę verò minimè) habere se ad affirmationem & negationem, non est aliud quā opponi, vt patet de cōtextibus omnibus præcedēntibus, semper enim affirmationem vel negationem vocat ipsam contradictionē: sensus igitē est, duę ex illis quatuor opponuntur, sicut priuatiuæ, duę verò non opponūtur priuatiuę illę, quę sunt de extremo infinito. Affirmatiua infinita est, sicut affirmatiua priuatiua, negatiua infinita est, sicut negatiua priuatiua. Alię duę nō sic opponuntur, nē pe affir-

affirmatiua & negatiua simplices, & hoc est, quod dicit, se habent secundum cõsequentiam, vt priuationes, id est, se habent ad modum, & similitudinem priuationũ, vt interpretatur Boet in prima Editione: & similitudo in hoc consistit, vt enim in priuatiuis tam affirmatio, quam negatio habent prædicatum cum negatione, vt homo est iniustus, homo nõ est iniustus: ita in infinitis: vt homo est nõ iustus, homo non est non iustus.

Nec oportet intelligere hic cõsequẽtias, quod valeat ab vno ad alterũ, quæ sine dubio nõ sunt certa: vt enim diximus superius etiam ex mente horũ doctorum: infinitũ de his quę sunt, & quæ non sunt, prædicatur: vnde affirmatiua infinita tam ampla est, quàm negatiua vt enim dicitur chimæra non est homo ita chimera est non homo, quamuis sit infinitum superius priuatio: ista expositio nõ mihi displicet, quamuis huius iudicium ab alijs potiꝰ, quam à me sit exhibendum:

¶ Similiter autem se habebũt & si vniuersalis, &c.

6. Eandem rationem obseruandam docet, quando prædictæ oppositiones in vniuersali sumãtur: sunt enim altæ quatuor enũciationes, eodem ordine, omnis homo est iustus, nõ omnis homo est iustus, omnis homo est non iustus, non omnis homo est non iustus, dicit has similiter se habere, sicut priores, tu intelige, secundum sentẽtiam priorem illorum doctorum similiter, id est, affirmatiua simplex infert negatiuam infinitã, & non infertur ex ea, vt omnis homo est iustus, ergo nõ omnis homo est non iustus: præterea affirmatiua infinita infert negatiuam simplicem, non è contra: vt omnis homo est non iustus, ergo non omnis homo est iustus, sicut fiebat in illis prioribus, at secũdum expositionem nostram, similiter se habent istæ, quia priuatiuis assimilantur duæ: nẽpe infinita, vt declaraui.

¶ Sed non similiter Angulares veras esse contingit, &c.

Hic est alius locus difficilimus expositorum iudicio: dixit enim Arist. has quatuor esse similes illis quatuor superioribus, nunc discrimen ostẽdit vnum: nempe in illis Angulares simul esse veras, in his verò non, sed aliquando, id est, aliquas Angulares.

Difficultas est, quas vocet Angulares enunciationes, vocat enim positas per diametrũ, in cuius expositione laborauerunt Græci, tamẽ expositio Boet. est amplectenda, vocat Angulares affirmatiuas finitã, & infinitam inter se, vt homo est iustus, homo est non iustus: & negatiua, finita, & infinita inter se, homo non est iustus, homo est non iustus. Similiter in vniuersalibus omnis homo est iustꝰ, omnis homo est nõ iustus, sunt angulares, similiter negatiuæ, non omnis homo est iustus, nõ omnis homo est non iustus. Dubiũ.

Est autem modo discrimẽ: in primis enim quia indefinitæ sunt omnes angulares simul esse veræ possũt, in materia contingenti: at in his vniuersalibus impossibile est, ꝙ simul sint omnes veræ, aliquæ possunt quidem, nempe illę negatiuę particulares.

Dices quare vocat Angulares seu oppositas per diametrum? dico, cum talẽ habeant ordinem, vt affirmatiua simplex sit prima, eius negatiua secũda, affirmatiua infinita tertia, eius negatiua quarta si constituas quadratũ, & singulis angulis tribuas singulas ex his, itavt primo superiori angulo sit affirmatiua simplex, secundo eius negatiua: tertio inferiori dextro affirmatiua infinita, quarto eius negatiua: hoc enim ordine tales anguli numerãtur, tunc inuenies affirmatiuas in angulis per diametrum oppositis, & negatiuas similiter, vt hac sequẽti figura intelligeres. Dubiũ. Solutio.

Omnis



Altera expositio.

Simili figura constituẽdæ sunt particulares. Alij variæ sumebãt angulares in figura: nã vtrasque affirmatiuas superioribus angulis describebãt, & tunc dicebant opponi per diametrum, id est, per lineam rectã, similiter negatiuas in inferioribus, ac per diametrum opponi lineam, videlicet perpendiculariter cadentem supra vtramque adinuicẽ, sed ista expositio non est recipiẽda: diameter enim non est quæcunq; linea recta aliter costæ quadrati dicẽtur diameter quod absurdum est, sed vt diximus, diameter est linea in duas medietates figuram per oppositos angulos diuidẽs: patet igitur sensus huius loci.

Concludit Arist. hæ igitur duę oppositiones præcedentes, altera quãdo est prædicatum finitũ, altera quãdo est infinitum.

8. ¶ Aliæ autem duæ ad non homo.

Illæ duę oppositiones erant subiecto existente finito: at si sumatur infinitũ, nempe non homo, sunt totidẽ: non homo est iustus, non homo non est iustus, non homo est non iustus, nõ homo non est nõ iustus: similiter in vniuersali, nec possunt esse plures oppositæ secundum finitum, vel infinitũ, quam hę, vt patet (istæ antẽ extra illas sunt) id est, nõ est consequentia inter has, & illas: inter se tamen istæ eãdem rationem quam superius diximus, obseruãt, vt ab affirmatiuis ad negatiuas valeat cõsequentia, nõ è contra, velut dixi, de similitudine ad priuatiuas (vtentes tñ non homo, vt nomine) id est habẽt semper tã affirmatiuæ, quã negatiuę simplices vel infinitę in prædicato idem subiectum infinitum, sicut in alijs erat subiectum finitũ semper, nec mutabatur in aliqua.

¶ In quibus verò est nõ conuenit, &c.

Hæc est secunda pars, in qua de alijs verbis adiectiuis disserit, docetque quãuis in his nõ sit ipsum (est) perinde tamen esse oppositiones faciendas, ac fiũt in ipso (est) hoc intellige de (Est) secundo adiacente, ista enim verba adiectiua quamuis re ipsa, tertio adiacenti æquipolleant, tamen voce, vt dicit Boet. similia secundo adiacẽti sunt, propterea in finitionem subiecti solam habẽt, vt homo sanatur, homo nõ sanatur, nõ homo sanatur, non homo non sanatur, similiter in vniuersali. 9

Et quamuis ista exẽpla Boet. sint per verbum (est) scilicet, homo sanus est, legenda sunt tamen per verba adiectiua, vt habetur Græcè, & ipsemet legit in suis editionibus. Nota. 1.

Hic aduerte ex. 1. Prio. c. 42. ista verba adiectiua aliquando aliquod additũ recipere post se, vt amat homo Deum, & similia, & ratione talium appositorũ recipiũt infinitatem, vt homo amat nõ Deum, video non album: tamen quia ista prędicati principalis nõ obtinẽt rationẽ, sed potius sunt verbi significationis adiũcta, non vocantur tales enunciationes infinitę absolutè, propterea maximè cauendũ est in istis, ne argumẽtemur ab illis tanquã ab infinitis affirmatiuis ad negatiuas, non. n. valet, video non album, ergo non video albũ, possũ enim albũ & nigrum simul videre: nec Nota. 2. Enũciationes quę post verbum adiectiuũ vocẽ aliquam negatã haben

Universidad de Deusto Biblioteca

nõ sunt absolutè edfinitæ dicẽdæ. valet, amo non Deum nempe Petrum, qui non est Deus, ergo non amo Deũ, nec valet posum non currere, ergo nõ posũ currere: quia argumẽtamur à nõ distributo ad distributum, ex parte participij inclusi in verbo adiectiuo vt alias dictum est.

Dubitat autem Arist. quãdo infinita sit vniuersalis, an addẽda sit negatio signo an subiecto, vt dicamꝰ: nõ omnis homo, an dicendũ sit omnis non homo? Respondetur, negationem non esse addendam signo, quia illud non significat vniuersale, sed vniuersaliter, id est, modũ quendam, secũdum quem notamus cuilibet parti vniuersalis cõuenire prædicatũ, vel à qualibet remouerij: ꝓbat aũt quod nõ significat vniuersalem rẽ, sed modum, quia hę enunciationes, homo currit, non homo currit, non differunt ab illis, in quibꝰ talia signa sunt, nisi in hoc, quòd illæ sine tali signo rem enuncient vniuersalem, nõ vniuersaliter, hę verò cum signo, rem vniuersalẽ, sed vniuersaliter, non ergo illa signa addũt, nisi hũc modum vniuersalitatis: & vide quod diximus supra capite quinto indefinitas, & vniuersales non differre in re significata, sed in modo significandi.

Concludit Arist. (ergo & reliqua eadem oportet apponi) id est, si istæ oppositæ de verbis adiectiuis sunt similes alijs, reliqua oportet opponi, id est, obseruãda sũt ea, quæ diximꝰ de illis, quãtũ ad angulares veras vel falsas vel possumus interpretari (ergo & reliqua debẽt apponi eadẽ) id est, si nõ est differẽtia inter has, nisi in signo negatiões sũt in vniuersalibus vniuersaliter ponẽdæ in ipsis vniuersalibus, sicut in illis inqbus non est signũ, vt dicatur omnis non homo est iustꝰ, quãdo negatio infinitat.

10. ¶ Quoniam vero contraria est negatio ei, quæ est, &c.

Hæc est tertia pars, in qua Arist. ostẽdit, quæ propositiones simul verę esse possint, quia docuerat angulares nõ posse simul esse veras aliquãdo, sunt ergo tria dicta, primum: cõtraria simul esse vera nequeũt, vt omne animal est iustũ nullum animal est iustum.

Secũdum opposita, his nempe particulari vera possunt esse in materia contingenti, vt non omne animal est iustũ aliquod animal est iustum.

Tertium dictum, hæ duæ oppositę: nẽpe nullũ animal est iustum, aliquod animal est iustum, se consequuntur cũ alijs duobus oppositis infinitis, nẽpe, omne animal est non iustum, non omne animal est nõ iustum, pari modo vniuersalis affirmatiua infinita, cũ negatiua infinita, & particularis negatiua infinita cũ particulari affirmatiua simplici, vt nullus homo est iustꝰ, cũ hac, omnis homo est non iustus, & nõ omnis homo est nõ iustus, cũ hac, aliquis homo est iustꝰ.

Aduerte quod propterea dixit has cõsequi se cũ illis, quia illæ primę nõ sunt Angulares. At qa Angulares se cũ illis consequuntur, fit vt eadem sit harum & illarum ratio. v.g. illę non sunt simul veræ, omne animal est iustũ, nullum animal est iustum sed nõ sunt Angulares. At omne animal est nõ iustum, quę est Angularis affirmatiuę, est idem cũ hac nullũ animal est iustũ. Ergo sicut hæc cũ affirmatiua simplici, non erat simul vera: ita nec illa infinita, quæ ęquipollet negatiuæ. Similiter in particularibus vt aliquod animal est iustũ, aliquod animal nõ est iustũ, sunt simul verę, sed nõ sunt Angulares. At affirmatiua ęquipollet negatiuę Angulari, scilicet, non omne animal est nõ iustum, propterea ostendit veritatem vel falsitatẽ in illis primis, quia illic est magis nota, postea ostendit, has illis æquipollere.

Sed vnum dubium magnum superest, an ab affirmatiua sit procedendum ad negatiuam, an ecõtra, sunt enim varij textus Latini & Græci in hoc: in primis hic Boetiꝰ legit ab affirmatiuis esse ꝓcedendum, at in suis commentarijs, in vniuersalibꝰ à negatiua ad affirmatiuã procedẽdum, in particularibus ab affirmatiua ad negatiuam: quod idem docet Albert. cap. 3. Dubiũ.

At in textu Græco præsenti, & traductiõe noua sic habet, vt ab affirmatiua vniuersali ad negatiuam, & à negatiua particulari ad suam affirmatiuã sit cõsequentia, quod etiam recipit Psellus.

Solutio. Ego existimo dicendũ: cum Ammo. vt mutuò se consequantur affirmatiua & negatiua. Quod si dicas, infinitũ non prædicatur affirmatiuè de his, quę nõ sunt, nõ enim dicitur Chimæra est nõ homo dico, superius diximus ita affirmatiuam sicut negatiuam esse veram, & hoc hic dicit Ammo. & hoc corroborat expositionem, quam attulit in illis verbis (Duæ verò minimè.)

Quòd si hoc non placet, dic cũ Psello, hic Aristo. loqui de supponentibus terminis, & his, quæ existunt.

Vel cum Alberto, vt ponatur constãtia, qua indicemus rem subiectam esse atq; tunc est mutua consequentia.

11 ¶ Manifestum est autem etiã quoniam in singularibus, &c.

Ostendit diuersimodè se habere negationem in enũciationibus singularibus & in vniuersaliter vniuersalibus: in singularibus. n. nihil prohibet vel in principio, vel in medio, vel in fine collocare, vt Socrat. est nõ sapiens, vel Socrat. nõ est sapiẽs, vel nõ Socrat. est sapiens, idẽ est dicere: at in vniuersaliter vniuersalibus non idẽ est: differt enim dicere, omnis homo est non sapiens, & nõ omnis homo est sapiẽs, quia illa est contraria vniuersalis, hæc contradictoria: vnde in interrogationibus multum differt, quærere de vniuersali, & de singulari, nã si respondens verè negat singulare, posum ego verè affirmare per indefinitã, vt putà sue Socra. est sapiẽs: si verè respondet interrogatus, nõ est, posũ inferre, ergo Socrat. est non sapiens: in vniuersali nõ licet, vt putas, omnes homo est albus (non, non dicam ergo omnis homo est nõ albus, sed non omnis homo est albꝰ: in quo docemur ex negatiua vniuersali non inferre affirmatiuam vniuersalem, vt nõ omnis homo est iustus, ergo omnis homo est non iustus, in singularibus id licet sem per ex negatiua inferre affirmatiuam: vbi constat secundum Aristot. valere à negatiua ad affirmatiuam infinitã, vt Socrates non est sapiens, ergo Socrat. est non sapiens, exceptis tamen illis, in quibus non fit propter vniuersalitatem, non autem propter suppositionem, vel non suppositionem, vt aliqui interpretantur superius.

¶ Illę verò secundum infinita cõtraiacentes nomina, &c. 12

Arist. vnum hic dubiũ remouet, cùm enim negationes nominibus per se apponantur, & verbis per se, vt nõ homo, non iustus, non currit, posset quis dubitare esse negationes absq; nomine, & verbo, non hõ enim est negatio absq; verbo non currit, est negatio absque nomine, q̃ suprà negatũ est, cùm dixit affirmationẽ & negationẽ esse ex nomine, vel ex finito nomine, & verbo simul: & hoc est, q̃ dicit, (illæ negationes contraiacentes) id est, compositæ secũdum infinita nomina, & verba. (Sunt autẽ cõpositæ ad finita nomina & verba) videtur esse negationes: respõdet, nullo modo esse negationes, & probat omnis negatio verum vel falsum significat, at illæ voces negatæ nec verum, nec falsum significant, quousque aliud eis addatur, ergo nõ sunt negationes. Quòd autem nihil veri vel falsi significent, manifestat ex oppositis, nẽpe homo, animal, per se item vincit, currit, nihil per se veri vel falsi significãt, quo fit, vt multò minus illa. Huius ratio est secundũ Ammo. & Albert. qa cùm illa aliquam naturam significent, magis videbãtur verum vel falsum significare, quã illa infinita, quæ nihil videtur significare, vel secundũ Caieta. illæ voces simplices sunt ꝓpinquiores enũciationi, quã infinitę, quia enũciatio simplex & finita prior est, & cũ hæ veri vel falsi nihil

Infinita nomina & verba non esse negationes.

Universidad de Deusto Biblioteca

nihil significent, ergo minus significabunt infinitæ voces per se.

13 ¶ Significat autem est omnis non homo iustus. &c.

Illo dubio de negatione interposito, reuertitur Aristo. ad ostendendã cõsequentiam in infinitis: superius aũt dixit de infinitis ex prædicato, subiecto manẽte finito, nũc docet eis, quæ subiectu habẽt infinitum & primum dicit, has omninò esse extra illas, q̃ superiꝰ dixit: id est: non valet consequentia ab his, quæ de subiecto infinito sunt ad eas, quæ finitũ habẽt subiectũ, tũ inter se habẽt similẽ rationẽ cum illis: vnde istę, omnis homo est iustus, non omnis homo est iustus nihil significant, cum illis de infinito subiecto: tũ quẽadmodum illæ duæ sunt æquiualẽtes, omnis nõ homo est non iustus, & nullus non homo est iustus, adde tu, sicut etiam illæ idem valẽt, aliquis homo est iustus, & non omnis homo est nõ iustus, ita & hæ aliquis non homo est iustus, & non omnis non homo est non iustus, eadem enim in his est inter se ratio.

14 ¶ Transposita verò nomina & verba idem significant. &c.

Dubiũ vltimo soluit, q̃ oritur ex eo, q̃ modò nomen, modo verbum postponit, modò substãtiuũ, modo adiectiuũ: posset quis decipi existimans esse propterea diuersas enũciationes: q̃ repellẽs Aris. docet nomina & verba trãsposita idẽ significare v.g. idem est, est albus homo, & est homo albus: q̃ probat, quia aliter vna affirmatio duas haberet oppositas negationes, q̃ supra reprobatũ est: patet, sumo has, est albus homo, & est homo albus: illa prior habet hanc negationẽ, non est albus homo, illa posterior, quã habebit? vel hãc nõ est non homo albus: & hoc nõ, quia ista correspõdet illi, nõ homo est albus vel hãc, nõ est homo albus, sed ista est negatio etiã illius, est albus homo, ergo vel ista, est albus hõ, habebit duas negationes, prioré scilicet, non est albus homo, & hanc, non est homo albus vel istæ erũt eadem negatio: ita vt est, quòd si vna negatio sunt, non est albus homo, & non est homo albus, ergo & eadem affirmatio erunt, est albus homo, est homo albus.

Hic vnum probandum superest, nẽpè illas duas negationes, non est homo albus & non est albus homo esse negationes illius, est albus homo: hoc facilè est, quia eodem modo se habet, quãtum ad oppositionem, cum vna sicut cũ altera nec in veritate vel in falsitate vllo modo illæ differunt.

Colligit ergo, (nomina & verba trãsposita idẽ significant) circa quã aduerte, duplicẽ esse trãspositionẽ, ex Amm. & Caiet. est situalis solum, in qua solus situs terminorũ mutatur, sicut qui solũ mutat duo loca: altera est situalis & formalis, qñ non solũ locus, sed aliqua mutatur forma, vt qui cum loco valetudinem, vel dispositionem mutat: ita similiter, quãdo nõ solum termini, quo ad situm mutãtur, sed quo ad formam, quia ex subiecto in prædicatum, vel ex prædicato in subiectum mutantur.

verborũ & nominum in enunciatione duplex est transpositio.

Propositio autem Arist. de sola trãspositione situaliter, intelligenda est quando nomen vel verbum situm mutant, non formam, sed prædicatum manet, & subiectum manet idem, nec proprietas Logica mutatur.

Ex hoc capite duos vsus maximos percipimus: alter est, abũdantia enunciationũ multiplex: nam vel est verbũ adiectiuũ vel substantiuum, si adiectiuum, tunc vel subiectum est finitũ, vel infinitũ, tam in affirmatione, quàm in negatione, vel vniuersaliter, vel non vniuersaliter, & tũc sunt octo propositiones de præsenti, totidẽ de futuro, totidem de præterito, si fuerit verbũ substantiuum, tũc vel de secundo adiacente, vel de tertio, si de secundo, eodẽ modo sunt octo, secundũ quodlibet trium temporum: si de tertio, tunc vel subiectum est infinitum, & tunc secundum prædicatum finitum vel infinitum sunt octo secundum quodlibet temporũ, vel de subiecto infinito, & tunc sunt totidẽ secundum tempora, vnde resultat magnus numerus, quẽ describere exẽplis cuilibet erit facilè. Quod si velis hic sũmere subiecta singularia, & particularia facies tot enũciationes, quot precedentes, dẽptis vniuersalibus vniuersaliter, quia singula, vel particularia vniuersalitatem non recipiunt.

Duplex modꝰ argumẽtãdi penes finitũ & infinitũ.

Alter fructus est modi arguendi penes finitũ & infinitũ: qui sunt duo, quando subiectum est finitum: alij duo subiecto existẽte infinito. In subiecto finito, alter ab vniuersali affirmatiua infinita ad negatiuam simplicem vniuersalẽ: & è contra subiecto supponenti: vt omnis homo est non iustus, ergo nullus homo est iustꝰ. Alter ab affirmatiua finita particulari ad negatiuam infinitam particularem, & è cõtrà, vt aliquis homo est iustus, ergo nõ omnis hõ est non iustus ijdem modi sunt seruato subiecto infinito, vt omnis non hõ est nõ iustus, ergo nullus nõ homo est iustus: & aliquis nõ homo est iustꝰ, ergo nõ omnis nõ homo est nõ iustus, & hæc sufficiãt circa hanc materiam de infinitis enunciationibus.

De enũciationũ vnitate, ac pluralitate Et quo pacto veritas & falsitas in eis reperiatur in prædicationibus cõiunctis, atque diuisis. Cap. II.

TEXT. 1: AT verò vnũ de pluribus, vel plura de vno affirmare vel negare, nisi sit vnum aliquid, quod ex pluribus significatur, non est affirmatio, neq; negatio vna. Dico autem vnum, non si vnum nomen positum sit, non sit autem vnum aliquid ex illis, vt homo est sortes & animal, & bipes, & mansuetũ, sed ex his vnũ fit: ex albo autem & homine, & ipso ambulare non est vnum. Quare nec si vnum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio vna: sed vox quidem vna affirmationes verò multæ, nec si de vno ista: sed similiter multæ.

Si ergo Dialectica interrogatio responsionis est petitio, vel propositionis, vel alterius partis contradictionis, propositio vero contradictionis, est vnius pars: non erit vna responsio ad hæc: neque enim interrogatio vna, neque etiã si sit vera, dictum est autem de his in Topicis. 21

Simul autem manifestum est, q̃ nec hoc ipsum quid est Dialectica interrogatio est: oportet enim datũ esse ex interrogatione eligere, vtram velit cõtradictionis partem enũciare: sed oportet interrogãtem determinare, vtrum hoc sit homo, an non hoc. 8. Top. 3.

Quoniam vero hæc quidem prædicãtur cõposita, vt vnum omne prædicatũ fiat, eorum, quæ extra prædicãtur: alia vero non: quæ est differentia? De homine enim verum est dicere, & extra animal, & extra bipes: & hæc vt vnũ: & hominẽ, & album, & hæc vt vnum: sed non si coriarius est, & bonus: etiam coriariꝰ bonus ✝ Si enim quoniam vtrumq; verũ esse oportet & simul vtrũq;, multa inconuenientia erunt. De homine enim & hominem verum esse dicere & albũ: quare & omne: rursus si album ipsum, & omne, quare erit homo albus, albus & hoc in infinitum: & rursus musicus albꝰ ambulans, & hæc eadem frequenter implicita in infinitũ. Amplius si Socrates Socrates est & homo: & Socrates Socrates homo, & si homo, & bipes, erit homo bipes. Quod igit̃, si quis simpliciter ✝ dicat cõplexiones fieri, multa accidit dicere inconuenientia, manifestum est. 4. ✝ a. l. quare non si alterũ verum. ✝ a. l. addit & vt õtingit

Quemadmodũ autem ponendũ est nunc dicimus. Eorum igitur, quæ prædicantur, & de quibus prædicari accidit, quęcunque secundum accidẽs dicũtur, vel de eodem, vel alterũ de altero, hæc non erunt vnũ, vt homo albus est, & musicus, sed non est vnum album & musicũ accidentia enim sunt vtraque. Nec si album, musicum verũ est dicere, tamẽ nõ 5.

erit

erit album musicum vnũ aliquid: secundum accidens enim album musicũ: quare nõ erit album musicum vnũ aliquid: quo circa nec coriarius bonus simpliciter: sed animal bipes: non enim secundum accidens.

6. Amplius, nec quæcũq; insunt in altero: quare neq; album frequẽter neque homo, homo animal est vel bipes, insũt enim in homine animal & bipes.

7. Verũ est autẽ dicere de aliquo & simpliciter: vt aliquem hominem hominẽ aut aliquem album hominem, hominẽ album, non autem semper. Sed quãdo in adiecto quidem aliquid oppositorũ insit, quod consequitur contradictio, nõ verum, sed falsum est, vt hominẽ mortuum, hominem dicere, quando autem non insit [verum.

[a. l. addit semp

8. Aut quãdo insit quidẽ, semper nõ verũ est: quando vero nõ insit, nõ semper verũ est, vt Homerus est aliquid, vt poeta, vtrum igitur est, an nõ: secũdum accidens enim prædicatur, est, de Homero, q̃ enim est poeta) sed non secundum se prædicatur de Homero ipsum est.

9. Quare in quibuscũque prædicationibus neque cõtrarietas inest, si definitiones pro nominib9 dicantur, & secundũ se prędicentur, & nõ secundum accidẽs in his aliquid & simpliciter verũ erit dicere. Quod autem nõ est, quoniam opinabile est, non est verum dicere esse aliquid: opinio enim eius est, non quid est sed quod non est.

HVius capitis scopus est: cùm multę sint enũciationes coniunctæ, quæ plura prædicata, vel subiecta habẽt, & multæ sint simplices, quæ singula ex illis per se prædicantur, aliquãdo euenit vt quęverè cõiũcta prędicamo9, diuisim enunciemus falso: vt cadauer est homo mortuus, vera est cõiuncta, diuisa falsa cadauer est homo, aliquãdo diuisa vera enũciamus, vt homo est musicus, homo est albus, tamẽ coniuncta falsa est, Musicus alb9. Aristoteles igitur hoc capite docet, quãdo diuisa coniungere, quãdo coniuncta diuidere liceat, & hic est scopus capitis, quod in tres particulas claritatis causa diuidi potest. Primò docet quæ multiplex, quæ vna enũciatio sit: hoc enim necessariũ est ad doctrinã de coniunctis & diuisis. Secundo mouet quæstionem circa hoc, & argumẽtis disputat circa illam. Tertiũ soluit difficultatem hanc docendo quod intendit.

¶ At verò vnum de pluribus, vel plura de vno, &c. 1.

Primò ergo constituit, quid enunciatio vna, quid multiplex sit. Est aduertẽdũ, quod posumus quadrupliciter enũciare, vel plura de pluribus, vt homo & leo est fortis, & mãsuetus, vel vnum de vno, vt homo est albus, vel plura de vno, vt Deus est iustus, fortis & patiens, vel vnũ de pluribus, vt homo & leo est fortis: inter has vnam enunciationẽ vocat Aristoteles, quæ vnum de vno enunciat, reliquas verò multiplices. Quatuor modis alia de alijs enunciare posumus.

Explicat autem, quid vocet vnũ, quid plura, vnum non solùm debet esse voce, sed re significata, ita, vt si vna vox sit, multa tamen æquiuocè significet, talis enũciatio simpliciter sit multiplex, secundũ quid vna: nempè vocet, vt canis currit, similiter plura intelligũt. re, quæ nõ faciũt vnã rẽ per se, nam sit sint plures voces, vnam tamen rem significent, vel plura vnam rem facientia per se, sicut animal bipes, mãsuetũ, quæ est definitio hominis: tunc talis erit enunciatio vna. In summa, est considerandã vnitas, vel pluralitas rerum significatarum, non vocum.

Dubitabis, quare Arist. dixit hęc verba cum coniunctione & dubitatione, nẽpè, homo fortasse est animal, & mãsuetum & bipes? respõdẽs Boet. ex Porphyrio in secũda Edit. docet, quod istę partes definitiõis dupliciter possũt prędicari aut per se, & tunc faciũt plures enũciationes, homo est animal, & homo est bipes, & homo est mansuetus, aut coniunctæ, & tunc faciunt enunciationem vnam, vt homo est animal, bipes, mansuetum

Dubiũ.

Solutio.

suetum: hic autem illam coniunctionẽ (de) notat per se sumi: vt sit sensus, istæ partes, quæ per se sumptæ enunciationes plures faciunt, coniunctæ tamen, & quando de vno subiecto prædicantur, vnam faciunt enunciationem, quia significant rem vnam: dixit autem (fortasse) quasi aliquando accidat ex illa vna plures fieri enunciationes, quãdo separatim partes sumantur.

2 ¶ Si ergo Dialectica interrogatio responsionis, &c.

Iuxta Albert. & Esculap. & alios, hic probat Arist. illã esse enũciationẽ multiplicem, in qua plura enunciamus de pluribus, vel vnũ de pluribus, vel plura de vno: probat autẽ ex responsione: propositio enim est responsio interrogationis, sed illa nõ est vna interrogatio, quæ fit per tot prædicata vel subiecta, ergo nec erit vna respõsio, nec vna enũciatio, sed multiplex: vñ qui petit, canis ne est substãtia? multa petit: ideò non debemus vnica responsione respõdere: etiã si verum sit, illa multa enunciare simul. Accidit enim q̃ vera sit, vt Deus est iustus, & sapiens: verũ quidẽ vtrũq;, sed interrogatio est multiplex, & ideò non debet esse vnica responsio, hæc est interpretatio horum.

Altera expositio.

At melius est cum Græcis ista verba non tanquã probatiua, sed illatiua legere, vt sit sensus: ex quo tales enunciationes fũt multiplices, fit vt interrogatiões harũ nõ mereãtur vnã respõsionẽ

Nota. 1.

Sed vt ista rectius intelligantur, aduerte, quod hic non de Dialectica in communi loquitur, quæ in partem demonstratiuam, & Topicam est diuisa, sed solum de parte Topica.

discrimẽ q̃ si inter eum qui d̃mõstratiõe & syllogismo topi. vtitur

Est autem discrimen inter eum, qui de demõstratione vtitur, qualis est ille qui habet rei scientiã, & illũ qui syllogismo Topico, qualis ille est, qui rei habet opinionẽ qui demonstrat, quærit semp̃ necessaria, quæ semper vera sunt, nec aliter se habere possunt: vt q̃ homo sit risibilis, q̃ ignis sit calidus, & ea intẽtione circa illa versatur, vt eorum causam indaget, & cõsequatur. At Topicus cõsiderat pbabilia, quæ taliter se habẽt vt aliter se habere possint, & ea inquirit, vt pbabiliter, & opinatiuè cognoscat.

Hinc sequitur vnum: quod qui vtitur demõstratione, sumit vnã partẽ cõtradictionis probandã, nempe quæ necessaria est, nã ambæ partes simul necessariæ esse nõ possũt at qui Topicè procedit, quia vtraq; pars contradictionis potest esse probabilis, probat vtrãq;, modo hanc, modo illam: quod docet Aristot. 1. Elenchorum, cap. 11.

Hinc etiam sequitur q̃ aliter vtitur interrogatione scientificus, & qui demõstrat, aliter Topicus. Qui demõstrat, interrogat vnã partẽ, quæ necessaria est, vt sibi demonstretur, petit. n. Physicus, an anima sit immortalis, vt demõstret, petit Geometra, an triãgulus habeat tres ęquales duob9 rectis, vt d̃mõstret. At Topicus petit vtramq; partem contradictionis, siue hanc, siue illã, vt probabiliter circa vtramq; disputet.

Est igitur interrogatio Dialectica, seu Topica cõtradictionis petitio, vt sibi hæc vel illa detur pars: & hoc est, q̃ docet Arist. sed cõsiderãda sunt verba, inquit, (est petitio responsionis vel propositionis, vel alterius partis cõtradictionis) omnia idem sunt, sed notat varios modos vel respondendi vel interrogandi Topicè, aliquando solet respõder per particulam non, vel sic: vt est anima diuisibilis? põt dici, sic vel non, propterea dicit est petitio respõsionis, aliquando repetitur eadẽ propositio, vt si dicat, anima est diuisibilis, ideo dicitur petitio propositionis, aliquando qui interrogat, exprimit duas partes, vt anima est diuisibilis an non? & tunc respondetur, per vnam partem contradictionis, propterea dicit, est responsio alterius partis contradictionis.

Nota. 3.

Nota. 3. Topicũ licet nõ semp̃ so

Tamẽ hic aduerte, licet Topicus aliquando interroget vnã partẽ formaliter, aliquãdo ambas partes, virtualiter

maliter, virtute tñ vtrãque contradictionis partem semper rogarn.

ter, tamen semper interrogat inter vtram q; parte contradictionis, siue hoc siue non, quod nõ facit, demonstrator, nec virtualiter, nec formaliter.

¶ Simul aũt manifestũ est, quoniã, &c.

Hic vnũ infert, quod maximè declarat interrogationem Topicam, nempè petere, quid est homo? non est Topica interrogatio, nec petere, quid hoc est? Pro quo aduerte, ex Boet. in secunda editione: triplex est interrogatio, prima est Topica, quæ cõtradictionis partem quærit, ita vt determinet cõtradictionẽ, sed liberũ relinquat respõdenti, quãlibet eligere, vt qui dicit, anima est vna, an nõ? hic, coarctat interrogãs respondentẽ, vt intra has partes respõdeat, quanquam maneat in electione, hoc vel illud respondere: hæc igitur est interrogatio Topica. Alia est interrogatio nõ dialectica, seu nõ Topica, quæ inter cõtradictionis partes non quærit, sed vaga est, quæ si fuerit rei necessaria, est demõstratiua, vt q d est hõ? hic enim nullã partem determinat, similiter, quæ differentia est animalis? si verò fuerit rei accidẽtis, seu contingentis, est interrogatio familiaris: vt cuius est domus? qñ venisti? hic patet sensus Aristo. dicit enim, quid est non esse interrogationem Dialecticam, id est, Topicam, quia non determinatur ad aliquot partes contradictionis alicuius, & obserua hanc doctrinam.

3 Nota. Triplicẽ esse interrogationem.

Dubiũ. Obijcies primò Top. c. 4. inter interrogationes Topicas est vna, definitionis problem. definitio aũt explicat q d est, ergo est interrogatio Topica ipsius quid est. Dico ad hoc. Duplex est quæstio, seu interrogatio, q d est, altera vaga & indeterminata ad partes cõtradictionis, vt si dicas, quid est homo? quid est angelus? & talis no est Topica, vt hic dicitur, altera est determinata sub contradictione, vt vtrũ animal rationale sit definitio hominis, nec ne? & talis est Logica, & hoc docet. 1. Topico. Idem est dicendum de genere, de differẽtia, quæ si interrogẽtur vagè, non sunt interrogationes Topicę, vt, q est genus hominis? quæ est differentia hominis? si verò determinatè petantur, sunt Logicæ: vt an rationale sit differentia hominis nec ne? & hanc solutionem maximè serua, quam etiam Aristo. hic ex primit: dum dicit. Dialecticum determinare, an hoc sit homo, an non hoc.

Duplicẽ esse ipsius quid est interrogationem.

¶ Quoniam verò hæc quidẽ prædicantur composita, &c. 4

Incipit Aristo. quæstionẽ de coniunctis & diuisis proponere: huiusmodi autem est interrogatio. Cùm multa diuisim verè enuncientur, quæ si coniuncta prædicemus, enunciatio falsa erit: alia autem multa & coniuncta, & diuisa verè enuncientur, quæ erit huius distinctionis causa? q; autẽ illud ita euenìat, patet: dicimus enim verè diuidẽtes, Socrates est homo, & Socrates est albus, & etiã verè coniungimus, Socrates est homo albus: similiter, hõ est animal, & homo est bipes, & coniunctè homo est animal bipes: aliquando non ita, dicitur enim, est homo cytharædus, & homo est bonus, nõ aũt est cytharedus bonus, si enim ille sit studiosus, non tñ ad modum peritus artis cytharizandi, diuisa est vera, coniuncta est falsa.

Quid igitur dicetur ad hoc? posset q s respõdere, & assignare regulã hãc, qñ diuisa enũciare verũ est, tunc enunciare coniuncta verum erit: hoc reijcit Aristo. tanquã falsum, Primo de homine est verum dicere, q est homo, & q est albus, ergo coniunctè, quod est hõ albus, vlterius de illo homine verũ est dicere, quod est homo albus, & iterum quod est albus, ergo dicetur, quod est homo albus, albus & iterũ sumã illud idem, & faciam multas negationes: q non licet pręterea, de homine est verũ dicere, quod albus, & diuisim quod est Musicus, & q est ambulans, ergo quod est albus musicus ambulans, & iterũ de homine est verum ista coniũctè dicere & iterum vnum ex illis, ergo omnia cõiunctæ

iũctè, & iterum sępius illa replicabo, q absurdum maximè est: præterea Socrates est Socrates, & est homo, ergo dicã Socrates est Socrates homo, quę est negatio, nec admittenda.

¶ Quẽ ad modũ aũt ponẽdũ est. &c.

5 Determinat hãc difficultatẽ, & primò de coniunctis, qñ liceat diuisa coniungere, postea de diuisis quãdo liceat cõiuncta diuidere: circa primum duas regulas assignat, qñ non licet diuisa cõiungere. Altera est, quando quæ diuisim prædicantur, sunt accidentia ad inuicem, vel respectu alicuius tertij tunc talia nõ faciunt vnum per se. v. g. homo est albus, & homo est musicus, non valet, ergo albus musicus quia vtraq; accidunt homini, similiter homo est tytharædus, & est bonus, non valet ergo est cytharedus bonus, quia vtraq; accidunt homini, & ad inuicem etiam: dico adinuicẽ, quia si vnum alteri accidat, non è contra, non impedit, vt Socrat. est homo & est albus, valet, ergo est homo albus, quia vnum est accidens alterius, non autem è contra.

Diuisa attributa quando nõ liceat coniungere

¶ Nec quocunq; insunt in altero, &c.

6 Altera regula est, nec his, quæ ita diuisa prædicantur, vt vnum includatur in altero actu: qua ratione superiora argumenta non valent coniuncta quia in vna parte actu includitur altera: dico (actu) quia potentia nihil prohibet, dicimus enim, homo est animal, & rationale, ergo animal rationale, & tamẽ animal, quia genus est, differentias cõtinet in potentia.

¶ Verum est autem dicere de aliquo, & simpliciter, &c. 7

Hic de diuisis agit, ostenditq; coniũcta diuidere aliquãdo licere, vt hic est homo albus, ergo est homo, & est albo: sed nõ semper id licet, qñ vero non liceat, duobus regulis explicat, altera est, qñ coniunctũ constat ex partibus repugnantibus non licet vti diuisione, dicitur enim, cadauer est animal mortuum, sed non diuides, ergo est animal siuiliter imago est homo pictus, nõ valet ergo est homo: quia illa duo repugnãt quod sit mortuũ, & animal, q sit homo, & q sit pictus dices tu, si repugnant, quomodo cõiunguntur, nõ enim dicitur homo irrationalis. Dico, & aduerte: quãdo iunguntur: vnũ non retinet significationẽ principalẽ, sed transumptiuam, ibi enim fit distractio termini, vt nõ pro significato proprio, sed improprio supponat, at quando nõ additur membrum distrahens, non fit cõiunctio, propterea non dicitur homo irrationalis nec animal insensibile.

Quando coniũcta attributa non liceat diuidere.

obiectio

dilutio.

¶ An etiam quando inest, semper non verum est. &c. 8

Dubitat Arist. an sicut semper est falsum huiusmodi coniũcta repugnãtia diuidere, ita semper verũ sit reliqua coniuncta semper diuidere, & docet adhuc non esse, quod explicat Auer. & Boet. quando partium coniuncti, vna per alteram inest subiecto, & dicitur per accidens, vnde non valet, est Cytharædus bonus, ergo est bonus, q a bonus inerat subiecto per artem cytharizandi, non per se: vide Caietanum hic.

Et ponit alterã regulã quãdo vnum prædicatur per accidẽs, nõ licet diuidere, vt Homerus est poeta, est vera, non tamen licet dicere, ergo Homerus est: quia est, per accidens prædicatur.

Dubiũ. Dices tu, quid est, q (Est) per accidẽs prædicetur? nota ex Boet. & Ammon. aliquando (Est) vnit suam significationem, nempe existentiã immediatè subiecto & mediatè vnit prędicatũ, vt homo est albus, id est, existit albus, & tũc dicitur per se prędicari, id est, immediatè de subiecto, aliquando non immediatè subiecto vnitur, sed mediãte prædicato, vt Homerus est poeta, non dicitur hic, q Homerus immediatè per se existat, sed existentia illi applicatur ratione poetę, vt sit sensus: Homer. in sua poesi existit, nõ in se, & tunc dicitur per accidẽs prædicari de subiecto, quia nõ ratione sui, sed ratione talis prędicati,

Verbum est, quãdo per se & quãdo per accidens prędicetur.

 & hoc

& hoc obserua, vbi vides clarè ipsum (Arist.) de tertio adiacente prædicari.

9 ¶ Quare in quibuscunq; prædicationibus, &c.

Concludit Arist. hic ostendens, qñ ita non fit, vt in his duobus casibus, coniũcta diuidi possũt, & pro primo casu ostẽdit, qñ cognoscatur repugnantia illorum coniunctorũ, nẽpe si definitiones eorum assignentur, vt patet, si definiatur animal, & mortuũ, tunc cognoscitur repugnantia: animal enim est viuens, mortuũ verò priuatum vita.

Secundam regulã ostendit pulchro exẽplo, de re quæ nõ est, dicimus quòd est imaginabilis, seu opinabilis, dicere, q̃ opinabilis est, nõ est dicere, q̃ est in re; imò nõ est: sed dicitur quod existat, non in re, sed in imaginatione, ita fit in illis. Homerus est poeta, &c.

Nota. In diuisione, & coniunctione attributorum, nam sint seruanda.

Circa hoc aduerte, quãdo diuisa cõiungis, vt serues idem subiectũ pro eodem, & secundũ idem tempus, & coniũgas totalia prædicata, vnde non valet, animal est cygnus, & animal est nigrũ, ergo est animal cygnus niger, nõ enim pro eodẽ sumis subiectum, nec valet, Cicero fuit puer & fuit sapiens, ergo fuit puer sapiens, non enim idem tempus sumis nec valet, video hominem, & video nigrum, ergo video hominem nigrum, quia totalia prædicata non iũgo, prædicata autem totalia sunt videẽs hominem, & videns nigrum circa diuisionem aduerte, quãdo negata diuidis diuide disiũctiuè, vt Socrates non est homo albus, ergo non est homo, vel non est albo, at affirmata copulatiuè, vt Socrates est hõ albus, ergo est homo, & Socrates est albus: hæc de hoc capite.

¶ De enunciationibus cum modo, & earum adinuicẽ oppositionibus, ac consequẽtijs: tum ex aliarũ, tũ ex ꝓpria opinione.

TEXT. 1 Sectio 4. secundũ Græcos.

Cap. III.

HIs verò determinatis considerandum est, quemadmodũ se habent negationes & affirmationes ad se inuicem, quæ sunt de possibile esse & non possibili, & de cõtingẽti, & nõ cõtingẽti, & de impossibili & necessario: habẽt enim aliquas dubitationes. Nã si eorũ quę cõplectunt, illę sunt sibi inuicẽ oppositæ contradictiones, quæcunq; secũdum esse & nõ esse disponũtur: vt eius quę est, esse hominẽ, negatio est nõ esse hominẽ, nõ ea quę est esse nõ hominẽ: & eius quę est, esse albũ hominẽ ea quæ non esse albũ hominẽ, sed non ea quę est, esse non albũ hominẽ (si enim de omni aut affirmatio, aut negatio est lignũ erit verũ dicere esse nõ albũ hominẽ.) † q̃ si hoc modo & in quibuscunq; esse non additur idẽ faciet quod pro eis dicitur: vt eius quæ est, hõ ambulat nõ hæc, ambulat nõ homo negatio erit, sed hæc, non ambulat hõ nihil enim differt dicere hominẽ ambulare, vel hominem ambulãtem esse. Quare si hoc modo vbiq;, & eius quæ est possibile esse, negatio erit possibile nõ esse, sed nõ ea quę est, non possibile esse.

† a. 1. ad dit q̃ inconueniens est.

2 Videtur aũt, idẽ posse & esse & non esse: omne enim q̃ est possibile diuidi vel ambulare, & non ambulare, & non diuidi possibile est. Ratio autẽ est qñ omne quod sic possibile est, nõ semper in actu est quare inerit ipsi etiã negatio, potest enim & non ambulare q̃ est ambulatiuũ, & non videri q̃ est visibile: at verò impossibile est de eodẽ oppositas veras esse affirmationes & negationes: nõ igitur eius quæ est, possibile esse, negatio est hęc, possibile nõ esse.

3 Contingit enim ex his, aut idẽ affirmare & negare simul de eodẽ, aut non secundũ esse vel non esse, quæ apponũtur, fieri affirmationes, & negationes si ergo illud impossibile est, hoc erit magis eligẽdũ: est igitur negatio eius quę est, possibile esse, ea quę est, nõ possibile esse sed nõ ea quę est, possibile nõ esse Eadẽ quoq; ratio est, & in ea q̃ est cõtingẽs esse, et enim negatio eius est, nõ cõtingẽs esse, & in alijs quoq; simili modo, vt in necessario & impossibili.

Fiunt

Fiunt enim quemadmodum in illis esse & nõ esse appositiones, subiectæ verò res, hoc quidẽ album, illud verò homo: eodem quoque modo hoc in loco, esse quidẽ & nõ esse, vt subiectũ sit, posse vero & contingere appositiones sunt determinantes (quemadmodum in illis esse & nõ esse) veritatem & falsitatem: similiter hæ in eo quod est, esse posibile, & & esse non possibile.

5. Eius verò quę est, posibile non esse, negatio est, nõ ea quæ est, non posibile esse, sed ea quæ est, nõ posibile non esse, & eius quæ est, posibile esse, nõ ea quæ est, posibile nõ esse, sed ea quę est nõ posibile esse. Quare & seq̃ se inuicẽ videbũtur, posibile esse, & posibile non esse, idem enim posibile esse, & nõ esse: non enim contradictiones sunt sibi inuicẽ huiusmodi posibile esse, & posibile non esse. Sed posibile esse & nõ posibile esse, nunquã simul in eodẽ veræ sunt: opponunt enim: neq; ea quę est posibile nõ esse, & nõ posibile nõ esse nunquam simul in eodem veræ sunt. Similiter autẽ & eius quæ est necessariũ est esse, negatio non est ea, quæ est, necessariũ: nõ esse, sed ea quę est, nõ necessariũ esse: eius verò quę est, necessariũ nõ esse, ea quæ est, nõ necessariũ nõ esse: & eius quę est, impossibile esse, nõ est ea quę est, impossibile non esse, sed hæc nõ impossibile esse: eius verò quæ est, impossibile nõ esse, ea quæ est, non impossibile nõ esse. Vniuersaliter verò (quemadmodũ dictũ est) esse quidẽ & nõ esse oportet ponere, quemadmodũ subiecta, negationẽ verò & affirmationẽ hæc, facientem, ad esse & nõ esse opponere: & has opportet putare esse oppositas dictiones posibile, & non posibile: contingẽs, non cõtingens, impossibile, non impossibile, necessarium, non necessarium, verum non verum.

Consequentię verò secundũ rationẽ 6. fiunt cum ita ponũtur: illam enim quæ est, posibile esse, sequitur ea, quæ est, contingit esse, & hæc conuertitur illi, & non impossibile esse, & non necessariũ esse, illã verò quę est posibile nõ esse, & contingens non esse, ea quę est, non necesse, non esse, & non impossibile nõ esse, illam autem quę est, non posibile esse, & non cõtingẽs esse, ea quę est impossibile esse, & necesse non esse, illã verò quę est, nõ posibile nõ esse, & nõ cõtingens non esse, ea quæ est impossibile non esse & necessarium esse, considerentur autem ex subscriptione, quemadmodum dicimus.

ENVNCIATIONVM MODALIVM CONSEQVENTIA SECVNDVM ALIOS.

ORDO. I.
Antecedentes.
Posibile esse.
Contingens esse.
Sequentes.
Non impossibile esse.
Non necessarium esse.

ORDO. II.
Antecedentes.
Posibile non esse.
Contingens non esse.
Sequentes.
Non impossibile non esse.
Non necessarium non esse.

ORDO III.
Antecedentes.
Non posibile esse.
Non contingens esse.
Sequentes.
Impossibile esse.
Necessarium non esse.

ORDO IIII.
Antecedentes
Non posibile non esse.
Non contingens non esse.
Sequentes.
Impossibile non esse.
Necessarium esse.

Universidad de Deusto Biblioteca

HAE igitur impossibile, & non impossibile, eam quæ est contingens & possibile, & non contingens, & possibile sequũtur quidem contradictorię: sed conuersim: eam enim quæ est possibile esse, negatio impossibilis sequitur quæ est, non impossibile esse: negationem vero affirmatio, nam illam, non possibile esse, est quæ est, impassibile esse: affirmatio enim est impossibile esse: non impossibile vero negatio.

8. Necessarium verò quemadmodum se habet, considerandum est. Manifestũ est enim quod non eodem modo se habet, sed contrariæ sequuntur, contradictoriæ autem sunt extra non enim est negatio eius, quæ est necesse non esse, ea quæ est, non necesse esse: contingit enim veras esse vtrasque in eodẽ, quod enim est necessarium non esse, non est necessarium esse.

9. Causa autem huius est, cur non sequitur necessarium similiter cæteris: quoniam contrariæ, impossibile esse, necessario redditur idem valens: nam quod impossibile esse, necesse hoc, non quidem esse, sed potius non esse, quod verò impossibile non esse, hoc necessarium esse, quare si illa similiter sequuntur possibile, & non possibile: hæc è contrario: quoniam non significant idem necessarium & impossibile: sed (quemadmodum dictum est) conuersim.

10. An certè impossibile est sic poni contradictiones necessarij: nam quod necessarium esse, possibile esse, nam si nõ negatio consequetur: necesse enim est aut affirmare aut negare: quare si non possibile esse, impossibile esse, igitur impossibile esse, q̃ necesse: esse q̃ est inconueniens. At verò illam quæ est, possibile esse, non impossibile esse, sequitur: hanc verò, ea quæ est, non necessarium esse, quare contingit quod necessarium esse, non necessarium esse: quod est inconueniens.

11. At vero neque necessarium esse, sequitur eam quæ est possibile esse neque ea quæ est necessarium non esse: illi enim vtraque contingit accidere, harum autem vtralibet vera fuerit, non erunt illa vera, simul enim possibile esse, & non esse: si verò necesse esse vel nõ esse, non erit vtrumque possibile: relinquitur ergo non necessarium non esse, sequi eam quę est, possibile esse: hęc enim vera est & de necesse esse: hæc enim fit cõtradictio eius, quæ sequitur illam, quę est, non possibile esse: illam enim sequitur ea quæ est, impossibile esse, & necesse non esse, cuius negatio est, non necesse non esse. Sequuntur igitur & hæ contradictiones secundum prædictum modum: & nihil impossibile contingit sic positis.

ENVN-

ENVNCIATIONVM MODALIVM CONSEQVENTIA SECVNDVM ARISTOTELEM.



TEXT. 12 Dubitatio. DVbitabit autẽ aliquis, si illã quæ est, necessariũ esse, ea quæ est possibile esse sequitur. Nã si non sequitur, contradictio sequetur, quæ est, nõ possibile esse, & si quis hanc non esse dicat contradictionem, necesse est dicere possibile non esse: quæ vtræq; falsæ sunt de necesse esse. [At vero rursus idem videtur esse possibile incidi & non incidi, & esse & nõ esse: quare erit necesse esse, contingens non esse: hoc autem falsum est.

[a.l.ad- Manifestum est autem quòd non omne possibile vel esse, vel ambulare, etiã opposita pōt: sed est in quibus non sit verum: primũ quidẽ in ijs, quę non dit quare ad necessariũ esse possibile esse sequitur. 13

secũdum rationem posunt, vt ignis calefactiuꝰ est, & habet vim irrationalẽ. Quæ igitur secundum rationem potestates sunt, eædem plurium etiam contrariorũ sunt irrationales vero nõ omnes: sed (quemadmodum dictum est) ignem non est possibile calefacere, & non: neq; quæcunq; alia semper agunt, alia verò posunt, & secundum irrationales potestates simul opposita suscipere, sed hoc huius gratia dictum est: qũ non omnis potestas oppositorũ susceptiua est, neque quæcunque secundum eandem speciem dicuntur.

14 Quædam verò potestates æquiuocæ sunt: possibile enim non simpliciter dicitur: sed hoc quidem, quoniam verum est quod in actu est, vt possibile ambulare, quoniam ambulat iam, & omninõ possibile esse, quoniam est in actu quod dicitur esse possibile: illud vero, quoniam actu esse poset: vt possibile ambulare, quoniam ambulare poset, & hæc quidẽ in solis mobilibus est potestas, illa verò & immobilibus: vtrũq; verò verũ est dicere: possibile ambulare vel esse, & q; ambulat & actu est, & ambulatiuum. Sic igitur possibile non est verum de necessario simpliciter dicere, alterum autem verum est, quare quoniam partem vniuersale sequitur, illud quod ex necessitate, consequetur posse esse: sed non omne. 15

Et est quidem fortasse principium, quod necessarium est, & quod non necessarium est: omnium vel esse, vel nõ esse: & alia, veluti horum consequẽtia considerare oportet.

ALIORVM MODORVM AD IPSVM NECESSARIVM CONSEQVENTIA.

ORDO. I.	ORDO. II.
Necessarium esse.	Non necessarium esse.
Non possibile non esse.	Possibile non esse.
Non contingens non esse.	Contingens non esse.
Impossibile non esse.	Non impossibile non esse.
ORDO. III.	**ORDO. IIII.**
Necessarium non esse.	Non necessarium non esse.
Non possibile esse.	Possibile esse.
Non contingens esse.	Contingens esse.
Impossibile esse.	Non impossibile esse.

TEXT. 16 MAnifestum est autem ex ijs, quæ licta sunt, quod id, quod ex necessitate est, secundum actum est, quare si priora sunt sempiterna, & quæ actu sunt, potestate priora sunt. Et hæc quidem sine potestate actus sunt, vt primæ substantiæ: alia verò cũ potestate, quæ natura quidem priora sunt, tempore vero posteriora: alia autem nunquam actus sunt, sed potestates solum.

2 ¶ His vero determinatis perspiciendum est, &c.

ISTA est huius libri tertia principalis pars, in qua de enunciationibus modalibus diserit, id est, de enunciationibus, quæ aliquem habent modum ex his possibile contingens, impossibile, necesse, ratione quorum enũciationes nouum habent oppositionis modum præter reliquas.

Atq; hoc caput in tres partes principales est diuisum: in prima de harũ oppositione diserit, in secũda de earum mutua cõsequẽtia: in tertia dubiũ qdam soluit de possibili & necessario.

Circa primum quærit an oppositiones in his sint sumendę (ab eo, quod est esse vel non esse) id est, an illæ sint contradi-

tradictorię, quarum vna dicit rem esse altera rẽ non esse: & ex vna parte probat ita esse quia in alijs omnibus enuntiationum oppositionibus ita fit, vt patet, si discurramꝰ per omnes primũ his quæ sunt de secundo adiacente, homo est, opposita non est, non homo est, sed in qua ipsum est negatur, homo non est similiter de tertio adiacente, est albus homo, negatio est, non est albus homo, non autem illa, est non albus homo, nã si ista esse, duæ contradictoriæ veræ esse posent, quæ tamen non posunt, sed si negatio vera est, affirmatio falsa est, & è cõtra, & si negatio falsa, affirmatio vera est, at istæ si iunt oppositæ, est albus homo, est nõ albus homo, sequitur quod esset verum dicere de ligno quod est non albus homo, quę tamẽ falsa est, quod tamen si vera patet, quia eius affirmatio est falsa, est albus homo de ligno, ergo non est illa eius negatio, sed hæc in qua negatur (est) non est albus homo, idem fit in alijs verbis, quę quãuis non sunt ipsum, est, tamen se habẽt ad ipsius modum, vt homo ambulat, negatio non est, non homo ambulat, sed homo non ambulat, simili ergo ratione huius negatio possibile esse, erit, possibile non esse, in qua ipsum est negatur sicut in alijs.

¶ Videtur autem idem posse esse & 3
non esse, &c.

Ex opposita parte argumentatur Arist. si oppositio huiusmodi sumatur in his, sequitur duas contradictorias esse veras simul, hoc autẽ impossibile est, ergo oppositio non sic est sumẽda secũdũ esse, & non esse in his illa maior patet, nam idem potest esse, & non esse: ambulare & non ambulare: incidi & non incidi, quia non omnia semper actu sunt, id est, non omnia semper habẽt operationem, sed aliquãdo sunt, & operãtur, postea non sunt nec operantur, propterea idem & potest esse, & potest non esse, ecce quo pacto duæ oppositæ simul veræ de eodem existunt.

¶ Contingit enim in his autem idem 3
affirmare, &c.

Ex his concludit Arist. vel asserendũ esse duo opposita esse vera, vel oppositionem non penes esse vel non esse sumendam esse in istis: at minus inconueniens est hoc asserere, quã docere duas oppositas simul veras: propterea hoc erit dicendum, oppositionem in istis nõ secundum esse, vel non esse consistere sed secundum modũ ipsum, vnde huius possibile esse, negatio nõ erit, possibile nõ esse, sed non possibile esse, & huius contingẽs esse, hęc non contingẽs esse & vniuersaliter obserua, vt semper verbum relinquas in vtraque simile, modũ autem neges vel affirmes, & sic oppositionem certam in omnibus facies, vt in exemplis poteris comperire.

¶ Fiũt aũt quemadmodũ in illis esse &c. 4

Comparat Arist. has modales ad reliquas enunciationes, & assignat duo discrimina notanda. Alterum est: in illis ipsum (est) habebat locum principalis oppositionis, & prædicati, nomina verò erãt subiectũ, vt homo est albus, ipsum (est) hic est forma, homo, & albus, sunt respectu eiꝰ subiecta. At hic in modalibus ipsum (esse, vel nõ esse) habet locũ subiecti, ipse verò modus est prædicatũ vt possibile est esse possibile est nõ esse.

Alterũ est: illic, veritas vel falsitas secundum esse vel non esse considerabatur, vt homo est, & homo nõ est, & harũ veritas vel falsitas à verbo dependet, id est, quando res ita se habet, sicut verbũ ipsum enunciat. At hic, nõ à verbo, sed à modo dependet, vt possibile est esse huius veritas nõ ab eo, quod res est vel non est, vt verbum notat, petenda est: sed à modo nempe ab eo, quod esse potest, quamuis actũ non sit.

In quo vnũ docemur maximè necessarium pro modalium veritate vel falsitate indagãda: non respicere solũ tempus per verbum importatũ, sed ipsam modi qualitatem, nec spicere solum, an ita sit, vt verbum enuncia, sed modus Nota.

dus est considerandus. Si quis enim dicat, Petrus impossibiliter currit, quamuis non currat est falsa, quia modus denotat sic non currere, vt non possit non currere.

Et inde aliqui nouas regulas faciũt nempe ad veritatem enunciationis, de possibili: requiri non quod res sit, sed q̃ possit esse: sicut ad falsitatem: non quod res nõ sit, sed quod non possit non esse: & alias similiter constituunt regulas, p alijs, quæ ex modorũ significatione cuilibet aduertẽti parũ, notæ esse possunt & olim diximus in introductione.

¶ Eius verò, quæ est possibile non esse negatio est, &c. 5.

Prosequitur Arist. exempla proponere harum oppositarum, quæ secundum modi negationem constituũtur: & superius posuit exẽpla, quando esse est affirmatum, modo ponit, quando esse est negatum.

Et vt verbo vno dicã aduerte, oppositionem consistere in negatione ipsius modi inuariato manẽte ipso infinitiuo verbi si in vna opposita fuerit negatũ, ita maneat in altera, si affirmatũ verò, simili modo v.g huiq̃, possibile est esse est negatio, non possibile est esse: & huius, possibile est non esse hæc, nõ possibile est nõ esse: & huius, impossibile est esse, hęc, nõ impossibile est esse: huiqau tẽ impossibile est non esse, hęc, nõ impossibile est nõ esse, idem in alijs est faciendum, atq; hæc est prima pars huius capitis, in qua harũ oppositio continet. Nota.

In secunda parte continentur harum consequẽtiæ, & quia multa circa hoc diximus in introductione nostra, non admodũ in his immorabimur: sed aliqua repetemus, quantũ pro huius partis intelligẽtia sufficiat vt auditores has enũciationes memoria tenere valeant.

Erit igitur primò aduertẽdum, quatuor esse enũciationes secundum modos quatuor, hoc ordine constitutas, vt prima sit de possibili: secũda de contingẽti, tertia de impossibili: quarta de necessario, in singulis aũt ex his duę sunt partes, altera verbũ infinitiui, vt possibile est currere, cõtingẽs est esse, quod habet locum subiecti, & dicitur cõmuniter dictũ, altera pars est ipse modus cum verbo. 2. Fund.

Secũdum quas duas partes constituitur quadruplex ordo modaliũ: primus earum in quibus tam modus, quam dictũ, sunt affirmata, vt possibile est currere: cõtingẽs est ambulare, & reliqua. Secũdus ordo est earum, in quibus modus affirmatur, sed dictũ negatur vt possibile est nõ currere, cõtingit nõ ambulare, impossibile est nõ viuere, necessariũ est nõ moueri. Tertius ordo earũ in quibus negatur modus, sed affirmatur dictũ, vt non possibile est currere, & similia. Quartus earũ, in quibus negatur vtrũq; vt non possibile est non currere.

Ex quo fit, vt singuli modi faciãt quatuor enũciationes hoc ordine, vt in prima totum affirmetur, in secũda affirmetur modus negato dicto, in tertia negetur modus affirmato dicto, in quarta negetur vtrũq;, vt facile est cuilibet in tabula has describere ordine hoc modo: possibile, cõtingẽs, impossibile necesse.

Sit secundum fundamentum: Quælibet harũ de possibili habet alias tres sibi respondẽtes, vnã de contingẽti, alterã de impossibili, tertiã de necessario. 2. Fund.

Vnde efficitur, vt in omni ordine sint quatuor equiualẽtes, v.g. in ordine primò enũciationum de possibili, scilicet quando totum est affirmatũ, vt possibile est currere, respondet ei altera de cõtingenti scilicet, contingẽs est currere: alia de impossibili, nempe non impossibile est currere: vltima de necessitate, non necesse est non currere: idem fit in alijs ordinibus.

Sed vt optimè sciatur, qui quibus æquualeãt, in singulis ordinibus oportebit dictiones quasdam antiquorum explicare, aduerte igitur tertio esse quatuor has dictiones. Amabimus, Edentuli, Iliace, Purpurea, in quibus omnes hæ 3. Fund.

æqui

æquiualentes continẽtur: circa quas aduerte Primas syllabas significare modales de possibili. Secũdas de contingẽti. Tertias de impossibili. Quartas de necessario, prętereа sũt quatuor vocales. A, designat modalẽ totã affirmatiuã. E, designat negatiuam de dicto, affirmatiuã de modo. I, negetiuã de modo; affirmatiuã de dicto. V, negatiuã de vtroq;.

In his ergo dictionibus facilè cõperies omnes ęquipollentes, si obserues, quæ syllaba correspõdet cui modali, & qualis litera fuerit, talẽ facies modalẽ. v.g. in Amabimus Prima syllaba est de possibili, & q̃a est A. erit tota affirmata: possibile est currere. Secunda est de cõtingẽti: & quia est A. erit etiã tota affirmata, vt cõtingẽs est currere. Tertia est de impossibili, & quia est I. erit negata de modo, sed affirmata de dicto, nõ impossibile est currere. Quarta est pro necessario, & q̃a est, V, erit tota negatiua, non necesse est non currere: hę igitur quatuor sunt æquualẽtes, eadem arte tu poteris inuenire in alijs, & in tabula describere: quæ q̃a latè à me iã sunt in introductione disputata: prætereunda sunt: nõ q̃ necessaria non sunt, sunt enim maximè: sed quia facilè ex illis intelligi possunt.

Sit quartum fundamentum. Si velis oppositiones omnes harũ cognoscere, scias eas, quæ in prima & tertia dictiõe continentur, sibi esse inuicem contradictorias, similiter quæ sunt in secũda, & quarta, & tertia: quarta sunt contraria prima & secunda subcontraria, quãuis Arist. præcipuè hęc contradictorias cõsiderat, his suppositis ad textus explanationem accedamus. 4. Fund. 6.

¶ Consequentiæ verò secundum rationem fiunt, cum ita ponuntur, &c.

Hic Arist. harum modaliũ consequẽtias, secundũ antiquorum opinionẽ ponit, & ita cõstituit quatuor ordines modalium, in quibus hoc vnũ discrimẽ ab his, quas Arist. assignat, & nos supra assignauimq̃, inuenies, quod in primo ordine, loco huius, non necessarium est non esse, habet non necessariũ est esse, sicut nõ impossibile est esse, ponũt enim has possibile est esse, contingẽs est esse, nõ impossibile est esse, non necessariũ est esse, & ita, sicut nos dicimus Amabimus ipsi dicerẽt, Amabitis, prætereа in secũdo ordine, sicut nos dicimus, nõ necessarium est esse, dicunt, non necessariũ est non esse, & dicerent Edentulu, permutant namq; quartũ modalem primi, & secũdi ordinis, in reliquis idẽ dicunt, cũ Arist. & his, quæ supra diximus.

¶ Hæ igitur impossibile, & non impossibile eam quæ est, &c. 7.

Approbat Arist. aliqua, quę dicta sunt ab antiquis circa tres modos primos, possibile n. contingens, impossibile, se mutuo sequũtur contradictorię, ita, vt nõ possibile, est nõ cõtingẽs inferãt impossibile, & è contra, & non impossibile inferat possibile, & contingẽs, & è contradicto inuariato manẽte in omnibus contradictione facta sola in modis.

¶ Necessarium verò quemadmodum se habet, &c.

Circa necessarium verò non bene antiqui senserunt, & vt intelligas istũ textum, recordare illius, quod diximq̃, primum, & tertium ordinem sibi contradicere, similiter secundũ & quartũ, duos verò vltimos, tertiũ & quartũ esse contrarios, cum igitur isti antiqui in tertio & quarto bene assignauerint modales, sequit, vt in cõtrarijs de necessario, nõ errauerint: imò rectè assignabãt, quarta enim de Iliace est necessariũ nõ esse quarta de Purperea est necessariũ esse, quæ contraria sunt, possũt enim ambo esse falsa, simul aũt vera esse nequeũt, at in primo, & secundo ordine errabant circa quartas de necessario, propterea nõ assignabãt veras contradictorias, nã primus ordo contradicit tertio, secundus quarto, in tertio aũt quarta de Iliace est necessariũ no esse, in primo ordine, quia dicebant, amabitis est ista, non necessarium est esse, & sic constituebãt

Universidad de Deusto Biblioteca

has contradictorias necessariũ est non esse, & non necessarium est esse: similiter in secũdo constituebant has contradictorias, non necessariũ est nõ esse, & necessariũ est esse, in Purpurea, & Edentulu, quæ contradictoriæ veræ nõ sunt.

Hoc igitur est, quod dicit Arist. (circa necessarium contrariæ sequũtur) id est bene sunt assignatæ, (at cõtradictoriæ sunt extra) id est, non sunt veræ contradictoriæ: & hoc in enũciationibus de necessario, aliæ enim bene assignãtur, & hoc est, quod dicit, illius necesse est nõ esse, quæ est in Iliace, nõ est cõtradictoria, hæc, quam ini assignãt, non necesse est esse, dicẽtes, Amabitis: & ꝓbat non esse opposita, quia ambęverę simul esse possunt: vt patet, nam Chimęrã necesse est nõ esse, & eandẽ nõ est necesse esse: & hoc est, quod dicit, (quod enim necessariũ est non esse, non est necessarium esse) vt exẽplo patet, non igitur sunt contradictoriæ.

9. ¶ Causa autem huius est, quod non sequitur similiter in cæteris, &c.

Dicet aliquis, cur sicut dicimus, possibile est esse, contingẽs est esse, non impossibile est esse, vbi sẽper manet esse affirmatiũ, non etiã dicemus nõ necessariã est esse, vt in omnibus quatuor consequẽtibus remaneat dictum eodẽ modo, causã huius docet: q̃ a sicut ipsi modi possibile, & impossibile, quia idẽ nõ significant, modo opposito se consequũtur: vt impossibile, & non possibile, similiter possibile, & nõ impossibile: ita impossibile, & necessariũ idem dicunt sed opposito modo secundũ dictum, nam q̃ est impossibile esse, est necessarium non esse, & quod est necessariũ esse, est impossibile non esse: cum ergo secundũ dictum opposito modo se sequãtur, non potest eodem modo esse in vtraque, vnde istæ non ęquiualẽt, non impossibile est esse, non necessariũ est esse sed non esse, vt dicet inferiũ, sicut nec illæ ęquipollent, possibile est esse, impossibile esse, sed non impossibile est esse.

¶ At certè impossibile est sic ponicẽ tradictiones de necessario, &c. 10.

Argumento probat non sic ponendã contradictionem de necessario, ac si dicat, non istę sunt ęquiualẽtes, possibile est esse contingẽs esse, non impossibile est esse cũ hac non necesse est esse: argumentũ est huiusmodi, quod necessariũ est esse, possibile est esse, quod possibile est esse, nõ impossibile est esse, q̃ non impossibile est esse ꝑ se nõ necessariã est esse, ergo de primo ad vltimũ quod necessarium est esse, non necessariũ est esse, quod absurdum est, & implicat: dices tu, non valet, q̃ necesse est esse, possibile est esse, probat quia si non valet, necessariũ est esse, ergo possibile est esse, necessariũ erit non possibile, q̃ si nõ possibile, ergo impossibile, erit, ergo necessariũ impossibile, quod fieri vllo modo nequit: non ergo æquiualẽt: non impossibile esse, & possibile esse, cum hac non necessarium esse.

¶ At verò neque necessarium esse sequitur eam, &c. 11.

Dicet quis, si non sequitur, illa nõ necessariũ est esse, vt dicũt antiqui, sequeturvna ex his, aut necessariũ est esse, vt dictio sit Amabitas, vel illa necessariũ est nõ esse, vt dictio sit Amabites, respõdet nullo pactovllã ex his cõstare cũ ea quæ est possibile est esse, nã impossile esse, simulvera est cũ hac, possibile non esse, vt supra docuim9, at necessariũ esse nõ admittit illã possibile nõ esse similiter necessariũ non esse nõ admittit illã possibile est esse, ergo nulla ex his sequitur eã, quę est possibile esse: à sufficiẽti ergo partium diuisione colligit hanc esse illi cõsequẽtẽ, nõ necesse nõ esse, & ita dictio nõ erit amabitis, nec amabitas, nec amabites, sed amabimus: & ita est vera contradictio cũ illa, quæ est in Iliace, scilicet necesse est non esse, hęc nõ necesse non esse: dices, quare non loquit de secũdo ordine, in quo etiã errabãt antiqui dico: quia cum duo vltimi rectè assignati sint & hic primus sumat illam,

illam, quæ est in secũdo, relinquit manifestum nullam aliam ponendam in secundo, nisi eam, quæ erat in primo, q̃ a nulla restat, & erit illa, nõ necesse est esse, vt dictio non sit Edentulus, sed Edentuli.

12 ¶ Dubitabit autem aliquis, si illam, quę est, &c.

Constitutis ordinibus modalium secundũ consequẽtias & oppositiones sequitur tertia pars principalis capitis, in qua Arist. dubiũ mouet circa id, q̃ paulò superius dictum est, nẽpe valere hanc consequẽtiã, est necessariũ ergo, est possibile: dubium igitur est: an valeat necessariũ est esse, ergo possibile est esse, & ex altera parte videtur seq, nã si nõ valet, necessariũ est esse, ergo possibile est esse: ergo sequitur vel non possibile est esse, vel possibile est non esse, vt suprà diximus, quę vtraque de necessario aſserere falsum est. At ex altera parte, q̃ nõ sequatur, ꝑbatur, q̃ a q̃ possibile esse, potest esse, & nõ esse: q̃ possibile est ambulare, & incidi, põt nõ ambulare, & nõ incidi: at q̃ necessariũ est esse, nõ potest non esse, ergo necessariũ nõ est possibile. Solutio Arist. consistit in hoc, non omne possibile potest esse, & non esse, sed aliquod, vnde superius est ad necessarium, & sicut nõ valet homo est animal, & animal est leo ergo homo est leo, quia homo non est omne animal, ita non valet, necessarium quod est, possibile est esse, possibile esse potest esse, & non esse, ergo necessariũ potest esse, & non esse, sed hanc solutionẽ oportet latius explicemus ipsum textum interpretantes.

12 ¶ Manifestum autẽ quoniam non omne possibile, &c.

Docet nõ omne possibile esse ad opposita s. ad esse & non esse, ambulare, & non ambulare: aliquod enim possibile est solũ ad vnũ vel esse, vel operari.

Nota. 1. Quid sit potẽtia.

Pro cuius explicatione aduerte. Potẽtia vt habetur. 5. Meta. ca. 12. non est aliud, quã principium operationis, vel esse: illud enim principiũ, quo operamur siue agentes, siue patientes, dicitur potẽtia, siue talis potẽtia tẽdat ad solã operationẽ, siue tẽdat ad esse, potentia enim ambulandi est ad operandum, at potẽtia vt sit ignis vel rosa, vel animal, est potentia ad esse.

Duplex est aũt potentia, vt habetur, 9. Meta. altera irrationalis, altera rationalis, illa est rationalis, secũdũ quã operamur ex electiõne volũtatis, vt ipsa volũtas est potentia rationalis, q̃ a liberè secũdũ eã operamur, similiter intellectus est potẽtia rationalis, secũdũ quẽ hoc vel illud intelligimus, & denique quæcunque potentia operatur non ex se, sed à voluntate imperata. Nota. 2. Potẽtia alia est irrationalis, alia rationalis.

Potentia irrationalis est, quæ non ex electione, sed ex sua dispositione naturali habet operationẽ, vt potẽtia ignis ad calefaciendũ, visus ad videndũ, hæc autẽ adhuc duplex est, altera actiua ad agendum vel faciẽdum, altera passiua ad patiẽdum, vt lignum habet passiuã potentiam, vt comburatur: rationales autem potentię actiuæ sunt.

Est autẽ considerandum, vnũ discrimen inter has potentias: rationales, n. & irrationales passiuæ, sunt indifferentes ad plura opposita, non quòd simul recipiant, vel agant opposita, sed quòd ipsæ sint principia ad operandum non magis hoc oppositum, quàm illud. v. g. voluntas est potentia indifferens non magis ad volendũ hoc, quàm ad nolendum, intellectus ad assẽtiendũ vel dissentiendã: similiter in passiuis irrationalibus lignũ est in potentia non magis ad calorem recipiendum, quàm ad frigiditatẽ, & materia secundum se non est in potẽtia magis, vt sit hoc, quã illud, vel aliud: at potẽtia actiua irrationalis est ita determinata ad vnum agẽdũ, vt per se aliud non faciat, nec possit illud non facere: vt ignis est in potẽtia ad calefaciendum, ita, vt, per se non posit frigefacere, imò nec nõ calefacere: nã nõ calefacere, aliqũ nõ prouenit ex Nota. 3.

ex potentia Ignis, sed ex impedimento extrinseco.

Nota. 4. quot modis potẽtia dicit, totidẽ & posibile dicitur.

Aduerte præterea, cùm tot modis dicatur potẽtia totidẽ dicitur posibile, quòd à potẽtia dicitur, posibile enim & secundũ potentiã rationalẽ, & secundum irrationalẽ tã actiuã, quàm passiuam, & sicut non omnis potentia est ad opposita, ita nec quodcũq; posibile.

Expositio text.

His suppositis, accedamus ad textus explanationẽ. (Manifestũ, inquit, est, non omne posibile esse vel ambulare? id est, operari (esse ad opposita) nẽpè, vt possit operari, & non operari, vt possit hoc vel illo modo operari: est enim aliquod posibile, q̃ ad vnũ est, & huiusmodi est id, quod secundũ potentiã irrationalem dicitur posibile, vt ignis potest calefacere, sed ex se non potest non calefacere vel frigefacere nec omnis potentia irrationalis est huiusmodi, sed ea, quæ actiua est, nã passiua oppositorum est susceptiua, sicut & potẽtiæ rationales, quæ contrariorum modorum potentiæ sunt: voluntate enim & intellectu multos actus contrarios operamur circa varia opposita.

Cõcludit, non igitur omnis potestas suscipit opposita, nec solum de potestate in communi loquendo, imò in cadẽ specie potestatis: scilicet irrationalis inuenitur potestas, quæ non sit oppositorum, qualis est actiua.

Duplex est potẽtia irrationalis actiua.

Vnum verbũ hic considera circa verba ista Aristo (ignem non est posibile calefacere, & non, neq; quæcunq; alia semper agunt) duas hic insinuat potentias irrationales actiuas, altera, quæ semper ex se determinatur ad agendum, nec ex se potẽs non agere, tamẽ ab extrinseco impeditur, vt ignis se habet ad calefaciendum, qui ex defectu combustibilis nõ calefacit. Altera, quę nunquam deficit, vt potentia, secundũ quam cælum mouetur, nec naturaliter impediri potest, & ab vtraque potentia dicitur posibile.

14 ¶ Quædã verò potestates equocę, sũt, &c.

Adhuc potestatem, seu potentiam dĩ singuit: est enim nomẽ nõ simpliciter, id est, non vniuocè dictũ, & hæc dictio comprehendit omnes potentias, quæ dictæ superius sunt: quadam est potentia includens actus priuationem, secundum quã ea, quæ in potentia sunt, actũ nondum habet, sed actus principium: dicitur enim posse ambulare, qui nondum ambulat & esse, quod nõdum est. Altera dicitur potentia, quæ est simul cum actu, secundum quam id, quod currit, dicitur posse currere, quod operatur posse operari, & q̃ est posse esse, quæ potẽtia aliquãdo non aliud dicit, quã non repugnantiã ad actũ, vt idem sit, qui currit, potest currere, & dicere, qui currit non habet repugnatiuã, nec impedimẽtum ad cursum, quę dicitur potentia Logica, & in rebus Mathematicis potentia Mathematica. Quæ sit potentia Logica.

Est autem discrimen inter has: prior enim est in rebus mobilibus, & corporeis, quæ aliquando sunt actu aliquando non sunt, seu aliquando operãtur, aliquando non: at posterior est etiam in necessarijs & his, quæ semper sunt, & semper operantur.

Posibile ergo vtramque comprehẽdit, ac propterea est superius ad necessarium, & conuenit ei, sicut vniuersalo conuenit parti, scilicet inferiori, ideò infertur ex necessario posibile, sicut ex inferiori superius.

¶ Et est quidem fortasse principiũ, &c. 15

Aliũ ordinem consequentiarum modalium perfectionẽ penit, & quia proprius erat præter cõmunem, ideò (fortasse) dixit, non dubitationis, sed modestiæ causa: ordo est, vt incipiamus à necessario ad posibile, cõtingẽs, impossibile, quandoquidẽ inferius est in consequẽtia, & ab inferioribus ad superiora rectior est consequentiarũ processus.

Sumẽdæ sunt igitur quatuor de necessario, eo ordine, quo constituebãtur de posibili. Prima tota affirmatiua de necessario. Secunda negatiua de dicto: affir-

affirmatiua de modo. Tertia negatiua de modo, affirmatiua de dicto. Quarta negatiua de vtroque: modorum autem hic erit ordo, necesse, possibile, contingens, impossibile.

Et vt rectius hęc memoria teneas, accipe quatuor dictiones nostras, inquibꝰ omnes æquiualẽtes inuenies: obseruãdo eandem rationem, sicut in alijs: solũ ordinẽ mutando, semper enim prima syllaba pro necessario. Secũda pro possibili. Tertia pro contingenti. Quarta pro impossibili deseruit: dictiones aũt hæ sunt: Argutule, vestigia, sine metu: mutabatis: circa quas aduerte primam tertiæ, secundã quartę cõtradicere, & vlterius, primam, & secundam esse contrarias, tertiam, & quartam sub contrarias, poterit ergo quilibet in tabula assignare omnes has.

16. ¶ Manifestum autem ex his, quę dicta sunt, &c.

Hunc ordinem consequentiarum, rerum vniuersi ordini cõparat, & ipsa cõparationẽ cõprobat: In vniuerso enim tres rerum naturas cõperimus, quędã sunt semper actu, ita vt nũquam desuturæ sint, nec defuerint, & hæ sunt primę substãtiæ, vocat autem hic primas substantias, non vt in prædicamẽto substãtiæ, ipsa singularia, sed gloriosum Deũ, & intelligẽtias, & hę sunt secundũ Arist. naturæ sempiternę, & omniũ principia prima, & istæ habent actum sine potentia, id est, quę habent in se, semper habuerunt, & habebũt, nihil illis defuit, nec deerit, ꝓpterea dicũtur nõ esse in potẽtia, scilicet, quæ est cũ priuatione: & his assimilatur necessarium, qui modus significat, quod semper est.

Sunt alię naturæ, quę habẽt actum, cum potentia, id est, ita sunt, quod non semper fuerunt, vel nõ semper erũt, & ista si comparentur secundum id, quod actu sunt, & id, quod potẽtia fuerunt, inueniemus actu perfectiorem esse, & natura priorem, id est, nobiliorẽ potẽtia, quia res perfectiori modo existit, quando est, quam quãdo esse potest: at potẽtia prior est tẽpore actu ipso, quia prius tempore potuerunt esse, quàm sunt, & fuerunt, quales sunt naturæ istę corruptibiles, & in his euenitur possibile propriè, & contingens.

Aliæ sunt naturæ, quæ nunquã perueniunt ad actum perfectũ, sed semper manent in potẽtia, vt si velis numerare numerum maximum, nunquam peruenies ad illum, si diuidatur continuum, non dabitur minima pars, tempus, motus secundũ Arist. nõ peruenietad actũ consummatum: in his inuenitur impossibile, quatenus nunquam ad actũ perfectum peruenire possunt.

Cùm igitur harum rerũ iste sit ordo, vt primæ res primo loco, medię secũdo vltimo verò ista prostrema constituantur: ergo & modi eis correspõdẽtes eundem obseruabũt ordinem, & ita à necessario incipiẽtes ad possibile, cõtingens & impossibile deueniemus: istum rerũ ordinẽ exactius prosequi Metaphysici est: satis sit ista circa explanationem attigisse, hęc de textus interpretatione.

QVAESTIO.

Quid sit modus, q̃d modalis enũciatio, & quotuplex? & de eius quãtitate.

CIrca caput hoc, oportet breuiter examinare, quid sit modalis, & quotuplex, & de eius quantitate: hæc autẽ facilius percipiẽtur, si quid sit modus, examinauerimus.

Quid sit modus.

Circa quod antiqui & moderni Græci, ac Latini laborarũt nõ parum, inter Latinos S. Tho. tract. de enũc. cap. 11. inquit, modus est rei adiacens determinatio, id est, additum aliquod extremũ enũciationis, vel totam enũciationem determinãs, dicimus enim, homo doctè disputat illud (doctè) prædicatũ determinat, & limitat, vt stet pro disputatione docta, at quia ista definitio omnibꝰ modis communis erat, eam limitat dicens, modum esse enũciationis compositionem determinantem: duo enim in verbo

1. sentẽ.

Universidad de Deusto Biblioteca

...bo consideramus, alterum est eius significatio, id est, res quam significat, vt disputo disputatione significat, & lego lectione m, alterum est verbi cõpositio, quod est ipsius formale.

Quotuplex modus.

Sunt igitur modi in duplici differentia: quidam determinãt, verbi significationẽ, vt doctè disputat velociter currit: alij determinãt verbi cõpositionem vt Petrũ currere est posibile, id est, ista cõpositio est posibilis Petrus currit: tales autem sunt isti modi præsentes.

Quod si obijcias, esse plures modos, nempe verum, falsum, respondet S. Th. istos nihil addere ad simplices enũciationes, idem enim est dicere Petrus currit, & Petrum currere est verũ, propterea non habẽt peculiarẽ difficultatem, ideò hic prætermittuntur.

2. Sent. Alber. tract. 2. capit. 1. dicit illos modos verũ, falsum, differre ab istis, quia non ampliant tẽpus dicti, sicut isti quatuor.

Alij plures etiam modos multiplicãt etiam compositionem terminantes, vt cibile, optabile: sed hoc est multiplicare modos præter artem, & rationem.

3. Sent. Græci alijs verbis quamnis eundẽ facientibus sensum, modum definiunt.

4. Sent. Ammo. & Psell modus est vox significans, qualiter prædicatũ subiecto insit: quæ definitio est etiã Auerr. at Græci hanc definitionem communem pluribus modis faciunt, dicuntque Arist. hic solum præcipuos considerasse.

5. Sent. 1. Fund. Circa hoc aduertendum est primò triplex est enunciationis materia, vt superius diximus; materia enim est habitudo prædicati ab subiectũ: tripliciter autem prædicatũ se habet ad subiectũ; vnde est triplex materia: primò prædicatũ aliquod ita inest subiecto, vt non posit non inesse, vt homo est animal, & talis est materia necessaria: alterum non inest, sed nec potest inesse, vt homo est lapis, & talis est materia remota seu impossibilis, aliud non inest, sed potest inesse, vel inest, sed potest non inesse, vt Petrus currit, & talis est materia contingens.

Attribuũtũ se iri b9 modis habet ad subiũctũ

Est igitur modus vox significatiua enũciationis materiam explicans, vt patet in illis modis assignatis, & ita sumitur in præsenti. Cum aũt triplex sit materia, triplex erit modus rei, necessarium impossibile, contingens, nam posibile vt docet Boet. sola voce differt à cõtingenti, & quia posibile cõponitur, dicimus enim impossibile, sed non dicimus incontingens.

2. Fund. Duplicẽ esse cõpositionem modalis enunciationis.

Aduerte secundo, duplex est compositio in modali enunciatione, altera est dicti, vt hæc cõpositio, sortem currere, altera est modalis totius, vt sortẽ currere est posibile, quando audis modũ determinare materiam totius enũciationis, seu cõpositionis, intellige de dicto, vt notant Alber. tract. 2. capite primo, & Alexan. qui dicit enim sortẽ currere est posibile, determinat compositionẽ illam sortem currere, nõ autem totam ipsam modalẽ, nam modalis ipsa nulla est contingens, sed vel impossibilis, vel necessaria.

Præterea quãdo dicimus modũ explicare materiam, intellige cum Ammon. & Psell. modum non esse materiam, materia enim est ipsa enũciatio dicti, sed explicat modus materiã illã, & aliquãdo explicat materiã quæ non est, vt qui dicit Petrũ currere est necessariũ, sicut aliquãdo diuidimus, quæ diuidenda nõ sunt, & componimus, quæ componenda non sunt, vt quãdo dicimus homo non est animal, leo est rationalis.

De quãtitate modalium.

Ex his omnibus facilè colligitur, qd sit enunciatio modalis, & quotuplex, & quomodo non sunt plures quã hæ, quas Aristoteles enarrat, & quantũ ab alijs omnibus differant.

Circa quantitatẽ modalium, aduerte in eis esse triplicem quãtitatẽ, duas ex parte subiectorum, tertiã ex parte modi, est enim in modalib9 duplex subiectum. Alterum ipsius dicti quod Albertus vocat subiectũ locutionis, vt in hac, sortem currere est possibile: sortes est subiectum locutionis. alterũ est subiectum totius modalis, quod vocat subiectum enunciationis.

Et iuxta hæc duo subiecta, insurgit duplex quantitas, secundum quid, altera ex dicto & secundum hanc quędam modalis dicitur vniuersalis, quædam particularis, quędã indefinita, quędã singularis, vt enunciationes simplices.

Ad secundum subiectum enunciationis, quod est ipsum dictum integrũ, semper modalis est singularis, quia illud integrum dictum locũ habet vnius singularis subiecti, cùm non possit distribui totum ipsum.

Tertia quantitas est præcipuè à modo: sunt enim duo modi vniuersales necesse & impossibile, & æquiualentes, & duo particulares, possibile, contingẽs, & æquiualentes, & secundum hos modales vniuersales vel particulares dicuntur.

Dubiũ. Dices quare illi duo sunt vniuersales, hi duo particulares? dico, quia necesse est quod omni tempore inest, impossibile quòd nullo tempore: propterea vniuersalitatem temporis claudũt, reliqui duo aliquãdo vel nõ aliquãdo: propterea temporis particularitatem habent.

Solutio. Præterea necesse, vel impossibile si superiori vel vniuersali termino iungũtur, distribuunt virtualiter: idem enim est dicere, homo necessario est animal, & omnis homo necessario est animal, & homo impossibiliter est leo, & nullus homo est leo: reliqui nõ similiter. Hæc sufficiãt quia quæ restant, latè iam in introductione dicta à nobis sunt.

Quæ enunciationes contrariæ magis sibi inuicem esse dicantur.

Cap. IIII.

Sectio. 5 secundũ Græcos.

Vtrum autem contraria est affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio orationi, quę dicit, quòd omnis homo iustus est, ei quæ est, nullo homo iustus est, aut omnis homo iustus est, ei quæ est, omnis homo iniustus est, vt, est Callias iustus, non est Callias iustus, Callias iniustus est, vtra harum contraria est? Nã si ea, quæ sunt in voce, sequuntur ea, quæ sunt in intellectu, illic autem contraria est opinio cõtrarij, vt quòd omnis homo iustus est, ei quæ est, omnis homo iniustus est, etiã in ijs, quæ sunt in voce affirmationibus, necesse est similiter sese habere: quòd si neque illic contrarij opinio cõtraria est, nec affirmatio affirmationi erit cõtraria: sed ea quæ dicta est negatio: quare considerandum est, quæ opinio falsa opinioni veræ contraria est, vtrũ negationis, an ea, quæ contrariũ esse opinatur. Dico autem hoc modo, est quædam opinio vera boni, quòd bonum est: alia autem quòd non bonum, est falsa: alia verò, quòd malum: vtra harum contraria veræ? & sic est vna, secundum quamnam contraria.

Idem in principio primi huiũ.

Nam arbitrari cõtrarias opiniones definiri, eò q̃ contrariorum sunt, falsum est. Boni enim quod bonum est, & mali quòd malum est, eadem fortasse opinio est etiam vera, siue plures, siue vna sit: sunt autem ista cõtraria, sed nõ eo, q̃ contrariorum sint, cõtraria sunt, sed magis eo, quòd contrariæ. 2

Si ergo est boni quidem quòd est bonum opinio, alia autem quod non bonum est, est autem aliquid aliud quòd non est, neque esse potest: aliarum quidem nulla ponenda est, neque quæcunque esse quod non est opinatur: neque quæcunque non esse quod est: infinitæ enim vtræque sunt, & quæ esse opinantur quòd non est: & quæ non esse quòd est. 3

...in quibuscunque fallacia est: hæ autem 4

Universidad de Deusto Biblioteca

autem ſunt in his, ex quibus ſunt generationes: ex oppoſitis verò generationes quare etiam fallatiæ.

5 Si ergo quod bonum eſt, & bonum & non malum eſt: & hoc quidem ſecundũ ſe, illud verò ſecundum accidens (accidit enim ei non malum eſse) magis autem in vnoquoq; vera eſt quæ ſecundũ ſe eſt etiam falſa, ſiquidem & vera ergo ea, quæ eſt, quod nõ eſt bonũ quod bonũ eſt eius quæ ſecundũ ſe, falſa eſt: illa vero quæ eſt, ꝙ malũ eſt, eius quæ ſecundũ accidens: quare magis erit falſa de bono, ea quæ eſt negationis opinio, quã ea quæ eſt contrarij. Falſus eſt aũt maximè circa ſingula, qui contrariam habet opinionem: cõtraria enim ſunt eorum quæ plurimũ circa idẽ differunt. Si igitur harum cõtraria eſt altera: magis verò negationis eſt contraria: manifeſtũ eſt quod hæc erit cõtraria. Illa verò quæ eſt, quod malum eſt quod bonum eſt, implicita eſt: etenim quod non bonum eſt, neceſse eſt fortè ipſum eundem opinari.

6 Amplius, ſi etiã in alijs ſimiliter oportet ſe habere, & hoc modo videbitur benè eſse dictum. Aut enim vbiq; ea quæ eſt cõtradictionis, aut nuſquã: quibus verò non ſunt cõtraria, de illis quidem falſa, quæ eſt verè oppoſita: vt qui hominem non putat eſse hominẽ, falſus eſt: ſi igitur hæ contrariæ ſunt, etiã & aliæ quæ ſunt contradictionis.

7 Amplius, ſimiliter ſe habet opinio boni ꝙ bonũ eſt, & non boni quod non bonum eſt: & præter has boni quòd nõ bonum eſt, & nõ boni quod bonum eſt. Illi ergo quæ eſt, nõ boni quod non bonum verè opinioni, quæ eſt cõtraria? ✠ a.l.ſimul.n. aliquãdo. Nõ enim ea quæ dicit, ꝙ malũ eſt, ✠ ſi aliquando fuerit vera: nunquam autẽ vera veræ cõtraria eſt: eſt enim quoddam nõ bonũ malũ, quare cõtingit: ſimul eſse veras. At verò nec illa quę eſt: ꝙ nõ malũ vera enim & hæc ſimul ✠ a.l.nõ bonũ ve enim & hæc erũt. Relinquitur igitur ei quæ eſt nõ boni, ꝙ ✠ non bonũ eſt, cõtraria ea quæ eſt non boui, quod bonũ falſa enim hæc. ✠ quare & ea quæ eſt boni quod non bonum eſt, ei quæ eſt boni, quod bonum eſt.

Manifeſtũ ergo eſt, quod nihil inter eſt, nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationẽ: vniuerſalis enim negatio cõtraria erit: vt opinioni quæ opinatur, ꝙ omne quod eſt bonum, bonum eſt, ea quæ eſt, quod nihil eorum quæ bona ſunt, bonum eſt: nam ea quæ eſt boni, quòd bonum, ſi vniuerſaliter ſit bonum, eadem eſt ei, quæ opinatur, quod quicquid bonum eſt, quòd bonum eſt: hoc autem nihil differt ab eo quod eſt, quod omne quod eſt bonũ, bonum eſt: ſimiliter autem & in non bono.

Quare ſi in opinione ſic ſe habet: & ſunt hæ, quæ ſunt in voce affirmationes & negationes, notæ earũ quę ſunt in anima manifeſtum eſt quod affirmationi cõtraria quidem negatio eſt, quę de eodem vniuerſaliter: vt ei quæ eſt, quod omne bonum, bonũ eſt, vel quod omnis homo bonus, ea quæ eſt quod nullum vel nullus: contradictoriæ aũt quæ eſt quod non omne, [aut non omnis. Manifeſtum eſt autem, ꝙ & veram veræ non contingit eſse contrariã: neque opinionem, neq; cõtradictionem: cõtrariæ enim quæ circa oppoſita ſunt: circa eadem autem contingit verum dicere eundem ſimul autem non contingit idem ineſse contraria.] a.l.&ꝙ

Vtrum autem contraria eſt affirmatio negationi, &c.

Hæc eſt quarta & vltima pars huius lib. in qua Ariſt. dubium vnum proponit circa oppoſitionem: quod caput aliqui non eſse Ariſtote. exiſtimarunt, inter quos eſt Porphy. & dubius eſt Ammo. At quia reliqui antiqui Græci, & Latini hoc tanquã Ariſto. recipiũt, nõ erit inutile illud exponere.

Quæſtio igitur huiuſmodi eſt. Vtrũ affirmationi oppenatur magis negatio cõtraria an affirmatio de prędicato cõtrario? verbi gratia, huic affirmationi, omnis

rè cõtraria ea quæ eſt nõ boni, ꝙ bonũ falſa, falſa enim hæc.

omnis homo eſt iuſtus, vtra eſt magis oppoſita, vel hæc nullus hõ eſt iuſtus, an hæc, omnis hõ eſt iniuſtus? & huic ſortes non eſt iuſtus, vtra magis opponitur ſortes non eſt iuſtus, an hæc ſortes eſt iniuſtus: vbi prædicatum eſt cõtrarium. (Nã ſi ea, quæ ſunt in voce ſe quũtur ea) Proponit viã, ſecundũ quã iſta quæſtio determinanda eſt, nempè vt ea, quæ in mente ſunt, cõſideremus: voces enim non aliud ſunt, quam ſigna eorum, quæ menti inſunt. Conſideran dũ ergo eſt, quæ opinio in mẽte opinioni opponatur, an quæ eſt ſecundũ negationẽ an quæ eſt ſecundũ cõtrariũ. Voces enim eodem modo opponentur.

Vnde ſit quæſtio huiuſmodi: aliquis habet hanc opinionem, bonum eſt bonum veram, habet aliam falſam bonũ non eſt bonum, & aliam etiam falſam, bonum eſt malum. Peto, quæ opinio harum duarum illi oppoſita eſt? & nota iſta verba Ariſtote. (Si eſt vna ſecũdum quam contraria) poteſt eſse vnus ſenſus, in vna harum duarum eſt contraria, vtra erit: ſiue illud (Si) ſit dubitantis ſiue aſſerẽtis: & hic ſenſus eſt bonus, & ita exponit Caietanus.

2. expoſitio. Nota. Aliter interpretatur Ammo. & Boetius, notãtq; vnum, quod nos ſupra explicuimus capite de oppoſitis. Duplex eſt contrarium: quoddã habet mediũ, quando non eſt neceſse, vt alterum extremorum proprio inſit ſubiecto, vt album & nigrum: non enim eſt neceſse vt corpus vel ſit album, vel ſit nigrum: poteſt enim eſse rubrum. Talia dicuntur habere mediũ. Alia medio carẽt, quorum alterũ neceſse eſt in eſse proprio ſubiecto, vt par, impar, ſanum, ægrum, calidum, frigidum, neceſse eſt enim numerum eſse parem, vel imparem, corpus calidum, vel frigidum, animal ſanum vel ægrum, in contrarijs habentibus mediũ negationis vnius contrarij, nõ eſt eadẽ cum affirmatione alterius contrarij, vt non eſt idẽ non eſt albũ, & eſt nigrum, at in alijs vna eſt re, idem enim re eſt, non eſt par, & eſt impar, non eſt ſanum, & eſt ægrum.

Intelligitur in his reſpectu proprij ſubiecti, alias enim non idẽ ſunt: nam Chimæra non eſt calida, non tamen propterea eſt frigida reſpectu ergo ſubiecti ſuſceptiui vtriuſque cõtrarij oportet intelligere.

Hoc ſuppoſito, eſt clarus ſenſus Ariſtotelis: dicit enim, an bonum non eſt bonum, opponatur huic: bonum eſt bonum: an iſta, bonum eſt malum? (quod ſi vera ſit) id eſt, ſi aliquãdo idem re ſit, vt in contrarijs medio carentibus ſit reſpectu proprij ſubiecti: hinc, vtram aſsumemus tanquam oppoſitam, negationem an affirmationem? & hic eſt ſenſus etiam bonus.

In iſta quæſtione aduerte, quod vocatur opinio iudicium intellectus, quo aſsentimus, vel diſsentimus alicui enũciationi: & opinari, aliquando iudicare dicitur, vt patet tertio de anima, ca. 3. imaginari, inquit, poſsumus cùm volumus: opinari autẽ, id eſt, iudicare, non, quamuis alijs locis aliter opinio ſumatur, vt videbitur. Nota. Quid nomine opininnis hic intelligatur.

¶ Nam arbitrari contrarias opiniones definiri, &c. 2

Excludit reſpõſionem quam aliquis ei poterat dare, nempè contrarias opiniones eſse, quæ ſunt circa res contrarias, vt opinio boni, & opinio mali contrariæ ſunt. Docet id nõ ſufficere ad cõtrarietatem opinionum: quod duplicíter probat. Primò quia eadem eſt fortaſsè opinio contrariorum. Et ſecũdo, quod ſi non eſt eadem, ſed plures ſunt, poſsunt ambæ veræ eſse, vt opinio de bono, quod bonum eſt, & opinio de malo, quod malum eſt: hæ opiniones vel, vna ſunt, vel ſiue vna, ſiue plures ſint veræ ſimul ſunt: vtrumque autem repugnat opinionibus contrarijs. Nota. 1.

Hoc eſt ergo vnum: aliud, nempè quod opiniones contrario modo ſe habeant, & tum contrariæ ſunt: nõ tamen propterea quod cõtrariorum ſint opor

tet ergo in inuestigandis opinionibus contrarijs, quomodo contrariæ se habeant inuestigare.

Nota. 2. Aduerte quãdo Aristoteles dicit eãdem opinionem esse contrariorum, vt quod bonum est bonum, & malum est malum, non intelligas de opinione, & iudicio actuali: hoc enim fieri non potest, cum alio actu iudicẽ, bonũ esse bonum, & alio diuerso numero actu, malum esse malum: sed de eadem opinione, intellige habituali, idest, eodem, habitu vtrum vsq; cognoscitur.

Quo eadẽ sit opinio cõtrariorũ

Vel, quod melius est, intellige de iudicio actuali, & tũc sit sensus, quod est vna opinio specie, contraria autem nõ sunt vnius speciei. propterea illæ duæ actuales opiniones non sunt cõtrariæ, scilicet, quod bonum est bonũ, & quod malum est malum.

¶Si ergo est boni quidem quoniam bonum est, &c. 3

Incipit Aristoteles determinare hãc quæstionem, docetq; oppositionẽ consistere in negatione eiusdem prædicati de eodem subiecto, non autem in affirmatione oppositorum: & primo probat non cõsistere in alio, quàm in negatione eiusdem. Vnum vni tantum opponitur, sed infinita essent opposita quæ illo opponuntur modo, nẽpè affirmãdo opposita vel negãdo propria alicuius: ergo non hoc modo est sumenda oppositio: minor probatur, sit hæc opinio, bonum est bonũ, si eius opposita sunt quę affirmant id, quod bono non conuenit, vel remouẽt quæ conueniunt, sunt hęc innumera, nam dici potest bonum est malum, bonum est odibile, bonum est inhonestum, bonum est inutile, similiter remouendo propria, bonum nõ est amabile, bonum non est vtile, bonum non est sectandum: si igitur opposita hæc sunt, infinita sunt. Non ergo sumẽda est oppositio affirmationis alicuius, per affirmationem oppositorum, nec per negationem eorum omnium, quæ insunt alicui subiecto:

¶Sed in quibus fallacia est, hæ autem sunt, &c. 4

Ostendit secundum quam affirmationem & negationem sit sumenda oppositio, ac docet consistere oppositionem in negatione & affirmatione eiusdem prædicati de eodem subiecto hoc autẽ dicit his verbis (in his consistit oppositio, in quibus fallacia: fallatia verò in his est, in quibus generationes, generationes verò ex oppositis fiunt, secundũ idem.)

Pro quorum verborum intelligentia est aduertendum, quod generatio est mutatio alicuius ex non esse ad esse: quãdo fit aliquid quod nõ erat ante, tũc generari dicitur. Corruptio autem est mutatio ab esse ad non esse, scilicet qñ aliquid quod erat, nõ est, dicitur mutatum fuisse, vnde termini generationis & mutationis primi sunt ens & nõ ens generatio incipit à non ente, & terminatur in ens. Corruptio incipit ab ente, & terminatur in non ens. Versantur igitur inter opposita secundum idem, nempè inter ens & non ens. Nota. 1. Generatio quid sit.

Aduerte secundo, intellectus noster in rerum cognitione proportionaliter se habet his mutationibus, vera siquidẽ cognitio rei assimilatur generationi, sicut etenim generatio procedit ex eo quod erat ad id, q̃ est, ita vera cognitio procedit eo, q̃ non erat cognitũ, ad id q̃ cognitũ est, & sicut corruptio est ab ente in nõ ens: ita error & deceptio est ab ea cognitione, qua verè res cognoscenda erat, recessus in illã cognitionẽ, qua rem aliter, quàm est, cognoscimus. Vnde si petas, in quo cõsistit vera cognitio? dicã in eo, q̃ res, vt est, cognoscitur. Si petas in quo error & deceptio: dicã ante omnia in eo, q̃ cognoscis de re, quod non est: Sunt igitur termini cognitionis & fallaciæ ens, & nõ ens, homo & nõ homo & reliqua, oppositio ergo sumẽda est per affirmationẽ & negationem eiusdem de eodem. Nota. 1.

Hæc doctrina in hoc cõsistit, vt quẽ admodum

admodũ generatio in hoc cõsistit, quod aliquid fiat ex eo q̃ nõ erat, siue fiat ex terra, siue ex aere, siue ex alia quauis re, & deceptio in eo quòd intelligat qd̃ non est res, siue intelligat hoc vel illud falsum, ita & oppositio in hoc quod idẽ neget de eodem, de quo affirmatũ erat, & est subtilis non solũ doctrina sed etiã probatio eiusdẽ cõclusionis, quod oppositio sit secundũ affirmationem & negationem eiusdem de eodem.

¶Si ergo quod bonum est, &c. 5

Tribus rationibus probat conclusionem illam. Primò: illa sunt magis opposita, quę magis secundum se repugnant in veritate, & falsitate, i d est, quorum vnum magis est falsum & alterũ est magis verũ, sed ita se habent affirmatio, & negatio eiusdẽ, ergo ea sunt magis opposita: maiorem probat, quia cõtraria maximè distant, minorem ostendit: ista propositio, bonum est bonũ, est magis vera quam hęc, bonum non est malum, ergo & ista, magis falsa, bonũ nõ est bonum, quam hæc, bonum est malũ, & ita illæ duę opponũtur, bonum est bonum & bonum non est bonum: & alię duę inter se, bonum est malum, & bonum non est malum.

Probat quod illa sit magis vera, quia secundũ se est vera id est, immediate, & sine causa. Si.n. dicat quis, quare bonũ est bonum, non est causa at illa, bonum non est malum, est secundum accidens, id est, mediata, quia causam habet: propterea enim, bonum nõ est malũ, quia bonum est bonũ. Ista ergo opponetur, bonũ non est bonum, nõ autẽ illa, quæ implicita est, id est, bonum est malum: istam vocat implicitã, quia includit illam tanquam priorem, bonum non est bonum: attende rationem hãc quę subtilis est.

¶Amplius si & in alijs oportet similiter se habere, &c. 6.

Idem probat secũda ratione, quæ, talis est inueniuntur oppositiones, in quibus nõ potest aliter, quam per affirmationem & negationem sumi contrariætas: ergo in omnibus ita sumetur, vel in nullis, quandoquidẽ oppositio est eiusdem rationes: antecedens patet in his, in quibus non est contrarium: vt homo est homo, hic enim non aliter contradicimus quam per negationem eiusdam falsam, scilicet homo non est homo, ergo etiã in alijs ita erit, in quibus contrarium est: quod si in his dicas nõ esse oppositionem, ergo nec in illis: quod si in istis saluatur oppositio per affirmationem & negationem, eadem erit oppositio in illis, cum etiam possimus illic negare & afirmare.

¶Amplius similiter se habet opinio boni, &c. 7.

Hæc est tertia ratio, qua idem probat Aristoteles: argumẽtum autem est huiusmodi: ista, bonum est bonum, & ista, non bonum nõ est bonum, sunt veræ & de subiectõ oppositio penes finitũ, & infinitum, hæ autẽ falsæ, bonum nõ est bonum, & nõ bonum est bonum, & oppositæ secũdum subiectum, vnde harũ duarum, & illarum æqua est ratio, sed huic non bonum non est bonum, opponitur illa, non bonum est bonum, ergo & illi bonum est bonum altera bonum nõ est bonum: quod autem illi, non bonũ non est bonum, opponatur illa, non bonum est bonũ, patet, quia non opponi potest ista non bonum est malum, nec ista, nõ bonum non est malum, nam essent duæ oppositæ veræ.

Quod probatur: & vt hoc inconueniẽs appareat, sume in vniuersali, omne non bonum nõ est bonum, quæ vera est, si ista est contradictoria nõ bonũ est malum, est vera cum illa, si ista non bonum non est malum, etiam est vera, ali quod enim non bonum non est malum: sunt enim, quæ nec sunt bona nec mala moraliter loquendo: lapis enim nec est bonũ, nec malũ, id est, nec iustus nec iniustus, neutra ergo illi opponitur: sed ista non bonũ est bonum, quæ negatio eiusdẽ est, & falsa, ergo & illa ita opponentur

neutur bonum non est bonum, & bonũ est bonum: est autem argumentum hoc ab oppositis: ita se habet negatio & affirmatio de non bono, sicut affirmatio, & negatio de bono, & illa opponuntur secundum affirmationem, & negationem eiusdem, ergo & hæc.

8. ¶Manifestum ergo quoniam nihil interest, &c.

Concludit Arist. oppositionem omnem secundum affirmationem, & negationem esse primo sumendam, tam in contrarijs, quam in contradictorijs, vt enim opinioni, omne bonum est bonũ opponitur opinio contradictoriæ, quæ dicit, non omne bonum est bonũ, ita & opinio ista contrariæ, quæ dicit, nullũ bonum est bonum, vtraque enim negatio est eiusdem, siue in vniuersali, siue non vniuersaliter sumatur negatio.

9. ¶Quare si in opinione sic se habet, &c.

Determinata quæstione oppositarũ opinionum facilè concludit, quid de voce dicendum sit; si enim vox est nota eorũ, quæ sunt in intellectu, in intellectu autẽ oppositę sunt i lę opiniones, quæ secundum affirmationem, & negationẽ sunt, in hoc etiam eodem enunciationũ vocalia consistit oppositio, & sicut contrariæ opiniones de eodẽ simul esse veræ nequeunt, ita nec in voce contrarię vel contradictorię enunciationes veræ simul erunt de eodem.

Dico (simul) quia de eodẽ contrariæ veræ, & contradictorię posunt enunciari, vt de Petro quod est albus, & quod nõ est albus, quod sedet, & non sedet, sed simul, id est, pro eodem tempore id omnino repugnat, vt supra diximus.

Hic est finis capitis, & totius libri de interpretatione Arist. si aliqua prætermissa sunt, eo factum est, quia suis locis copiose, & exactè tradentur Deo fauente, cui sit gloria in sempiternum. Amen.

FINIS.

LAVS DEO.

B. Q. V. M.

Universidad de Deusto Biblioteca

FRANCISCI TOLETI SOCIETATIS IESV COMMENTARIA.

Vnà cùm Quæstionibus, in libros Posteriorum Analyticorum Aristotelis.

¶De subiecto, inscriptione, ordine, procedendi modo, & diuisione horum librorum.

Dignitas qualis sit librorum de Post. Analyt.

POsteriorũ libri & dignitate, & vtilitate reliquas oẽs Logicæ partes antecellunt, hi enim sunt, qui alijs tũ scientijs, tùm artibus, magnũ vsum exhibẽt, & à quibus, & vniuersalis pitia, & exacta cognitio Logico cõparãtur, adeò, vt Arist. Themist. visus fuerit cõsulto in his, ob eorũ sublimitatẽ, obscuritatẽ affectasse.

Antequam autem ad contextũ descendamus, non abs re erit quinq; prælibare, ex quorum cognitione facilior erit processus: primũ est libri obiectũ, alterum inscriptio, tertium ordo, quartum procedendi modus, postremo diuisio: Ex his enim reliqua, quæ præmitti solent, manifesta fient.

QVAESTIO. I.

Prologomenorum de subiecto libro Post. Analy.

1. Fund. Logica in quem finem sit reperta.

CIrca primum aduertendũ est Logicã, vt sæpè diximus, in hũc vsum fuisse inuenta, vt modũ aperiret, quẽ intellectus noster obseruat in rerũ veritatibus cognoscẽdis, & indagandis: vt enim artes docẽt modũ quo res operamur, ita & Logica modũ quo nos intelligimus. Duplex aũt est rerum veritas, altera, quæ per se ipsam, postquã intellectui obijcitur, nota fit, nec intellectũ erga eam errare cõtingit, quales sunt veritates eorũ, quę principia dicũtur: vt omne totũ est maius sua parte: quodlibet est vel nõ est, & similia, de quibus Arist. in 2. Meta. in principio dixit, in ia nuis quis aberrat? hæc aũt nõ opus habẽt Logica, sũt. n. per se manifesta, nec aliter intellectus ea cognoscit, quã sensus, puta visus, suum obiectũ præsens, vt benè dixit Linconien. 1. Posterio. cap. 9. & Aegydid. 2. Poste. cap. vltimo.

Altera veritas rerum est, quæ nõ statim per se intellectui est manifesta, nisi vtamur aliquo discursu & ratiocinatione qua talẽ veritatẽ per aliã notiorem deducamus: quales sunt eæ veritates quæ de cõclusionibus habẽtur, non n. sine discursu tales cognosci posũt: hæc autẽ Logica indigent, quæ talẽ modũ nẽpè discursum & ratiocinationẽ ostẽdat, explicet, & doceat: atq; hic est vsus & necessitas Logicæ. Licet enim modũ cognoscendi etiam simplicia tradat, q factum est in prædicamentis, tamen ea omnia in compositam, & discursiuam cognitionem ordinantur.

2. Fund. veritatẽ discursio cõparatam esse duplicẽ.

Est præterea aduertendũ, veritatem hanc, quæ discursu habetur, esse in duplici differẽtia, quædã est, cuius cognitio dicitur sciẽtia, quędã verò cuius cognitio dicitur opinio: seu clarius, quasdã res opinione, quasdã sciẽtia discurrẽtes cognoscimus, ea sciuntur, quę sic se habẽt sicut cognoscũtur, nec aliter se habere posũt, quã vt intelliguntur: v.g scimus hominẽ esse risibilem quia re vera ita est, nec aliter esse põt quin homo sit risibilis, & nobis manifestum est ita id esse, propterea scientia, cognitio vera, necessaria, & clara dicitur: de his verò opinamur, quæ sic se habere non cõstat, sed coniectura & probabilitate quadam cognoscuntur, quare aliter se habere posunt, quàm opinamur, & ideò opinio incerta, obscura, ac mutabilis cognitio dicitur.

duplicẽ esse in nobis discursum.

Iuxta has duas cognitiões duplex est in nobis discursus, & is, quo sciẽtiã cõseqmur, qui demõstratio dicitur, & is, quo opinionẽ, qui syllogismus. Topicus

cus nũcupatur: vnde fit, vt Logica maximè in hac vtraq; parte versetur, nẹpè & demõstratiua, & Topica, quæ dialectica peculiariter dici solet, harũ altera his libris cõtinetur, nẹpè demonstratio, altera vero lib Topicorum.

1. cõclu. Demonstratio, horũ librorum est obiectum.

Est igitur horum librorum obiectũ & materia circa quã versantur, demonstratio, nempè syllogismus, quo scientiã rerum consequimur, quæ sententia est communis omniũ Græcorum, & ferè omnium Latinorum, imò ipsius Aristot. qui. 1. Prior. cap. 4. proposuit obiectum Analyticæ partis ipsam demonstrationẽ, prẹmittendo, tamẽ cognitionem syllogismi in communi, tanquam vniuersalioris, ex obiecto aũt apparet quãta sit vtilitas huius partis Logicæ, à qua, velut ab instrumẽto necessario scientiæ reliquæ dependent.

Opin. cõtraria, & eius rationes.

At circa hoc fuit Auerr. sententia in hoc ꝓlogo, nõ in his libris demonstrationẽ solã per se, sed etiã definitionem cõsiderari: propterea demõstratio obiectũ non erit, cum non omnia, quæ in hac parte considerãtur, complectatur. Hãc sententiã receperũt quidã iuniores, quorum rationes præcipuè sunt.

1. Ratio.

Primò, ad Logicum spectat tractare per se de definitiõe, est enim instrumẽtum cognoscẽdi, qua cõsiderationea d Metaphysi. pertinere non põt: sed nulla pars Logicẹ est, quæ definitionẽ cõsiderat, nisi ista: ergo ad hãc partem pertinet: probant minorem, quia si ad aliquam partem aliã spectaret, maximè ad. 6. Topicorum, sed ad eam non pertinet, cum Topicus ibi non definitionẽ construat, sed constructam examinet, vt notat Alexãd. ibidem in principio.

2

Secundò, etiam si non esset demonstratio, ad huc definitio esset, & à Logico consideraretur, ergo definitio non propter demõstrationem, sed propter se in Logica consideratur.

3

Præterea nobilior est definitio ipsa demonstratione, ergo nõ ipsius causa debet à Logico considerari, sed potius demonstrario propter definitionẽ: antecedẽs patet, ex Arist. 7. Meta. text. 4. nobilius, inquit, est scire q d sit hõ, quã qualis sit. Sed illud habetur per definitionẽ, hoc aũt per demõstrationẽ: ergo potius instrumentũ est definitio, quàm demonstratio. Ob hæc igitur asseruũt horum librorũ tam demonstrationem, quàm definitionem esse obiectum.

Confutatio huius opinionis

Hæc sententia nõ est recipienda, multis ex causis primo, quia est contra cõmunem omnium Græcorum & Latinorum opinionẽ. Secuudo est etiã contra Arist. nam. 1. Prior. cap. 4. proponit se intendere de demõstratione disserere, prius aũt de syllogismo, tanquã de superiori: quo loco definitio non per se: sed cũ demõstratione supta ponitur, aliàs enim ante syllogismũ esset tractãda, cũ syllogismꝰ nõ sit definitione superior. Tertiò, sententia ista est cõtra rationẽ: primò, sicut totius scientiæ vnicũ est cõmune obiectũ, ita partium scientiẹ vnicum est per se particulare obiectũ, sed libri hi vna pars Logicæ sunt, ergo vnicum est eorũ per se obiectum: nõ ergo definitio simul & demõstratio per se cõsiderantur, præsertim cùm maximè differant, definitio enim est instrumentũ simplicium, demonstratio cõpositorũ, definitione, quid res sit, demõstratione qualis, & propter quid sit scimus Hoc argumẽto cogũtur isti ponere obiectũ horũ librorũ modum sciendi: contemplantes autẽ talium instrumentorũ diuersitatẽ, asseruũt tale obiectum esse æquiuocũ. Sed confutatur hoc argumẽto: Vel illud est purè æquiuocũ vel analogum, si purè æquiuocũ, ergo iam non datur vnũ obiectũ, cùm in eo nulla sit vnitas rei, sed solius vocis: si verò est analogum, ergo vnum significatum est propter alterum. Quarto, rationes huius sententiæ inualidissimæ sunt.

Ad primũ, respõdetur cũ Eustrat. prologo. 2. Post. definitionẽ hic non considerari secundũ se, sed vt est causa vna, qua proba mꝰ passionẽ inesse subiecto, quo

Ad 1.

quo etiam modo aliæ causẹ q ioque hic considerantur. Ad maiorẽ aũt argumẽti Eustrat. admittit Metaphysicum per se cõsiderare definitionẽ, sed mihi hoc non satisfacit, quã Metaphysicus eam cõsiderat, vt dicit rei substantiã, rei vt est cognitionis instrumentũ: hoc enim Logicum est, vt dixit Auer. 7. Meta. cõ 42. Propterea negãda est maior, Logicus enim nõ per se, & immediatè definitionem considerat, sed vt ad demonstrationem pertinet: q optimè dixit Aegid. in Pro humio. 1. Priorum: vt enim intellectus operationes simplices nõ sunt propter se, sed ad cõpositas ordinãtur: ita & definitio, quæ simpliciũ est, nõ propter se, sed ad argumẽtationẽ ordinãda est: nec ex hoc sequitur definitionẽ non tractari exactè in Logica: vt enim Physicus exactè de forma & materia dicit & de anima, & reliquis, licet vt ad corpus naturale ordinãtur, ista consideret, ita & Logicus de definitione.

Definitio vt à logica considerãtur.

Albert. tract. 1. suæ Logicæ ca. 5. dicit hanc partem Logicæ, de definitione, nõ extare: vnde posset optimè dici, quod quamuis Logicus de definitione per se ageret, tamẽ talis tractatus omnibus libris de argumentatione anteponẽdus esset, cùm sit simplex: esset enim immediatè post prædicamenta.

Ad. 2.

Ad secundum respondetur facilè, si demonstratio esset ablata, maneret definitio, sed Logica esset manca, nec haberet eam rationem, quã modo habet, cum eius finis mutetur.

Ad. 3.

Ad tertium negatur definitionẽ esse potiorem: nec ille textus quicquam cõtra nos probat: illic enim, inquit nobilius esse scire quid res sit, quã solũ qualis sit: at demonstratio non solum ostendit qualis res sit, sed propter, quid etiã talis sit: in hoc aũt includitur, quid sit & hæc est maxima cognitio nẽpe scire res per suas causas, q demõstratiõe fit, imò si textus consideretur, est contra eos nã subdit Arist. rationẽ, quare sit melꝰ scire quid: qa, inquit, q scit, q d facilè sciet quale: ac si dicat, quisscit definire, scit, demõstrare, hactenus de subiecto nũc de inscriptione horũ librorum dicamus.

QVAESTIO. II.

De Inscrip. lib. Post. Analyt.

INscriptio huius libri Græcè est, tonu: todytycon yiteron. 1. resolutoriorũ posteriorum, in cuius gratiã prius quid resolutio sit explicemus, circa quamvehementer neoterici digladiantur.

Quid resolutio.

Resolutio igitur, vt Alexand. & Philoponus. 1. Priorũ in principio asserũt, non est aliud, quam regressus quidã rei in ea principia, ex quibus est, seu à quibus pendet, verbi gratia, est corpus aliquod ex elemẽtis constitutum, dissoluitur, in eadem elementa redit, talis reditus resolutio dicitur.

Resolutio alia est realis alia rationis.

Est autem hẹc resolutio duplex, quædam realis, quædam rationis, realis est quæ in ipsis fit rebꝰ, actione in ipsis realiter existẽte, vt quãdo verè mixtũ in elemẽta resoluitur, quãdo totũ in particulas secãt, resolutio rationis est quẹ ipsis rebus accidit, non quidẽ actione existẽte in ipsis, sed intellectꝰ aperatione, vt enim mixtum sui corruptione in elemẽta realiter resoluitur, ita intellectꝰ sua cõsideratiõe mixtũ in elemẽta redigit, talisque resolutio rationis dicitur.

Resolutio rationis duplex. Mathematica & Logica.

Hæc resolutio rationis duplex est, altera Mathematica, altera Logica. Mathematica est qua propositã cõclusionẽ in proprias causas, per quas demõstret, reducimꝰ: vt nihil aliud sit talis resolutio quam inquisitio & perscrutatio quædã causarum illius cõclusionis, sicut in Moralibus: cõsultatiões sunt inquisitiones mediorũ ad res faciendas, vt docet Aristoteles 3. Ethicorum. ca 3, ex quo patet, hanc resolutionem non esse demõstrationem, demonstratio enim per causam effectum monstrat, resolutio verò posito effectu, causam indagat, resolutio tamen ipsi demonstrationi deseruit vt docet Eustra. in prologo. 2 Post. talis resolutio Mathematica dicitur, non q solus Mathematicus ea vtatur, cùm & aliæ

aliq̃ ſcientię etiã in proprias cauſas conentur ſua redigere, ſed q̃ Mathematici frequentius, & clarius id efficiant.

Quid reſolutio rationis Logica & quotuplex.

Logica reſolutio alia eſt particularis alia vniuerſalis

LOgica reſolutio, quãuis multiplex ſit, vt. 1. Prior. diximus, tamẽ quantũ ad rem ſpectat, duplex eſt, altera vniuerſalis; altera particularis: vniuerſalis eſt qua cõcluſionẽ aliquã in figuras quaſdã, & modos, quibus eſt ſyllogizãda, redigimus: ab his n. tanquã à principijs illationis depẽdet: ſimiliter eadẽ reſolutione reliquas argumentationis ſpecies in ſyllogiſmũ, in cuiusvi innitũtur, reſoluim9, & ipſum etiã ſyllogiſmũ in duas ꝓpoſitiones & in tres terminos reducimus. Reſolutio verò particularis eſt, qua ꝓpoſitã cõcluſionẽ, figura & modo iã ſuppoſitis, in præmiſsas, & principia quædã neceſsaria: & quæ ipſius cauſam importẽt, reducimus: quę quidẽ reſolutio maximè deſeruit Mathematicæ reſolutioni: hęc. n in cauſam reſoluit effectũ, Logica verò particularis præmiſſas neceſsarias ſecũdum cauſam diſponit, & quærit. Poſsum9 enim in ſyllogiſmo aliquo duo cõſiderare, & illationẽ quandã qua cõcluſio ex præmiſſis infertur, & probationẽ etiã qua cõcluſio per principia neceſsaria, & per ſu[illegible] cauſas ꝓbatur: vnde dupliciter reſoluimus cõcluſionẽ, & in principia inferẽdi, nẽpè in figuras, & modos, quę reſolutio à Latinis dicit̃ reſolutio formę, à Græcis reſolutio ſyllogiſmi ſimpliciter: & in principia ꝓbantia, non vtcunq;, ſed neceſsariò & per causã, quæ reſolutio à Latinis dicitur, materię, à Græcis particularis: illa reſolutio prior eſt, cũ ſit formę, & cõmunior: hæc poſterior, cũ ſit materiæ, & particularis: vnde fit vt pars Logicæ qua cõmunis reſolutio traditur, liber Priorum dicatur: parsvero qua particularis continetur, liber Poſteriorum.

Conclusio duobus modis reſoluitur.

Cõclu. quæſt.

Hæc igitur eſt inſcriptionis huius ratio: de reſolutionę Poſteriori, id eſt, de modo inquirẽdi principia neceſsaria & præmiſsas, quę cauſæ ſunt per quas concluſio eſt demonſtranda, ac in eas reſoluẽda. Hic autẽ oportebit vnum adnotare, has partes Logicę reſolutiuas dici, nõ quod ipſæ reſoluẽdo procedãt: ſed q̃ reſoluere doceãt iuxta duos hos reſolutionis modos: cum autem reſolutio nõ fiat niſi cõpoſito, vel eo, quod reſoluendũ eſt præcedẽte, hinc fit, vt iſtę partes Logicę oſtendant quod eſt reſoluendũ, nempè concluſionem aut ſyllogiſmum & ea, in quæ iſta ſunt reſoluenda.

Dubium. An hi lib. aliqua ex parte ſunt compoſitiua.

DVbitatur. An hi libri aliqua ex parte cõpoſitiui ſint, & nõ ſemper reſolutiui. Reſpondẽt Philopon. & Bura. 1. Priorũ, in his aliquid compoſitionis cõtineri: nam in lib. Priorũ docemur ſyllogiſmum componere in libro vero Poſteriorem demonſtrationẽ: tamen quia potior eſt reſolutio & difficilior, idcirco libri reſolutiui dicuntur.

Aliorũ sẽtẽtia.

Mihi aliter videtur dicendum, nẽpè hos libros docere concluſionem propoſitã in præmiſsas, quibus inferatur, reſoluere, q̃ ſimpliciter ſyllogizare dicitur, & concluſionem etiam in præmiſſas neceſsarias reſoluere, q̃ eſt demõſtrare: & quia hæc tradi non potuerunt, quin prius quid ſyllogiſmus, q̃d demõſtratio eſset explicaretur, ꝓpterea iſta in his continentur: hoc tamen non eſt componere, ſed ea oſtẽdere, in quę reſolutio facienda eſt. Fatẽdum eſt tamẽ cũ ex reſolutione nota fiat cõpoſitio, ea dẽ arte nos doceri & reſoluere & cõponere, ſed illud prius.

Propria opinio.

QVAESTIO. III.

De Diuiſione Logices in partem Iudicatiuam & Inuentiuam.

Eſt aliud dubiũ, in quo elaborauerũt qua ratiõe hęc pars Logicę Analytica iudicatiua dicat̃, Topica verò inuẽtiua.

Ad quod aliqui reſpõderunt nõ tam verè, quam ſubtiliter: nempe Topicam argumentari ex ſignis quibuſdã, Analyticã verò, à cauſis: & quia ſigna ad inuẽtionem

1. Aliorũ sẽtẽtia.

tionem, cauſæ ad reſolutionẽ ſpectare videtur, inde ad Topica inuẽtio, ad Analytica reſolutio & iudiciũ ſpectat: ſed hoc poſtea quam quod leue eſt, non ſatisfacit, nam pars prior Analytica, cùm non per cauſam ſyllogiſset, non eſse iudicatiua, quod falſum eſt.

Refellitur eaſẽ tentia.

2. ſentẽtia.

Alij reſpõdẽt in Topica & Analytica eſse inuentionẽ & iudicium, liber enim Priorum medium ſyllogizãdi inuenit, & de inuẽto iudicat: & poſteriorũ liber docet etiã inuenire mediũ, nempè cauſas & præmiſsas, & de eiſdẽ iudicare an ita ſint, & demũ liber Topicorum doeet inuenire probabilia, & de ipſis, an talia ſint, iudicare. tamen q̃a in parte Analytica difficilius eſt iudicare quã inuenire iudicatiua dicit: eſt aũt difficilius iudicare, quia cõcluſioni demonſtrãdę vnũ eſt mediũ, q̃a non niſi neceſsariũ demõſtramus, non. n. vtraq; pars cõtradictionis demõſtratur: at iſtud innumeras habet leges & conditiones, propterea inuentio eſt facilis, quia eſt vnius, iudiciũ difficile, q̃a multa debet habere: at in Topica facilius eſt iudicare, q̃a cõſiderat probabile, quod facilè examinatur, ſed difficilius eſt inuenire, q̃a oportet vtrãq; contradictionis partẽ probabiliter oſtẽdere, ac ꝓpterea à principaliori inuẽtiua dicitur. Hęc ſentẽtia habet aliq̃d apparẽtię, ſed caret fundamẽto.

3. ſentẽ.

Alij reſpõdẽt, aliter Topicũ & Analyticũ eſse inuentiuũ: nã prę̃miſsas vterq; quærit ad cõcluſiones ꝓbãdas, inter eſtã inter vtrũq;, nã demonſtratur ſolum verũ probat, & à falſo ſeparat, at Topic. verũ à falſo nõ diſcernit, cũ ſolũ ꝓbabile cõſideret, quod aliquando verũ, aliquãdo falſum eſse poteſt, ideò alter iudicatiuus, quaſi diſcretiuus veri à falſo dicitur, alter ſolum inuentiuus manet.

Propria authoris opin. 1. fund.

Dicẽda eſt meo iudicio, primò duas eſse argumẽtationis partes, alterã habẽtem ſe, vt materiã, nẽpè propoſitiones ipſas & terminos rerũ ſignificatiuos, alterãvt formã, diſpoſitionẽ nempè ſecũdum figuram & modum: vnde qui argumentationẽ aliquã cõponere vult, opus habet quærere hæc duo, & formã, & materiam aliquam, quæcunque ſit.

Secundo inuenire non eſse aliud, quã occultum ſiue ignotum inquiſitione aliqua manifeſtum & notum facere vt exẽplo eorũ qui inueniũt aliquid comprobari poteſt: iudicare verò eſt aſsẽſu, vel diſsẽſu rẽ ſic vel aliter ſe habere cognoſcere, verbi gratia inuenimus rem, dũ vario diſcurſu tandẽ in eius cognitionẽ deuenimus, iudicamus, dum talem, qualem quærebamus, conſideramus.

2. fund. Inuenire & iudicare q̃d ſint.

Tertiò ignorãtia argumẽtationẽ op9 eſse prius duplici inuẽtione, ſimilirer duplici iudicio: oportet. n materiã inuenire, ex qua conſici debet argumẽtatio ſimiliter de ea iudicare, an talis ſit, qualẽ quærebat: oportet præterea formã quã eã diſponat inuenire, & an talis forma ſit iudicare, his enim omnib9 abſoluit̃ argumẽtatio: atq; ad Logicũ aliqua ſpectant, qui argumentationem docet: dico aliqua, quia materia non eſt negotij Logici, non enim res conſiderat, ſed formam argumentandi ipſis applicat.

3. fund.

Quartò inuenire argumẽtãdi formas nõ eſse ipſi9 Logicę artis, cũ ſit ante ipſam, nã id eſt inuenire Logicã, ſed artis eſt ipſas formas inuẽtas docere, ꝓbare & declarare, & rebus applicare: q̃ totũ ad iudiciũ ꝓtinet: propterea liber priorũ formę iudicatiuus dicitur. Similiter inuenire res, ſeu terminos quib9 forma applicatur, nõ Logici, ſed aliarũ ſciẽtiarũ ſeu habituũ q̃ res cõſiderãt mun9 eſt ea tã ſecundũ propoſitiones ordinare, & an tales ſunt quales petũtur dignoſcere hoc eſt iudicare, & ad Logicũ ſpectat.

4. fund. Qualis inuẽtio qualeq; iudiciũ ad logicũ pertineat.

Quintò materiã hanc eſse triplicẽ, neceſsariã, probabilem, apparẽtem, in quarum ſingulis eſt inuentio, & iudiciũ propriũ. Omiſsa apparẽti, de qua dicemus poſtea neceſsariã ad librũ prę̃ſẽtẽ Topicã, ſeu probabilẽ ad libros Topicorũ referri certum eſt. Cùm autẽ inuentio non ſit Logici, ſed iudiciũ materiæ neceſsarię, inde liber Poſt. indicatiuus dici-

5. fund.

dicitur, qui nihil ex hoc Logico, præter
subiect. ipsum iudicii accedit: dices, eodémodo
liber Topi. iudicatiuꝰ dicitur, cũ inueni
re probabile, non sit Logici, sicut nec in
uenire necessariũ, vt diximus: Respon.
Dilutio esse valdè diuersam rationem.

Vltimo ergo maximè aduertendũ, q̃
Hoc idẽ Logicus, vt Logicus purus est, nullã rẽ
Alb.c.1. contẽplatur, sed tãtũ res alio habitu co
huiꝰlib. gnitas ordinat secundã formã argumẽ
& lib. 1. tationis, aut diuisionis, aut definitionis
Met.c.5. aut enunciationis, aut alterius similis,
qua propter antiqui Stoici, & Plato Lo
Idrefert gicã à reliquis scientijs nõ separabãt, sed
Orige. coniũcta eis addiscebãt, vt dicit Philop.
super 1. Priorũ in principio: hinc est q̃ Diale
cãt. ho. i cticum scientiem, ac Metaphysicũ voca
bant, vt videre est apud Plot. 1. Aenea.
lib. 3 c. 4 At Peripatetici eã separarũt,
ac prius ipsam purã addiscebãt: postea
scientias, vt docet Aris. 2. Metaph. ca. 3.
stultum est, inquit, simul scientiam, &
modum sciendi discere.

Respon. Cùm igitur res quædam sint necessa
ad quęs. riæ, quarum scientiæ sunt, quædam pro
babiles, quarum sunt opiniones, quę so
lo intellectu absque habitu sæpè produ
cũtur, Logica à rerum necessariarum
Dialecti cognitione fuit seiũcta omninò, ac illa
ca vt di rum cognitio fuit scientijs reseruata: at
citur eõ à cognitione probabilium nõ fuit prior
siderare sus abiuncta: imò cum illa sub nullo ha
qd sit in bitu comprehendantur, relicta fuerũt
quaq; re Dialecticę, hic est quod sæpè clamat
sit proba Arist. Dialecticam considerare, quid in
bile. vnaquaque re sit probabile, nõ quod ta
Libri To lis cognitio ipsius propria sit, sed illi re
pic. vtad licta est. Hinc fit q̃ Topicus maximas
inuẽtio habet reales, quibus vtitur, sed proba
nẽ hive biles sunt. Ex hoc apparet inuentionẽ
rò ad iu probabilium Logicam esse, ac ob id li
diciũ di ber Topic. inuentiuus dicitur: nõ sic de
cãtur p necessario, in quo solũ Logicus iudicio
tinere. vtitur, & hoc est admodũ memorię mã
dandum, est enim ianua multarũ veri
tatum, quæ in Logica occurunt.

QVAESTIO IIII.

De ordine horum librorum.

EX his quæ proposuimus superiꝰ ter
tiũ erat ordo, quo nẽpe loco hic li
ber sit addiscendus, sermo enim est de
ordine doctrinæ, hic aũt doctrinę ordo
triplex esse potest, vt constat ex Aristo
tele varijs in locis, primus est secũdum
necessarium, id est, quando vnũ in do
ctrina prius altero traditur, quia hoc si
ne eius cognitione haberi non potest,
quo pacto multi ex grauioribus Arist.
interpretibus primo de anima docẽt co
gnitionem & scientiã de anima præcede
re scientiã de aĩalibus q̃ia aĩalia absq;
animę cognitiõe cognosci nequeũt. Al
ter est ordo secũdũ notius quãdo id prę
mittitur, q̃ est notius, licet ex eiꝰ cognitio
ne alterũ nõ depẽdeat quo pacto liber
Metheo. prę mittitur libris de aĩa, quia
mixta illa metheora logica notiora sũt:
Tertius est secundũ dignius, quãdo id
præmittitur q̃ dignius est: quo pacto A
rist. 2. de anima antepofuit visum reli
quis sensibꝰ q̃a dignior erat & nobilior.

Triplex ordo doctrinæ.

Hoc igitur supposito, petimus quo or
dine liber hic alijs sit anteponẽdus, vel
postponendus: & nulli dubiũ est librum
Priorũ præcedere ordine doctrinę, pro
pter necessitatẽ, & quia notior est, cuiꝰ
rei ab authoribus triplex in hoc plogo
ratio reddi solet: prima est, notiora sũt
prius tradenda minus notis, sed syllogis
mus in cõmuni notior est demõstratiuo
quia est vniuersalior, vniuersaliora aũt
notiora nobis sunt, ergo liber Prior. qui
de syllogismo in communi est, debet an
tecedere. Et hęc ratio est etiã ipsiꝰ A
risto 1. Priorũ. c. 4. Altera ratio est: Re
ctus & necessarius doctrinę ordo poscit,
vt passiones prius de proprio & imme
diato subiecto demõstrentur, quam de
mediato, ergo subiectum immediatum
prius est tradendũ: declaro antecedens
mobile est passio quędã primo corpo
ri naturali inhęrẽs, immediatè verò &
secũdariò elemẽto, cęlo, alijsq; corpori
bus talis passio recto doctrinę ordine ne
cessario priꝰ de corpore naturali q̃ de
hoc vel illo corpore demonstranda est

Libri priorũ cur habẽt ordine doctrinę præcedant.

1. Ratio

2. Ratio

sequi

sequitur ergo vt necessariò antecedat
corporis naturalis doctrina. Hoc igitur
supposito, sequitur argumẽtũ inferre,
est passio tradẽda de demonstratione:
hæc aũt immediatè cõpetit syllogismo
prius ergo de syllogismo est ostẽdẽda,
ob id q; syllogismi doctrina antecedit.

3. ratio. Tertia ratio est, quia nisi cognitio syllo
gismi in cõmuni præcederet, idẽ mul
toties inutiliter repeteretur, nã in de
monstrationis doctrina oportebat ex
plicare ea quæ insunt rõne syllogismi
in cõmuni, & eadẽ iterũ repetere in syl
logismo Topico: & hæc est ratio qua
Arist. 1. de partibus. c. 1. ostendit cõmu
nia particularibus esse prius tradẽda:
non igitur de hoc dubitabit vllus.

Dubiũ. Dubiũ tamẽ est de libris. Topicorũ
Sententia Phil. & Elenchorum an huic sint antepo
1. Ratio. nendi. Philop. & Auic. qui rũ etiã me
minit Auerro. hoc prologo, asserũt li
brũ Topicorũ immediatè sequi librũ
Priorum, & huic nostro esse anteponẽ
dũ. Est autẽ vna ratio Philoponi, quã
do intellectus ad aliquã veritatem ca
piendam disponitur, prius rationibus
probabilibus, quã demonstrauis præ
paratur, ergo cognitio & doctrina pro
babiliũ quæ Topica est, antecedere de
bet doctrinã demõstratiuã, antecedẽs
est notissimum, est. 1. hic mos commu
nis, & prę sertim Arist. qui prius verita
tem rei probabiliter & Dialecticè exa
2. Ratio. gitat, quã demõstratiuè cõuincat. Alte
ra est ratio Auicen. communiora sunt
prę mittenda, sed probabile est supius
necessariò, q̃ vocat intelligibile, nam
omne necessariũ est probabile, non tã
omne probabile est necessarium, præ
mittẽda ergo est doctrina probabiliũ.
Circa librum Elencho. Philopo. docet
esse postponẽdum libris Posteriorum,
quia sunt de syllogismo deceptorio,
Refellitur sententia Philop. prius autem oportet docere veritatis
instrumenta, quam erroris.

Hæc opinio nõ est recipiẽda, imò as
rendũ est cũ Alex. 1. Elench c. 4. & Al
bert. hoc lib. tract. 1. c. 1. & S. Tho. atq;
etiam Auerro. in hoc prologo, & reli
quis, librum Posterior. immediatè con
iungi cum libris Prior. & profecto non
debet quis dubitare hoc esse de men
te ipsius Aristo. vt diximus. 1. Prior. c.
4. vbi se velle demonstrationem tracta
re proposuit, à syllogismo tamen ince
pturum, quia communior erat post syl
logismi igitur cognitionẽ immediatè
demonstrationis doctrina sequitur.

Ratio qua probatur autoris sententia.

Ratio ab autoribus in præ
senti multiplex assignatur, qua non so
lũ dignitate, sed etiã cognitione, & ne
cessitate hũc librũ esse anteponendum
probatur: imperfectũ nõ cognoscitur ni
si ex perfecto, sed Topicus syllogismus
est imperfectũ quid, demonstratio verò
perfectũ, ergo huius cognitio antepo
nẽda est: maior est certa, q̃a in imperfe
cto est aliqua priuatio, quæ sine posi
tiuo cognosci neqt: nullus. n. q̃d cęcitas,
q̃d tenebræ, q̃d mors cognoscet, ni
si visum, lumẽ, & vitã præcognoscat: mi
nor ostẽditur ex effectibꝰ ipsorũ 1 ãTo
pic. syllogismus inducit opinionẽ con
clusionis, demõstratiuus vero scientiã:
at opinio est quędã scientia imperfecta,
est enim cognitio incerta & obscura.

Ratio cõfirmatur Tres esse rationis processus.

Potest etiã minor aliter explicari &
probari, propterea aduerte cum Albe.
& S. Tho. in prologo, tres esse rationis
& intellectus processus: primus quo ex
necessarijs & semper veris propositio
nibus deducit cõclusiones necessarias
ac semp veras, quas non cõtingit aliter
esse, & hic processus est ꝑfectissimus,
cũ cognitionẽ discursiuã perfectissimã
generet, nempè scientiã, talis est demõ
stratio: alter est processus ab isto defi
ciẽs & imperfectus, quo intellectus nõ ex
necessarijs & semp veris, sed ex his quę
maiori ex parte vera sũt, infert cõclu
sionẽ nõ semper verã, sed quæ aliter se
habere possit: & talis est processꝰ Topi
cus: tertiꝰ est qui nõ ex necessarijs aut
probabilibus, sed ex apparẽtibus indu
cit cõclusionem apparentem, & hic est
imperfectissimꝰ, efficit enim deceptio-

nem,

nem, sicut secũdus opinionem. Cũ igitur hi duo processus sint obliqui & imperfecti, regulandi sunt ex perfecto, ob idq; eius cognitio anteponi debet: eademq; ratione libri Topicorum antecedunt libros Elenchorum.

Soluitur 1. Philo. Ad argumentũ primũ Philop. Respõdet Auerr. in presenti cõcedẽdo prius oportere rationibus probabilibus rem attingere, quã demonstratione ostẽdamus, negat tamen eundem ordinẽ obseruandũ esse in eorum doctrina, imò prius oportet docere necessaria, quorũ sunt demõstrationes, quã probabilia.

Soluitur 2. Auic. Ad secundũ Auicen. etiã respondet Auerro dupliciter, primo admittendo necessaria esse probabilia: nõ tamẽ sequitur, vt doctrina probabiliũ sit præmittẽda, quia in Logica nõ cõsiderantur ipsa probabilia aut necessaria, sed tradũtur regulæ ad cognoscẽda probabilia & necessaria, quæ sunt diuersę inter se, nec aliorũ regulæ in aliquo cum aliorũ regulis cõmunicãt, & sic soluitur 1. argumẽtũ. Alterã etiã affert solutionem nẽpe negando omnia necessaria esse probabilia, hoc enim falsum est, cũ multa sint necessaria quæ sunt non probabilia vt diximus lib. 1. Topicorũ.

QVAESTIO. V.

De modo procedendi.

SEquitur modus procedendi, hic autem facilis est, nempe definitiuus, diuisiuus, inductiuus, & syllogisticus, eiusmodi enim instrumentis demonstrationis naturam manifestat.

Dubiũ. Sed dubiũ est vnũ, à quo vix aliqui se possũt expedire: nũ demõstratione vtatur circa ipsam demõstrationẽ, non. n. fieri posse videtur antequã cognita sit demõstratio, posse quenquã vti demonstratione, ob idq; aliqui id negãt, inter quos fuit Paulus Venetus, q̃ profectò

1. opinio est clarissimè contra Arist. qui ca. 2. huius libri demonstratione probauit demonstrationẽ constare ex veris & primis, &c. qa facit scire, vñ à fine materiam probauit, q̃ est demõstrare: & hoc

2. opinio idem etiam sæpè facit: propterea dico sine dubio Aristo. in inuestigandis his, quæ ad demonstrationem exiguntur, vti etiam demonstratione. Solutio.

Atq; vt hoc suo principio intelligatur, aduerte hominem solo intellectu absq; alio habitu & sciẽtia sæpè syllogizare, & discurrere, & demonstrare, & rationibus ac demonstrationibus acquiescere, licet earũ naturã ignoret, q̃ docuit Arist. 1, Rhetor. ad Theodect. c. 1. perfectè verò cognoscere hos discursus, & ratiocinationes perfectè facere, Logicæ artis est, nec peruentũ fuit ad eorũ cognitionẽ, nisi eisdẽ rationibus naturaliter exercitis, & imperfectè cognitis, q̃ doctè dixerũt Philop. & Alb. 1. Prior. c. 2. docentes in artibus & sciẽtijs præsupponi notiones naturales, Iuxta hoc respondeo, qui tradit doctrinam demonstrationis, cùm iam demonstrationẽ cognouerit, poterit circa eã demonstratione vti, qui verò discit, talem demonstrationem recipit notione naturali, qua cognoscit esse rationem bonam, quanuis non cognoscat exactè naturam illius, quousque demonstrationem in vniuersum, didicerit. Hominẽ sine habitu vllo & scientia sæpè discursũ facere.

Quod si obijcias, quomodo demõstratio probat demonstrationem? nam seipsam probaret, dico, demõstratio quã probat, sumitur vt instrumentũ probãdi, demonstratio quæ probatur tãquã obiectũ cõmune omnibus demonstrationibus: nõ repugnat aũt vt idem probe seipsum diuersa ratione sumptũ, scilicet vt instrumentum est, & vt sub eo, quod probatur, continetur, quo pacto definitio definitionis seipsam definit. obiectio & soluti.

¶De Diuisione.

SVpereſt vt de diuisione dicamus, & quidẽ in duas partes principales diuiditur hic totus liber, in priori sũt, ea, quæ ad demonstrationem ipsam pertinent, in posteriori verò quæ ad ipsius medium, sub quo definitio est, & sufficiat ista generali er diuisisse quæ postea particularius sunt enarranda.

ARISTOTELIS

STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, POSTERIORVM RESOLVTORIORVM.

LIBER PRIMVS.

SEVERINO BOETHO INTERPRETE.

SVMMA LIBRI.

¶De demonstrationis essentia, condicionibusque ad eam riquisitis. De differẽtia demõstrationum quòd seu quia, & propter quid. Quæ figura aptior sit demõstrationi. De ignorantiæ speciebus, quæ in scientijs accidunt. Finitos esse demonstratiuarum propositionum terminos. De Demonstrationũ varijs speciebus, ac earum inter se comparatione. De varijs demum Theorematibus ad demonstrationem conferentibus.

¶Omnem doctrinam, omnemque disciplinam intellectiuã ex præexistenti fieri cognitione Quot sunt prę̃cognitionum modi, quæque ea, quæ præcognoscuntur. Dubitationum solutio circa hanc propositionem contingentium.

CAPVT PRIMVN.

TEXT.

1. [Verbũ hoc q̃ discursiua interpretatũ est, alij presius syllogistica alij latius intellectu alis ratiocinatiua cogitatiua hic & alibi vertũt [a. l. perficiũtur. [Orationes aliq; vertunt.

OMnis doctrina & omnis disciplina ‡ discursiua ex p̃existente fit cognitione. 2. Manifestum autẽ hoc speculãtibꝰ in omnibus. Mathematicæ nanque scientiarum per hunc mo.o [accedunt, & aliarum vna quæque artium. Consimiliter autem & circa [rationes, & quæ per syllogismos & quæ per inductionẽ: ambę enim per ea, quæ præcognoscũtur, faciũt doctrinam: illæ quidem accipientes, tãquam à cognoscentibus, istæ verò monstrãtes vniuersale per id quod manifestum sit singulare. Itidem & Rhetoricæ persuadẽt: aut enim per exempla, quod est inductio: aut per enthymemata, quod est syllogismus.

3. Bifariam autem necessarium est præcognoscere: alia nãque quod sunt præsupicere necessariũ, alia verò quid est q̃ dicitur, intelligere oportet: alia autem ambo: vt quod quidẽ omne aut asserere, aut negare, verum, q̃ est: triãgulũ vero, quòd hoc significat, vnitate autem ambo, & quid significat, & quod est: non enim consimiliter horum vnumquodque manifestum nobis est.

Est autem cognoscere, alia quidem prius cognoscentem, quorundã verò & simul accipientem cognitionem: vt quęcunq; sunt sub vniuersalibus, quorũ habet cognitionem, quod enim omne triãgulũ habet duobus rectis æquales, præsciuit: quod aũt hoc, quod est in semicirculo, triangulum est, [simul inducens, cognouit. Quorundã enim in hunc modum disciplina est, & nõ per mediũ, extremum cõgnoscitur, quæcunque iã singularia sunt & non de subiecto aliquo. [a. l. simul dicẽs cognouit. Itavt conjunctim hęc verba legãtur hoc modo legit Io. gran. illo The. 8 Auer. 5. 6.

Antẽ verò, quàm inductum sit, aut acceptus fuerit syllogismus, modo quidẽ aliquo fortasse dicendum est scire, modo autem alio non.

Quod enim non sciuit si est simpliciter, hoc quomodo sciuit, q̃ duos rectos habet simpliciter? sed manifestũ quod ita quidem scit, quoniam vniuersaliter scit,

ſcit,ſimpliciter autem non ſcit.

7. Si verò non,quæ in Menone,dubitatio cõtinget,aut enim nihil addiſcet, aut quæ nouit.

8. Non enim iam veluti quidã nituntur ſoluere,dicẽdum,an ne noſtri omnem binarium,quod par eſt,aut non? aſerẽte autem,attulerunt quendam binariũ quem non exiſtimabat eſse,quare neq; parem.Soluunt enim non dicentes omnem ſcire binariũ parem eſse, ſed quẽ ſciũt,q̃ binarius. At qui ſciũt quidẽ cuius demõſtrationẽ habẽt,& cuius acceperũt:acceperũt aũt nõ d̃ omni,de quo vtiq;uoſcãt,q̃ triangulum aut q̃ numerus,ſed ſimpliciter de omni numero,atque triãgulo:nulla .n.propoſitio accipitur talis,q̃ quem tu noſtri numerũ,aut quam tu uoſtri rectilineã:ſed de omni. Cæterum nihil,putõ,vetat, quod addiſcit aliquis,eſt ſic ſcire,eſt autẽ ſic ignorare:abſurdum enim,non ſi nouit quodammodo quod addiſcit,ſed ſi ita,vt in quantum addiſcit,& ſic.

Vide. 2. Prio c. 2

Omnis doctrina & omnis diſciplina.

1. ARiſtoteles optimus artifex ea omnia, quę de qualibet re propoſita peti ſolent de demonſtratione tradit, quęrimq; enim primò an res ſit,deinde q̃d ſit,tertiò qualis ſit,poſtremo quare talis ſit,his .n.ſciẽtia abſoluitur. Atq; hæc quatuor de demõſtratione docet, quia multi negarũt demonſtrationem eſse negantes ſcientiã haberi de rebus, cũ caducę &mutabiles ſint:quales fuerũt Heraclitus,Democritus,&alij. Alij aſserentes nihil de nouo ſciri,ſed ſcientiam noſtram non eſse aliud,quã recordationem & reminiſcentiam eorũ quæ anima ſciebat:qualis fuit Plato,vt quidam aſserunt,hos remouet errores,docens & ſcientiã eſse,ac de nouo fieri aſſirmans, ideoque demõſtrationẽ eſse. Propterea ſtatuit omnem doctrinã fieri expręexiſtenti cognitione:atq; poſtea intẽdit inferre ex illa,vt notat Philop.demõſtrationem, quę doctrina eſt fieri ex præexiſtenti cognitione.

Demonſtrationẽ eſse cur pleriq; negarint.

¶ De ſenſu propoſitionis omnis doctrina,&c.

Sed dubiũ eſt de ſenſu huius celebratiſſimę propoſitionis:quidam recentiores per doctrinam &diſciplinã,intelligunt quancunque cognitionem intellectus,propterea enim additur illud verbum intellectiua,ad excludẽdas cognitiões ſenſuum.Cognitio autem intellectus duplex eſt altera ſimplex ſeu incõplexa,in qua non eſt verum vel falſum, quam Auerroes in præſenti vocat ſecũdum viam formationis,altera eſt cognitio compoſita & complexa,in qua inest verũ aut falſum,quam vocat Auerroes ſecundum viam verificationis:hæ autẽ cognitiones ſic ſe habent,vt nunquã ſit compoſita,quin ſimplex pręcedat, ſimplex tamẽ eſse poteſt, vt nulla alia ſimplex,aut compoſita pręcedat in intellectu non tamẽ eſse poteſt quin pręcedat aliqua cognitio ſenſus,cum non contingat intellectum intelligere abſque pręcedenti ſenſus cognitione:quo ſuppoſito,ſecundum horum ſententiam ſenſus propoſitionis eſt omnis cognitio intellectus ſit antecedẽti cognitione ſenſus.

Primaꝰ pinio recẽtiorũ. Cognitio intellectus alia eſt ſimplex, alia compoſita & inter ſe quomodo ſeſe habeant,

Hæc doctrina vera eſt,ſed non videtur ad mẽtem Ariſt.eſse,non enim ſimplices notitias intellectę quis doctrinas aut diſciplinas vocabit, ſicut nec ipſas notitias ſenſuum exteriorum.

Improbat prima expoſitio.

Aliorum fuit opinio aſserẽtium per doctrinam & diſciplinam intellectiuã eſse intelligendam cognitionẽ complexam veritatis:hæc autẽ duplex eſt,quæ dã prima & immediata,quę ex alterią veritatis cõgnitionem nõ depẽdet,qualis eſt cognitio principiorum per ſe notorum,altera eſt veritatis cognitio,quę ex altera pẽdet,quæ diſcurſiua dicitur &hæc vtraque veritas ſemper præſuppo nit aliquam cognitionem : non enim quis totum maius eſse parte intelliget, quin prius q̃d totũ,quid pars ſit cognoſcat,& tunc dicunt illud verbum, intellectiua

Secũda ſentẽtia Themi.

lectiua, addi ad excludendas cognitiones ſenſuum,quæ etiam doctrinę dicũtur, vt patet in multis brutis,quę diſcũt,& doctrinam aliquam capiunt.

Hæc ſententia nõ eſt ſpernenda, eſt enim Themiſt.Philoppon. S.Thom.& doctrina vera eſt, & conformis Ariſto. ſed quę non videtur admodũ ad mentem Ariſtot. nam non videtur de quacunque cognitione veritatis loqui,ſed de diſcurſiua, vt patebit, nihilominus tamen eſt ſententia probabiliſſima.

Im,pbatur. 2.Sentẽ.

Alia ſentẽtia quę maximè mentem Ariſt.exprimit, nempè per doctrinam & diſciplinam intellectiuam intelligi veritatem diſcurſiuam,quæ ratiocinatione & diſcurſu habetur: hoc enim illud verbum,intellectiua,Græcè ſignificat,& tũc eſt ſenſus,omnis cognitio,vel omnis aſsẽſus qui raõne &diſcurſu habetur,fit ex aliquo alio antecedenti iudicio,nempè pręmiſsarum,aut principiorum , aut antecedentis, ex quo illa diſcurſiua cognitio deducitur: hęc eſt expoſitio Auerro. Albert. Linconien. Appollin.Pauli & Aegidij: & mihi videtur ad mentem Ariſto.eſse.

3. ſentẽ. Albe. & aliorũ.

Nota. 1. Doctrinã & diſciplinã eandem re eſse cognitionem.

Circa verba autem notare oportet cum Philopon. & alijs per doctrinam & diſciplinam eandem re cognitionẽ intelligi, nam eadem cognitio vt à magiſtro procedit,doctrina dicitur,vt verò à diſcipulo recipitur, diſciplina:attende aũt ex Linconien. non ſolùm doctrinam ſeu diſciplinã dici quàm à magiſtro viua voce quis accipit,ſed etiam quàm ex ſcripturis vel proprio labore inueniendo conſequitur.

Nota. 2.

Aduerte pręterea per cognitionem intelligi , non inuentionem, vt voluit Alexand. ſed quid ſuperius,nempe cognitionem tam diſcurſiuam,quàm non diſcurſiuam,inuentam , aut à magiſtro traditam,intellectiuam, aut ſenſitiuã: vt ſit ſenſus, doctrinam, id eſt, iudiciũ concluſionis haberi ex præexiſtenti cognitione ſiue hęc ſit alio diſcurſu habita,ſiuè immediatè cognita, ſiue ſit intellectus ſiue ipſius ſenſus.

Aduerte pręterea, cum illa præpoſitio,ex,dicat habitudinem termini, aut partium,aut materiæ, aut cæuſæ efficientis, hic cauſam efficientẽ denotat, vt ſit ſenſus,cognitio,ſeu aſsenſus pręmiſsarum faciunt doctrinam ſeu aſsenſum ipſius concluſionis: atque hæc eſt huius propoſitionis explicatio.

Nota. 3.

¶ Manifeſtũ autem hoc ſpeculantibus,&c.

2.

Inductione propoſitionem probat in omnibus artibus & diſciplinis quæ ratione vtuntur, nec hæc probatio eſt per exempla,vt quidam ex recentioribus aſserunt, ſed eſt inductio vt docet Auerro. Philopon. Themiſti.& alij.

Inductio igitur eſt, primò in mathematicis artibus, hæ enim doctrinam faciunt ſuarum concluſionum ex præcedenti cognitione principiorum & ſub his diſciplinis intellige alias ſcientias ſpeculatiuas.

Secundo inductio fit in alijs artibus, &per eas intelligit Themiſt.artes operatiuas, licet id nõ placeat Auerro.ſed tamen verum dicit Themiſt.his enim non contingit veritatem diſcurſu conſequi, niſi ex præexiſtenti cognitione, quanuis Themiſt. explicet de veritate non diſcurſiua ſecundũ ſuam interpretationem vt diximus.

Refellitur ſentẽtia Auerr. de artibus operatiuis.

Tertio in orationibus dialecticis,id eſt,in ratiocinationibus probabilibus, quæ ſunt ſyllogiſmi: & inductiones, in quibus fit doctrina, id eſt,concluſionis cognitio ex pcedenti cognitione, nã in ſyllogiſmo dialectico accipimus præmiſsas tãquã notas &datas,in inductione verò ex ſingulariũ cognitiõe doctrinã vniuerſalis facimus.Hic nota dixiſſe ſyllogiſmos pluraliter , nã dialecticus de qno hic fit ſermo , nõ ſolũ vnam partem cõtradictionis ſicut demõſtrator , ſed vtrãq; probabiliter oſtendit, propterea ſyllogiſmus dicitur facere.

Nota.

Vltimò inductio fit in diſcurſibus rhetoricis,quę ſũt enthymema,& exẽplũ,

in

Universidad de Deusto Biblioteca

in quibus non fit doctrina cõsequentis nisi ex præcognitione antecedentis.

Entyme ma cur syllogismum & exẽplũ inductio nem appelletex The. sententia.

Vocat autem enthymema syllogismum, & exemplum inductionem, vt notat Themist. quia enthymema sit imperfectus syllogismus, & exemplũ imperfecta inductio.

Refutatio sentẽtia Themisti.

Sed non mihi admodum hoc placet, nã licet enthymema dici posit imperfectus syllogismus, cum syllogismo perficiatur, tamen exemplũ cũ non ad inductionem, sed ad syllogismum reducatur, & in ipso perficiatur, nõ dicetur imperfecta inductio, exemplum enim per singulare probat singulare, at inductio per singulare vniuersale.

Sententia autoris.

Propterea mihi videtur sensus Aristo. esse, enthymema esse apud Rethoricum, quod apud Dialecticũ syllogismus, & exemplum, ꝙ apud Dialecticũ inductio, & hoc solum intendit Aristoteles: dum vocat enthymema, & exemplum iuductionem & syllogismum.

3 ¶ Dupliciter autem præcognoscere oportet, quædam enim, &c.

Postquàm Arist. omnem doctrinam ex præexistẽti cognitione fieri docuit, nunc ea, quæ ante demonstrationẽ pręcognoscere oportet, ac modos quibus præcognoscantur tradit.

Nota de præcognitionibus aliqua.

Pro quorum intelligentia aduertendum est ea dici præcognita, quorũ cognitio est necessaria ipsi demonstrationi, adeò vt demõstratio absq; tali eorum cognitione non posit procedere, non tamen in ipsa demonstratione, sed extra cognoscuntur, modus autẽ cognitionis quo hæc præcognoscere necesse est, pręcognitio dicitur, vt modò clariꝰ explicabitur: concurrũt enim ad demõstrationẽ tria, quæstio quæ demõstranda proponitur, vt an animus sit immortalis propositiones ex quibus est demonstranda quæstio, nẽpe omnis actus immixtus materię est immortalis, omnis animus est actꝰ immixtus materię: ex his enim sequitur, animus ergo est immortalis tandẽ principia quorũ virtuti & robori innituntur & probant hæ propositiones, nempè impossibile est duo contradictoria esse simul vera, ex huius enim veritate prouenit vt illæ duæ propositiones illam quæstionem probent, aliter enim illis concessis, negaret conclusionẽ aliquis, nisi sequeretur, negata conclusione animum esse actum immixtum, & non esse actũ immixtũ, ꝙ fieri non potest, & talia principia demonstrationis dicuntur dignitates, quarum vsus clarius & frequentius in mathematicis perspicitur.

Tria ad demonstrationem concurrere &quę nã illa.

Not. sec.

Est secundo aduertendũ non omnia hæc tria demõstrationem componere & constituere, sed duo priora, quęstio enim mutata forma fit cõclusio, nã sub forma dubitãdi, quęstio est, sub forma verò assertionis illata, est cõclusio, pręterea ipsæ propositiones intrinsecæ demonstrationem componunt, tanquam præmissæ, ad dignitates extra demonstrationis compositionem manent, nõ enim eam formaliter componunt.

Exposit.

His duobus suppositis Aristo. docet eum qui aliquam demonstrationẽ facit, aut ea conuincitur, præcognoscere debere tria, duo ex parte quęstionis, vnũ ex parte propositionũ in quęstione enim sunt partes duę, prędicatũ, ꝙ à Latinis passio, à Græcis quęsitũ seu interrogatũ dicitur, ꝙ demonstrandũ de altera parte proponitur, quàm Latini subiectũ, Græci datum vocant, vt in superiori quęstione, an animus sit immortalis, immortale, quęsitum, animus verò datum dicitur.

Ex parte quæstionis duo esse præcognoscenda.

De subiecto cur quid sit & quod sit præcognoscatur.

In hac ergo quęstione de dato, duo præcognoscere necesse est, nẽpe quid animus significet, & an sit, nisi enim hæc duo iam de animo præcognouerimus, nequaquàm ad demonstrationem accedemus, nã quęstio hęc de illo supponit, est enim sensus, supposito cognosci, quid animus significet, & animũ esse, petitur an sit immortalis, hoc enim est demonstrandum.

De quæsito verò vnũ præcog oscere oportet,

De quæsito solũ qd sit nõ autẽ qd sit pręcognosci.

oportet nẽpè quid significet, vt qd per immortale significetur: nãq; immortale sit, hoc ipsũ in demõstratione cognoscitur, dũ de subiecto demõstratur. Ex parte aũt præmissarũ vnũ oportet pręcognoscere, nẽpè dignitates quę extra demonstrationem sunt, his enim non præcognitis non fit demonstratio, opꝰ aũt est de his præcognoscere an sint, id est, veras esse, nã sicut an sit de re simplici, petit an ens sit, ita de complexo an sit petit an verũ sit, patet igitur, tria esse præcognita, datum, seu, subiectũ, quæsitũ & dignitatẽ, duas aũt esse præcognitiones an sit, quid significet.

Dignitates auerræ sint ob præmissas dẽbẽt pręcognosci

Expositio verborum.

His oppositis ad text. verba accedamus, in quibus notare oportet per vnitatẽ intelligi subiectũ seu datũ, per triangulũ, quæsitũ seu passionẽ, per verũ est affirmare vel negare quãlibet dignitatẽ. Nec decipiaris existimans hęc ad vnã & eãdem demonstrationẽ pertinere, vnitas enim & triãgulus non ad eandẽ demõstrationẽ pertinent, sed diuersam, vt notat Philo. Alb. & alij, nã triangulus est primũ quæsitũ in Geometria, & vnitas primũ datũ in Arithmetica, dignitas verò illa omnibus est communis demonstrationibus.

Dubiũ.

Dubitabis, nonne maiorẽ & minorẽ oportet pcognoscere, cũ cõclusionis doctrina nõ nisi ex ppositionũ pręcognitione fieri possit, quare ergo dignitatẽ solã pręcognoscendã docet? aliqui sub dignitate etiã ipsas propositiones intelligẽdas dicũt, ꝙ tũ nõ est ab Ari. mẽtem in hoc textu: ppterea diligẽter aduerte, hic intẽdit Aris. ea præcognita manifestare, quę in ipsa demõstratiõe non cognoscũtur, sed ante, cũ in ea non reperiantur, cùm aũt duo sint quæ demonstrationem præcedant, ad ipsam tũ necessaria, nẽpè dignitas, & quęstio (hæc enim formaliter non faciunt demõstrationẽ, licet sint necessaria) hæc oportet pręcognoscere: reliqua.n. sicut propositiones & conclusio, vt conclusio est, in ipsa demõstratione cognoscũtur:

Solut. 1.

Solut. altera & verior.

ob id igit talia præcognita assignauit.

¶ Est autem cognoscere alia quidem.

Istũ text. magnæ difficultatis esse varia & multiplex grauissimorũ interpretum expositio cõprobat. In mediũ adducam ea omnia quæ dicuntur, ex his enim vtilitatẽ decerpemꝰ, licet ad mẽtẽ Arist, hæ oẽs expositiones non sint. Latini ferè omnes hũc textũ ita explicant, vt velit Arist explicare & docere quo ordine maior & minor ante cõclusionẽ pręcognoscantur in præcedenti enim textu (vt diximus in dubio pręposito) ipsi existimant Arist. inter principia præcognita maiorem & minorẽ cum dignitatibus annumerasse, nũc verò inter has duas præcognitionis ordinem assignare intẽdit, qui talis est, ac duplici propositione cõtinetur, quarũ altera, maior, multo tẽpore ante cognosci põt, quã cõclusio, põt enim quis ante scire omnem triangulum habere tres angulos, quã sciat hunc in particulari triangulũ habere tres angulos: altera minor, simul tempore cũ cõclusione cognoscitur, non.n. stat quenquã scire hunc esse triangulũ, quæ minor est, quam simul sciat habere tres angulos æquales duobus rectis, quæ erat cõclusio. Notant tã, licet simul tempore minor cum conclusione cognoscatur, priꝰ tamen natura ipsa minorem cognosci, cùm sit causa conclusionis.

1. expos. Latinorum.

Ex qua expositione sumunt commune dictũ tanquã hic traditum. Cognita maiori & minori, simul tẽpore cognoscitur conclusio, & hoc dictũ limitant, docentes esse intelligendũ supposita cognitione consequentiæ bonæ, nisi enim bonã esse consequentiã cognoscamus non opus est simul cognoscere conclusionem: & ita interpretantur Aristot. cùm dicit, singularia cognoscimus inducentes, id est, illa singularia quę in minori cognoscuntur, quæ sunt vltima, id est, minores extremitates, absq; altero medio, sed simul inducentes & inferentes conclusionẽ cognoscimus ita expo-

Universidad de Deusto Biblioteca

unt.S.Thom.Aegid.Linco. Paul.Apolli.& alij cum his.

Improbat. 1.expos.

Hæc quidem doctrina vera est, sed pace eorum dicã, extra mentem & textum Aristo. nam id quod de maiori dicunt etiam de minori dici potest, vt. n. minori cum maiori cognita statim cognoscitur cõclusio, ita maiori cum minori posita cognoscitur cõclusio, quòd si dicas, maiori per se absq; minori cognita, nõ cognoscitur conclusio, ita etiã dicam, minori, absque maiori cognita non cognoscitur conclusio, & vtramq; per se prius tempore cognoscere possumus, quàm ipsam conclusionem. Preterea ista doctrina est generalis omnibus minoribus, vt quid ergo Aristo. limitauit ad singularia, quæ non dicuntur de subiecto? præterea quia verba textus non admittũt expositionẽ hãc, vt consideranti patere potest.

2.expos. Philop.

Philopo. aliter locum interpretatur vt Arist. velit in hoc text. ostendere inuentionem etiã fieri ex præexistente cognitione, cum superius probatũ fuerit de doctrina & disciplina, quantũ autem ex ipso Philopo, conijci potest, per doctrinã intelligit ipse cognitionẽ conclusionis, quæ per aliud medium habetur, siue à nobis inuentum, siue ab alio acceptum, per inuentionem autem intelligit cognitionem singularium, quã per nos acquirimus ex aliquo vniuersali prius cognito, vt qui sciuit omnẽ triãgulũ habere tres angulos æquales duobus rectis, perspecto aliquo triangulo per sensum, statim cũ tres angulos duob9 rectis ęquales habere cognoscit. Et talis cognitio inuẽtio dicitur, & de hac dicit Arist. in præsenti, q̃ fit ex præexistente cognitione, nẽpè ex ipso vniuersali prius cognito, & non per medium aliquod, sed ex ipso sensu illud singulare esse ostendente: at quia est alius modus, qui videtur esse præexistente cognitione, nempè cùm prius aliquid cognouim9, & rursus illud obliuione intercedente cognoscimus, quę recordatio dicitur, hunc modum Aristot. in principio textus posuit, vt etiam explicaret omnes modos cognoscendi ex præexistente: tamen vt vult Philopon. ista non est cognitio, sed recordatio.

Improb. 2.expos.

Ista est sententia Philopon. quanuis admodum obscurè ipse loquatur, nec videtur admodum literæ consona, nam Aristoteles non loquitur de cognitione illa, qua cognoscimus hunc triangulum habere tres angulos ęquales duobus rectis, quàm ipse Philop. inuentionem vocat, sed de hac cognitione sensus, qua hunc triangulum esse absque medio percipitur.

3. expos. Themist.

Themisti. verò quẽ sequitur. Auerr. multo aliter exponere videtur, interpretatur enim Aristot. velle excipere duas cognitiones quę videtur ex præexistente cognitione fieri, & non fiunt, altera est, quę est per recordationẽ seu reminiscentiam, cum idem eodem modo, quo ante cognouimus, obliti tamen fuimus, rursus cognoscimus: atq; hæc non propriè fit ex precedenti, cũ sit eadem cũ præcedenti, id est, eiusdem rei eodem modo cognitæ: & hoc est, q̃ dicit Aristo. est quędã cognoscere prius cognoscentẽ, id est, quędam cognoscimus, quæ ante cognouimus: altera cognitio est singulariũ, quorũ vniuersale cognouimus, hæc enim videtur ex pręexistenti fieri cognitione, sed nõ fiunt, nam qui scit omnem triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis, si postea videat triangulũ hũc tũc cognoscit eum habere tres angulos ęquales duobus rectis; sed nõ totũ ex pręexistẽte cognitione vniuersalis, sed hũc triangulum esse absq; præcedenti cognitione solo sensu percipit, sed habere tres angulos æquales duobus rectis, in mente & ex pcedẽti cognoscit: proinde statim docet Aristot. quo pacto etiam illam conclusionem singularem partim ante cognoscam9, in verbis, quæ in textu sequuntur. Ista est expositio. Them. quã obscurè satis tradit Auer. nec mihi

hi displicet, maxime enim videtur textui & sensui congruere, quãuis illa pro ra verba non sint exactè declarata, vt inferius videbimus.

4. Expo Alb.

Albertus ca.4. aliter videtur exponere, dicit enim hic Aristotelẽ velle ostendere, quo modo cõclusiones vniuersales & singulares cognoscamus: ac deuniuersalib9 primo dicit, eas cognosci alia prius cognoscendo, id est, earum cognitio procedit per premissas quę habeãt medium proprium ipsarum, sicut quando hominẽ risibilem per animal rationale, aut per medium proprium hominis probamus: at singulares non possũt per medium propriũ probari, sed solũ per applicationem communis & vniuersalis, quod sensu fit: vt probamus hunc triangulũ habere tres angulos ęquales duobus rectis, nõ proprio medio, sed solum applicãdo vniuersale, id est, cognoscendo illum esse triangulum, & hoc est quod Arist. dicit absq; medio cognosci, id est, sine medio demõstratiuo, sicut cõclusio vniuersalis. Hę est sententia Albertus.

5. Auct. expos.

His propositis existimo Aristotelem sic esse exponendum, vt velit ostendere ea, quæ in doctrina aliqua discursiua cõtinentur dupliciter cognosci, docuerat enim ante ipsam demõstrationem præcedere cognitionẽ dignitatum, dati, & quæsiti: superest vt ostẽdat quo modo assentiamur his, quę in ipsa demonstratione, seu doctrina discursiua continentur, ac docet aliqua esse quibus nõ assẽtimus nisi per aliquam rationem pręcedentem, vt quando præmissas sumimus vniuersales, & quæ pręcedente indigẽt probatione, qualis est maior in hoc discursu, omnis triãgulus habet tres angulos æquales duob9 rectis: iste est triãgulus, ergo iste habet tres angulos æquales duob9 rectis: & hoc est q̃ dicit, est cognoscere, id est, aliqua cognoscimus in discursu alia cognoscentes, id est, propter pręcedentẽ aliũ discursum. At verò aliqua sunt in discursu quæ nõ alias cognouimus, nec discursu pręcedenti, sed solum in illo eodem discursu inducẽtes cognouimus, & hæc sunt singularia, qa sub vniuersali maiori subsumimus, non enim sicut ipsa maior, p̃ discursum cognoscũtur, sed sine medio, solo sensu, vt quod iste sit triãgulus: non enim loquitur de cõclusione, sed de minoribus subvniuersali sumptis, & ista expositio iudicio meo est valdè notanda, maximè enim Aristotelem explicat, quod si hęc non placet, placeat expositio Them. posita.

5. ¶ Antequam autem sit inducere.

Cum præmissę quomodo cognoscantur in discursu proximè docuerit, nunc de ipsa conclusione loquitur, ac docet ipsam conclusionem antequam inducta & illata sit, quodammodo esse cognitã & quodammodo non. Verba textus sunt notanda, dicit: antequam sit inductum, aut acceptus syllogismus: nam cum iã minor est adhibita, siue particularis, siue singularis, q̃ vocat inductũ, vt quando sub illa vniuersali additur, iste est triangulus, siue vniuersalis, quod vocat acceptus sit syllogismus, vt in vera demõstratione, nullo modo ignoratur cõclusio: imò perfectè scitur: at antequã minor addatur, & syllogismus perficiatur sed tamẽ vniuersales ac maiores propositiones constitutę sunt, tunc partim scimus, & etiam partim & aliquo modo ignoramus.

6. ¶ Quod.n. nesciuit si est simpliciter.

Incipit declarare quo modo talẽ conclusionem aliquo modo sciamus, & aliquo modo ignorem9, idque docet in illa singularia dicens, ignoramus, illã singularem in particulari, cũ nesciamus illum esse triãgulum, at scimus vniuersaliter, dũ scimus in illa maiori vniuersali, illũ habere tres angulos: similiter de alijs conclusionibus, quas in præmissis scimus in virtute: non autem in propria forma & actu: quousque inferãtur. Hæc est explicatio iuxta textũ quæ cõmuniter habetur, & profecto auderem dicere ista verba sub interrogatione le

genda sic: Quod enim nesciuit si est simpliciter, hoc quomodo sciuit quod duos habeat rectos simpliciter? ac si dicat, nos in illa vniuersali simpliciter & particulariter nō scire illā conclusionem singularem, nā de quo ignoramus, an sit, quomodo perfectè scire poterimus, habere tres angulos ęquales duobus rectis? ac si dicat, nō scimus perfectè, hūc triāgulū habere tres angulos, quousq; illū triāgulū esse sciamus, ac ob id cōclusionē non actu & in ppria forma cognosci, sed vniuersaliter & in potētia, & hic locus est notandus, quē doctè quidē Bura. sub interrogatione interpretatus est.

7. ¶ Si verò non Menonis ambiguitas. Ex modo, quo partim sciamus cōclusionem antequam sit inducta, & partim nesciamus, soluit duos cauillos, vt declarat Themist. & communiter omnes: alter est Menonis apud Platonē in dialogo sic inscripto: hic.n. probabat non posse cuiquam cōtingere scientiam per inuentionem, tali argumēto, nam qui inuestigat, vel scit id, q̄ inuestigat, & tunc non est inuenire nec discere, cum iam id cognoscat, si verò nō scit, frustra quęrit cum etiam si illi occurat, non deprehensurus sit.

Ad hoc autem respondēdum est, nos quęrere & inuenire ea, quę sciueramus & cognoueramus, in vniuersali tamē & in virtute, ignoramus autem in particulari, ac propterea id discimus, nec est absurdum nec impossibile, quemquam dicere id, quod cognoscebat, sed cognoscebat in vniuersali, discit autem in particulari, inconueniēs esset, si eo modo quo sciuit, postea disceret.

Nota. Vbi aduerte discrimen esse inter Platonem & Aristotelem. Plato.n. dicebat non sciri quicquam de nouo, sed scire esse reminisci, Aristoteles verò etiam docet prorsus conclusionē non sciri de nouo, sed eius cognitio in virtute pręcessit, est autem inter hæc duo magnū discrimen, nam reminiscentia est cognitio illius quod ante eodem modo & sub eadē forma cognouimus, obliuio tamē intercessit, & hc Plato existimabat nos scire de nouo: at illa cognitio vniuersalis seu virtualis quæ præcessit, secundum Aristotelem, non est quæ postea redit, sed primò rem in suo principio & in vniuersali sciuimus, postea eam in particulari discimus.

8. ¶ Non enim sicut quidam conantur. Hic est alter, cauillus, vt supra diximus secundum Themist. qui est Sophistarū volentium probare nos nō scire, quia si scieremus, tūc esset scientia huius omnis dualitas est numerus par, quod cōcedēdum est: tum autem faciebant sophismatu scis omnem dualitetem esse parem, hæc quæ est abscondita, & quam tu nō cognoscis, est dualitas, ergo tu scis illam esse parem, quod est falsum, nam cū ne scias esse dualitatem, non scies esse parem: reijcit solutionem quorūdam, aliqui enim coniūcti sophismate respōdebant se non scire omnem dualitatem esse parem, sed omnem eam, quam scirēt esse dualitatem. Aristoteles hoc reprehendit, ac dicit absq; vlla limitatione fatendum esse omnem dualitatem sciri esse numerum parem, cuius ratio est pulchra: nam quando demonstratio illius fit absq; vlla limitatione fit, nec premissæ quibus demonstratur, limitantur ad has vel illas dualitates, sed ad omnes, oportet igitur respōdere, non scire nos hanc dualitatem distinctè & particulariter esse parem, quousque sciamus illā esse dualitatem, scimus tamen eam in communi & vniuersali.

Alij fere omnes hunc cauillum posteriorem cum eo qui Menonis est coniungunt, ac vnum faciunt, & tunc sic debet continuari, nam aliqui respondebāt ad prius argumentū nos scire ea, quę ignorabamus, aduersus quos erat argumētū probans nos scire antequam inducta sit conclusio. nam si scis omnem dualitatē esse parē, etiā sciens hāc quæ est in manu mea esse parē, quæ est conclusio, & tunc

tūc respondebāt aliqui, q̄ superius diximus. Hæc circa capitis expositionē.

QVAESTIO. I.

De ijs quæ in expositione textus dicta sunt.

VT magis quæ dicta sunt elucidentur, vt moris est nostri, aliquantulum oportebit disputare, ac est argumentum primum. Multæ sunt scientiæ ac doctrinæ, quæ non ex præexistenti fiunt cognitione, ergo illa prima propositio est falsa: probatur antecedens, angelorum scientia est doctrina, & tamen non est ex præexistenti cognitione, nam à Deo simul cum omnibus sciētijs naturalibus creati sunt: præterea multa homines discunt quę ignorabant, & non ex præexistenti cognitione & iudicio. 1. argu.

2. argu. Secundò contraria id q̄ dicitur oportere de subiecto seu dato pręcognoscere quid est, aut intelligitur de quid est rei, aut de quid est nominis: si dicas de quid est rei, videtur expressè cōtra textum, in quo sermo est de definitione nominis, si verò dicas intelligi de definitione nominis, tū est diminutus Aristo. nā in demonstratione propter qd, oportet præcognoscere definitionem substantialē subiecti, nam per eam demostramus passionem de ipso.

3. argu. Ter iò cōtra id quod dicitur de quę sito seu passione, supponimus qd significet, nō tū quia est, videtur hoc falsum, nam cognoscentes passiones conuenire & esse in subiectis, mouemur ad quærendas causas & demonstrandū: & Philosophi ex admiratione effectuum: & passionum quas experiebantur, cęperunt philosophari, ergo ante demonstrationem oportet præcognoscere passionem esse, sicut de subiecto.

4. argu. Quartò non est idē quia est subiectū & quia est dignitas, nam alterū est incomplexum, alterum complexum, ergo sunt diuersæ præcognitiones, & ita sunt plures quàm duæ: imò quæstio an sit seu quia est solū est de simplici, de complexo enim est qualis res sit.

5. argu. Quinto nō existente subiecto est de eo demonstratio & scientia, ergo non debet de eo præcognosci an sit: probatur antecedens, nā propositiones quarum est scientia sunt sempiternæ veritatis, quæ semper sunt veræ: etiam si extrema non supponant.

6. argu. Sextò non pōt intellectus simul plura cognoscere, cùm sit potētia finita, ergo non cognoscit simul maiorē & minorem cū conclusione, nā si dicas posse intellectum simul illa tria cognoscere, saltem non poterit centum, tūc demus q̄ intelligat simul omnia quæ potest demptis duobus, tunc fiat syllogismus, clarum est quòd assentiet maiori & minori quia potest, sed non conclusioni, quia vltra iam non potest.

7. argu. Septimò nullus est defectus illius syllogismi sophistarū, ergo respōsio Aris. nulla est: probatur antecedens, nā benè sequitur, scio omnem dualitatē esse parem, ista occulta est dualitas, ergo illam scio esse parem etiam in particulari non apparet quis sit huius defectus. Hæc videntur magis examinanda in præsenti.

Ad primum. Pro solutione primi notandū superiorem esse cognitionē, doctrina ac disciplina discursiua, nā doctrina discursiua solum significat cognitionem & iudiciū rei quod aliquo discursu habetur vnde non omne iudiciū intellectus doctrina discursiua dicitur, cū iudicium principiorū per se notorū nō sit doctrina, non enim per discursum habetur, sed ipso lumine naturali, absq; ratiocinio illis assentimur: at cognitio significat quodcunq; iudicium, siue sine discursu, siue cum discursu habeatur, siue sit in intellectu, siue sit in sensu, quale est iudiciū singularū, & tūc est sensus, omne iudicium ex discursu aliquo procedens sit ex præexistenti cognitione, id est, iudicio altero, siue hoc sit altero discursu habitū, siue absq; vllo discursu, siue sit in intellectu, siue in sensu, vā mul-

Cognitionē doctrina ac disciplina discursiua latius patere.

Universidad de Deusto Biblioteca

Angelorum sciétiá à solo Deo esse non verò discursu cõparari.

multorum vniuersalium iudicium intellectus sit ex præexistenti iudicio singularis, quod est in sensu: ex his soluitur argumentũ primum, scientia enim angelorum non ex discursu aliquo habita, sed à Deo solo infusa est, præterea etiam ipsi absq; discursu res intuẽtur, propterea nõ dicitur doctrina discursiua, de qua solum dictum est, ex præexistenti fieri cognitione.

Hoc idẽ dicimus de illis veritatibus alijs & iudicijs quæ absq; discursu fiũt, quãuis multoties latet occultus discursus & præexistẽs iudicium. Cùm enim credo alterius dicto, latet iudicium antecedens, viris cordatis esse credendũ, & hoc frequentẽr accidit in his quæ authoritate dicentis ratione alia non interueniente recipiuntur.

Ad secũdum. 1. soluti.

Ad secundum Caiet. contendit per quid est, intelligendã esse definitionẽ substantialem subiecti, hãc enim oportet: præcognoscere q. per eam demonstranda sit passio de ipso subiecto in demonstratione propter quid, quæ procedit per causam, nam in demõstratione quia, qua per effectum rem demõstramus, non est opus definitione subiecti, ac ob id non opus est præcognoscere. Hæc sententia Caiet. est contra omnes ferè expositores Græcos, & Latinos, & cõtra ipsum textum Arist. vbi expressè loquitur de difinitione nominis.

Nota differentiã inter definitionẽ nominis, & rei

Oportet in hac re aduertere multũ interesse inter definitionẽ nominis & definitionem substantialẽ rei, nam definitio rei explicat rei ipsius naturã resoluendo in omnes partes essentiæ: vnde per talem definitionẽ rẽ cognoscimus cognitione & conceptu distincto, quo cõceptu cognoscitur res, & omnes partes essentiæ eius: at definitio nominis solũ applicat significationem nominis ad rem significatã, indicando quæ res sit quam significat, non autem rem ipsam ita explicat, vt naturam & essentiam distinctè manifestet, sed solum cõfuse eam dicit, quatenus intelligatur esse quædam res ab alijs distincta & separata, quomodo rudes recipiunt res ipsas vocabulis expressas.

Primum Vnio rei plures esse definitiões nominis, nõ autẽ rei.

Ex quo fit primum discrimen quòd vnius vocis possunt esse plures definitiones nominis modis varijs explicantes rem vnam quam vox significat: at definitio rei vna est, cùm vnicum sit genus proximum, & differentia per quæ res definitur.

Secundũ Accidentiũ definitiões rei non esse perfectas, nominis verò esse perfectas.

Est secundum discrimen: accidentia non habent perfectas definitiones rei, cùm enim eorum essentia sit imperfecta, & à substantia dependens, non definiuntur absque substantia: quam definitionem Arist. 7. Metaph. ca. 5. vocat per additamentum: substantia est quæ perfectam definitionem habet, cum nõ definiatur per aliqd extra genus suũ: definitio verò nominis tam substãtiæ, quam accidentis, perfecta est, cum nominum accidentis, & substantiæ significatio perfecta sit & propria.

Tertiũ. Definitiõis nominis earum etiã esse rerum quæ fingũtur.

Tertiò differunt, nam voces significantes res veras & naturales definiuntur definitione etiam rei: at definitio nominis inest vocibus significantibus rerum figmenta & impossibilia, vt Chimæra infinitum, vacuum.

Quartũ. Complexa nõ habere diffinitionẽ rei posse tũ habere nois. 2. soluti autoris.

Postremò differunt, nam complexa non definiuntur definitione rei, vt homo albus, cùm non faciant vnam essentiam per se, at definiuntur definitione nominis, nam si vestis significaret id q. hoc totum, homo albus, posset definiri, vt dicitur. 7. Meta. cap. 4.

His suppositis, circa harum definitionum declarationem, dico primò, in omni demostratione, quęcunq; se oportere præcognoscere de subiecto quid significet, & hæc est mẽs Arist. in præsenti, vbi generaliter loquebatur. Dico secundò contra Caiet. multæ sunt demõstrationes: potissimum propter quid in quibus non opus est præcognoscere quid sit subiectum: & hoc profectò patet, nam Astrologi demonstrant Lunã eclypsari per suam causam, & nesciũt

quæ sit natura cælorum & lunæ: demonstrãt multa Mathematici de figuris, de numeris, ignorantes naturas eorũ, non ergo oportet p̃cognoscere naturã subiecti, sed rem significatã percipere. Dico tertiò, neque in ipsa demõstratione quę fit aliquãdo per definitionem subiecti, ipsa definitio est præcognoscẽda, nã quãuis ante cõclusionem pręcognoscẽda sit, nõ tamẽ ante totã demonstrationem, imò in ipsa cognoscitur demonstratione, cùm sit medium: Aristoteles autem loquitur de his quæ extra demõstrationem pręcognoscuntur, ex quibus infertur hic de definitione nominis, nõ de definitione rei Aristotelem loqut.

Ad. 3. 1. fund. Doctrinã aliã inuẽtione, aliã acquisitione haberi, & quõ inter se distinguantur.

Ad tertium oportet distinguere scientiam, seu doctrinam esse in duplici differentia: quædam est, quam inuẽtione consequimur, cùm nimirũ per nos ipsos speculantes ex aliquibus notionibus ad ea, quæ erant incognita nobis peruenimus, quomodo scientiarum inuentores sunt adepti scientiam & cognitionẽ rerum quædam est scientia, quę acquisitione habetur, quando ab alterius dictis, vel scriptis eorũ, quæ ignorabat aliquis cognitionem cõsequitur: hę duæ scientię, nempè inuenta, & acquisita nõ differunt ex parte obiectorum & eorum quæ sciuntur, sed ex parte modi inuestigandi & acquirendi, nam scientia quã habuit primus inuẽtor huius triãgulus habet tres angulos æquales duobus rectis, eadem est specie cum ea quã nos habemus, cùm sit eiusdẽ rei, & per eandem causam, sed ille per se causam inuestigauit, nos à magistro recipimus: sicut eadem est via quam duo peragunt, alter ignorans, sed ducem habẽs alter etiam ignorãs, sed per se perage re intendens, vnde sicut hoc est difficilius illo, quia mens vagatur & laborat studio certam viam consequendi, ita inuenire est difficillimũ & multis expositum erroribus.

6. Fund. In inuẽtiõe sciẽtiarum à nobis notioribus tãtũ nos ordiri est aũt addiscimus quãdoq; etiã à natura notioribus. 3. Fund. Causę in mathematicis nobis esse notiores, effectus aũt in physica.

Est præterea aduertẽdum aliã viam obseruare cum qui inuenit, aliam cum qui discit, qui inuenit semper à sibi notioribus incipit, & ab eis ad reliqua procedit ignota, siue illa sint priora, siue posteriora: at qa addiscit incipit frequẽter etiam à notioribus natura & prioribus, licet ei sint ignota, cum sit doctor, qui ea sibi manifesta faciat, neuter tamen dicitur scire quousque effectũ per causam, & posteriora natura per priora cognoscat, hoc enim est scire, rẽ per causam cognoscere.

In inuẽtiõe sciẽtiarum quãdoq; effectus nonnunquã etiã causas p̃cedere.

Est præterea aduertendum discrimẽ esse inter res Mathematicas, & res Physicas seu metaphysicas: in Mathematicis enim causæ sunt nobis notiores effectibus, notiũ enim nobis est lineas omnes à centris æqualiũ circulorum esse æquales quam semper datam lineam æquilaterum triangulum constituere, illud tamẽ est huius causa: at in naturalibus effectus sunt nobis notiores causis, quippè sensibiles ferè sunt similiter in Mathematicis quæ partim sunt Physicæ, vt in Astrologia, notius enim est eclypsim esse, quam interpositionem terræ quæ illius est causa. Ex his fit, vt quãuis in addiscendo semper causæ pręcedãt effectus & passiones, in inueniendo tamen aliquãdo præcedant effectus, vt in naturalibus, aliquando causæ, vt in Mathematicis.

3. solut.

His suppositis dico primò, in scientia acquisita, cum causam primo cognoscamus, ac per eam probemus effectum seu passionem inesse subiecto, nõ opus esse præcognoscere effectum esse: dico secundo in inuentione Mathematica non etiam opus esse effectum esse præcognoscere, cum is per causam quæ primò cognoscitur, demõstretur: dico tertio in inuẽtione naturali effectũ esse p̃cognosci, cùm per eum indagemus causam: dico vltimo hoc non esse cõtra Aristotelem qui docuit ad demonstrandũ vniuersaliter non esse opus præcognoscere passionem esse, quod si aliquando præcognoscitur, id est in via inuentiua, non autẽ in via demonstratiua, de qua

Effectũ seu passionẽ esse nõ ita pfectè antequã facta demõstratione cognosci.

loquitur. Pręterea non ita perfectè & vniuersaliter præcognoscitur illũ effectum se passionem esse, sicut post demõstrationem, quod probatur ex eo quod postquam cognouimus illũ esse per inuentionem, iterum per causam eundẽ demonstramus.

Ad. 5.

Ad quartum respondetur, non dubiũ esse, nõ eandem esse præcognitionem rei, subiecti, & dignitatis, nã sicut aliud est ens existens, aliud ens verũ, vt dicitur. 6. Metaphysic. cap. 2. nec aliter quãdo vna analogicè conueniunt, ita alia quęstio & præcognitio vnius, alia alterius: at quia vnicũ est ens in vtrũque diuisum licet analogum, vox tamen vna & conceptus idẽ, vnica est pręcognitio, quia est, vtriusque sicut quamuis substãtia & accidens analogicè sub ente continentur, tamẽ vna cẽsetur quæstio, an sit de substãtia & accidenti, nec instantia valet nam quãdo de aliquo subiecto accidens petimus, dicitur quæstio qualis sit at quãdo de toto cõplexo per modum vnius sumpto quærimus, est quæstio simplex an sit. Dices, quare ergo non petimus de dignitate, quid sit? Respõdet Caietanus dupliciter, primò quia non habet cõplexa definitionẽ rei: secũdò quia nec habent secundum se definitionem nominis, nam significatio complexi est significatio partium, non sua: sed neutra solutio placet: non prior quia vt diximus, hic nõ de definitione rei sermo est, sed de definitione nominis: non posterior, quia licet significatio complexi pendeat ex partibus, tamen modo alio significat complexum, propositio enim modo compositionis & diuisionis rem significat, & hoc poterit explicari nominis definitione. Propterea dico significationẽ dignitatũ esse notissimam cuilibet etiã addiscenti scientiã, cũ vocabulorum illorũ significatio sit cõmunis & vulgaris: Propterea non curat Aristoteles explicare per se hãc præcognitionẽ sed cum ea quæ est, an sit, cõiunxit: at significationes subiectorum & passionũ non ita patent, cum sint particularia, & propterea, in his separantur quæstio & præcognitio, an sit, & quid sit.

Dubiũ. Solutio Caietani.

Confutat. sol.

Sol. alia auto.

Ad. 6.

Ad quintum. Respondetur præcognoscere subiectum esse, est pręcognoscere subiectum existere, nõ quod in pręsenti modo existat, sed temporibus à natura statutis, quo pacto scientia est de fulgure, vento, eclypsi quæ dicũtur esse quibus temporibus existant, quamuis aliqua alia omni tempore existãt, sed an propositiones essent verę, etiã si nullo tempore existant, alibi dicemus.

Ad. 7.

Ad sextũ Respondetur sensum illius, maiori & minori cognitis simul cognoscitur cõclusio, esse, si quis assentit maiori & minori, tales ascensus necessario efficient assensum conclusionis absque vlla mora. Quod si petas, an quando adueniat assensus conclusionis, maneãt alij assensus, respõdeo pro præsenti manere, nec est inconueniens aliquibus simul varijs assensibus assẽtiri, cum sint per modum vnius: ad instantiã dico in illo casu, si quis assentit maiori & minori, etiam assentiet conclusioni, sed propter necessitatẽ huius assensus intellectus perdet aliquem assensum ex alijs octo quos habebat.

Ad. 7.

Ad septimum. Respondetur Aristot. non assignasse defectum illius syllogismi, sed concedit conclusionem de scientia in vniuersali loquendo. at si inferatur de scientia particulari & impropria forma, tunc dicẽdum est variari appellationem verbi, cum modo vniuersali, modo significationem particulari: & singulari applicet. Alij dicunt maiorem esse modalem compositam, sub qua nõ licet singularia subsumere, cũ per suam de inesse regulanda sit immediatè. Sed hæc de hoc capite sufficiant.

Quid sit Scire, quid demõstratio, & quę cõditiones ad eius propositiones requirantur. Quid sit propositio. Immediatũ principium, ac eorum species. Propositiones magis quam conclusionem credendas esse;

CA-

CAPVT. II.

TEXT.

1. SCire autem arbitramur vnunquodque simpliciter, sed non sophistico modo, qui est secundum accidens, cum causam existimamus cognoscere, propter quam res est, quod illius causa est, & non cõtingere hoc aliter se habere.

2. Planum igitur, quod tale aliquid scire est: nanque & nõ scientes, & scientes: illi quidem existimant† ipsi sic se habere, scientes verò & habent.

† a. l. ipsum.

3. Quare cuius simpliciter est scientia, hoc impossibile est aliter se habere. Si igitur & alter est sciẽdi modus posterior dicemus. Dicimus autem & per demonstrationem cognoscere: demõstrationẽ verò dico syllogismum scientialẽ: scientialem autem dico, secundum quem eo quod ipsum habeamus, scimus.

4. Si itaq; est ipsum scire, quale posuimus necesse & demonstratiuam scientiã ex veris esse, & primis, & immediatis, & notioribus & prioribus, & causis cõclusionis.

5. Sic enim erunt & principia propria eius q̃ demõstratur: syllogismus enim erit & sine his, demõstratio autem non erit: non enim faciet scientiam.

6. Vera quidem igitur oportet esse: quoniam non est non ens scire, vt quod diameter commensurabilis.

7. Ex primis autẽ in demonstrabilibus, quoniam non sciet non habens demonstrationem ipsorum: scire enim quorũ demonstratio est, non secundum accidens, habere demonstrationem est.

8. Causas quoque, & notiora oportet esse & priora: causas quidem quoniã tũc scimus, quãdo causam cognoscimus, & priora, siquidem causę, & præcognita, nõ solum altero modo, eò quod intelligãtur sed & eò quod cognoscãtur quod sunt.

Priora verò sunt, & notiora bifariam: non enim idem prius natura, & ad nos prius, neq; notius natura & nobis notius. Dico aũt ad nos quidẽ priora, & notiora, quę sunt propinquiora sensui simpliciter aũt priora, & notiora, quę longius. Sunt aũt lõgissimè quidẽ ipsa maximè vniuersalia, proximè verò ipsa singularia, & opponuntur hæc sibi inuicem.

9.

Ex primis aũt est, q̃ ex principijs proprijs idẽ † enim dico primũ & principiũ.

† a. l. idẽ aũt est.

Principium autem est demõstrationis propositio immediata: Immẽdiata verò quia non est alia prior.

10.

Propositio autẽ est enunciationis altera particula, vnum de vno.

11.

Dialectica quidẽ, quę similiter accipit vtramuis, Demonstratiua verò, quæ determinatè alteram, quoniam veram.

12.

Enũciatio autẽ cõtradictionis vtrauis particula. Cõtradictio verò oppositio, cuius non est mediũ secũdũ sępsam. Particula aũt cõtradictionis, qui quidẽ aliquid de aliquo, affirmatio, quæ verò aliquid ab aliquo, negatio.

13.

14.

Immediati verò principij syllogistici positionem quidẽ dico, quã non est mostrare, neque necesse habere docẽdum quippiam, quã autem necesse est habere docendũ quippiam dignitatem, sunt enim quædã talia. [hoc enim maximè in talibus cõsueuimus nomẽ dicere. Positiõis verò, quę quidẽ accipit vtrãlibet particularũ enũciationis vt dico esse aliqd, aut non esse aliquid, suppositio, quę verò sine hoc, definitio, definitio enim positio quidẽ est, ponit enim Arithmeticus vnitatem indiuisibilẽ esse secũdũ quantũ, suppositio autẽ non est, nã quid est vnitas, & esse vnitatem non idem.

Aliquĩ cond. etiã antiqui addũt hæc verba: quę è domo discens promit. seeundũ v. namquã quę sciẽtiã: & ita vipãtur legere Them. f. & Io. Gram.

Quoniam aũt oportet credere, & scirem, eo quod talẽ habemus syllogismũ quem vocamus demonstrationẽ, est aũt hic eo q̃ hęc sunt, ex quibus est syllogismus, necesse est nõ solum pręcognoscere prima, aut omnia, aut quædam, sed magis: semper .u. propter quod est vnũ quodque, illud magis est, vt propter q̃ amamus illud amicum magis.

12. Vide. 2. Meta. text. 4.

Quare siquidem scimus per prima & credimus & illa, scimusque & credimus magis, quoniam per illa posteriora.

16.

Fieri autem nõ potest vt credat, magis ijs quę scit, quę nõ est, neque sciens neque melius dispositus quã si esset sciens

Acci.

Accedet autem hoc, nisi aliquis præcognoscet per demonstrationem credentium, magis enim necesse est credere principijs, aut omnibus aut quibusdam, quam conclusioni.

✠ Alex. exponit credētiū pro creditorū.

17. Habiturum autem scientiam, quæ est per demonstrationem: non solum oportet principia magis cognoscere, & magis ipsis credere, quam ei quod monstratur: sed neque aliud ipsi credibilius esse, neque totius his, quę sunt opposita principijs, ex quibus erit syllogismo qui est contrariæ deceptionis: siquidē oportet scientem simpliciter à credulitate impermutabilem esse.

¶ Scire autem opinamur vnūquodque simpliciter, sednō sophystico modo &c.

1. SCopus & finis huius capitis est in generali describere ea, ex quibo demōstratio conficitur, & in quæ resoluenda sit, postquam in capite præcedenti statuit esse demonstrationem, cùm doctrina ex præcedēte cognitione fiat, caput autē diuiditur in quinque partes, secūdum numerum eorum quæ ad demonstrationem sunt necessaria.

Cur qd scire sit ante demonstrationētra diderit.

Ante omnia verò, quid scire sit explicat, & meritò, cum enim optima via cōstruendi, & cognoscēdi instrumenta sit, ipsum finem in quem ordinātur cognoscere, iuxta finem namque media sumuntur: finis autem demonstrationis sit scire, oportuit primo explicare qd ipsum sit, vt rectuis demonōstratio, quę instrumentum est quo scimus, manifesta fieret.

Scire & demonstratio nō tribo modis distinguī.

Differunt enim demōstratio, & scire, vt notat Philop. tripliciter, primo scientia est ipsius demōstrationis effectus & finis: demonstratio instrumētum est & modus quo scientiam rei cōsequimur: secūdo notius est quid scire sit, cùm omnes ferè id intelligant, quam demōstrare, quod non omnes quid sit percipiunt: tertio scire est vniuersalius, cū etiā sine demōstratione sciamus: est enim scientia immediatorum principiorū, est etiam scientia per definitionem.

Describit igitur in principio Aristoteles ipsum scire, nēpè scire est rei cognoscere causam per quam est, & quod illius est causa, & quod non potest aliter se habere: tria secūdum Auerroem hic petuntur vt scire dicamur, primo vt rei causam cognoscamus, talem autem causam vt sit causa in esse, & non solum causa cognitionis, quomodo sumus posset dici causa ignis, quia per eum ignē cognoscimus: hæc autē causa quę necessaria est ad scientiā debet esse causa etiā esse rei, ac ob id dicitur, propter quam res est: secūdo vt talem causam effectui applicemus, id est, sciamus huiusmodi causā illius rei esse causam: si enim causam rei cognosceremus, & non illā causam esse rei illius intelligeremus, nō diceremur scire tertio quod non contingit aliter se habere.

Vt scire dicamur tria exiſtētia Auer. requiri.

Hoc tertium aliqui exponunt, vt res quæ scitur, aliter se habere non possit: nam scientia non est propositionū contingentium, sed necessariū. Alij verò aliter, & benè, inter quos est Albertus, dicunt hoc cadere supra necessitatem illationis, vt sit sensus, non contingit aliter se habere, quin posita causa ponatur effectus, tunc enim scimus, cùm per talē causam scimus. Philoponus melius exponit, nempè non est contingere aliter se habere, id est, non potest res absque tali causa esse, nec similiter ponī causa quin talis sit effectus: Hæc igitur necessaria sunt vt scientiam consecuti dicamur.

Aduerte autē hoc dici simpliciter, id est, propriè & perfectè scire, & nō modo sophystico: Notat Philopo. & Themist. aliud esse scire sophysticū, aliud modo sophystico: scire sophysticum est cognitio procedens ex argumento fallaci & deceptorio, quæ fallacia vocatur accidentis, quia ipsa est præcipua qua vtuntur sophystæ, & ad quam reliquę reduci possūt

Nota. Scire sophysticū & scire modo sophystico quō distinguantur.

possunt, & ita scire ipsum dicitur secūdum accidens, est autem hæc accidentis fallatia, propter vicinitatem accidentis cum subiecto, tribuere vni quod non nisi alteri inest, vt si dicas, omne album est color, nix est alba, ergo nix est color: hoc est scire sophysticum: at scire sophystico modo est, non per causam, sed per aliquod accidens procedere, etiam si ratio sit probabilis, & non sophystica ratio sit probabilis, & non sophystica: vnde per scire modo sophystico siue secundum accidens, intelligit quācunq; cognitionem discursiuā, quæ non est per causam.

¶ Manifestum igitur erit, quontam. &c.

2 Definitiōes nominum quomodo probentur.

Probat prædictam descriptionem ex communi modo loquendi omnium, sic enim nominis definitiones & descriptiones, qualis hæc est, probari debent: omnes enim tam ignari, quàm sapientes tunc opinantur se scire, cum rei causam se habere existimāt, nec in rei cognitione quiescunt, quousque causam teneant, licet differant ignari à sapientibus: ignari enim non veras causas habent, sed quas solum opinātur esse causas: at sapientes habēt causas quas opinantur esse causas, & verè sunt, vterq; tamē se scire opinatur, cum causam habet. Et nota verbū, opinatur, est enim cōmune scienti, & nesciēti, quia vterq; opinatur se scire, cum causam habet, licet per opinionem sapiens etiam verè sciat, rusticus verò non.

3 ¶ Quare cuius simpliciter est scientia, hoc impossibile aliter, &c.

Si expositionem Latinorum obseruamus, Aristoteles ipsum scibile seu obiectum scientiæ, definit, vt sit sensus: illud scitur, quod aliter se habere non potest, id est, quod simpliciter est necessarium, & omni tempore, vt homo est risibilis, triangulos habet tres angulos, vel quod est necessarium ex suppositione causæ, vt posita terræ interpositione necessaria est eclypsis, & tūc illud, quare, non illatiuum, sed continuatiuum sermonis legūt. At mihi magis placet expositio Auerro. vt ex probatione præcedenti velit Aristoteles inferre, non posse alio modo scientiam alicuius haberi, quàm prædicto, nempe per causam: & huic subnectit, si quis alius est sciendi modus posterius dicetur, qui nempè modus non fit per causam. Auerroes per hunc modum intelligit definitionem, secundum quam rē incompletè scimus: de qua tractaturus est libro secundo Posteriorum, sed melius mihi videntur exponere Themist. & Philop. vt per hunc sciendi modū intelligat cognitionem principiorum immediatorum, quæ non fit per causam, sed ex se ipsis cognoscuntur ipsa, quanuis nōn præter mentem Aristotelis possemus etiam exponere per hūc modum intelligi demonstrationem quia, nempe sciētiā quæ ab effectu sumitur, de qua. 1. Poster. cap. 10. igitur.

¶ Dicimus autem scire & per demonstrationem, &c.

Aliqui Latini hanc versionem considerantes existimarunt hanc esse aliā descriptionem ipsius scientiæ, nempè scire est per demonstrationem intelligere: at iste sensus est præter sensum Aristotelis, Græcè enim non habetur, nisi per demonstrationē cognoscimus, ac si vellet Arist. dicere postquā quid sit ipsum scire explicui, volo te intelligere demōsttatione nos scire, & ipsam esse sciētiæ instrumentū & modū. oportebat enim vt ipsam demonstrationē coniungeret cum suo fine, cum demonstrationis declarandæ causa ipsum scire definierit. Posses autē dubitare quę est ita demonstratio per quā cognoscimus, respondent esse syllogismū sciētificū, id est, quē habentes, scimus. Nota causam finalē, & per talē causam definitionē, scilicet demonstratio est syllogismus faciens scire, id est, per quem habemus causam rei verā, vt exponit Auerro.

Auerr.non causam cognitionis solam, aut causam fictam, vt per reliquos syllogismos fieri solet.

¶ Si igitur est scire, vt posuimus.

Hæc est secunda capitis particula, in qua Aris.ex ipso scire colligit qualis sit demõstratiua scientia, quę demõstratione habetur, ac subinde qd sit ipsa demanstratio, dicit igitur, si tale est scire quale dictũ est, profecto demõstratiua sciẽtia est ex veris, primis, & immediatis, prioribus, notioribus, & causis conclusionis, vñ sumitur definitio materialis demonstrationis à fine demõstrata: demonstratio est syllogismꝰ procedẽs ex veris, primis, & immediatis, prioribus, notioribꝰ, & causis cõclusionis. Ad uerte aũt hic per scientiã demonstratiuã intelligi posse ipsum scire, q̃ est effectus demonstrationis, idem notat Alber.tract.2.ca.2.& Linco. dicentes, ex, posse sumi pro causa materiali, & etiã effectiua, secundum q̃ per demonstrationẽ ipsum syllogismũ demõstratiuũ posumus intelligere, aut per demonstrationem, ipsam scientiã demonstratione, acquisitam, melius autem interpretabimur, si per eã intelligatur ipsa demonstratio, quæ scientiam efficit, & ipsius est via & modus, singulas huius partes postea. Arist. discutere incipit.

¶ Sic.n.principia erũt propria eiꝰ. &c.

Græci & Latini exponũt hic Aris.satisfacere cuidã obiectioni, nã vt sit scientia alicuius, debet ex causis proprijs nõ ex generalibꝰ & cõmunibus procedere, nõ.n.scit nisi qui causam propriam tenet: vnde non scit hominẽ respirare qui ob id scit, quia animal est, nisi sciat quia pulmonẽ habet: hæc enim est propria causa: oportebat igitur dicere demõstrationẽ procedere ex proprijs: ad hoc velut respõdẽs, dicit, si demõstratio ex his, quæ dicta sunt: procedit, etiã ex ꝓprijs procedet, vera.n.prima & cętera, erunt etiã propria. Auerro. aliter exponit, & meliꝰ: vt dicat Arist. sic erũt propria eius quod demonstrãdum est, id est, si vera sunt principia, & propositiones similiter primæ, priores, notiores, & causæ, erũt propriæ i. acommodatę, & aptę ad demonstrandũ: quasi dicat, si aliter se habuerint, nõ per ea qc quã demonstrabitur, quãuis syllogizari possit: ac propterea subiunxit syllogismus quidẽ erit, etiã si nõ ex his procedat, non tñ demonstratio. Nota ex Themisto. posse syllogismũ procedere ex falsis, & ex his verũ inferre, sequitur enim oĩs lapis est animal, omnis homo est lapis, ergo omnis homo est animal, non tamen demonstratio, pręterea posse syllogismum procedere ex effectibus, non tñ demonstrationẽ, vt omne risibile est aĩal rationale, omnis homo est risibilis, ergo omnis homo est animal rationale: pręterea põt syllogismus ex causis nõ proprijs procedere, non tñ demõstratio, vt si Chirurgꝰ probaret vulnus circulare difficilius curari, quia figura rotunda habet latera distãtia, cum sit capacissima non esset hoc demõstrare, quia causa est geometrica, non ipsius propria, põt igitur syllogismus esse, licet ex his nõ procedat.

Syllogismum ex falsis verum posse colligere, nõ autẽ demonstratione.

¶ Vera quidem igitur oportet esse.

Incipit singulas definitionis partes discutere, ac primò q̃ procedat ex veris ratio est, quia q̃ non est, non scitur, id est, vt dicit Philo. falsi non est scientia, vt, non est scientia, diametrum esse cõmensurabilem costæ, quia id falsum est, dices vñ sequitur? quia scientia est verorũ, propterea demonstrationẽ ex veris procedere: nonne ex falso etiam infertur verũ, vt superius diximꝰ? dico, verum quidem ex præmissis falsis sequi quantũ ad vim illatiuã: & propter syllogismi dispositionẽ, sed non sequitur quantum ad vim probatiuã, & tanquã ex causa, quia quod non est, quomodo potest esse causa, aut probare id quod est? cùm igitur in demõstratione nõ solũ insit vis probatiua quęcunque præter illatiuam, sed etiam probatiua per causam rei, non poterit in ea verũ nisi

Verum quõ ex falsis sequatur.

ex vero procedere, & ita docet Aristo. lib.2.Priorum, ca.2.vbi hæc ipsemet fatetur de demonstratione.

7, ¶ Ex primis aũt & in demõstrabilibus.

Partem aliã definitionis explicat, nẽpe quod procedat ex indemõstrabilibꝰ sensus est, quoties aliquid demonstrandũ proponitur, tales propositiones adducendæ, sunt vt ipsæ iam alia demonstratione non egeãt: q̃ si aliquando accidit per ꝓpositiones demõstrabiles demonstrare, non erit perfecta demonstratio, quoufq; hæ per indemõstrabilia tãdem demonstrentur: & hoc est, q̃ dicit, quod nõ sciet, qui ipsorum demõstrationem non habet, sensus est, non quod ipsa demonstrentur, sed qui ipsorum demonstrationẽ non habet, id est, qui per ea non demõstret. Vbi aduerte hic non negare Arist. eam esse demonstrationem, quę per demonstrabilia: vt malẽ putauit Auer. ꝓbat, est enim ista demonstratio animũ esse impassibilis substãtiæ, quia est immortalis, licet demonstretur etiam esse immortalis, sed non erit ista perfecta demõstratio, quoufq; illę per vltimas demonstrẽtur, quę iam amplius non valeant demonstrari quæ expositio est D.Tho. & Philippo. & hoc patet ex Arist 1.Top.ca.1.vbi dicit demonstrationem procedere ex primis & veris, aut ex his quæ ꝓ prima & vera fidem sumpserunt: quo in loco illã esse demõstrationem fatetur, quę ex demõstrabilibus procedit, cognitis tamen & per indemonstrabilia demõstratis. Probat autem Arist. quod opus sit per indemonstrabilia tandem demonstrare, virtualiter autẽ est hic supplendus discursus: non scitur conclusio nisi sciãtur quę missæ, sed prẽmissæ cum demonstrabiles sunt, non sciuntur nisi demõstrẽtur, nec illę nisi per prima, & immediata, ergo non contingit sine his demonstrare perfectè, minorem probat, quia scire demonstrabilia, est ipsorum habere demõstrationem, ergo propositiones demonstrabiles sine demonstratione non sciũtur, dixit autẽ scire quæ demonstrationem habent, nam quę non demonstrari posunt, sicut ipsa prima, absq; demõstratione sciuntur.

Demonstrationẽ ex demonstrabilib. ꝓpositionibus etiã cõponi.

Dub. 1. Dubitabis, quare dixit prima & indemonstrabilia? Philop. duas adfert solutiones, quas posumus ad vnã reuocare quia nẽpe sunt aliqua prima, sed nõ in demõstrabilia, vt animũ esse immortalem est prius quã esse impassibilẽ, sed non est illud indemõstrabile. Pręterea aliquid est indemonstrabile, sed nõ est primum, nã vestem esse calidam, indemonstrabile est, cũ sit per accidẽs, & nõ est primũ: propterea Arist. vtrumq; coniunxit, melius tamẽ est si dicamus per primũ intelligi principiũ, vt ipse Arist. paulò inferius dicit, & tunc cũ Burã. oportet legere absq; cõiũctione, scilicet ex primis indemonstrabilibus. Solutio.

Dub. 2. Dubitabis, quid per ista prima indemonstrabilia oportet intelligere. The. Alber, & Philop. intelligunt dignitates ipsas, quæ proloquia, & profata dicũtur hæc enim sunt prima, ex quibus demonstrationes procedunt, & in quibus sistũt & finiuntur: at quãuis hoc probabile sit posumus melius cũ Auerroe intellegere ipsas ꝓpositiones quę in ipsa demõstratione sumuntur, quę primę sunt, cũ iam amplius non valeant demonstrari & profecto videtur esse hęc mens Aris. qui loquẽs de primis dixit, nõ scire, nisi qui per hęc demõstrat, sed per dignitates non fit demõstratio, sunt enim principia extrinseca, ergo nõ de his oportet intelligere, præterea qa paulò post explicans quid per prima intelligat, dicit principia ꝓpria, sed dignitates sunt cõmunes pluribus demõstrationibꝰ, ergo non de his loquitur in hoc verbo. Solutio.

Causasquoq; & notiora oportet esse, &c 8.

Prosequitur probare reliquas definitionis partes, & quia duæ sequentes ex vltima pẽdebant, incipit eam probare, nempe quod procedat ex causis: cũ enim demõstratio faciat scire, & scire fit rẽ per causam cognoscere, sequitur eã

procedere ex causis: & ex hoc patet qd̃ etiã procedat ex prioribus, nam causæ priores sunt effectũ, subdit debere esse notiores non solum altero modo, id est quantum ad quid significant, sed etiam quantũ ad quia sunt, vt exponũt Philo. & Themist. non enim solum propositiones oportet cognoscere & apprehẽdere quid significẽt, sed etiam quod sunt veræ iudicare: in quo loco apparet id q̃ supra diximus contra Caietanum, complexa habere nominis definitionẽ, apparet etiam contra Themist. non hoc esse intelligendum de dignitatibus, nam de his solũ quia sunt oportet intelligere, vt superius dictum est.

Cõplexa habere etiã nominis definitionem.

Dubitatur cũ dictum fuerit demõstratione procedere ex primis, superfluũ videtur addere ex prioribꝰ. Phil. Respõ. per priora hic intelligenda esse proximę, eæ. n. sunt causæ priores, quę proxima sunt & propinquę effectui, at hoc nõ videtur correspõdere mẽti Arist. uã in textu per hoc, q̃ propositiones sunt causę, probat debere esse priores: quæ probatio esset nulla, si p̃ priores, proximas intelligeret, nõ enim sequitur si est causa, quod sit proxima. Alb. Resp. & secundũ expositionem Themi. etiã oportet dicere, q̃ non de eodẽ dicuntur illa duo, scilicet prima, & priora, sed prima dicũtur dignitates & proloquia, ex quibus procedit demonstratio: at dicũtur priores, propositiones ex quibus tãquã præmissis demõstratio cõficitur, & est bona solutio; tamen secundum expositionem nostram dubiũ non est, nam per primũ intelligebamus principium.

Dubiũ.

Solut.

2. ¶ Priora aũt & notiora dupliciter sunt.

Cum propositiones priores & notiores ostẽdisset, q̃a id multipliciter euenire potest, nẽpe vt aliq̃d sit prius & notius, distinguit, sunt. n. quædam notiora & priora natura, quædã notiora & priora nobis, nõ enim hęc eadẽ sunt, sed opponũtur, priora & notiora natura sunt vniuersalia, quę à sensu remota sũt prio ra verò & nobis notiora sunt singularia. Hic textus est obscurus satis, occurunt enim aliquot circa ipsum dubia.

Primũ, quo modo hic vniuersalia notiora natura asserit, cum. 1. Physi. ca. 1. vniuersalia nobis notiora doceat? Dub. 1.

Præterea quomodo hic opponi notiora nobis, & natura dicitur, cum. 1. Physic. 1. eadem esse tradat. Dub. 2.

Pręterea qua ratione ista distinctio assignatur, nõ enim videtur quid ex ea colligi possit. Multę sunt sentẽtię, tamẽ duę mihi videntur dignæ vt proponantur, vt vna aut altera eligi possit, prior amen terminos, prius nobis & natura, intelligere oportebit. Dub. 3.

Aduerte igitur, quemadmodum natura non simul producit omnia, nec simul omnibus dat esse, sed ordinem quẽdam obseruat, vt quibusdam prius, quibusdã posterior det esse, atque hic ordo naturę dicitur: ita & noster intellectus nõ simul per se omnia cognoscit: sed quędã prius quædam posterius cognoscit: atque cũ nõ eundẽ obseruet semper ordinẽ quẽ natura, fit vt aliud sit prior natura, aliud nobis, priora natura scilicet quæ prius esse sortita sunt, qualia immaterialia respectu corruptibilium, causę respectu effectuum, partes respectu totius, simplicia respectu compositorũ ex eis: priora verò nobis sunt, quæ occurrũt prior nostræ cognitioni, sicut sensibilia priora immaterialibus, composita simplicibus, totũ partibus, & aliquando effectus causis. Hic est quod illa dicuntur notiora natura, id est, ex se prius cognoscibilitatẽ sortita, cum enim prius habuerint esse inde cognoscibilitatem, si nõ esset defectus ex parte nostra, q̃ alligati sensibus magis natura posteriora cognoscimus.

1. Fund. Natura in omnibus reb. quędam tenere ordinẽ.

Hoc igitur supposito est prima expositio Auer. per singularia oportere hic intelligere composita sensibilia, & quę eis proxima sunt, at p̃ vniuersalia ipsas causas, & causas causarũ, quæ ob id vniuersales dicuntur, quia multos effectus producãt, sicut materia, forma, primũ cus, & ita interpretatur vniuersalia ló ginqua

1. Expo sitio.

ginqua à sensu, nam causę occultæ sũt, composita verò sensibilia proxima sensui propter eorũ accidentia, quę sensu percipiuntur, nec hic locus cõtradicit alteri. 1. Physic. hic enim est sermo de vniuersalibus in prædicãdo, quę nobis notiora sunt. Hęc expositio probabilis est, & posumus etiã secundũ dubium ipsius doctrinã respõdere ad secundũ: quomodo. 1. Physi. dicit, eadem aliquãdo esse nobis nota, & natura: id enim intelligẽdũ est de causis mathematicis, quæ notiores sunt effectibꝰ: hic verò locus est de causis sensibilium, quæ ignotiores sunt nobis effectibus, quæ omnia capite præcedẽti explicuimus.

2. Expo. D. Thoverior. Vniuersa leduobꝰ modis posse spectari.

Ad S. Thom. & Aegid. cui videtur cõsonare etiã Themist. aliter exponunt. Propterea aduerte per vniuersalia hic vniuersalia in prędicãdo intelligi, per singularia vero indiuidua sensibilia: possũt aũt vniuersalia dupliciter comparari, aut ad ipsa singularia indiuidua, aut inter se, secundũ quod vnũ est magis vniuersale altero: tunc dicitur primò, si vniuersalia ad indiuidua cõparentur, & loquamur de cognitione nostra in cõmuni, siue sit intellectiua, siue sensitiua, indiuidua & singularia nobis sunt notiora: patet, quia prima cognitio nostra est sensus, qui incipit à singulari, vniuersalia nãq; ab intellectu post sensum percipiũtur, & hoc est q̃ hoc loco Arist. voluit, vt verbo manifestãt: dicitur secũdo si vniuersalia inter se cõparẽtur, tũc vniuersaliora nobis sunt notiora, & hoc docet. 1. Physi.

5

Ad. 1. dubiũ. & 2. dubium

Ex hac expositione soluitur secundũ dubium, & pariter primum. Respõdetur enim. 1. Physi. dici aliq̃ eadẽ nobis & natura esse notiora simul propter mathematicas causas, vt diximꝰ: hic autẽ dicũtur opponi relatiuè, nẽpè singularia, & vniuersalia. aut per opponi posumꝰ intelligere diuersa esse & nõ eadẽ.

Ad. 3.

Ad tertiũ dicitur, ad hoc Arist. hæc distinxisse, vt ostẽderet demõstrationẽ non ex singularibus, quæ nobis notiora sunt, procedere, sed ex notioribꝰ natura, nempè ex vniuersalibus, nec hoc impedit quo minus ex nobis & natura notis possit demõstratio procedere, cũ & vniuersaliũ quædam nobis nota sint. Hæc expositio mihi magis placet.

¶ Ex primis aũt est, q̃ ex proprijs. 9

Regreditur Aristo. vt verbum illud, primis, explicet ac declaret, diciturq; per prima intelligi principia, vbi nota, adiunxisse, propria, vt indicaret non quęcunq; prima se dixisse, sed quę propria & particularia sint conclusioni demonstrandæ, quales sunt immediatæ præmissæ, vt diximus. At si per primas dignitates intelligamus tũc propterea additũ, vt intelligamus dignitates esse communes multis demonstrationibus, & non esse vsui singulis, nisi limitẽtur secundum terminos particularium demonstrationum, vt dicitur. 1. Meta. c. 3. & nos dicemus inferius, quam expositionem tetigit Auerroes. 10

¶ Est autem principiũ demõstrationis.

Hęc est tertia capitis pars, in qua describit ferè omnia demõstrationis principia: & quia primũ, id est, principiũ interpretabatur, definit q̃d principiũ sit, dicẽs, principiũ est demõstrationis propositio immediata, & iterũ immediata est, qua nõ est altera prior. Alb. distinguit immediatã propositionẽ & respectu cõclusionis, & respectu propositionum: illa est immediata respectu cõclusionis, quę proximã causam continet illius, ita vt non sit alia propinquior, sicut immortalẽ esse animũ, est proxima causa, q̃ sit impassibilis: Ea aũt est immediata respectu ꝓpositionũ, quę causã dicit, quę vlterius per aliã antecedẽtem nõ potest demõstrari, sicut dignitates, & propositiones quibus definitio de definito prędicatur. Dubitat verò Albe. quomodo hic sumatur, sed dubiũ non est, quin modo posteriori, nempè pro ea, quæ indemonstrabilis est, hæc enim principiũ dicit. Aduerte ex Themist. non sat fuisse dixisse est propositio

Propositionem duobus modis dici immediatam.

imme-

immediata, sed addere oportuit demó stratiua, nẽpe enũciatio quæ ad vnũ est determinata, nempe ad verũ: ac si dicat demonstratiua propositio non est quælibet, siue vera, siue falsa, sed quæ vera est & necessaria, vñ colligitur natura demõstrationis, non.n.ex quibuscunq; procedit, sed ex veris & necessarijs, nec probat quamcunq; quæstionis partem, sed veram & necessariam.

¶ Enũciatio aũt contradictionis q̃libet. 13

Describit enũciationem, quã in descriptione propositionis sumpserat, est aũt enũciatio contradictionis vtraque pars, id est, oratio, tã affirmatiua, quã negatiua, nõ quod simul vtraq; pars dicatur oratio, vt vult Paul. Venetus, sed quælibet per se: explicat aũt singulas partes, primum contradictio est oppositio, cuius non est mediũ secundum se: dicitur oppositio, quia in contradictione, sunt duo extrema repugnãtia, sicut in alijs oppositis dicitur, cuius nullum est medium, nam alia opposita habent medium in proprio subiecto, vt album nigrum habẽt fuscum, aut in extraneo subiecto, nã lapis non est cæcus, nec videns, nec sanus, nec æger: at contradictoria nullũ mediũ habet, nã de quolibet est verũ, aut affirmare, aut negare. Vide caput de oppositis, in quo diximus multa de his: dicitur, secundũ se, quia reliqua opposita fundãtur in contradictione, nam vnũ oppositum dicit virtualiter alterius negationẽ, & ex hac parte medium non habent ad id non secũdum se, sed vt ad contradictoria reducuntur: at ipsa contradictoria secundũ se medio vacãt: statim partes contradictionis explicat, nẽpe affirmatio, quæ aliquid de aliquo enunciat, negatio verò quæ aliquid ab aliquo diuidit.

¶ Immediati aũt principij syllogistici. 14

Hæc est quarta pars capitis, qua immediata principia demõstrationis, quę hactenus in.3 part. descripserat, diuidit: est enim duplex principiũ, & quod nõ est demonstrare, nec est necesse præhabere docendũ, & hoc positio dicitur, & etiam,

Enũciationem, quæstionem pro positionem, cõclusionẽ inter se distigui.

11 Propositio est enũciatiõis altera pars.

Quia principiũ per propositionem descripserat, nunc propositionẽ describit: est aũt propositio enũciationis altera pars, vnũ de vno. Notat Auerro. & Philo. discrimen inter hæc tria, enũciationem, quęstionem, & propositionem, & addere possumus conclusionem: enũciatio dicitur oratio, rem verè, aut falso significans, nec alteri, quã rebus cõparatur, at quęstio est enunciatio per modũ interrogationis proposita, quę iam probata dicitur conclusio: propositio verò dicitur, vt est p̃misa, seu principiũ, ex quo aliquid probatur, vñ enũciatio superior est his, omne.n. verum ac falsum significant, ac propterea hic dicitur propositio vna pars, id est, vna species enũciationis, additur vnum de vno scilicet significãs, propter eas, quæ ex æquiuocis conficiuntur, quæ plures enunciationes potius, quam enũciatio dicuntur, vt diximus in lib. Periher.

12 ¶ Dialectica q̃dẽ est similiter accipẽs.

Duas propositionis species cõstituit, Dialecticã: id est, Topicã & demonstratiuã: dialectica est accipiens similiter quamlibet. s. partem enunciationis: ac si dicat, est propositio, siue vera, siue falsa, siue affirmatiua, siue negatiua: dicit accipiẽs quia dialecticus cum probabiliter procedat, ac ex probabilibus syllogizet, petit à respõdẽte propositiones aliquas, ex quibus procedat: ac propterea dicitur accipiens: dicitur similiter, quia dialecticus nõ magis vnã partem, quã alterã elegit, dũmodo probabiles sint. Hinc apparet natura syllogismi dialectici, procedit.n ex q̃buscũq; propositionib9 ã veris quã falsis, dũmodo probabiles sint: præterea probat quãcũque partẽ quęstionis dũmodo sit probabilis statim definitur propositio demõ-

& etiam, quod nõ est demonstrare, tã est necesse præhabere docendum, in cuius gratiam aduerte, in demõstratione non contineri ea omnia, quæ ad generandã sciẽtiam sunt necessaria, sed opus est, vt animus dispositus sit alijs etiã principijs, vt demonstratio in eo scientiã faciat: sunt aũt hæc principia in duplici differẽtia, quædã quę absq; vlla demonstratione cognoscuntur, sed solũ lumẽ naturale ea docet esse vera. adeo vt si semel quid significent apprehendimus, statim illis acquiescamus, & & hęc dignitates dicuntur, & cõmunes animi conceptiones, sine his enim non fit demonstratio, ipsę tamen absq; demonstratione cognoscuntur.

Demonstrationem non oia complecti q̃ ad generationẽ scientiæ requirũtur.

Dubiũ

Dices, quare necesse est vt hæc cognoscantur antequã scientiam doceamur?

Solutio.

Respõ. cum Phil. quia sunt per se notę & non opus est arte aut magistro exteriori, vt eis assentiamur, sed lumen intellectus nostri solum est magister, ac ob id cũ tali cognitione ad artes discendas accedimus, & est optima respõsio, possumus tã respõdere aliter propter q̃ aduertere oportet has dignitates vt plurimũ cõuenire in materia vniuersaliori, quã sit ea, quã artes particulares tractant: nam omne totũ est magis parte, & similia, nõ solum rebus geometricis, sed etiã alijs insunt, propterea non est illius artis hæc docere: dices, cuius igitur erunt artis? Respõ. Arist. 11. Meta. cap. 2. & 4. Metaphy. cap. 3. id esse Metaphy. qui communia tradit.

Obiecti.

Dices, ergo nõ poterimus accedere ad artes alias, quæ his indigent principijs siue Metaphy. dico, & nota, nullę artes habẽt res ita sibi proprias, quin aliqbus earũ absq; vlla arte possim9 assentiri: hoc tã nõ efficit, vt illius artis esse desinãt: ita se habẽt hęc principia, quę ad Metaph. ptinẽt, licet sine Metaphysico habitu cognoscantur perfectè.

Dilutio.

Ex his fit manifesta definitio dignitatum, nempe principium, quod non est demõstrare, sed est necesse præhabere docendũ. Alia sunt principia, ex q̃bus demonstrationes procedũt, sunt tã magis particularia, quę positiones dicuntur, vt à puncto in punctum linea duci potest, in quolibet cẽtro circulũ describere. Hæc autẽ principia in tribus differũt à dignitatibus: dignitates.n. nunquã demõstrari possũt, at positiões nõ demonstrãtur in illa scientia cuius sũt, possũt tã in alia scientia demonstrari præterea dignitates sunt cõmunes pluribus artibus, at positiones sunt ex materia peculiari illius artis: ac propter hæc duo definit eas Arist. esse principia quæ nõ demonstrãtur, nec est necesse præhabere docẽdũ, nã propria ars quælibet declarat: præterea dignitates nulla via oportet probare, at positiões probãtur, licet nõ demõstratione, inductione tã aliqua, & exẽplo manifestantur, cum non statim ex terminorum apprehensione cognoscantur, sicut dignitates. Hęc igitur principia hic Arist. manifestat, ex quib9 demõstratio procedit.

Positiõnes à dignitatib9 trib9 modis differre.

Positiõnus vt dicantur probari.

Statim positionem subdiuidit in eã, quæ propositio est, & rem esse, aut nõ esse significat, & hæc suppositio dicitur: & eam quę non significat rem esse, aut non esse, & hæc definitio est: definitio enim non est propositio, est tamẽ positio, nã in scientijs ponuntur definitiones subiectorũ, & eorũ de quibus tractãt tanquã principia: nã in geometria ponuntur definitiones lineæ, puncti, superficiei, & aliorũ: in Arithmetica ponitur definitio vnitatis scilicet quod est indiuisibile secundum quantitatẽ. Hic aduerte, inter suppositiones esse præmissas demonstrationis cuiuslibet, quæ supponuntur ad scientiam conclusionis, sicut suppositiones aliquę communes in scientijs supponuntur ad sciẽtiam multarum demonstrationum.

Præmissas cuiuslibet demonstrationes esse suppositiones.

Dubiũ.

Hic est dubiũ, quomodo Arist. definitionem vocat positionem, cum positio sit principium, & principiũ propositio, at definitio nõ sit propositio. Themist. dubiũ hoc proposuit, sed alijs discutien-

cutiendum reliquit, forsan quia existimauit Arist. in hoc dormitasse. Alber. respondet docendo, non omnem positionē esse propositionē, sed non respōdet ad Aristot. qui positionem principium dixit, principium verò per propositionem definiuit S. Thom. respondet definitionem quidem secundū se non esse propositionem, sed ea cognita facilè esse propositionē constituere. Philop. respondet sumendā definitionem applicatā cū definito, q̃ in propositione sit, ac ob id definitio, propositio dicitur: at quia Aristo. dixit, non significare esse, aut non esse explicat, talē propositionem definitionis non prædicare aliud esse prædicati de subiecto, sed idem prorsus, ac ob id dicitur non significare esse vel non esse. Auerro. tandē admittit definitionē sumendam cū definito, q̃ in propositione sit: sed dicitur non significare hanc propositionē esse, aut non esse, id est, existere, quia re vera istæ definitiōes, quæ positiones dicuntur, sunt nominis, definitiones verò nominū, etiam si cum definito propositionem faciāt, non ponunt rem esse, aut non esse, sed significationē manifestāt: hoc intellige, frequētius ita esse, nā etiā definitiones rei positiones dicūtur: quælibet enim scientia definitionē sui subiecti non demōstrat, sed supponit, & ita tollitur omnis contradictio.

Solutio.

Definitio quōnō significet esse vel non esse:

15 ¶ Quoniam autē oportet credere.

Hæc est vltima capitis pars, in qua Aristo. probat id quod superius dixit. nēpe propositiones esse notiores conclusione, & probat primo cognosci, postea cognosci magis, & tandē cognitionem propositionū aut esse scientiā, aut aliud genus cognitionis melius quam scientiā: argumentū aūt huiusmodi est, quia demōstrationē tenemus & cognoscimus, scimus rem, sed demonstratio est propositiones ipsæ, ergo quia tales propositiones cognoscimus, rem & conclusionem scimus: secundo, his propter quæ alijs credimus, magis credimus: sed propter propositiones, vt probatū est cōclusioni credimus, ergo præmissis magis credimus: maior patet, propter quod enim vnumquodq; tale est, illud magis est. Hic aduerte Arist. dixisse, q̃ oportet omnibus, aut quibusdā propositionibus magis assentire, q̃ a vt notat Philo. aliquādo accidit propositiones esse demōstrabiles iterū, & tūc est scientia illarū, sicut & conclusionis, cum per aliud cognoscātur: quanuis vt benè dixit Albert. quatenus per illas propositiones etiam si demōstrabiles alijs assentimur, magis eis assentimur.

¶ Non potest autem credere magis. 16
quę non scit.

Hic Aristo. probat propositionū cognitionem aut esse scientiam, aut aliam meliorem cognitionē, quàm scientiā: & hæc litera est corrupta, cū non sit ita Græcè, oportet enim sic legere, fieri nō potest vt credat magis quæ scit: sensus est, non potest quis magis assētire propositionibus, quas nec scit, nec earum habet aliam meliorem cognitionem, quàm conclusioni, quam scit: cū igitur magis propositionibus assētiatur, quā conclusioni quā scit, præmissarū profecto habebit aut scientiam, aut aliam meliorem cognitionem, & hoc intellige de dignitatibus & alijs principijs.

Aduerte tunc principiorum haberi scientiam, cum demonstrabilia sunt: & per causam cognoscuntur: cùm verò in demonstrabilia sunt, illorum cognitio vocatur intellectus, qui est prestantior quàm scientia.

Principiorum quādo sit scientia, & quando intellectus.

Postea subdit illud absurdū, nempe assentire magis ijs, q̃ę nescimus, quā ijs quæ scimus sequi, nisi quis propositionū ipsarū habet talē cognitionem, quam diximus: sunt autem verba, (nisi aliquis prēcognouerit per demonstrationem credentium) id est, nisi quis ex illis, quę per demonstrationē credunt, prēcognouerit, id est, propositiones sic cognouerit: at melior est sensus: si sic interpretemur, nisi aliquis cognoscat ea, per

per quæ in demōstratione credimus, nē pe propositiones, nam licet illegititius, credentium, sit græcè, tamen significat fidem facere, nempe pysciontho.

17. ¶ Debentem autem habere scientiā.

Concludit eum, qui scit non solū propositiones habere notiores conclusione, sed præter propōsitiones nihil debere habere notius, quā oppositas propositiones (ex quib9 fit syllogismus cōtrarius demōstrationi, qui dicitur syllogismus ignorantię) esse falsas, nam qui scientiam habet, nō potest mutari aliqua ratione opposita demōstrationi: & hęc circa capitis expositionem.

QVAESTIO. I.

Circa ea quæ secūdo capite cōtinētur.

ADuersus ea, quæ in textu docemur occurrūt aliquot difficultates & argumenta, primo contra definitionē ipsius scire: nā cùm definitio per genus & differētiam rei debeat assignari, nullū genus, nulla differentia in eiusmodi definitione apparet: ac ob id non videtur esse bona.

2. Secundo tunc, inquit, scimus, cū causas cognoscimus, & ex causis ad effectus procedimus: angeli perfectè sciūt, & tamen non per causas cognoscunt, cū non sint discursiui, nec ex cognitionę causarum ad effectuū cognitionē procedant, sed simul vtrumque cognoscant.

3. Tertio contra id, quod dicitur per demonstrationem nos scire: demonstratio non ostēdit mediū esse causam conclusionis, sed solū procedit ex causa: at ad scientiā non sat est cognoscere causam sed quod illius est causa, ergo per demōstrationem non scimus.

4. Quarto multę sunt demonstrationes potissimæ, quæ ex causis non procedut, ergo videtur diminuta definitio probatur antecedens, nam de Deo demōstramus esse infinitū, quia est actus purus, & vnum attributum per aliud, & tamē, in ipso Deo non est aliquid quod sit causa aut effectus.

5. Quinto si demōstratio semper ex causis procederet, semper ex notiorib9 natura esset, sed notiora natura sunt sępè ignota nobis ergo ex ignotis nobis procedet: non ergo esset instrumentū scientiæ nostræ, non enim quis ex ignoto ad notius procedit.

6. Sexto non videtur esse vlla propositio immediata, ergo nō benè per immediatam propositionē definit principium: probatur antecedēs, si enim aliqua esset, maximè ea, in qua definitio de suo definito prædicatur, sed hæc non est, cum possit demōstrari per aliā definitionē: finalem enim per materialem demonstramus, & contra.

7. Septimo, Assensus præmissarū est causa necessaria assensus conclusionis, sed causa necessaria nō impedita, ꝓducit effectū sibi ęqualē, ignis enim ignē ęqualem producit, ergo assēsus conclusionis erit æqualis assensui præmissarum,

8. Octauo illa maxima, propter quod vnūquodque tale, & illud magis est falsa ergo ex ea nihil probaī, patet antecedēs, non enim sequitur, ego deambulo propter sanitatem, ergo sanitas magis deambulat: nec, homo inebriatur propter vinum, ergo vinum magis inebriatur. Hæc sunt præcipua dubia.

1. Fund. sciendu. sumitur

Circa primum est notandū, scire dupliciter sumi, vno modo cōmunissimè, pro quacunque cognitione, siue clara siue dubia, siue certa siue incerta: quomodo quicquid cognoscimus, dicimur scire: altero modo sumitur strictius, pro cognitione clara & euidenti rei, quæ dicitur comprehensio.

4. Grad9 com præhēsionis

Huius secundæ scientiæ quatuor sunt grad9, vt notat Albe. tract. 2. c. 1. & Lin con. super hoc caput: primus est scientię impropriè dictę, pro quacunq; clara & euidenti cognitione rerum contingentium: dicimus enim, scio hominem currere, dum video: scio etiā quæ sensu dignosco, sed ista, licet euidēs sit, propriè tamen non est scientia, cùm nec sit per causam, nec res sint stabiles.

Secundus gradus scientiæ est prius pro cognitione rerum quæ plerumque sunt per suam causam: vt scimus in hyeme pluuias esse tonitrua in autumno, licet id aliquãdo deficiat, ac propterea non est eorum perfectissima scientia.

3. Tertius gradus est magis proprie scientiæ, pro cognitione rerum simpliciter necessarium quę semper ita se habent qualia sunt principia immediata & per se nota: non tamen hæc scientia est per causam, cùm illa nõ habeant causam.

4. Vltimus gradus est scientię proprijssimæ, ꝑ cognitione rei simpliciter necessariæ per suam causam: & hoc scire est quod præsertim hic consideratur & describitur: quamuis etiã latius definiri posum9 dicere pro cognitione rei simpliciter necessariæ, aut quæ plerunque est per suam causam.

2 Fund. Scientiã rei ꝗ causam habet esse ipsi9 rei per causam cognitionẽ tribus ꝑ causis.

Est secundò aduertendum ex Aegid. tres esse rationes per quas scientia perfecta rei debeat esse per causam, quãdo talis res causas habet: prima est ex parte rerũ quę sciuntur, cum enim scientia sit perfecta cognitio esse ipsarum verũ, esse autẽ rerum à suis causis pendeat & procedat, ob id scientia causas rerũ cognoscimus, aliter enim esse earũ perfectè nõ cognosceretur. Secũda est ex parte intellectus qui sumit cognitionẽ ab ipsis rebus, at res à suis depẽdẽt causis, ideò & intellect9 noster in sua perfecta cognitiõe à causis depẽdet, & ad causas cognoscẽdas inclinaẽ: tertia est ex parte obiecti intellectus quod est verũ ipsum transcendentale: sed rei veritas cõsistit in adæquatione & similitudine ad suas causas, ergo intellectus hoc verum perfectè non cognoscet nisi ex causis.

2. Ratio

3. Ratio

3. Fund. Definitionẽ scientię nõ rei, sed nominis esse.

Est tertiò aduertendum hãc scientię definitionem esse nominis, vt omnes fatẽtur, non tamẽ adeo est nominis, quin per eã ipsam etiã rem possimus intelligere: definitio enim rei hęc est, scientia est cognitio vera, certa, & euidẽs, ex ꝓprijs causis rei genita, cognitio loco generis est; vera, ad excludendos errores: certa, ad excludendam opinionem, quę est in certa, euidens, ad excludendam fidem, quę cum sit vera & certa, est obscura, ex causis, ad excludendam cognitionem principiorũ, quę vera, certa, & euidens est: sed nõ per causam. Hęc omnia in illa definitione Arist. sunt: nã dicitur cognoscere: per causam, & quod res est, in quo manifestatur veritas: & nõ est aliter se habere certitudo, & quod illi9 est causa, claritas & euidẽtia: Ex his respõdetur ad primũ, nõ esse in definitionibus nominũ genera & differẽtias, talis autẽ est hęc definitio: at quia simul explicat rẽ, ideo virtualiter genus habet & differentiam, vt diximus.

Ex dictis soluitur primum

Ad secundum respondetur, & est maximè notanda solutio, aliud esse scire, aliud per demonstrationem scire. Scire solum dicit hoc, vt rem & causam rei cognoscamus applicando: at scire per demonstrationẽ est, non solum rem & causam cognoscere, sed ita vt per cognitionem causæ venerimus in cognitionem effectus: vnde scire per demonstrationẽ supperaddit modum sciẽdi, qui est per discursum & demonstrationem, qui modus est & instrumentũ sciẽdi: ipsa tamẽ ratio scientiæ in cognitione rei & causæ cõsistit: & hæc est in angelis, licet nõ per talem modum, nempè discurrendo, ob idque angeli habẽt perfectè sciẽtias, & sciunt, licet nõ per cognitionẽ causarũ in effectuum cognitionem deuenerint, sicut nos, nam hoc est modus sciendi, nõ scire, nẽpè ipsum discurrere: & sic soluitur argumẽtum secundum, & nota solutionem.

Ad. 2. Aliud scire, aliud per demonstrationẽ scire.

Ad tertium aliqui voluerũt particulam causalẽ addendam in maiori & cõclusione, vt dicam9, omne animal rationale est risibile, qa est animal rationale, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, qa est animal rationale: sed ista opinio nõ consonat Arist. nullus enim in scientijs taliũ demonstrationum est vsus, & talis opinio ꝓcedit ex eo, quod demõstrationes

Ad. 3. Solutio aliorum

paucas

paucas habemus potissimas, in quibus experiremur nõ esse opus tali additione, propterea dico demõstrationẽ ostẽdere causam, & ipsum effectũ, ex ipsa tũ cognitione causæ statim cognoscimus illã esse illius effectus, & non posse aliter habere: habet.n: hoc causa vt ipsius cognitio perfecta simul etiã claudat applicationẽ ad effectũ: non ergo opus est addere, cùm in ipsa cognitione principiorum compræhendatur, & per hoc soluitur argumentum.

Solutio verior.

Ad 4. Ad quartum respondetur admittendo illas esse demonstrationes, & eiusmodi sæpè fiunt in Metaphysi. tamen per causam non solum oportet intelligere causas illas quatuor physicas, sed rationes & conceptus quosdam obiectiuos, qui se habent per modum causarum: ex qua soluitur argumentum.

Ad 5. Ex The. Reijcitur solu. Themis. Solutio vera. Demonstrationem ex natura & nobis notioribus semper progredi.

Ad quintũ Themist. hoc. 1. cap. 4. dicit demõstrationẽ procedete ex notioribus natura, nec se submittere ad mẽsurã ingenij nostri, sed rectã tenere naturæ viam: sed ista sentẽtia non videtur soluere dubiũ: propterea dico semper demonstrationẽ procedere ex notioribus natura, cùm ex causis procedat: similiter procedit ex notioribus nobis, nã in philosophia, in qua causæ sũt ignotæ nobis, effectus verò notiores, non demonstramus effectus per causas, nisi cũ causæ notiores sunt effectus: sunt.n. effectus quidã per se noti, alij verò occulti: per se notos causas indagamus, per quas indagatas, & notas alios effectus nobis occultos demõstram9, & hoc est valde notãdũ: vñ semp etiã ex notioribus nobis procedimus, vel qa ipsa sũt simul natura, & nobis nota, vel quia aliqua via prius ea nobis nota fecimus.

Notãdũ valdè.

Dices quod cum per eosdẽ effectus indagamus causas, quos inerũ per causam indagamus & demonstramus, videtur inutilis regressus, & quod causa nõ sit notior, cùm ab eodem effectu sumpserit cognitionem. Anerroes has demonstrationes dicebat ostendere propter quid ipsius effectus, sed non esse ipsius, cum primo sit cognitus esse. 2. Cæli. com. 35. & 8. Physico. com. 65.

Dub. cõtra solutiones.

Solutio Auerro.

At tu aduerte admodũ, licet effectu indagemus causam, tamen per causam illũ eundẽ effectũ multo perfect9 cognoscimus: ante enim experiẽtia aliqua particulari, non per causam vniuersaliter, & immutabiliter illũ cognoscimus, propterea non est inutilis iste regressus. Præterea licet ab effectu inceperimus causam indagare, tũ illi inuentæ firmius adhæremus, & illius cognitio multo majorẽ claritatem in nobis facit ex ipsius speculatione prouenientem: vñ notior est effectu, nõ enim illius cognitio tota ex effectu prouenit, quãuis ex eo sit orta: vñ tres sunt hic cognitiones, prima imperfecta effectus, per quã ad secundam causæ cognitionem perfectam deuenimus, & per hanc ad tertiã eius effectus perfectam cognitionẽ regressi sumus, & hoc nota.

soluitur melius. Effectũ per causam melij9 & perfectius cognosci, licet idem in causæ cognitionem nos duxerit.

Ad sextum respon. duplicẽ esse propositionem immediatam, alteram simpliciter, quæ nullo modo potest demõstrari, quales sunt dignitates, & per se nota, alteram secundũ quid, quæ in aliquo genero demonstrari non potest, licet in alio demonstretur, tales sunt definitiones, quæ per causas assignantur, nã licet propositiones earũ per diuersum genus causæ demõstrentur, tũ secundũ idẽ genus nõ demonstrantur.

Ad 6. Propositionem immediatam esse duplicem.

Ad septimũ respon. semper verũ esse magis assentiri præmissis, quàm conclusioni cùm conclusio non nisi ex præmissis cognoscitur, nam si conclusionẽ non solùm ex præmissis, sed etiam alia via, experientia nempè, aut fide teneremus, magis conclusioni, quàm præmissis assentiremur: cum vero propter solas premissas credimus, clarior est assensus premissarũ, quamuis non possit semper distinguiiste claritatis excessus, nec argumentum conuincit, nam qñ causa est vniuoca, & eiusdẽ speciei, effectũ æqualem producit, at quãdo est diuer

Ad 7. Præmissis magis quã conclusioni qñ assentiamur.

Universidad de Deusto Biblioteca

diuersæ speciei, nõ producit æqualem sicut sol nõ producit solem: cùm igitur cognitio principiorum sit alterius speciei, est enim sine medio absque causa, cognitio verò conclusionis per mediũ: & causam, præmissæ similem effectum non producunt in æqualitate.

Ad 8. Limitatur propter qd vnumquodq; quatuor modis.

Ad octauum omissis aliorum sententijs, ista propositio, propter vnũquodq; tale, & illud magis, quadrupliciter est limitanda: primò, qñ idem prædicatũ inest vtriq; vni propter alterum: vñ nõ valet: deambulo propter sanitatẽ, ergo sanitas magis deambulat, nõ enim vtriq; deambulare inest, & ita declarat Philo. secundo, vt tale prædicatum suscipiat magis & minus, aliter enim non valebit, vñ non sequitur. Ego sum risibilis quia homo est risibilis, ergo homo est magis risibilis, nec valet, Petrus est homo propter patrem suũ: ergo pater est magis homo: & ita limitat Albert tertio, vt sit in rebus positiuis, nam in effectibus priuatiuis nõ valet, non enim sequitur Petrus est parvus propter patrem, ergo pater est magis paruus propter Deũ non diligo mundum, ergo magis non diligo Deũ: ita limitant Doctores Louanien. quartò vt sint diuersa prædicata, aliter nõ valet, vt video propter oculos, ergo oculi magis vident, non sequitur, nam nõ aliud est videre meum, & oculorum.

At profecto si rectè perpẽdamus, sub prima limitatione reliquæ claudũtur, quando enim aliquod prædicatũ inest multis, vni propter alterũ, tunc magis, aut perfectius inest alteri: cũ igitur credamus præmissis, & cõclusioni: huic autẽ propter præmissas, magis credimus præmissis, & per hoc soluitur argumentum. Est autem aduertendũ cognitionem conclusionis dici scientiã, premissarum verò immediatarũ, & dignitatũ intellectum, non vt potentiam significat, sed vt cognitionem quandam taliũ principiorum, & habitum significat. 6. Ethicorum, cap. 6. at cognitio conclusionis simul & premissarum sapientia, vt dicitur lib. 1. Mag. Mor. cap. 35. quauis sapientia in alia significatione etiã scientiam rerum altissimarum significat, qualis Theologia supernaturalis, & Metaphysica inter naturales, vt dicitur. 1. Metaph. cap. 2. & hæc pro capitis disputatione sufficiant.

¶ Opinionum confutatio, & eorum qui omnino demonstrationem tollunt, & eorum qui omnium demonstrationem esse ponunt.

C A.P. III.

TEXT.

NOnnulli quidem igitur, eo quod oportet prima scire, non videtur scientia esse: quibusdam verò esse quidem, verum omnium demonstrationes esse, quorum neutrum, neque verum, nec necessarium.

Qui quidem enim supponũt non esse omninò scire, hi infinitum existimant reduci, tanquam non scientes posteriora per priora, quorum non sunt prima: rectè dicentes: impossibile nãque infinita pertransire. Si verò stant, ac sunt principia, hæc esse ignota: cùm demonstratio de ipsis non sit, quod dicunt esse scire solum: si verò nõ est prima scire, neque quæ ex his esse scire simpliciter, neque propriè, sed ex suppositione, si illa sunt.

Alij autem ipsum quidem scire confitentur, per demonstrationem enim esse solum, sed omnium esse demõstrationem nihil prohibere, contingere enim circulo fieri demonstrationem, & ex ijs quæ ad se inuicem.

Nos verò dicimus, neque omnẽ scientiam demonstratiuam esse, sed eã quæ immediatorum est est indemonstrabilem. Quodque hoc sit necessarium, manifestum: si enim necesse quidem scire priora & ex quibus demonstratio, stant autem aliquando immediata, hæc indemonstrabilia necesse est esse.

Hæc igitur ita dicimus, & non solum scientiam, sed & principium scientiæ

esse quodam dicimus, quo terminos cognoscimus.

6. Circuloq; quod impossibile demõstrare, simpliciter planum: siquidẽ ex prioribus oportet demonstrationem esse, & notioribus: impossibile enim est eadem eisdem simul priora, & posteriora esse. Nisi altero modo, vt alia quidẽ ad nos, alia verò simpliciter, qũo inductio facit notum. Si verò sic, non esset vtique simpliciter scire benè definitum, sed dupliciter: aut non simpliciter altera demonstratio, quæ fit ex nobis notioribus.

7. Accidit autem dicẽtibus circulo demonstrationem esse, non solùm q̃ nũc dictum est, sed nihil aliud dicere, quam quod hoc est: si hoc est sic autem omnia facilè monstrare. Manifestum autem, quod hoc cõtingit tribus terminis positis, per multos nanque aut paucos reflectere dicere, nihil differt: per paucos autẽ aut duos. Quando enim A, existẽte, ex necessitate sit B, hoc autẽ, ipsum C. A, existente, erit C, si itaque A, existente, necesse est B, esse: hoc autem existẽte, ipsum A, hoc. n. erat circulo. Ponatur A, in quo C, dicere igitur. B, existẽte A, esse, est ipsum C, esse dicere, hoc autem, quoniam A, existẽte, ipsum C, est: C, autem ipsi A, idem. Quare contingit dicere circulo asserentes esse demõstrationem, nihil alterum, quã quod A, existente A, est: sic autem facilè est omnia monstrare.

8. Verum neq; hoc possibile, pręterquã in ijs, quæcunque se inuicem consequũtur: quemadmodũ propria. Vno quidẽ igitur posito, quod nũqnam necesse est aliquid esse alterum, monstratũ est. Dico autẽ vno, quod neque termino vno, neq; positione vna posita: ex duabus aũt positionibus primis & minimis cõtingit siquidem & syllogizare. Si igitur & A, sequatur ex ipso B, & C, & hæc ex se inuicem, & ex ipso A sic quidẽ contingit ex se inuicem monstrare omnia petita in prima figura: quemadmodum monstratũ fuit in ijs, quæ de syllogismo. mõstratum autẽ est & quod ió alijs figuris, aut non fit syllogismus, aut non de acceptis. Quæ verò non contra pręcũtantur, nullo modo est monstrare circulo: quare, quoniam pauca talia in demonstrationibus, manifestum quod vanumq;, & impossibile est dicere ex ijs, quæ ad se inuicem demonstrationem esse, & propter hoc omnium contingere esse demonstrationem.

¶ Quibusdam autem igitur, &c. 1. Intẽtio Aristot.

A Arist. in hoc capite euellit duos errores quorundam, procedentes ex his, quæ dixerat in vltima parte capit. nempe principia, & præmissas sciri, & earum scientiam esse, cum per eas conclusioni assentiamur. Ex hoc autem aliqui existimantes nihil sciri, nisi per demonstrationẽ, asserebãt non posse scientiam esse. Alijdem arbitrãtes, esse quidem existimabant scientiã, sed circulũ esse in demõstrationibus, nẽpe per conclusionem, præmissas, & per pręmissas, conclusionem, demonstrari: vtrumq; autem inquit Arist. scilicet scientiam non esse, aut circulum fieri, nec est verũ, nec necessariũ, id est, nõ est vera sententia, nec rationes aut probationes habet necessarias, vt Latini exponunt: at melius possemus dicere, non est necessariũ, id est, non necessario sequitur ex eo, quod principia sciamus.

Dubitat Philop. cum quæstio, quid sit postponẽda sit, quęstioni an sit, qui fiat, vt Arist. definita demõstratione, modo disputet, an sit, nẽpe cõtra priores, qui scientiam & demonstrationem de medio auferebãt. Dubiũ Philop.

Respondẽt quæstionem quid nomen significet anteponendam quæstioni an sit, quãdo nomẽ obscurũ est, quod fecit Arist. 4. Phys. vbi primo quid vacuũ, id est, quid significet: postea an sit, disputauit: secus esset de definitione, qd res sit hæc est enim postponẽda. Hęc sententia mihi non placet. supponit enim definitionẽ nominis esse eã, quę data est d̃ demon- 1. Respõsio quorundã. Reijcit 1. respõ.

Universidad de Deusto Biblioteca

mõstratione, quod tamẽ est falsum, est enim definitione rei, & per materiã, & etiã altera, quæ datur per finem, cum prçsertim nullibi aliam demonstratio nis definitionem habeamus.

2. Respõsio Linconien. Lincon. Respon. hoc caput nõ esse de necessitate huius libri, qa nõ pertinet necessario ad artem errores repellere, est tamẽ id de artis perfectione, sed hoc dictum non tollit difficultatem.

3. Solut. aliorum Quęstiõ an sit quæstioni qd sit quãdoq; postponi. Alij, & bene, dicunt quæstionem, an sit, aliquãdo postponi quæstioni, quid sit, sed per accidẽs, nempe cũ dubia, an sit res, oriũtur ex ipsa definitione rei, vt accidit in prçsenti: nam isti auferebant demõstrationẽ, propterea quod ex prçmissis notioribus deberet procedere, & mihi responsionis doctrina placet, licet hoc dubium alienũ videatur ab institu to ipso Arist. nam hic non de demõstra tione videt tractari, sed de sciẽtia, quã isti auferebant de medio, quãuis credi derint non esse scientiã sine demõstra tione, ideoq; simul demonstrationẽ au ferrẽt de scientia tamen sermo est, quę in capite prçcedenti definitione nomi nis definita est, vt diximꝰ, & forsan hoc voluit significare Philop.

4. Sent. autho.

2. ¶ Ponentes autem non esse, &c.

Incipit in particulari vtrunq; errorẽ explicare: illi enim qui scientiã nega bant, sic argumentabantur, non scimus conclusionem, nisi sciamus præmissas, sed scire nõ possumꝰ præmissas nisi alia demonstratione, ergo non scitur cõclu sio nisi demonstratis prçmissis. Iterum hæ præmissę non sciuntur, nisi sciantur aliæ præmissę per quas demõstrãtur, hæ autem iterum per demonstrationẽ sciuntur, sic consequenter procedimus in infinitum, nec ad vltimas peruenire est, quę sciantur, cum iterum demõstra tione opus sit, ergo non erit scientia po steriorum conclusionum, nisi tãtum ex suppositione, nẽpe supposito, quod præ missę sciantur: tamẽ re vera non est ab soluta scientia, cum in processu infinito non detur vltimum: in quo benè profe cto dicunt, nempe quod in processu nõ sit vltimum, & quod nisi sciantur prio ra non scientur posteriora.

¶ Hi autem de eo, quod est scire. 3.

Alij scire esse fatebãtur, tamen e n dem errorẽ tenentes, nihil sciri nisi de monstratione affirmabãt ac propterea contingere circulum in demõstratione nempe q̃ sit peruenire ad vltimas præ missas, & non in infinitum ꝓcedere: hę tamen vltimæ rerum circulo per prio res conclusione demonstrabantur, & sic erat scientia. & per demonstrationem, sed circularem.

¶ Nos aũt dicemꝰ neque omnẽ sciẽtiã. 4.

Reijcit Arist. communem illorum er rorem, existimãtium, nihil sciri, nisi de monstratione, ac dicit, non omnẽ scien tiam esse per demonstrationẽ, sed esse scientiam indemonstrabilem: ac si dice ret, non omnia, quæ scimus, per demon strationẽ scimus, sed peruenimus ad a liqua prima quę scimus quidem, sed nõ alia demonstratione: & hoc patet, nam in discursibus conclusionem cognosci mus, præmissis cognitis, sed dantur præ missæ, & pricipia quę prorsus immedia ta sunt, nec demonstrari valẽt, vt patet de dignitatibꝰ, & multis alijs propositio nibus, ergo taliũ cognitio & sciẽtia erit, & non per demõstrationem vllã aliam.

¶ Et hoc igitur sic dicimus. 5.

Repetit suam in hoc sententiam, di cẽs de hoc sic dicimus, id est, de hoc nos ita sentimus, non solum esse scientiam sed esse quoddam principium scientię, quo terminos cognoscimus: sensus ho rum verborum secundum pleroq; La tinos est, esse quendam habitũ, & cogni tionem in nobis ipsorum principiorũ, & dignitatum quæ cognoscũtur ex sola terminorum apprehensione absque vl la demonstratione: atque tales dignita tes vocantur principium sciẽtię. Philo. per hoc principium intelligit Deũ, cu ius lumine intellectus noster illustratꝰ cognoscit terminos, id est, intelligẽtias quę sunt vltima in cognitione. At me lius

lius mihi videtur locũ intelligere The mistius, qui per principiũ intelligit in intellectum nostrum, per terminos, sub iectum & prædicatum propositionum, vt sit sensus, non solũ est sciẽtia, sed est intellectus & potentia: principiũ scien tiæ, quo solo intellectu absq; demõstra tione quid extrema significẽt, intelligi mus, & ex tali sola apprehẽsione tales propositiones scimus absque vllo alio discursu.

Notãdũ Nota tamẽ ex Alberto tractat. 2. c. 6. quemadmodũ visibilia sunt in duplici differentia, quædam, quæ non proprio lumine videntur, sed externo indigent, sicut colores corporum opacorum, quæ non nisi solis aut alterius luminosi ex trinseci videntur quędam vero alia pro prio lumine videntur, sicut luminosa ipsa, & aliqui vermes, & lapides: ita pro propositiones sunt duplices, quædam quæ non statim cognoscuntur veræ, quan tumcũque quid subiectum, quid prædi catum sit, apprehendatur, sicut multæ ꝓpositiones, quæ probatione indigẽt: quædam verò sunt, quæ statim simul at que subiectum & prædicatum apprehẽ dimus, eas absque vllo alio discursu co gnoscimus, quales sunt dignitates, & hę dicuntur propositiones per se notæ, & sciẽtiarum principia, & de his loquitur Arist. dum dicit, intellectu solo appre hendente terminos cognosci, cùm pri mum enim quid totum, quid pars signi ficet, apprehensum est, statim totũ ma ius esse parte dignoscitur.

Propositiões aliæ ꝑ se notæ sũt aliæ verò non.

Duplex propositio ꝑ se nota secundum D. Tho. S. Thom. distinguit duplicem propo sitionem per se notam, existimat enim idem esse immediatam propositionem & per se notam. Est autem quædam im mediata quæ caret medio, quo demon stretur, & termini illius sunt omnibꝰ no ti, vt omne totũ est maius parte, & simi les, & has vocat per se notas secundum naturam, & secundum nos: quædam ve rò sunt quidem immediatæ, non tamen res illæ sunt omnibus notæ, sicut propo sitiones, in quibus definitiones de defini tis, seu passiones de suis proximis cau sis prædicantur, & hæ dicũtur per se notæ secundum naturã tantum, vtraq; tamẽ propositio est per se nota, & de his est sermo in prçsenti.

Mihi magis videtur Arist. sensisse de principijs per se notis secundum nos, & naturam in prçsenti textu, vt Grçci ex ponunt, ita vt non omnis immediata sit per se nota, sunt enim immediatę ali quæ, nempè multæ demonstrationum propositiones, quę inductione colligũ tur, vt docet. 2. Poster. c. vltimo, & dicun tur principia scientiarum, vt dicitur. 1. Meta c. 1. quæ tamen non per se ex ipsis terminis cognoscimus.

¶ Circulo autẽ quod impossibile sit, &c 6.

Triplici argumento probat Arist. cir culum non posse fieri in demonstratio nibus, primum est, ex eo, quod demon stratio ex prioribus, & notioribꝰ proce dit: si autem esset circulus, sequeretur, quod idẽ esset prius & posterius, notiꝰ & ignotius, quod fieri non potest: & pa tet, nam præmissę hę sunt priores, & no tiores conclusione, si iterum per conclu sionem eandem præmissas demonstras ergo iam conclusio erit prior, & notior, cum facta sit præmissa demõstratibnis, erunt igitur præmissas notiores, & igno tiores, priores & posteriores illa conclu sione. Quod si dicas, non est absurdũ, fie ri enim potest vt aliquid sit priꝰ natura & notius, tamẽ posterius & ignotius no bis quod fit in inductione, nam singula ria nobis notiora, & priora sunt, per quę probamus vniuersale, quod notius est, & prius natura. Aduersus hoc instat A rist. nam si in circulo procedimus ex no tioribus solum nobis, iam non est demõ stratio, nec faciet scientiam: vera. n. de mõstratio ex notioribus natura proce dit, quod si isti, qui circulo demonstrãt, solũ asserant in regressu procedere ad probandas prçmissas ex nobis tantũ no tioribus, hæc demõstratio non est, nec sciẽtiam facit simpliciter, nisi velint a lium modum scientię ponere, qui non est

Universidad de Deusto Biblioteca

est per causam, & per priora natura, q̃ falsum est: quæ enim demõstratio ex nobis tantum notioribus est, nõ est simpliciter demonstratio: & quamuis per modum interrogationis hęc verba Arist. proferantur, sunt tamẽ assertiuè intelligenda.

7. ¶ Accidit verò dicentibus, &c.

Hæc est secunda ratio, qua Arist. eundem repellit errorẽ, nẽpe si circulo cõtingeret vti: fieret, vt idem per idẽ demõstraremus, quod falsum est, esset aũt tunc satis leue, cuncta demõstrare scilicet, hoc est, q̃ hoc est. Hoc aũt probat sumẽdo res terminos nihil enim refert in tribus, aut pluribus, aut paucioribus loqui: idẽ enim sequitur inconueniens ex circulo sint termini, A. B. C. tũc supponit Arist. istum esse bonum argumentandi modũ, quia A. est. B. est. & quia B. est, C. est, ergo de primo ad vltimũ, q̃ A est, C. est, nã si, B sequit ex, A. quicq̃d sequitur ex, B. sequitur ex, A. & cuiq̃ est causa, B. eius etiã est causa, A. q̃ enim sequitur ex cõsequẽti, sequit etiã ex antecedẽti, & cuiq̃ est causa cõsequẽs etiã est causa antecedens, quod est causa consequentis: tunc sumamus circulũ in duobus terminis, quia, A. est. B. est, p̃ circulum valet regressus, quia, B. est. A. est. argumentor igitur q̃a, A. est. B. est & quia, B. est, A. est, ergo de primo ad vltimũ quia, A. est, A. est. Hoc significat illud, quod Aristo. dicit, ponatur, A. loco ipsi9, C. id est, quem ad modũ ex ipso. B. inferebatur, C. ita etiã infertur, A. ergo sicut C. inferebatur ex A. quia ex eo inferebat, B. ita &, A. quod infertur ex, B. inferetur ex eodẽ, A. ex quo ipsũ, B. inferetur: vnde ex se ipso inferetur, & tandẽ demõstrare continget idem per idẽ quod falsum, & absurdum est.

8. ¶ At verò neque hoc possibile.

Hoc est tertium argumentum, quo circulum in demonstrationibus reijcit: supponit vnum, quod dicit ostensum esse. 1. Prior. cap. 22. ex vno termino, aut vna posita propositione nihil inferri necessario, sed opus est tribus terminis, & duobus propositionibus minimis, id est non paucioribus. Ex his autem necessariò sequitur alterum, & probat, siquidẽ cõtingit syllogizare, id est, ex his fit syllogismus, qui necessariò infert, ergo ex duabus propositionibus alterum potest inferri necessariò, modo est argumẽtũ, si circulus est in demonstrando, cum demonstratio sit syllogismus, opus est tribus terminis, & duabus propositionibus, nẽpe, A. b. c. sed circulus in his non potest esse, nisi sunt omnia conuertibilia, cõuerti igitur debẽt, A. b. c. adinuicem, tunc sic, ex tribus terminis conuertibilibus nõ fit syllogismus nisi in primo modo primę figuræ, ergo omnes demõstrationes debẽt fieri in illo primo modo, aliter nõ esset circulus. Præterea essent in terminis conuertibilibus, alias nõ posset circulariter syllogizari: fit enim circulus, quando cum conclusione & conuertente maioris inferimus minorem, vel cum eadem conclusione, & cõuertente minoris inferimus maiorem: vniuersales autem propositiones affirmatiuę nõ possunt vniuersaliter cõuerti, nisi quando termini sunt æquales, & conuertibiles. Ex his concludit argumentum vanum esse asserere, omnium esse demõstrationes, & circulum in omnibus contingere, cum non id fit, nisi in vno modo primæ figurę, & id in conuertibilibus, multo verò plura sint quæ demonstrantur.

Nota cur in 2. & 3. figura non fiat circulus.

Hic oportet notare verba illa, quod in secunda, & tertia figura non est circulus: aut nõ de acceptis explicãt D. Th. & ferè omnes, ob id in his duabus figuris, non esse circulum, quia cum in secũda, vna p̃missa sit negatiua, altera affirmatiua, cõclusio verò negatiua, si volumus circulo syllogizare affirmatiuã, fiet syllogismus ex puris negatiuis, qui inutilis est. In tertia verò cũ conclusio sit particularis, premissę verò, aut vniuersales ambę, aut vna particularis, nõ poterit syllogizari circulo nisi particularis, nõ

vniuersalis, alias enim esset argumentari ex puris particularibus, aut inferre conclusionem vniuersalem ex præmissa particulari: propterea in his figuris non est circulus: at quia aliqua præmissę syllogizatur, nempe negatiua, in secunda figura, particularis verò in tertia, propterea addit. Arist. si circulus fit, non de acceptis fit. Exponunt ergo, non de acceptis omnibus, id est, licet circulus fiat, non tamen ambæ præmissę syllogizantur circulariter. Quãuis possimus exponere, licet in secũda aliquando, vtraque circulariter syllogizetur, hoc fit, mutando negatiuam in propositionem hypotheticam, vt dixit lib. 2. Prior. ca. 6. & illic declarauimus, sed hic circulus nõ est, cũ nõ fit in eisdem propositionibus, sed mutatis propterea dixit, si circulus fit, non de acceptis fit. Hæc est huius capitis expositio.

QVAESTIO. I.

De regressu demonstratiuo.

Explicatur titulus quid videlicet sit regressus.

DVbitatur. An sit regressus in demonstratione: circa quod oportet aduertere, regressum vocari illum syllogismum, quo probamus conclusionẽ, qua ante ipsius premissas probaueramus, vt si quis per interpositionem terræ probat eclypsim, per quam cognouimus ipsam interpositionem: talis regressus etiam dicitur syllogismus circularis, difficultas autem non est, an in eodem genere causę fiat iste regressus, ita vt præmissæ sint talis causa conclusionis, qualis est conclusio præmissarũ, hoc enim fieri non potest, & hoc impugnat Arist. nec est difficultas, an in diuersis generibus causarum possit esse circulus, & regressus syllogizãdo, cùm id manifestum sit: nã demonstrationẽ ex veris, primis, &c. esse probamus, q̃a facit scire, & è cõtra facere scire, quia ex veris, &c. constat, ostendimus syllogizando: nec etiã est difficultas, an syllogismi circulus fiat inter causam, & effectum: cùm sit etiam manifestum, causam per effectum, & iterum eundẽ effectum per causam eadẽ syllogizari aliquando posse: sed difficultas est an cùm talis regressus sit syllogisticus, sit aliqua probatio, & per talem regressum probemus, & cognoscamus.

Ratio dubitandi potissima hæc est, quia cũ præmissæ huius regressus sint probatæ prius per talem conclusionẽ non possunt esse ipsa notiores, & tunc syllogismus inutilis erit, cùm nõ ex notioribus procedat.

Respõs. Auerroistarum.

Ad hanc difficultatem respondẽt iuniores, distinguentes duplicem demonstrationem propter quid, ex Auerr. 1. Cæli, com. 31. & 8. Physi. com. 65. alterã, quæ est causa & esse, id est, per quã ostendimus causam effectus, & simul probamus, effectũ esse: vt potè cũ à causis notioribus nobis ad effectus occultos procedimus, & hæc est potissima demõstratio, alteram, quæ solũ ostendit effectus causam, sed non ipsum esse, & talis est demonstratio tantũ causæ, quæ fit, cum effectum primò cognouimus, ac per eum indagauimus causam, & sic admittunt regressum fieri à causa ad effectum cognitum prius quantum ad esse, sed regressus ostendit causam secundũ quam ignotus erat effectus.

Alia respõs. & verior.

Ad quanuis ista sententia nõ sit spernenda, aliter mihi videtur posse respõderi, & magis ad mentem Arist. ex sententiã potissimũ D. Thom. 2. Cæli. 59. vbi elegantissimè etiam defendit Alexandrum aduersus Simpli. & explicat totam vim regressus demõstratiui. Dico igitur, omnem demonstrationẽ probare effectum esse, & simul illius ostẽdere causam, quod absque vlla distinctione concessit Themist. 2. Posterior. cap. 2. propterea aduerte, quod supra diximus, quanuis existẽtia effectus cognoscatur ante causam, id fit imperfectè & particulariter, at postquã demõstratio accedit, cum vniuersaliter cognoscimus, & certius ac clarius, quod docuit expressè Arist. 1. Post. c. 24. vbi dicit etiã si videremus, triangulũ habere

tres

tres angulos, adhuc demõstrationem quæreremus, quia id non cognoscere-mus vniuersaliter, nisi demonstratione, propterea semper demõstratio effectũ esse probat, licet cũ discrimine, nam aliquando præcessit aliqua cognitio impfecta effectus: dices, si illa cognitio effectus fuit imperfecta, & particularis, cũ per eam peruenerimus in causam, etiã cognitio causæ erit imperfecta: dico, non ita esse, nam illa cogntio effectus fuit via ad causam inuenienda: tamẽ ex ipsa causa inuẽta, & alijs intellectus speculationibus perfectius cognoscimus causam, adeò vt per eam regrediamur ad effectũ vniuersaliter cognoscendum, q̃ ignotum erat ante causam, & hoc de regressu sentio.

¶ Demõstrationis propositiones veras esse, veritate necessaria. Quid sit id, quod dicimus, De omni, quid per se, quid vniuersale.

Cap. IIII.

TEXT.

1 QVoniam autem impossibile aliter se habere, cuius est scientia simpliciter, necessarium vtiq; fuerit scibile, quod est secundũ demonstratiuam scientiam: demonstratiua autem est, quam habemus, eo quod habemus demonstrationem: ex necessarijs igitur syllogismus est demonstratio. Accipiẽdum igitur ex quibus, & qualiũ demonstrationes sunt.

2 Primum autem determinemus, quid dicimus de omni, & quid per se, & qd vniuersale.

3 De omni quidem igitur hoc dico, q̃ sit vtique, non in aliquo quidem in aliquo autem non neq; aliquando quidẽ, aliquãdo autem non: vt si de omni homine animal, si verum hunc dicere hominem, verum & animal, & si nunc alterum, & alterum, & si in omni linea pũctum consimiliter. Signum autem, etenim instantias ita ferimus, tanquam de omni interrogati, aut si in aliquo non, aut si aliquando non.

Per se autem, quæcũque & insunt in eo quod quid est: vt triangulo linea, & lineæ punctum: substantia nanq; ipsorum ex his est, & in oratione dicente quid est, insunt.

Et quibuscunque inexistentium ipsis, ipsa sunt in oratione, quid est declarante, quemadmodum rectum inest lineæ & circulare, impar & par numero, & primum & compositum, & æquilaterum, & altera parte lõgius: & omnibus in his insunt in oratione quid est dicẽte, ibi quidem linea, hic autem numerus. Consimiliter autem & in alijs, talia singulis per se dico.

Quæcunque autem neutro modo in 5
sunt, accidentia: vt musicum, aut albũ animali.

Amplius, quod non de subiecto dicitur alio aliquo, vt ambulans alterũ 6
quid existens, ambulans, est & albũ: substantia vero, & quæcũque hoc aliquid significant, non alterum quid existentia sunt, quòd sunt, quæ quidem igitur non de subiecto, per se dico: quæ autem de subiecto, accidentia.

Amplius autem alio modo, quod qui 7
dem propterea ipsum est vnicuiq; per se, quòd verò non propter ipsum accidens quemadmodum si ambulante fulgurauit accidens: nõ enim propter ambulare fulgurauit, sed contingit, dicimus, hoc si aũt propter ipsum, per se, vt si quid iugulatũ interijt, & secundũ iugulationẽ, quoniam propter iugulari, sed non accidit iugulatum interire.

Quæ igitur dicũtur simpliciter sci 8
bilibus per se sit, vt insint p̃dicatis, aut illa insint subiecti, & per ipsa sunt, & ex necessitate: non enim contingit non in esse, aut simpliciter, aut apposita: vt lineæ rectum aut curuum, & numero impar aut par: est enim contrariũ aut priuatio, aut contradictio in eodem genere, vt par & impar in numeris, in quãtũ sequtur, quare si necesse asserere, aut negare, necesse & per se inesse. Quid igitur de omni, & per se, determinatum sit

sit hunc in modum.

9 Vniuersale autem dico, quod vtique, & de omni fit, & per se, & secundũ quod ipsum. Manifestum igitur, quod quæcũque vniuersalia, ex necessitate insunt rebus.

10 Per se autem & secundum quod ipsum idem: vt per se lineę inest pũctum, & rectum: etenim secundum quod linea, & triangulo secundũ quod triangulũ, duo recti: etenim per se triãgulum duobus rectis æquale.

11 Vniuersale autem est tunc, quãdo in quolibet, & primo mõstretur, vt duos rectos habere neque figurę est vniuersale quamuis est mõstrare de figura, q̃ duos rectos habet, sed nõ de qualibet figura, neque vtitur qualibet figura monstrãs: quadrangulũ enim figura quidẽ est. nõ habet aũt duobus rectis æquales: æquicrus verò habet quidem quodcũq; duobus rectis ęquales sed nõ primò, sed triãgulũ prius Quod igitur quoduis primũ mõstratur duos rectos habẽs, aut quodcunque aliud, huic primò inest vniuersale, & demonstratio per se de hoc vniuersaliter est, de alijs verò quodãmodo nõ per se neque de ęquicrure non est vniuersaliter, sed in plus.

1 ¶ Quoniam autẽ impossibile est, &c.

Cum demonstrationẽ ex veris docuisset esse, nunc vt dicit Them. ex quibus veris procedat, explicare intendit, non enim ex quibuscũq;, sed ex necessarijs demõstratio est: at quia adhuc necessarium multiplex est, quale debeat esse hoc capite explicat, ideoque explicat, quid sit dici de omni, quid per se, quid vniuersaliter: hæc enim ad necessarij cognitionem opus sunt, probat autem ante omnia demonstrationem esse ex propositionibus necessarijs, quia id, q̃ demõstratur, & demonstratione scitur, est necessariũ: at necessarium non demonstratur nisi ex necessarijs, quãuis syllogizari possit, vt dicitur. 2. Prio. cap. 2.

Argumentatur igitur Arist. hoc pacto: quod scitur, aliter se haeere nõ potest, ergo quod demõstratiuè scitur, est necessarium: nam id necessarium est, quod aliter se habere nõ potest: & argumẽtũ esta à superiori ad inferius ex parte subiecti, nã sciri superius est ad sciri per demonstrationẽ: ex parte verò prædicati, à definitione ad definitium, nam non posse aliter, se habere est definitio necessarij, tunc vlterius procedit argumentum, quod scitur demonstratiuè est necessarium, & tale est, quod per demõstrationem fit, ergo demõstratio fit ex necessarijs: infert oportere accipere ex quibus & qualibus sint demõstrationes, dicit ex quibus, propter propositiones: dicit ex qualibꝰ propter quęstionẽ, circa quã est demonstratio, nã omnia necessaria sunt, primo tamen se tria illa, quæ diximus, proponit explicaturum.

¶ De omni quidem igitur hoc dico: 2.

Explicat, id prędicatũ dici de omni. Quid sit prędicatum de omni.
quod omnibꝰ inest inferioribꝰ subiecti & omni tẽpore, vt risibile dicitur de omni homine, quia omnibus inest indiuiduis, & omni tempore, & hoc negatiuè explicat dicendo, quando prædicatum non sic inest, vt quibusdam subiecti inferioribus insit, quibusdam non: vt aliquãdo insit, aliquando non, sed omnibus debet inesse, & omni tempore. Exemplaponit in his propositionibus, omnis homo est animal, & omni lineę inest punctum probat autẽ tale esse dici de omni, nam cum instantia ferimus, id est, cũ redarguere volumus propositiones nõ de omni dici, dupliciter instamus, aut si non de omnibus dicitur prædicatũ, aut si non omni tempore, signum igitur est, vtrumque esse necessarium ad propositionem de omni.

Notat Themist. ca. 9. & D. Thom Aliud esse dici de omni in libris Priorum quod ab syllogizandũ requiritur, quod vocant aliqui prioristicũ: alium dici de omni in libris posteriorum, quod ad demonstrationem quęritur, quod vocant posterioristicum: in illo enim solum vniuersalitas inferioribus subiecti sat est, in hoc

Dici de omni duplex: prioristicũ & posteriorristicum.

in hoc verò alterius opus est vniuersalitate temporis: sed profectò declaratione indiget Themist. nam ad syllogizandum tantum non opus est quod prædicatum insit omnibus inferioribus subiecti, cùm etiam ex falsis syllogizetur, sed sat est, quod vniuersaliter euincietur: vnde tale dici de omni cõsistet in eo quod vniuersaliter prædicatum denotatur inesse subiecto: at in libro isto, quod enuncietur opus est, & etiam quod verò insit & omni tempore, sicut in libro Topicorum requiritur, quod probabiliter insit in libro verò Elenchorũ, quod apparẽter: & hoc nota. Dices: non ne etiam est dici de nullo in hoc libro? dico esse qui dẽ, nẽpe quod de nullo inferiori subiecti dicitur omni tempore, tamẽ quia ex affirmatione facilè constat, vel quia affirmatiuum est præcipuũ, & frequẽtius, illud prætermissum est,

¶ Per se aũt sunt, quæcũque sunt in eo.

Quid sit prædicat. per se.

Explicat modo, quid per se dicatur, ac inquatuor modos distinguit, primus est, prædicata quę sunt de definitione quid dicatiua subiectorũ, per se prędicantur de ipsis, vt linea per se de triãgulo dicitur, nam est de ipsius definitione: triangulus enim est figura plana tribus lineis terminata: similiter punctum est de definitione lineę, est enim linea magnitudo, cuius extrema sunt duo pũcta: itaq; ad istum modum pertinent omnia prędicata, quæ sunt aut definitiones subiectorum, aut partes definitionum, vt genera, differentiæ, & horum partes. Notat autem Themist. quæ dicũtur per se hoc modo includere de omni, vt sit sensus, illa dicũtur per se, quæ cum sint de omni, sunt etiã de quidditate subiecti: nec oportet hic sentire cum Paulo Veneto, qui non solum propositiones has, sed earum conuertentes ad hunc modũ reducit, vt animal est homo, rationale est homo. Alij etiam identicas, & disparatas reduxerunt, quæ omnia sunt præter mentem Aristotelis, qui solum de proprijs propositionibus & naturalibus prędicationibus, quales ad demõstrationẽ sunt aptæ, loquitur.

Primus modus prædicandi per se.

¶ Et quibuscũque eorum quæ insunt.

4. Secũdus modus prædicandi per se.

Secundus modus est eorum, quæ sic insunt subiectis, vt de eorũ definitione sint ipsa subiecta, quales sunt passiones propriorũ subiectorũ, quę per se inesse dicuntur. Notãt hic Philopo. & Them. & benè, q̃ primus modus est prędicandi per se: iste inhærendi per se: propterea dicũt ista, quæ per se inesse dicũtur esse accidentia. Notant etiam ijdem authores hunc modum non includere necessario dici de omni, nam potest accidens dici per se, quamuis non omni insit, vt simul inest naso, & grammaticum homini. Huiusmodi Arist. ponit quatuor exempla, primũ de curuo, & recto, hæc enim per se insunt lineę, ac per eã definiũtur, nam rectum est linea, cuius extrema non egrediuntur à medio, curuum est linea, cuius extrema egrediuntur à medio: alterũ exẽplum est de pari, & impari, quę per numerum definiũtur, vt notum est, tertiũ de primo, & cõposito, hęc enim insunt etiam numero:

Dubiũ. Expoſ. Philop. & Alex.

Sed dubitabis, quid per hæc intellige re oportet? Philop. & Albertus per numerum primum intelligũt eum, qui nõ est ex alio numero cõpositus, qualis est solus binarius, per compositum verò intelligunt quemcũque alium numerũ: at melius cum Alexan. quẽ hic refellit Philopo. & cum D. Thom. dicamus, numerus primus est, qui sola vnitate mẽsuratur, quales sunt binarius, ternarius, quinarius, & alij cõpositus verò est qui alio numero mensuratur, vt nouenarius, qui ternario mensuratur, & similes alij multi.

Expoſ. verior Alexand. & D. Th.

Quartum exemplum est æquilaterũ & altera parte longius. Hæc Alex. dicit esse passiones figurę. Philop. verò melius attendens Aristot. in his exemplis, nõ alia subiecta ponere, quam lineam & numerum, hæc duo posteriora etiã numeris attribuit, quã & numeri aliqui sũt æquilateri, aliq; altera parte lõgiores, vt docent Arithmetici: quãuis possimus pro Alexandro dicere, quod ista sunt quidem in numeris, sed vt numeri faciunt figuras, vel quod nõ ascribantur numero, sed lineæ, nã hęc per linea definiuntur, æquilaterum enim est habens lineas æquales omnes, altera parte longius habens inæquales lineas, & ita figuræ competũt, quæ ex lineis fit. Auerro. sumens ista duo in vniuersali dicit, esse passiones habẽtis latera, sed constat Aristotel. non hęc duo in vniuersali, sed vt numeris insunt, considerasse, & benè dicit Philopon.

Expiſ. cat quartũ exemplũ Arist. secũdũ Philop.

Reijcit explicatio Auerroes.

¶ Quæcunq; verò neutraliter sunt.

Themist. asserit hunc esse modũ tertium per se, secundum quem accidentia dicuntur immediate inesse alicui subiecto, vt color per se, id est, immediatè inest superficiei, mediatè verò, & per accidẽs substantiæ, quæ modum Arist. assignauit. 5. Meta. c. 18. sed profectò ista expositio nõ quadrat textui vt satis clarè indicant exẽpla, albũ nẽpè & musicũ insunt animali, hæc autẽ nõ immediatè inherent: propterea cum Philop. D. Thom. & reliquis dicamus, vt velit Arist. docere reliqua prædicata, quæ nec sunt de subiecti definitione, nec subiecta de eorum definitione, non per se, sed per accidẽs dici, quo pacto album & musicum per accidens animali insunt, non enim de eius definitione sunt, nec animal de eorum definitione: & non sumpsit hominem, nã iam musicum per se illi inesset, cùm homo sit de definitione musici.

¶ Amplius quod nõ de subiecto, &c.

7 Tertius modus per se.

Tertius modus, vt explicãt Themist. D. Thom. & Philop. quos cæteri sequũtur, est per se existendi, vt illa dicãtur per se quæ per se existunt, quod Themist. & Philopo. putant solum conuenire primis substantijs, hæ enim per se existunt, secundæ enim & accidẽtia in primis existunt, licet cum discrimine, nam secundæ substantiæ sunt de natura primarum, non autem accidentia.

Aliter etiam exponit Philo. vt secũdæ substantiæ dicantur etiã per se hoc modo tertiò, quia non dicuntur de subiecto, id est, nõ sunt in subiecto, vt enim, vt per dici de subiecto, intelligamus esse in subiecto. Sed sine dubio dicendũ est hic, illa dici per se, quæ substãtiæ sunt, siue primæ, siue secundę, cũ neutra inhęreat, nec oportet mutare verbũ Aristo. nã nõ dixit, quæcunq; de subiecto dicũtur, sed quę de subiecto alio, id est, diuerso dicũtur, & q̃ verum subiectũ sit, q̃ etiã secũdis inest substãtijs quę non de subiecto alio quodã dicũtur, sicut accidẽtia, albũ, ambulans, ac propterea per se dicuntur. Et hoc notauit, & benè Alber. Mag. hoc tract. 2. cap. 9. & sic notus est tertius modus.

Dubiũ an id rũ conueniat primis vel etiam secundis substantijs. Solutio.

¶ Item alio modo quod quidem propter ipsum, &c.

7 Quartus modus per se.

Quartus modus, vt benè notãt Græci, & D. Tho. cum cæteris, nõ est prędicãdi, sed est inter causam potius & effectũ: licet etiã fiant prædicationes: primus enim modus fuit per se prędicandi, secũdus per se inhęrẽdi, tertius per se essẽdi, quartus per se causandi: vt accuratius cæteris explicat D. Tho. ille enim effectus est per se alicuius causę, quãdo propter ipsam est, vt interire secundũ iugulationẽ est per se effectus iugulati, dicit interire secundũ iugulationem, vt verbam sumatur pro morte illa, quę ex tali causa sequitur: similiter, domificũ est per se est effectus domificatoris, at qũ effectus non propter illud est, per accidẽs ei dicitur, vt ambulanti accidit corruscatio nõ enim quia ambulauit, corruscauit, similiter accidit fodẽti vineã inuenire thesaurum: hoc igitur est per se quarto modo, q̃ propiè ad causam & effectum refertur: & hoc est de modis per se: in quo notacũ Philo. & Themist. & D. Tho. ad initiũ lectionis. 9. non omne de omni esse per se, nã cygnus est albus, coruus est niger, de omni quidẽ sunt, non tũ prædicata per se prædicantur primo modo,

Nota. Nõ omnẽ eã p̃positionẽ quæ

Universidad de Deusto Biblioteca

est ꝑ omni esse per se.

de, nec per se insunt subiectis, cùm nec est de eorũ definitione nec ipsa de accidentium taliũ definitione sint, vt patet, omni tñ & semper insunt. Aduerte etiam alios esse modos dicendi per se, vt patet ex. 5. Meta. c. 18. tñ isti qui hoc loco explicati sunt, videtur magis pertinere ad negotiũ præsens, quanuis non omnes ad demonstrationem apti sint, tertius enim nõ est prędicãdi, propterea non est ad demonstrationem.

¶ Quæ ergo dicuntur in simpliciter scibilibus, &c.

Secundum ferè omnium sententiã, hic Arist. explicat qui modi sint ad demonstrationem apti, quanuis non oẽs æqualiter exponãt. S. Tho. & alij ex Latinis de secũdo intelligũt, hic enim est conclusio, quæ scitur simpliciter, nẽpe in quo de suo subiecto passio ꝑdicatur, & ad hanc vtimur quarto modo, nẽpe in quo passionem de definitione, quæ causa est, prædicamus, vt ad demõstrãdum hominẽ esse risibilẽ, sumimus animal rationale esset risibile. Aliter exponũt alij, & si ea colligamus in quibꝰ penè oẽs alij conueniũt (vt interim omittamus peculiaria dissidia. Themist. Philo. & Auer.) hęc illorũ est sentẽtia: velle Arist. duos modos enarrare, primũ, & secũdũ, horũ enim est vsus ad demonstrandũ, & litera istis videtur fauere, quã aliqui sic vertũt: quæ igitur dicuntur in simpliciter scibilibus per se sic, vt insint prędicatis, aut illa insit subiectis, id est, hæc sunt, quæ ad simpliciter scientiã opus sunt: quãuis hæc verba nõ sint: ita expressa in Græco sermone. Boet. vertit ad literã sic. sicut esse prædicatis aut inesse, illi enim duo infinitiui, esse & inesse, sunt Græcè eiusdem verbi, sed alter est actiuus, alter passiuus: ac si diceret, quæ sic sũt per se vt existãt in prędicatis, id est, sint de eorũ definitione, qui modus est secũdꝰ, & hoc est esse in ꝑdicatis, vel quæ sic sũt, vt ita loquar, vt existãt à prædicatis, id est, prædicata sint de eorũ definitione, qui modus est primus, & hoc est prędicatis inesse: est enim infinitiuus passiuus. Et hoc patet hos duos modos esse ad demonstrationem aptos.

Exposit. D. Tho.

Dubitabis fortè de quarto, nam vtimur eo in demõstratione, vt si dicas, appetenti vindictam sanguis ebulit circa cor, iratus vindictã appetit, ergo irato ebullit sanguis: maior enim est in quarto modo, nã effectus prędicatur de causa propria. Respõdet Philopo. modum quartum non esse ad prædicationẽ, sed ad causalitatẽ, propterea vtilis est demonstrationi, quę ex causa procedit, sed nõ componit ipsam. Quod si dicas, fiunt prędicationes secundum ipsum, ergo demõstrationem componit: posset dici illas prædicationes esse iam in primo aut secundo modo, nam ille nõ est prædicandi.

Dub. de quarto modo per se seruiat demõstrãdi. Sẽtẽtia Philop.

At quanuis ista sit expositio communis, & non spernenda, possemus Arist. interprerari, vt velit hic esse dẽdere: quãdo hi duo modi, nẽpe primus & secundus ad demõstrationẽ simpliciter apti sint, id autẽ fieri, qñ sunt propter ipsũ, & sunt ex necessitate, non enim semper primus est propter ipsum, vt qñ genus, & differentia remota prędicãtur, vt homo est sensibilis, homo est substãtia, non enim his ad simpliciter demonstrandũ, vtimur, similiter non semper secundus est ex necessitate, vt nasus est simus, linea est curua, tunc autẽ ad demonstrationem apta hæc sunt, cum & secundũ se, seu propter ipsa, & ex necessitate sunt: at quia dubium videbatur, qñ secundus modus ex necessitate sit, id explicat dicendo, qñ tales passiones cum oppositione prædicamus, vt linea est recta, vel curua, numerꝰ est par vel impar: sic enim hæc ex necessitate sunt, & probat, nam ista simul iuncta sunt sicut priuationes, aut contraria aut contradictoria respectu ꝓprij subiecti, quę necessariò sub diuũctione affirmãtur. Nota literã par aut impar in numeris secundum quod sequitur, Græcè enim est par,

Expositio Actus & secundus modus per se qñ ad demonstrationẽ ducant.

est par, quod nõ impar, vt sit sensus, in numeris idẽ est dicere, quantum ad cõsecutionẽ, par, & impar, seu nõ impar & impar, vt ergo impar vel nõ impar necessariò de numero prędicãtur, ita etiam par & impar: sic igitur explicatum est, quid de omni, quid per se sit.

¶ Vniuersale autem dico, &c.

9. Quid sit prædicatum vniuersale.

Explicat tertium nempè vniuersale: tunc autem est vniuersale, cũ non solũ de omni: & de per se, sed etiã secundũ quod ipsum est: id autem inest alicui secundũ quod ipsum est: cũ illi primo inest, & immediatè, vt risibile inest homini, & habere duos rectos, triãgulo. est enim per se, homo est sensibilis, sed nõ secundũ quod ipsũ, quia nõ vt homo, sed vt animal, est sensibilis: tale igitur vniuersale est necessarium, id est, hoc est necessariũ, quo in demõstratione vtimur, non enim quodcũq; necessarium ad demonstrationem aptum est, sed quod est vniuersale.

¶ Per se autem & secundum quod ipsum, &c.

10. Soluitur cõtradictio in Aristot.

Modo id quod per se est, secundum quod ipsum asserit esse, in quo apparet cõtradictio, quia videtur discrimẽ inter ista assignasse, imò differũt, vt notat Theoph. aliquid enim est per se, q̃ nõ est secundũ q̃ ipsum & vniuersale, vt diximus, & ita est, sed respondet Philop. non idẽ prorsus esse per se, & secũdũ quod ipsum: habẽt enim se, vt superius & inferius, vt notat. S. Tho. omne enim secundũ q̃ ipsum, est per se, & non econtrà: hic autem voluit Aristo. dicere in aliquibus idẽ per se, & secũdũ quod ipsum: quamuis possimus dicere idẽ prorsus esse per se, & secũdum quòd ipsum, & quod ad vniuersale requiratur aliud, nempe quod insit primò, quod postea subiungit.

11. ¶ Vniuersale autem est tunc, &c.

Explicat quid vniuersale sit exactè, nẽpè cum aliquid primò inest, vt habere tres angulos, inest quidẽ figuræ, sed nõ secũdũ quod ipsum, cum non omni insit: similiter inest Isocheli, sed non primò, cũ non soli, triangulo autẽ inest primò, & vniuersaliter, & huius est demonstratio tanquã vniuersalis, quia potissima est demonstratio, in qua passio cum subiecto conuertitur, vt notat Philopo. reliquæ nõ sunt potissimę, de mõstrationes, in quibus passio cũ subiecto nõ conuertitur. Hæc de interpretatione huius capitis quarti.

QVAESTIO. I.

¶ Quomodo accidentia definiantur per subiectum.

Accidẽtia esse duplicia

VNum oportet hic adnotare circa modum secundum, quo accidentia per sua subiecta definiuntur: accidentia sunt in duplici differentia, quædam quæ consequuntur aliquod subiectum specificum, nec ad aliud se extendunt, intra vnam speciem semper conclusa, sicut risibili, grammaticum, quæ soli insunt homini: quędam alia subiectum commune consequuntur, & genericum, ac multis speciebus insunt, vt color, quantitas, albedo, omnia autem accidentia à subiecto, aut vno, aut altero modo dependent: vt enim nunquàm per se existũt nisi in subiecto, ita neq; eorũ natura est absq; depẽdẽtia à subiecto: illa, quæ à subiecto peculiari depẽdent, habent se in duplici differẽtia, quædã ipsam naturã specificã secundum se cõsequũtur, vt risibili, disciplinabili, hominis naturã secundũ se respiciunt, quædam naturam illã quidem specificam consequuntur, sed non absolutè, nisi vt dispositione aliqua determinatur, vt similitas sequitur nasum, non absolutè, sed cum quadam dispositione.

Hinc oritur latũ discrimẽ inter ista quæ enim sequuntur naturam secundũ se vniuersaliter ei insunt, vt risibile homini: quæ verò naturã cũ dispositione nõ semper vniuersaliter, nisi in his in quibꝰ natura sic est disposita, vt similitas, cæcitas, crispitudo. Prętereà quęse

quuntur naturã secundum se, simplices passiones sunt, vt risibile, disciplinabile; quæ vero naturã dispositã, multæ sunt, & sub disiunctione de natura vniuersaliter prædicãtur, quia variæ sunt dispositiones, vt nasi passiões sunt simitas, æquilinatas, & reliquæ, quarũ singulæ nõ vniuersaliter de naso prædicãtur nisi simul cũ disiũctione: tamẽ, re vera, singulæ habẽt suã determinatam dispositionem in subiecto illo distinctam ab alijs, quæ simul cũ illa specie posset dici adæquatũ subiectum illius: cum tamen non inueniatur nomen, sumimus pro proprio subiecto speciem cõmunẽ & hoc docet Auer. hic dicẽs par per numerũ definire non est per subiectũ proprium, sed per genus definite subiecti, similiter impar, nã adæquatũ subiectũ est ille numerus, qui solũ pares, aut solũ impares continet, quod non est nominatũ: hoc autem, quod dictum est de his, quæ consequuntur speciẽ, dicendũ prorsus de his, quę genus consequũtur: quędã enim naturã ipsius communem respiciũt, & hęc vniuersaliter insunt, & simplicia sunt, vt quãtitas corpus ipsũ sequitur, color mixtũ: & reliqua: quędã non genus absolutè, sed cum dispositione, & hæc varia sunt, secũdũ varias dispositiones, vt albedo sequitur quidẽ corpus taliter dispositũ nigredo, & reliqua similia, quãuis autem multa sint, dispositiones tamen habent proximas determinatas singula.

Nota discrimen.

Est autem discrimẽ inter hæc cõmunia, & illa propria, & particularia, hæc enim cũ vni tantum insint speciei, sẽper propria dicũtur: illa verò quãuis re vera, respectu suorũ subiectorum etiam propria sint, tamenquia multis insunt cõmunia dicuntur. Ex quibus fit vnũ notandum, quoties hæc tam propria, quàm communia de suo subiecto prædicamus, dicũtur per se: per se enim dicitur, corpus est quantũ, mixtum est coloratũ, sicut homo est risibilis, & corpus est albũ, sicut nasus est simus: at cõmunia respectu aliorũ subiectorũ non per se dicũtur, non enim per se dicitur nix est alba, corpus est niger. Sequitur etiã pręterea, vt si exactè velimus vtraque accidentia definire, per sua subiecta definienda sint, vt enim simum per nasum, ita & albũ per corpus: licet hic sit notandũ discrimen: cũ enim in concreto ista definiũtur, per subiectũ in cõcreto loco generis definiũtur, vt simus est nasus curuus, cũ verò in abstracto, per subiectũ in obliquo loco differentiæ definiri oportet, vt simitas est nasi curuitas, quod qua ratione id fiat, alibi est discutiendum.

Accidẽtia sicutè definienda sunt, per sua subiecta debere definiri. 11.

¶ Quod modis circa prædicatũ vniuersale primum errare contingat: quoque modo ipsum verè cognoscatur.

1.

Capitul. V.

TEXT. [Aliquico. le. singulare, aut singularia, sed fortè ea verba aut singularia, addita fuere.

OPortet autem non latere, quod plerunque contingit peccare, & non esse, quod monstratur primum vniuersale, secũdum quod videtur monstrari vniuersale primum. Decipimur autem hac deceptione, quando vel nihil sit accipere superius præter singulare. 2. Vel sit quidem, sed innominatum sit in rebus specie differentibus.

Secũdus error.

3. Vel contingat esse, vt in parte totũ, in quo mõstratur: ijs enim quæ sunt in parte, inerit quidem demonstratio & erit de omni, sed tamen non erit huius primi vniuersaliter demonstratio dico autem huius primi secũdũ quod huius demonstrationem, quando sit primi vniuersaliter.

Tertius error. Exẽplũ tertij erroris.

Si quis igitur monstrauerit, quòd rectæ non coincidunt, videbitur vtiq; huius esse demonstratio, [eo quòd in omnibus est rectis: non est autem si quidem non quoniam sic æquales sit hoc: sed secundum quòd quomodocunque æquales.

[Aliquico. ad priè.

Et si triangulum nõ esset aliud, quã æqui crus, secũdũ quòd æqui crus videretur vtique inesse. Et proportiona

5. Exẽplũ primi erroris.

Exẽplũ secundi erroris. [Multi cod. nõ habẽt illud &.

tionale, quod [& alternatim, secũdũ q̃ numeri, & secũdũ quod lineæ, & secũdũ q̃ solida, & secundum quod tẽpora: quemadmodum & monstrabatur aliquando seorsum, contingẽs vtiq; de omnibus vnica demonstratione monstrari: sed quia non sunt nominatum quiddam omnia hęc vnum, numeri, lõgitudines, tempora solida, & specie differunt à se inuicem, seorsum accipiebatur. nũc autẽ vniuersaliter monstratur: non enim secundum quod lineę, aut secundum q̃ numeri inerat: sed secundum quod hoc quod vniuersale supponunt esse.

6. Propter hoc neq; si aliquis monstrauerit singulum triangulũ demonstratione, aut vna, aut altera, quod duos rectos habet vnũquodq; æquilaterũ seorsum, & gradatim, & æqui crus: nondũ nouit triangulum, quod duobus rectis, nisi sophistico modo, nequevniuersaliter triãgulũ, neq; si nullũ est præter hæc triangulum alterũ: non enim secundũ quod triangulũ nouit, neq; omne triangulũ, nisi secundum numerum, secundum speciem autem non omne: & si nullum est quod non nouit.

Quo pacto cõgnoscatur ꝓdicatũ vniuersale.

7. Quando igitur non nouit vniuersaliter, & quando nouit simpliciter? Manifestũ, quod si idem esset triãgulo esse, & æquilatero, aut vnicuique, aut omnibus si autem non idem, sed alterũ, inest autem secundum quod triangulum, non nouit.

8. Vtrum autem secundum quod triangulũ, aut secũdum q̃ æqui crus inest, & quando secundũ hoc est in primo, & vniuersaliter, cuius est demõstratio? Planũ quod quãdo ablatis interit primò, quẽ admodũ æqui cruri, æneo, triãgulo inerũt duo recti, sed & quod sit aheneum, ablato, & q̃ æqui crus: sed non figura, aut termino: sed non primis. Quo igitur primò? siquidem triangulo, secundum hoc inest & alijs, & huius vniuersaliter est demonstratio.

¶ Oportet autem non latere, &c.

Cum potissimã demonstrationẽ vniuersalis esse ostendisset, nempè cũ passionem de primo subiecto demonstramus, nunc quando in hoc erremus, ostẽdit, nã accidit aliquãdo existimare nos demonstrasse vniuersale, & tamẽ nõ demõstrauimus, quod tripliciter docet accidere, primò quando est aliqua passio alicuius speciei, cuius non est nisi vnum aut alterum indiuiduum, tunc de tali indiuiduo demonstrãtes existimamus vniuersaliter demonstrasse, & non demõstramus, verbi gratia, si quis demonstraret, lunam eclypsari, nempè hanc, quæ vna est, existimans hanc esse primũ subiectum, cum vnica sit, deciperetur, cùm id illi, non vt hæc est, sed vt luna est, & secundum speciem insit. 1. error.

¶ Aut si sit quidem, sed innominatũ sit, &c. 1.

Hic est secũdus error, cum nempè aliqua passio inest multis speciebus propter aliquod commune, quod tamẽ innominatũ est, tũc demõstrãtes de illis, vniuersaliter credimus demõstrasse, sed non ita est, nisi de illo primo demõstretur. v. g. progredi est equo, homini, & multis, non propter specificas rationes nec quia animalia sunt, cum non omne animal progrediatur, inest tamẽ, ꝓpter aliquid commune innominatum, tunc si de his aliquis, tanquam de primis demonstraret, deciperetur. 2. error.

¶ Aut contingat esse sicut in parte. 3.

Tertius error est, cum demonstramus de aliquo toto quod vere est, vt in parte id est, q̃ est inferius illo, de quo demonstrandum est, existimãtes vniuersaliter demõstrasse, quia omnibus inferioribus illius inest, verbi gratia, si quis de viuẽti sensibili demonstraret, quod augetur crederet se vniuersaliter demõstrasse, quia omnibus viuenti sensibili id inest, sed non demonstrat, nã id, nẽpè viuẽs sensibile est pars, scilicet in modo respectu eius, de quo primò demonstratur, nẽpè viuẽtis, cui primo inest augeri: & nota admodũ hanc esse deceptionẽ, quãdo totum sumimus cũ parte, quę vocatur 3. error.

Universidad de Deusto Biblioteca

pars in modo, & demonstrantes de illa parte existimamus demõstrasse primo.

¶Si ergo aliquis monstrabit, &c.

4. Exépla errorũ & pr.terti.

Exempla eorum quæ dixit, proponit, incipit autem à tertio errore, si quis demonstraret, numquam cõcurrere, de lineis rectis ęquè distãtibus, crederet vniuersaliter demõstrasse, sed non demõstrat: nam licet omnibus rectis ęquè distantibus insit, nõ tamẽ quia rectæ sunt sed simpliciter quia æque distãtes, siue rectæ siue obliquæ, vt notat Philopo. siue etiam tortuosæ sint, & nota istum errorem, est enim declaratio nostra, licet exemplum Philopo. etiã partim declaret. Circa literã nota illud verbum: Ni si quidem, esse legẽdum pro, si quidem non vt sit litera absq; parenthesi huiusmodi. Siquidem nõ quoniam sic æquales, fiat hoc, sed quia quomodliobet ęquales, & sic est sensus manifestus.

¶Et si triangulus non esset alius.

5. Exẽplũ primi erroris.

Exẽplum primi erroris ponit: si nullus esset triangulus, nisi Iloscheles, tũc de illo demõstrantes habere tres angulos ęquales duobꝰ rectis, existimarem⁹ vniuersaliter demõstrasse, & non id est, cum non vt Iloscheles est, talis passio ei insit, sed vt triãgulus est. Secũdi aũt erroris exemplum est, si quis demõstret, proportionatim cõmutari de numeris seorsum, aut de lineis, aut de tẽpore, vniuersaliter videtur demõstrasse, quia non est nominatum aliud cõmune propter quod talis passio eis accidat, tamẽ re vera non est demonstratio vniuersalis, non enim lineę, vt linea est, nec numero, vt numerus est id eis inest, hic aduerte commutatam proportionem eã dici, qua sicut se habet primum ad secũdum, ita tertium ad quartum, ita se habet primum ad tertium, sicut secũdum ad quartum. v.g. sicut se habẽt duo ad quatuor, ita sex ad duodecim, ergo sicut se habẽt duo ad sex, ita quatuor ad duodecim. Aduerte illa verba. Nunc autẽ vniuersale monstratur: non mutãda esse, vt pro, Nunc, legamus, nõ, sed sic debent legi, & tunc notat Philopo. quod nunc non dicit tempus, sed sensus: nuc, id est, quando de illo superiori demonstramus, vniuersaliter demonstramus, quamuis possimus dicere sensum esse, nunc quando illud vniuersale non apparet, tanquam vniuersale demonstramus, licet non ita sit.

Cõmutata proportio quę dicatur.

¶Propter hoc nec si aliquis, &c. 6.

Notat hic, quod quãuis de omnibus inferioribus nullo dempto, demonstremus passionem, adhuc vniuersaliter nõ cognoscimus, quousq; de primo demonstremus: vt si de omnibus specie u triãguli, seorsum demonstraremus illã passionem, adhuc secundum speciem non cognosceremus, omnem, id est, nõdum ipsam rationem trianguli communem cognosceremus, & sic non esset demonstratio vniuersalis.

¶Quando ergo nõ nouit vniuersaliter. 7.

Philop. vult Arist. hic exponere, quãdo demonstrãtes de omnibus inferioribus demonstremus vniuersaliter, & quãdo nõ & dicit, quãdo superius nõ est aliud prorsus quam inferiora, tũc demõstrantes de inferioribus vniuersaliter demonstramus, quod in æquiuocis accidit, quãdo verò superius est aliud qd vt in vniuocis, non sufficit demonstrare de inferioribus: sed mihi uidetur Aristotelem probare, quod ille non sciat vniuersaliter, q̃ per inferiora scit, sed sophistico modo, quia si idem esset triangulũ esse, & Isochelem, & reliquas esse, tunc q̃ omnibꝰ inferioribus demõstrat, vniuersaliter demõstraret: cum id non sit, alia est enim ratio superioris & inferiorum: ob id non demonstrat simpliciter, & vniuersaliter, qui de inferioribus demonstrat.

¶Vtrum autem secundum quod est triangulus, &c. 8.

Regula ad cogn. primum subiectũ

Ponit regulam cognoscendi quando est subiectum primũ, & duas partes habet: alteram, quãdo semotis aliquibus à re, adhuc passio illi inest, talia semota nõ erãt illius passionis subiecta prima

vt si

vt si triãgulo ęreo inest habere tres angulos, semoto æreo, adhuc manet passio, etiã semoto ęquicrure, non ergo erant hæc subiecta prima: alterã, q̃ semotis aliquibus, passio aufertur, tũc illud, quo primo semoto proximè aufertur passio, est subiectũ primum: verbi gratia, ablato animali, & etiam ablato homine, aufertur risibile, sed ablato animali nõ aufertur primo risibile, sed ablato homine, homo igitur est subiectũ primũ, similiter ablata figura, aufertur habere tres angulos, sed nõ primò, sed quia aufertur triãgulus: triãgulus igitur subiectum illius primum, & vniuersaliter, id est, primum subiectum & vniuersãle, quo primum ablato aufertur passio

Quomodo sit intelligẽda illa ablatio.

Hanc ablationem oportet intellige re per intellectũ, intellectione enim separamus. Nota pulchram regulã ad res examinãdas, qua vsus est capite de ad aliquid nota literã, quo igitur primò, id est, quo ablato, auferẽ primò habere tres angulos? Resp. si triãgulo nẽpè ablato aufertur illa passio. Est, id est, triãgulus est primũ, & secũdũ cũ inest talis passio alijs inferioribꝰ ipsius.

Dubiũ. An omne vniuersale q̃ demõstrat. sit de omni.

Dubitatur hoc loco, nã sępè demõstramus vniuersale, & illud non est de omni, cũ nõ omni tẽpore sit, luna enim deficit, in hyeme sunt pluuię, & similes affectiones demonstrantur, quæ tamẽ non sunt de omni, cùm nõ omni tempore sint. Aliqui illas, vt aptitudinem dicunt, sumẽdas esse docent, quod falsum est, cùm non secundũ aptitudines demonstrentur secundum actum: propterea dicẽdum, aliqua semper esse & euenire, tripliciter cõtingere: quędam enim dicũtur semper esse, q̃a incessãter sunt, & cõtinuò, vt hominẽ esse risibilẽ: quædam, quia temporibus à natura determinatis nunquã deficiunt, vt lunã deficere, solem oriri, & occidere: quædã, quæ temporibus certis & statutis plerumq; eueniunt, vt pluuias esse in hyeme, & similia: horum omniũ est scientia & demõstratio, vt docet Arist. 1. Post. c. 7. & 24. licet nõ in æquali gradu, & similiter sunt de omni, id est, semper eueniunt, aut sunt, modo tamen quo diximus. & hoc est ad mentem Peripateticorum.

¶Demonstrationem esse ex ijs, quę sunt per se, ac necessarij.

Cap. VI.

TEXT.

SI igitur est demõstratiua scientia ex necessarijs principijs: quod enim scitur, non potest aliter se habere: per se verò inexistẽtia necessaria sunt rebus alia quidẽ enim in eo quod est quid insunt: alijs autem, quę de ipsis prædicãtur, ipsa insunt in eo quod est quid, quorũ alterũ oppositorũ necesse est inesse manifestum q̃ ex talibus quibusdã sit vtique demõstratiuus syllogismus: omne enim aut sic inest, aut secundũ accidẽs: accidẽtia verò nõ sunt necessaria. 1 2

Aut igitur sic dicẽdũ, aut principiũ ponendũ, q̃ demonstratio necessariũ est: & si demonstratũ est: non potest aliter se habere. Ex necessarijs igitur oportet esse syllogismũ: ex veris quidẽ enim est & nõ demonstrantem syllogizasse: ex necessarijs verò nõ est, nisi demonstrantẽ, hoc enim iam propriũ demonstrationis est.

Signum autem, quod demonstratio ex necessarijs: quoniam & instãtias inferimus ad eos, qui existimant demonstrare, q̃ non necesse si existimemus, aut omninò contingere aliter, aut sermonis vtique gratia. 3 4.

Planũ aũt ex his, & q̃ fatui sunt, qui se existimãt rectè principia accipere, si probabilis sit propositio, & vera: veluti Sophistæ, [quod scire est scientiã habere: nõ enim + quod probabile, aut nõ principiũ est: sed [primũ ipsius generis, circa quod monstratur: & verum & non omne proprium. [a quoniam. +a .l. eo quod [a. al. l. quod primum 5.

Quod aũt ex necessarijs oportet esse syllogismũ, manifestũ, & ex his. Si n. qui non habet rationẽ eius q̃ est propter q̃d, existẽte demõstratione nõ est

Universidad de Deusto Biblioteca

sciens: esse autē poſset, vt A. de C. ex neceſsitate eſset. B. verò mediū, per q̃ demōſtratū eſt, nō ex neceſsitate: non ſciuit propter quid, non enim eſt hoc propter mediū: hoc enim cōtingit non eſse, concluſio autem neceſsaria.

6. Præterea, ſi aliquis non ſciuit nunc, habēs rationē, & ſaluus, ſalua re, nō oblitus, neq; prius ſciuerat: corrūpi aūt poſset mediū, ſi non eſt neceſsariū: qua re habebit quidē rationē ſaluā, ſalua re, non aūt ſciuit, neq; igitur prius ſciuerat: ſi verò nō eſt corruptum, contingit autē corrūpi, q̃ accidit, eſset vtiq; poſsibile & contingēs: ſed eſt impoſsibile ita ſe habentem ſcire.

Pal. co. adigitur Pal. l. ſaluus.

7. Quando quidem igitur concluſio ex neceſsitate ſit, nihil prohibet medium nō neceſsarium eſse: propter q̃ mōſtratū eſt: eſt enim neceſsariū & non ex neceſsarijs ſyllogizatū eſse, quemadmodum & verum non ex veris.

8. Quando aūt mediū ex neceſsitate & concluſio ex neceſsitate: quemadmodū & ex veris verū ſemper: ſit enim A. de B. ex neceſsitate: & hoc de C. neceſsariū igitur & A. ipſi C. ineſse. Quādo aūt non neceſsaria ſit cōcluſio, neq; mediū neceſsariū poteſt eſse: ſit enim A. ipſi C. nō ex neceſsitate ineſse: ipſi aūt B. ex neceſsitate: & hoc ipſi C. ex neceſsitate: & A. igitur ipſi C. ex neceſsitate inerit: ſed non ſuppoſitum fuerat.

Quoniā igitur quod ſcitur demōſtratiuè, oportet ex neceſsitate ineſse, manifeſtū, q̃ & per mediū neceſsarium oportet habere demōſtrationē: aut non ſciet neq; propter quid, neq; quod neceſse eſt illud eſse: ſed vel exiſtimabit nō ſciēs, ſi ſuſpicetur tanquā neceſsarium q̃ non neceſsariū, aut neq; exiſtimabit, ſimiliter, & ſi q̃ ſciat per media, & ſi propter quid & per immediata.

9. Accidentiū verò nō per ſe quomodo determinata ſunt per ſe, nō eſt ſciētia demōſtratiua: nō enim ex neceſsitate mōſtrare cōcluſionē: accidēsnāq; cōtingit non ineſse, de tali.n. dico accidēte.

Atqui dubitare fortaſse quiſpiā poſset, cui9 cauſa hęc oportet interrogare de his, ſi nō neceſse eſt concluſionē eſse: nihil enim differt, ſi quis interroga- 10.
t9 quæcūq;, poſtea dicat concluſionē.

Oportet autē interrogare, non tanquàm neceſsariū ſit propter interroga- 11.
ta, ſed quoniā dicere neceſsarium illa dicenti, & verè dicere, ſi verè ſint in exiſtentia,

¶ Si igitur eſt demonſtratiua ſcientia 1.
x neceſsarijs, &c.

Intētio & continuatio Ariſt.

Iuxta Græcorum & Arabum expoſitionē, Ariſt. probat demonſtrationē conſtare ex his quæ ſunt per ſe: ſumit aūt pro mēdio, q̃ ex neceſsarijs procedat, & in eo probādo caput totum explet ſequendo igitur Themiſtij expoſitionem, facit hoc argumentū: quæ ſunt per ſe, ſunt neceſsaria, demōſtratio procedit ex neceſsarijs, ergo ex his, quæ ſunt per ſe. Ariſto. minorē primo loco ponit & probat, q̃ demōſtratiua ſcientia nō poteſt aliter ſe habere, ergo procedit ex neceſsarijs: & ita demōſtratio eſt ex neceſsarijs, maiorē probat, quia quæ ſunt per ſe, aut ſunt de definitione ſubiectorū, aut ſubiecta de definitione ipſorū, ſed hæc vtraq; ſunt neceſsaria, quāuis enim aliquæ paſsiones p̃ ſe non prædicētur neceſsario, tamen ſicū oppoſitis ſumātur, neceſsario prædicātur vt diximus. At poſset quis obijcere, vt notat The. illū. ſyllogiſmū eſse nullum cum in ſecunda figura ex puris affirmatiuis procedat, oſtēdit illam maiorem eſse excluſiuā, nempè tantùm per ſe ſunt neceſsaria, & tunc eſt bona conſequentia, nā æquiualet huic, omnia neceſsaria ſunt per ſe, & tunc ſyllogiſmus eſt in prima figura, probat autē ſic: quę dicuntur, aut per ſe, aut per accidēs dicūtur: at quæ per accidēs ſunt, neceſsaria non ſunt, ſola ergo per ſe, neceſsaria ſunt, quod ſuperius dixit, quæ neutro modo inſunt, accidentia ſunt, & ſic eſt clarus contextus.

Albert. c. 15. mouet dubiū & reponit in terminis conuertibilibus licet q̃ idē eſt.

Dubitat Themiſt. 14. nam aliquod per

Dubiū

per accidēs neceſsarium videtur, vt cygnus eſt albus, coruus eſt niger. Reſpōſ. Themiſ. duplex neceſsarium, alterum ſimpliciter, quod omnibus quibus ineſt neceſsariò ineſt, qualia ſunt per ſe, alterū ſecundum quid, q̃ non omnibus, quibus ineſt, neceſsario ineſt, qualis albedo multis. n. ineſt, quibus nō neceſsario ineſt: ob id igitur talia non ſunt neceſsaria: cum ſolum ſecundum quid neceſsaria ſint.

Solutio.

Nota. Aduerte S. Tho. Egid. Caiet. & alios aliter rationem hanc inducere. nēpè vt velit Ariſtot. probare demonſtrationē procedere ex neceſsarijs & ſumere pro medio, q̃ procedat ex his, quæ ſunt per ſe, tamē melius eſt vt ſequamur expoſitionē prędictū Grēcorū, quanuis Philopo. rationem non ſub illa forma componat, ſed exiſtimet rationem eſse hypotheticā & neceſsariam, quamuis non reducatur ad formam ſyllogiſticam, non enim, vt inquit ipſe, omnis conſequētia neceſsaria ad ſyllogiſmū reduci poteſt. At aptior videtur expoſitio Themiſt. quam prius propoſuimus, licet etiā poſſimus interpretari ſecundum expoſitionem Philopon.

2 Probat Ariſt. demōſtrationē q̃ cedere ex neceſsarijs. 1. Ratio

¶ Aut igitur ſic dicendum, &c.

Incipit probare demonſtrationē ex neceſsarijs procedere, & inquit, aut id ſic dicēdum, id eſt, aut id ſimpliciter abſq; vlla ratione alia fatendū eſt aut ad eius probationem ſupponēdum eſse principium hoc, ſcilicet demonſtrationem, id eſt, concluſionē demōſtrationis eſse neceſsariam, & q̃ demonſtratur nō poſse aliter ſe habere, ex quo habetur primū argumentū: concluſio eſt neceſsaria, ergo procedit ex neceſsarijs, & probatur cōſequētia ex differētia, quę eſt intra demonſtrantē, & non demonſtrantem: qui enim non demonſtrat, ex veris nō neceſsarijs poteſt colligere, vt ſi dicas, omne ambulās eſt animal omnis homo ambulat, ergo omnis homo eſt animal: at qui demōſtrat, ex neceſsarijs procedit, imò hoc demonſtrationi eſt proprium: & nota illud verbum literę, ſed aut, quo frequētius Boetius vtitur prodictione exceptiua, niſi, vel præter.

¶ Signū autē eſt, quod demonſtratio. 3.

Hoc eſt ſecundum argumentum ex ſigno, omnes enim, qui contra aliquam demonſtrationem inſtāt, & non eſse demonſtrationem probare contēdunt, ſic procedunt, probantes quoniam non ſit neceſse, id eſt: q̃ non ex neceſsarijs ſit ſiue revera id ita eſse opinentur, ſiue gratia orationis tātum & diſputationis id velint probare, hoc medium aſsumunt quod non ſit ex neceſsarijs. 2. Ratio

¶ Manifeſtum autem ex his eſt.

Infert eos eſse ſtultos, qui exiſtimant demōſtraſse, dū ex veris & probabilibus procedant, cum non probabilia ſint demonſtrationis principia, ſed propria & prima generi, id eſt, ſubiecto de quo demonſtratur, & hęc neceſsaria ſunt: non autem omne verum aut probabile eſt proprium huiuſmodi & neceſsarium. 4.

Circa literam aduerte primo, illa verba, quoniam ſcire ſcientiam eſt habere non eodem modo exponi, nam. S. Tho. Aegid. & alij ea accipiūt, ita vt ſint ratio ſtultitię illorū, qui ex probabilibus procedētes demōſtraſse ſe exiſtimāt, vt ſit ſenſus, quoniā ſcire ſcientiā eſt habere id eſt, ſcire & demonſtrare eſt ſciētiam habere, ſcientia autem eſt eorum quæ aliter ſe habere non poſsunt.

Expoſi. Philop. & Lincō

At Philopo. Auer. & Lincon. illa intelligunt ita, vt ſint quædā propoſitio vulgatę demonſtrationis, quā Protagoras ſe facere exiſtimabat, ea enim erat, ſcire eſt ſciētiā habere, qui habet aliquid, ſcit quid illud ſit, ergo qui ſcit, ſcit quid ſciētia ſit: hęc enim demonſtratio non eſt, tantū enim probabile illud eſt, qui habet aliquid, ſcit quid illud ſit, non eſt autē neceſsarium: hæc expoſitio eſt magis literalis.

Nota. Ratiōes adcōcluſionis p

Aduerte præterea ad aliquam concluſionē poſse adduci rationes in duplici differētia, vel communes, vel proprias, cōmunes ſunt, quę nō per particularia prin-

bationē addu- ctastum commu nes tum posse es se pro- prias.

principia subiecti illius procedũt, sed per cõmunia, etiã alijs subiectis conue nientia: vt si velis probare hominẽ esse risibilem per cõmunia, sic dices, omne proprium inest suo subiecto, risibile est proprium homini ergo risibile inest ho mini, est ratio cõmunis, quę multis sub iectis inest, per eam enim quęlibet pro pria posset probari: similiter si velis pro bare iustitiã esse bonã, dices sic, à quo remouetur vnã contrariũ immediatũ, illi inest alterum, à justitia remouetur malum, ergo est bona: ratio communis ista est, qua multa alia subiecta ꝓbãtur. Propriæ rationes sunt quæ expeculiari bus subiecti principijs procedunt, vt si hominẽ esse risibilẽ probes, qa est ani mal rationale & iustitiã esse bonã, quia est habitus tribuens cuiq; ꝙ suum est.

No. Om ne verũ non esse propriũ autaptũ demon- stratiõi.

Attẽde igitur demõstrationes semper. ex proprijs procedere, ob id dicitur, nõ omne verũ propriũ est, nec demonstra- tioni aptũ, sunt enim cõmunia vera, ꝓ babilia, & aliquãdo necessaria, non tũ ex eis demõstratio fit, sed ex proprijs.

5. ¶ Quod autem ex necessarijs, &c.

Tertium argumentũ huiusmodi est, syllogismus, quo existente non scimus, non est demonstratio, sed per eũ qui ex necessarijs nõ procedit, non scimus, ergo non est demonstratio, probatur mi nor, quia non cognoscimus propter qd & causam conclusionis necessariæ: & ostẽditur: sit conclusio, omne C. est A. necessariæ sint præmissæ, omne B. est A. omne C. est B. contingentes, poterit medium corrumpi manente conclusio ne, cum sit necessaria, & mediũ contin gens, non est igitur illud causa, nã si cau sa esset, illo ablato auferretur cõclusio at conclusio non tollitur, non ergo tale medium est propter quid conclusionis: vnde concluditur, quod non est demon stratio conclusionis necessarię, medio existente non necessario.

6 ¶ Amplius si aliquis nescit.

4. Ratio

Quartum argumentũ est, supponatur verũ est, quatuor esse causas propter quarũ singulas ignoremus conclusionẽ aliquam quã sciuimus, prima quia ipse homo moritur, & amittit scientiã illam saltẽ eo modo, quo sciebat, altera quãdo res ipsa mutatur & nõ se habet sicut se habebat: tertia quãdo obliuiscimur illius: quarta quãdo perit ratio qua illã cognoscebamus, at quãdo hęc quatuor sunt, absque dubio rem scimus, & non scire, est argumẽtum aliquid ex his de esse. tunc argumentor, habeat aliquis demonstrationẽ quod homo sit animal per medium contingẽs, quia omnis ho mo ambulat, si iste scit, pone casum vt non ambulet, tunc peto an sciat, clarũ est quod non, cum non sit medium: tunc est argnmentum, manet iste viuus, ma net res eadẽ, scilicet homo est risibilis neq; est oblitus, & ratio perseuerat, qa syllogismus adhuc est, & non scit cũ his, ergo profecto ratio deest, quę cũ sit ea dem, sicut per eam modo non scit, nec per eam ante sciebat, etiam medio non destructo: si enim illa esset ratio, sẽper per eam sciret, cum eadẽ ratio maneat quod si dicas mediũ non esse corruptũ quando scit: potest tamen corrũpi sine dubio, quod accidit, & conclusio etiam erit contingẽs, sicut medium, hoc autẽ non est scire.

7. ¶ Cum igitur conclusio quidem, &c.

Explicat qualiter syllogizando necessariũ se habeat, ac tria principia statuit primum est: Nihil prohibet conclusio nem esse necessariam, & medium contingẽs per quod monstrata, id est, syllo gizata est, & probat, vt enim verum ex non veris, ita & necessarium ex non ne cessarijs inferri potest: hoc intellige nõ de demonstratione, sed de syllogismo, quo ad illationem. Secundum princi pium: Si præmissę necessarię sunt, con clusio necessaria erit, probat ex princi pio dici de omni. si enim omne B. necessario est A. & omne C. necessario est B. etiã omne C. necessario erit A. Tertiũ, Cum conclusio non est necessaria, prę missę non erunt necessarię, hoc probat

Necessa riũ posse colli- ex nõ ne cessari- is nõ au tẽ demõ strari.

ex se

ex secũdo principio, detur enim conclu sio non necessaria C. est A. præmissę ve rò B. est. A, C. est B. necessariæ, tũc per secundum principium, si prę missæ sunt necessariæ, conclusio erit necessaria, & per se erat non necessaria, erit ergo ne cessaria & non necessaria, quod est im possibile.

8 Quoniã igitur si scit demõstratiuè, &c.

Concludit iam, vt notat Philop. nem pè demonstrationẽ esse ex necessarijs, dicitq; cum id: quod demonstratiuè sci tur, sit necessariũ, oportere vt sit ex ne cessarijs demonstratio, & per medium necessarium: aliter enim nec quia, nec propter qd, id est, nulla demõstratione cognosset, quare cõclusio nõ erit necessaria, nisi sciat nẽpè ꝓ propositiones ne cessarijs: sed si existimat propositiones esse necessarias, & non sunt, tunc opina bit se scire & demonstrare, & reuera nes ciet, quia nõ sunt necessariæ; si verò non sũt necessariæ, nec existimat esse necessarias: tunc nec sciet: nec similiter opinabitur se scire: ac si in his dicat adeove rum est demonstrationem ex necessrijs procedere vt nullus opinetur se demon strare & scire, nisi simul ex necessarijs opinetur se demonstrare: ꝙ si non opinetur ex necessarijs procedere, non opinabitur se scire: ꝙ si opinatur esse ne cessaria, & non sunt, opinabitur se scire sed non sciet, & hoc, siue procedat per media, id est, mediata, siue ꝓ immedia ta & propter quid. Auerte per demon strationẽ quia, intelligi demonstratio nẽ quæ ab effectu procedit, per demon strationem propter quid, quę à causa, de quibus infertus dicemus.

9 ¶ Accidentium autem, &c.

Quia accidentia aliqua necessariavi debãtur qualia sunt inseparabilia, quo rum non est scientia nec demonstratio ne erremus, vt notat Themist. Philop. docet solius accidẽtis illius esse demon strationẽ, ꝙ per se est eo modo, qui de finitus est cap. 4 ac propterea dicit non esse scientiã illius, quod contingit non inesse: sub quo verbo etiã inseparabilia comprehẽdit, ad differẽtiam propriorum: & probat horum non esse scientiã quia non sunt necessaria, quod postea discutiemus in fine capitis.

10. ¶ Et tamen ambiget fortasse, &c.

Obiect.

Objicit his quæ dixit de accidẽtib9, si enim necessaria nõ sunt, nihil ex eis ne cessariũ cõcludetur, vt qd igitur ex istis syllogizamus, & de istis respõdẽti inter rogat. ões facimus, cũ nihil magis ex in terrogatis necessariũ sequaturq; si quas libet ꝓpositiones ad libitũ sumeremus: & hoc significãt illa verba: differt enim nihil si aliquis interrogatus cõtingẽtia id est, quęuis, postea dicat conclusionẽ: vt benè interpretatur Philop. hic enim est sermo de dialectico, qui ex probabi libus & cõtingẽtibus procedit, ac de eis suas facit interrogationes, quę videtur superflua, si nihil necessariũ ex datis cõ cludendum sit circa literam nota illud cuius causa hęc oportet interrogare de his, id est, quare hęc accidẽtia petimus vt per ea cõcludam9, & nostras faciam9 conclusiones de his, id est, de accidẽti- bus eisdem, cùm non sint necessaria.

11. ¶ Oportet autem interrogare.

Respondet circa accidẽtia nos vti in terrogatione, non vt quicquã necessa- riũ concludatur, sed vt necessario con cludamus, & ex datis & concessis à respõ dente, ipsum ad concedendã conclusio nẽ conuincamus, & si concessa sunt ve ra, etiã ad conclusionẽ veram admittẽ dã compellamus, ac propterea nõ est in utile interrogare: in quo duplex necessi tas, vt notat Philop. insinuatur, & illatio nis seu secundũ consequẽtiã, & similiter consequẽtis, seu secundum rei naturã. Est enim aliud cõclusionẽ esse necessa riã, aliud inferri necessario, vt alibi di ximus. Vult autem Arist. in hoc docere necessitatẽ demonstratiuam non solã esse secũdum illationem, hæc enim in accidentibus etiam inuenitur, sed etiã absolutam, quę dicitur necessitas con sequentis, Hæc de capite sexto.

Necessi tatẽ aliã esse cõse quentiæ aliã con sequens.

QVAE

QVAESTIO. I.

¶ Circa caput sextum.

1.Argu. ADuersus ea, q̃ in textu continẽtur est argumentum primũ, dicit enim propriũ esse demõstrationi ex necessarijs ꝓcedere: cõtra hoc argumẽtor: nã sunt syllogismi ex necessarijs procedentes qui tñ demõstrationes nõ sunt, vt patet in his, quę ex effectibus procedũt vt cum animalia corruptibilia esse, ex eo quod senescãt probamus: & iguem esse, quia cineres sunt: similiter quãdo ex signis certis procedimꝰ, vt lac habere, probat peperisse: & esse fructus, arborẽ floruisse conuincit: hęc omnia necessaria sunt, tamen demonstrationes non sunt, cùm non ex causis procedant, non ergo hoc demonstrationi est proprium.

2.Argu. Secundo contra rationem tertiã argumentor, probat enim conclusionẽ necessariã non scire propter quid per medium contingens, quia cum hoc possit non esse, non erit causa eius, q̃ necessarium est: hoc videtur falsum, nam contingens potest esse causa necessarij, vt patet si vulnꝰ aliquod letale infligatur equo, est causa, & contingens, quod equus nunquam amplius viuat, hoc autem necessarium est, ergo contingens est causa necessarij.

3.Argu. Tertiò ex illis quatuor, quæ ad scientiam sunt necessaria, videtur, vt non sit obliuio, necessariũ non esse, nã si quis rationem habet oblitus non est, non ergo oportet addere, quod rationem habeat & obliuio non sit: imò vlterius videtur falsum quod sciẽtia destruatur per mortem, cum maneat anima immortalis quæ scire possit.

4.Argu. Quarto videtur cõtradictio expressa in dictis Arist. hic enim dicit quod nec quia, nec propter quid per contingens possumus cognoscere necessariũ, ar. 2. Prior. cap. 2. dicit: per falsum, verũ colligi quia, sed non propter quid.

5.Argu. Quintò sunt accidentia, quæ non sunt per se, tamẽ non contingunt separari, ergo falsum docet, quę non sunt per se, contingere nõ in esse, probatur antecedens, de albedine quæ inseparabiliter inest cygno, vt & nigredo coruo.

Circa primum oportet aduertere rationes quæ inferũt conclusionẽ necessariã, se habere in duplici differẽtia, quędam simul probant necessariã conclusionẽ, & causam ostendunt, propter quã est necessaria, & istę sunt potissimæ demõstrationes, de quibus ꝓcipuus sermo in præsenti est, quæ ꝑ proprias causas procedunt: quædam sunt quę conclusionem necessariã probãt, sed non dant causam quare necessaria sit huiusmodi sunt illę, quæ per causas remotas procedũt, vt omne animal rationale est vegetatiuum, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est vegetatiuus. Similiter sũt illę quę ab inferioribꝰ ad superiora procedũt, vt omne animal est substãtia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substãtia. Similiter sũt illæ, quæ ab effectu procedunt. vt omne risibile est animal rationale, omnis homo est risibilis, ergo oĩs homo est animal rationale. Itẽ sunt illę, quæ à signo sunt vt omne quod orbiculariter illuminatur, est rotũdum, luna orbiculariter illuminatur, ergo est rotunda.

1.Fund. Rationes quibus necessaria cõclusio colligit, partim causãtrasdere cur sit cõclusio necessaria partim verò non tradere.

Nec existimes idẽ esse signum & effectum: superius enim est signum, nam & causa signũ dicitur aliquãdo, vt Iris est signũ pluuię, & causa materialis, similiter aliqua signa sunt quæ nec causa, nec effectꝰ sunt propriè, vt la- [illegible] signum est quod peperit: & fructꝰ habere, quod arbor floruit, quę nec causa, nec effectꝰ vnum alterius dicuntur.

Notandũ & effectꝰ differunt.

Aduerte secundo ex Arist. 1. Rheto. ad Theod. ca. 2. duplex esse signũ, quoddã necessariũ, & insolubile, q̃ Græcè dicitur tecmirion: quoddã probabile, & solubile, q̃ dicitur non habere proprium nomen. Illud insolubile & necessarium est, quod semper infert signatũ, nec deficere contingit, vt, cineres, & fumꝰ sunt signa necessaria ignis & arteriã mouerii inordinate, signũ aduersæ valetudinis, & hoc dicit pulcherrimum signum esse, & scientiã efficere in Rhetori. ad Alexã. ca. de signo. Illud necessariũ nõ est, sed probabile, quod nõ indicat necessario rem, vt esse pallidũ, est signum probabile, q̃ aliquis fuerit timore perterritus, non necessariũ: & hoc dicit inducere opinionẽ in Rheto. ad Alex. Ex hoc signo clarum est fieri Topica argumenta: at ex illo signo necessario, q̃ aliqui signũ necessarium, vestigium, & indiciũ vocant, argumẽta trahimus eu pliciter, vno modo, probantes rem cõtingentẽ, necessario tamẽ, quoties sub tali signo cõtingẽtia subsumimus, vt, is habet febrim cui arteria inordinatè mouetur, sed mouetur Socrati, ergo habet febrim: cõclusionẽ contingentẽ necessario ex signo probamus, quia cum minori nõ necessaria cõiungimus, quomodo Rhetor. vtuntur etiam necessarijs: licet Quintilianus li. 5. talia signa necessaria ab arte probabiliũ sine ratione reiecerit, & talia argumẽta. Topica sunt, nec ex necessarijs procedũt, cũ nõ oẽs propositiones necessarię sint. Altero modo cõclusionẽ necessariam, ꝓbamus, cũ etiã sub eis subsumimus necessariũ, vt q̃ orbiculariter illuminat: rotũdũ est, luna orbiculariter illuminatur, ergo est rotũda, totũ est necessariũ & de syllogismo à signo loquimur dicẽtes probare cõclusionẽ necessariã, sed non dare causam, quare sit necessaria.

Signo necessario quõ res contingens necessario quãdoq; probet, quomodo aliq̃do res necessaria.

Aduerte tertio dubiũ esse, an hi syllogismi, qui non per causã propriã conclusionẽ necessariam probãt, demonstrationes sint: si enim nõ sunt, quomodo ex necessarijs procedũt, si aũt demõstrationes, quomodo nõ exproprijs causis probãt? Philo. 1. Post. ca. 3. cõ. 15. vocat eos syllogismos, qui ex huiusmodi signis necessarijs & effectibus procedũt, demonstrationes cõiecturales, quasi nõ perfectè demõstrationes. Alex. 1. Top. ca. 1. dicit, tales syllogismos posse dici demõstrationes, cũ ex necessarijs sint, posse aũt dici topicos, quatenꝰ dialecticꝰ ex his, aut ex probabilibus procedit, sunt enim loca dialectica etiã necessaria, vt à definitione, à definito, à proprio, genere, &c. sed his dialecticus tanquam probabilibus vtitur.

3.Fund.

2.Fund. duplex signum.

Mihi in hoc videtur dicendũ omnes illos syllogismos, ꝑter eũ, qui à propria causa ꝓcedit, esse imperfectas demõstrationes, quas oẽs vocat Ari. quia, seu q̃ est, quasi declarãtes & ꝓbantes rẽ esse necessariã, nõ ostẽsa propria causa: & in hoc loco, cũ dicit demõstrationi esse propriũ ex necessarijs procedere cõprehendit vtramq; tã quia, quã propter quid: & hoc patet, nã paulò inferiꝰ dicit, meditũ cõtingẽs nõ posse esse conclusionis necessariæ, nec in ratione q̃a nec propter quid: & sic soluitur argu. 1.

Soluit. 1.Argu.

Ad secundũ laborat Aegidius respõdẽdo, adducit tres solutiones, prima q̃ vulnus est causa solius mutationis & corruptionis equi, q̃ nõ est necessaria cũ iã trãsierit: dicit secũdo, q̃ vulnus ꝑ accidẽs est causa mortis, q̃a nõ intendit corruptionẽ, sed generare formã cadaueris, & hęc nõ est necessaria, tertio dicit, q̃ nõ est necessariũ, q̃ equus sit semper mortuus, q̃a potest redire, non idẽ numero, sed idẽ specie, cũ ex illius materia possit alius generari equus.

Ad. 2. solut. Aegidius.

Sed profectò in re facili nõ opus erat cumulare tot solutiões, dico igitur, aliud esse causã rei, quę est necessaria: aliud esse causam, quòd sit necessaria: cõtingens facit rẽ, quæ est necessaria: vulnus enim fecit equũ esse mortuũ, q̃ necessariũ est, postquã factũ est, sed nõ est causa q̃ sit necessarium, nã ab alijs causis prouenit q̃ id necessariũ sit, nẽpe q̃a idẽ numero corruptũ nõ potest materiãeandẽ informare, vel quia idẽ tẽpus non potest restituì: per accidens ergo est cõtingens causã necessarij, nõ per se: cũ ergo in demonstratione, non per accidẽs causas, sed per se indagemꝰ, nunquã cõtingẽs necessariũ demõstrat: & sic soluitur argumẽtũ secundũ.

Solutio auctoris Contingens efficere rẽ necessariam sed nõ vt sit res necessaria.

Ad

Ad.3.ex Philop. Ad tertiũ respondet Philop. solum tria annumerasse, nẽpe, rationẽ, q̃ res sit, & subiectũ sit, illud aliud sub his includitur, est probabile. At alij illud, nẽpe nõ esse oblitũ distinguunt ab alijs, & tunc respõdet Aegidius, quòd potest quis habere rationẽ cõclusionis, & oblitus esse cõclusionis, cum non illam rationẽ applicat conclusioni, licet verum sit, si ration ẽ applicatam habet, non posse oblitum esse: vtraque expositio est bona & textui quadrat.

Ex Aegi

Ad aliã part. ar. Animã rationalem non esse mortalem. Scientia quosensu intelligitur, homine coqui habuit mortuo.

Ad aliam parte dico, non esse colligendũ ex hoc textu, secundum mẽtem Aristot. animam rationalem esse mortalem, quod falsum est, vt euidẽter ex alijs locis Arist. suo loco deducemus, vtq; docent Theoph. Themist. Simp. Philop. Ammo & præstãtissimi quique Arist. interpretes, solũ enim voluit dicere, q̃ quãdo homo moritur, licet maneat eadẽ scientia in anima: tamen iam est alius modus cognoscẽdi, qa non intelligit abstrahẽdo à phãtasmate, sicut quando erat in corpore, vel q̃ iam illa scientia nõ est hominis, cũ homo sit cõpositũ, quod moritur: scientia verò quãtũ ad substãtiam, & cognitionẽ, manet in anima, modo cognoscẽdi mutato.

Ad.4. Ad quartũ dicitur q̃ dupliciter se habet per, quia syllogizamus, vno modo, quantũ ad illationem, & sic ex falso verũ inferimus, q̃ dicitur. 2. Prior. altero modo quantũ ad probationẽ, & sic nullũ falsum verũ probat, nec cõtingẽs necessariũ, & hoc est, quod hic dicitur.

Ad.5.ex Philop. Ad quintũ Philop. in præsenti duas adhibet solutiões, altera est, quod cornu potest separari à nigredine per intellectũ, nõ aũt homo à risibilitate: sed hæc solutio non est exacta: nã sicut de natura hominis risibilitas: vtrũq; ergo subiectũ potest ab accidenti separari.

ExThemist. Altera solutio est etiã Them. c.14. q̃ albedo de se non est necessaria, & dicitur posse separari, qa nõ omnibus, quibꝰ inest, necessario inest, & inseparabiliter: sed adhuc dubia est solutio, quia saltẽ respectu cõrui est necessaria, & de illo nigredo demonstrari posset.

Ex Aegidius. Aegidius dicit, aliter se habere passionẽ aliter ipsum accidẽs inseparabile, nã subiectum accidẽtis huius potest absq; eo intelligi, & cũ opposito cõiungi sine implicatiõe, possumus enim cornũ albũ imaginari, nec erit repugnãtia destruens naturã: at hominem absq; risibilitate possumus intelligere, & cum opposito risibilitatis minimè, quia esset implicatio: & ita interpretatur, quomodo tale accidens cõtingat non esse, & nos supra Porphyrium ita sensimus.

Ex Alb. At ad mentẽ præsentem Aristoteæstimo esse dicendũ, cum Alberto tract. 2. c. 15. illa dici necessaria, quę vel sunt de essentia subiectorũ, vel subiecta sũt de natura ipsorũ, qualia nõ sunt ista inseparabilia q̃ si petas rationem horũ, dicã, quia aliter non possunt de subiecto demonstrari, nã si albedinem de Cygno demonstras, nõ nisi per aliquid albedinis demõstrabis, tũc: cũ hoc etiã sit in Cygno, & non sit eius natura quomodo de Cygno demõstrabitur, nisi ipsa natura sit causa? nota ergo, quare nõ sit demonstratio eorũ, quæ inseparabiliter insunt, nisi per se insint, atque hæc de quæstione hac satis sint.

¶ Demonstrationẽ ex proprijs cõstare oportere, quia est ex ijs, & de ijs, quæ sunt per se, neq; licere ex alio genere trãscendentẽ monstrare.

Cap. VII.

TEXT. 1. Auer. in media expositione explanatione horũ textuum vsq; ad.6. seriẽ Arist. variat q̃ca usam præbet dubitandi.

QVoniam autem ex necessitate insunt circa vnunquodq; genus, quæcunque per se insunt, & secũdum quod vnunquodque, manifestum quod de ijs quæ per se sunt, sunt essentiales demõstrationes, & ex talibus sunt.

2. Accidentia enim non sunt necessaria. Quare non necesse est cõclusionẽ scire propter quid est, neque si semper esset, non per se autem: veluti per signa syllogismi: quod enim per se, non per se sciet, neque propter quid propter quid aũt scire, est per causam scire. Propter ipsum igitur oportet & mediũ tertio, & primum medium inesse.

3. Non igitur est ex alio genere transcẽdentẽ monstrare, vt geometricũ arithmetica. Tria enim sunt, quæ sunt in demõstrationibus. vnum quidem; quę demonstratur, ipsa cõclusio: hoc autẽ est, quod inest generi alicui per se, vnum autem, dignitates: dignitates autem sunt ea, ex quibus, tertiũ genus ipsum subiectum, cuius passiones & per se accidentia declarat demõstratio. Ex quibus q̃dem igitur demonstratio, contingit eadẽ esse: quorũ autẽ genus alterũ, quemadmodum Arithmeticæ & Geometrię, non est Arithmeticam demonstrationẽ coaptare ad accidẽtia magnitudinibus: nisi magnitudines numeri sint. Hoc aũt vt contingit in quibusdam, posterius dicetur. Arithmetica verò demonstratio semper habet genus circa quod demonstratio, & aliæ consimiliter.

4. Quare aut simpliciter necesse est idẽ esse genꝰ, aut aliquo modo, si debet demonstratio transcendere: aliter verò, q̃ impossibile, manifestum, ex eodẽ enim genere necesse est extrema & media esse: namq; si non per se, accidentia erũt.

5. Propter hoc Geometrię nõ licet monstrare, quod contrariorum vna est scientia, sed neque quod duo cubi cubꝰ, neq; alij scientiæ, quod alterius.

6. Nisi quæcunque ita se habẽt inter se, vt sit alterum sub altero, vt perspectiua ad Geometriam, & Harmonica ad Arithmeticen.

7. Neque si quid inest lineis, nõ secũdũ quod lineę, & secundum quod ex principijs proprijs: vt si recta pulcherrima linearum: aut si in contrarium se habet ipsi circumferentiæ: non enim secũdum quod proprium genus ipsorũ est, sed secundum quod commune aliquod.

8. Caput hoc exponit. Manifestum autẽ, & si fuerint propositiones vniuersaliter, ex quibꝰ est syllogismus, quod necesse & conclusionẽ perpetuã esse huiuscemodi demõstratiõis, & vt simpliciter dicam demõstrationis. Them. poster. octauũ in ca. suis. 18. & 19. q̃ non nihil reddit ambiguitatis. ✝ al l. vtiliter.

9. Non est igitur demõstratio corruptibiliũ, neque scientia simpliciter, sed ita sicut secundum accidens: quoniam non ✝ vniuersalis ipsius est, sed aliquando, & quodammodo.

10. Quando autẽ sit, ✝ necesse est alterã non vniuersalẽ esse propositionẽ, & corruptibilem, corruptibilẽ quidem, quoniam & cõclusio, existens, ✝ non vniuersalem autem, quoniam hoc quidẽ erit, illud vero non erit, in quibus est: quare non est syllogizare vniuersaliter, sed quod nunc. Ali. cõ. ad ꝓpositionẽ.

11. Consimiliter autem se habet & circa definitiones: quoniam definitio est, aut principium demonstrationis, aut demõstratio positione differens, aut conclusio quædam demonstrationis.

12. Eorum verò, quæ sæpè fiunt, demonstrationes, & scientiæ, vt lunæ defectus, manifestũ, q̃ secundũ quod quidẽ tales sunt, semper sunt secuudum q̃ verò non semper, secundum partẽ sunt. [quẽadmodum autẽ defectus, cõsimiliter alijs.] Co: Argy. nõ habet hæc verba.

13. Quoniam aũt manifestum quod vnũ quodq; demonstrare non est, nisi ex vniuscuiusq; principijs, si quod mõstratur insit secundum q̃ illud, non est scire hoc si ex veris, & in demõstrabilibus mõstratum sit, & immediatis. Est enim sic monstrare, quẽadmodũ Bryso quadraturã: secũdum cõmune enim monstrãt tales rationes quod & alteri inerit: quo circa & in alijs coaptabuntur rationes nõ cognatis: igitur nõ secundũ quod illud scit, sed secuudũ accidẽs: neque.n. coaptari posset demonstratio & in aliud genus.

14. Vnumquodq; autem scimus non secũdum accidens, quando secundũ illud cognoscamus, secundum q̃ inest ex principijs illius, secũdũ quod illud, vt duobus rectis æquales habere, cui inest per se, quod dictum est, ex principijs huius.

15. Quare si per se & illud inest, cui inest, necesse est mediũ in eadẽ cognatiõe esse: si verò nõ, sed quẽadmodũ Harmonica per Arithmeticã Talia autem mon

Universidad de Deusto Biblioteca

strantur quidem similiter: differunt verò, ipsum enim quod, alterius scientię, subiectum namq; genus alterũ: ipsum vero propter quid, superioris, cuiq; per se passiones sunt.

16. Quare & ex his manifestum, quod nõ est demonstrare vnũquodq; simpliciter nisi ex vnuscuiusque principijs.

17. Sed horũ principia habẽt cõmune. Si verò manifestum est hoc, manifestum & quod nõ est vniuscuiusq; propria principia demõstrare: erũt.n. illa omniũ principia, & sciẽtia illorum nomina omniũ.

18. Et namq; magis scit, qui ex superioribus causis scit: ex prioribus.n. sciuit, cũ ex non causatis sciat causis: quare si magis sciuit, & maximè: & si sciẽtia illa esset, & magis, & maximè.

19. Demonstratię autem non coaptatur in aliud genus: nisi vt dictum est, geometricę in perspectiues, aut mechanicas, & arithmeticæ in harmonicas.

20. Difficilè aũt est cognoscere, si sciuit, aut non: difficile est enim cognoscere, si ex vniuscuiusq; principijs scimus, aut nõ quod est scire: existimamus autem, si habeamus ex veris quibusdã syllogismũ, & primis scire, hoc aũt non est, sed oportet primis cognata esse.

¶ Quoniam autem ex necessarijs, &c.

1. HOc capite duo præcepta demonstrationis traduntur, alterum, demõstrationẽ ex proprijs principijs subiecti procedere, alterũ, esse incorruptibilium, & eorum quę mutari nõ possũt. Repetit igitur initio capitis demõstrationem esse ex his: quæ per se sunt, vel quia id interruptum erat probando ex necessarijs esse, vel quia vt notat Phil. adiungit aliud, quod prius non dixerat, nempe demonstrationem esse ex necessarijs, proprijs, & peculiaribus cuiq; subiecto, de quo fit demõstratio: vnde Enthymema facit: quæ sunt per se, insunt ex necessitate cuique subiecto, & secundũ quod tale est, id est, propriè & peculiariter: ergo demõstratio est ex his quę per se sunt: addẽda est maior, ex talibus enim necessarijs demõstratio fit, sicut superius dixerat.

¶ Accidẽtia.n. non necessaria sunt, &c. 2.

Infert, qui per accidẽtia procedit nõ scire propter quid, cũ non sint necessaria, hoc autem iam superius declaratũ est, imò, inquit, etiam si per ea quę semper insunt procedat, nisi sint per se, non demonstrat, nec scit causam & propter quid, sed quod est per se, id est, cõclusionem necessariã non scit per se, idest per causam, quales sunt illi syllogismi, qui per signa procedunt, hi enim non sunt per causam, nec demonstrant, quia non ex per se procedũt. Dices, quomodo fit hoc? nonne iste est à signo, & effectu, omne risibile est animal rationale, omnis homo est risibilis, ergo omnis homo est animal rationale: tamẽ ex his, quę per se sunt.proceda, hoc enim de signis necessarijs oportet intelligere, vt superiùs declarauimus dico Arist. loqui generaliter, & de eo quod euenit cõmuniter, vt talia signa necessario inferãt, sed nõ per propositiones vtrasq; necessarias &, per se, plurimũ.n. mirores nõ sunt per se, vt si dicas, cui inordinatè mouet pulsus, is febri laborat: Socrati inordinatè mouet: ergo laborat: ac propterea dicit Arist. non ex per se procedere, quod demonstrationẽ est necessariũ, nempe vt vtraq; propositio sit per se, & cum id optimè cõcludit, oportet primũ medio & mediũ extremo propter ipsum, idest, per se inesse, ac si dicat: vtraq; propositio debet esse per se in demõstratione quod si aliquando id in signo accidit, id rarò, & per accidẽs est, nec talis est propria demonstratio, cũ non ex causis procedat.

¶ Non ergo est ex alio genere, &c. 2. Præceptũ notandũ quod nõ sit transiendum de genere in genus.

Proponit primum præceptum, nempe non licet demonstranti, transire genera & subiecta, id est, nõ possumus passiones vnius generis de alio demonstrare, nec demonstratione vnius scientiæ conclusionem alterius scientiæ demonstrare, sed ex proprijs cuiusque principijs proprias passiones probare. Sunt autẽ tria

tria in demonstrationibus, dignitates & principia, quæ sunt fundamẽta demõstrationũ, est subiectũ genus, de quo demonstramus, est passio quã vocant conclusionem, tanquam conclusum & probatam de genere: inter hæc tria nihil prohibet dignitates esse eadẽ in diuersis scientijs, nã illa vulgata principia per se nota, cõmunia sunt Geometris, Arithmeticis, & reliquis: at passiones particulares sunt cuiq; scientię, sicut & subiecta: vt enim numerus, & magnitudo diuersa sunt, ita etiã & quę eis accidunt, si enim eadẽ essent, similiter numerus, & magnitudo eadẽ essent: hinc fit, vt arithmeticã demõstrationẽ nõ sit cõuenire, id est, applicare in accidẽtia magnitudinibus, id est, ad passiones magnitudinũ, vt sit ratio hæc scientię quę habẽt diuersa subiecta, diuersas habẽt passiões, non ergo passiones vnius subiecti per principia alterius scientiæ, quæ circa aliud subiectũ est, probari possũt: at quia id aliquãdo licet, nẽpe cùm scientiæ sunt subalternans & subalternata, dicit se posterius hoc traditurum.

Dubiũ. Dices, quare in demõstratione non annumerauit præmissas? dico hic per ipsam demõstrationẽ intelligere ipsas propositiones, & solũ numerat ea, quę extra demonstrationes sunt, nẽpè subiectũ, passionem in conclusione, & dignitates, quæ omnia demonstrationẽ non cõponunt, vt talia sunt, sicut fecit in capite primo.

Quare aũt simpliciter necesse est, &c. 4

Ostendit scientiã vnam nõ demonstrare passiones alterius, nisi sit idem prorsus subiectũ, aut aliquo modo idẽ, dicit hoc, quia quando subiectum vnũ sub alio cõtinetur, passiones superioris poterimus demõstrare de inferiori vt passiones trianguli de Isochele, passiones de homine, quæ sunt animalis: quãdo verò subiecta sunt prorsus diuersa, id nõ fit, probat, quia cũ demõstratio ex his quæ per se sunt procedat, mediũ, subiectum, & passio debent adinuicem conuerti & propria esse, aliter per se non esset: non ergo per medium alterius subiecti possumus passionem de alio subiecto monstrare, non enim essent tunc per se.

¶ Propter hoc Geometræ non est demonstrare, &c. 5.

Exemplo manifestat vnam scientiã, quæ sunt alterius nõ demõstrare, Geometra enim non demonstrat, contrariorum eãdem esse disciplinã, non enim talis cõclusio ex his quę Geometra docet, conficitur, est enim propria Metaphysico, & etiã Dialectico, qui, vt notat Philoponus circa omnia vagantur, intellige tamẽ non demonstrando, sed probabiliter disputãdo. Alterum exẽplũ est, Geometra etiam non demonstrat, quod duo cubi faciant cubũ, quia cubus nõ est materia Geometriæ, quæ plana, & superficialia cõsiderat, sed est Stereometriæ, quæ corpora, & solida speculatur, cubus aũt corpus est, & ita exponit Philopo. & notat, quod Arist. intelligit per hoc quod duo cubi sunt vnus cubus, id quod est duplare cubũ, vt sit sensus Geometria non demõstrat duplare cubum, sed stereometria. Est aũt cubus corpus omniũ laterũ æqualiũ, qualis tessera, seu taxillus: duplare verò cubũ, est dare cubũ, aliũ in dupla proportione ad primũ, & hoc est, quod Stereometria docet: & Philopon. ponit demonstrationem Apollonij, circa huiusmodi duplationẽ: at pace eius, alius est sensus Aristotelis quem egregiè docet Alber capit. 16. Duplare cubũ quid sit.

Quod intelligas aduerte, quod sicut Geometręę habent corpora cubica, ita & Arithmetici habẽt numeros cubicos qui ex bina multiplicatione sup numerũ quemlibet per se ipsum resultãt, vt ter tria ter, quę sunt viginti septem, est numerus cubus, bis duo bis, quę sunt octo, & similes: est autem discrimen in hos & illos cubos, quod cubus Geometricus non facit cubũ alteri adiunctus, vt Nota de solidis numerorum.

vt si taxillus supra taxillũ ponatur, nõ fit cub9, sed trabs: ac si cubus vn9 numerus multiplicet alterũ, resultat cub9, vt octies vigiuti septẽ faciunt ducenta sedecim, quę etiã sunt cubus: hinc patet, quod subtiliter posuit Arist. exẽplũ in eo quod proprium est Arithmetico, in quo insinuat, non solùm quãdo prorsus non attinet res vnius scientia ad alterã non esse probandas ab illa, vt in priori exemplo, sed etiam quando videtur eadem, sed nõ est eadem veritas, Geometra enim de cubo etiã tractat, sed nõ ei inest id quod cubo Arithmetico inest.

¶ Sed aut quæcũque se habẽt adinuicẽ.

6. Ostendit aliquando licere vni scientię probare quæ sunt alterius quãdo nimirum vnius obiectũ sub alterius obiecto est, quas vocant scientias subalternas, sicut se habet Geometria ad Perspectiuã & Arithmetica ad Musicam. Nota circa literam, particulam sed aut, loco exceptiuæ, nisi.

Dubiũ. Quid requirat ad subalternationẽ

Aduerte ex doctrina cõmuni tria requirit vt duę scientię sint subalternę: primum est, quod subiectum vnius sit subiecto alterius, vnde Geometria non subalternatur Arithmeticæ, quia earũ subiecta non sic se habent, vt vnum sub altero sit, est enim vna de numero, altera de magnitudine.

2. Alterum est, q̃ vnum subiectum sic sit inferius altero, vt nõ sit inferius quiddtatiuè, sicut species respectu generis, tunc.n. non essent duę scientię, nam eadem est scientia generis, & speciei, vt animalis, & hominis. 4. Me. tex. 4. sed debet esse inferius accidentaliter per aliquã differentiam materialẽ, vt se habet linea visualis, de qua est perspectiua, & linea in cõmuni, de qua Geometria est: & numerus sonor9, de quo est Musica, & numerus, de quo Arithmetica, sunt enim inferiora accidentaliter.

3. Tertium, quod scientia quæ est de vniuersali, quę dicitur subalternãs, probet principia particularis quę dicitur subalternata: ita vt conclusiones vniuersalis sint principia particularis scientię, vt patet, nam Musicus dicit sextam esse cõsonantiã imperfectã, nõ probat Arithmeticus id probat, quia est ꝓportio super partiẽs Chirurgus dicit vulnera circularia difficilius curari, nõ probat, sed Geometra quia latera magis distãt in circulo. In his igitur scientijs docet Aristot. posse fieri transitum: sed hęc latius in fine expositionis capitis examinabũtur.

¶ Neque si aliquid inest lineis, &c. 7.

Docet non solum scientiam vnã probare non posse cõclusiones alterius, sed quamque scientiam limitem habere ex eo quod tales passiones considerare debeat, quæ suo subiecto insunt secũdum eius principia propria: quę vero insunt sed nõ secundũ principia propria, alijs scientijs relinquẽda sunt, verbi gratia, scientia de homine cõsiderabit ea quæ homini insunt secundum principia propria vt homo est, vt quod sit discursiuus, admiratiuus, risibilis: quæ verò cõmuniter insunt, relinquet, vt q̃ coloratus quod quãtus: similiter de lineis speculabitur Geometra, quod figuras cõponãt quod faciãt angulos quod verò recta sit pulcherrima, aut cõtraria circulari, relinquet, quæ communia sunt, & non lineis, vt lineę sunt, insunt: quæ doctrinæ est Arist. 4. Met. ca. 1. & lib. 11. c. 6. ex his habes scientias de suis subiectis, quę eis insunt per se, & propriè considerare, & per media & ratiões eis peculares: hoc enim est ex proprijs procedere.

¶ Manifestũ autem est, si fuerint, &c. 8. Demonstratio ex perpetuis esse debet.

Hic cõtinetur alterum pręceptũ principale demonstrationis, nempè demonstrationẽ esse ex perpetuis, & incorruptibilibus propositionibus, quod patet quia ex vniuersalib9 procedit, vniuersalia autẽ insunt omni, semper, & per se, & secundum quod ipsum. Nota literam cum dixisset huiusmodi demonstrationẽ nẽpè quæ procedit ex vniuersalibus esse ex perpetuis, videbat indicare aliã esse demõstrationem, propterea corrigit dicendo vt melius dicã simpliciter demon-

demonstrationis, q̃ asi nulla sit alia vera demonstratio, nisi quæ ex vniuersalibus procedit. Aduerte non esse aliud dicere demonstrationẽ esse perpetuorum quam q̃ veritates, quæ in demonstratione sunt, non mutantur, nec mutari possunt, semper enim triangulus habet tres angulos, nec vllo tẽpore succedet & accidet quod non habeat, similiter de alijs veritatibus quæ sub scientia sunt & demonstratione.

Nõ ergo demõstratio corruptibiliũ. &c

9. Docet non solùm propositiones esse incorruptibiles, sed q̃ nec conclusiones contingat corruptibiles esse, quarum scientia & demõstrationes sunt, nã corruptibiliũ non est scientia, nec demonstratio nisi sicut secundum accidens, & non vniuersalis: hoc dixit, vt notat Philop. & Themist. propter singularia, horũ enim est demõstratio mediata, quãtenus subvniuersali cõtinẽtur, ac id circo dixit, vt notat Philop. sicut secundũ accidens, sed talis non est demonstratio propria & per se, cũ non sit vniuersalis, sed aliquãdõ, & sic, id est, pro tempore certo: dũ enim iste triangulus est habet tres angulos, sed non semper est, sed nunc. Similiter Petrus est animal, non semper est: taliũ igitur non est simpliciter demonstratio & scientia.

¶ Cùm autem ita sit, &c.

10. Ostendit, cùm conclusio corruptibilis est, vnam saltem præmissã esse corruptibilẽ, nã si esset vtraq; necessaria, conclusio nõ esset corruptibilis: similiter non erit vniuersalis, nam si corruptibilis, hoc quidẽ erit, hoc non erit, ex quibus est, ac si dicat, si propositio corruptibilis est, non erit vniuersalis, quia singularia, in quib9 verificatur, quædã erunt, quędã non erunt, vt patet in hac homo est ambulans, vel vnũ singulare, vel multa, ex quibus est illa demõstratio, aliquo tempore erunt, aliquo tempore non erunt, non erunt ergo vniuersalia, hæc enim omni tempore sunt.

11. ¶ Similiter se habet de definitiõe, &c.

Idem quod de demonstratione dixerat, nempè non esse corruptibilium, & de definitione tradit, non enim est definitio, nisi perpetuorũ, & probat, demonstratio est ex perpetuis, sed definitio non est extra demonstrationẽ, cùm aut sit conclusio, aut principiũ demonstrationis, aut si ipsa demonstratio positione differens, ergo & difinitio est perpetuorũ Nota vium definitionis in arte Posteriorũ non esse extra demõstrationem, vt superius diximus.

Hæc verba dupliciter exponuntur, vno modo ab Auerroe. 1. animę, com. 12. dicit, triplicem esse definitionem, altera est passionis, vt risibile est aptum ad risum, altera subiecti, vt homo est animal rationale, tertia est ex vtroq; cõgregata, vt animal rationale, aptum ad risum, illa quæ est passionis, dicitur cõclusio, quia demonstratur per definitionem subiecti, quæ ob id dicitur principium, vt omne animal rationale est aptum ad risum: omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est aptus ad risum, tota verò ex vtraque aggregatio dicitur demonstratio differens positione, quia reuera omnia, ex quibus demonstratio conficitur, continet: solum deest figura, & modus. Prima expositio Auerr.

Ista expositio est bona, sed altera est melior Philop. Themist. B. Thomę, est enim triplex definitio, vt docet Arist. 1. animæ, c. 1. altera materialis, vt quv irã sanguinis efferuescentiã circa cor definit, altera formalis, ad quã finalis eriã reducitur, vt ira est appetitus vindictæ, tertia ex vtroq; composita, vt ira est efferuescẽtia sanguinis circa cor, ob appetitu vindictæ: dicũt igitur q̃ cũ materia sit infima causa, potius demõstratur per formalẽ, vel finalẽ, & ita cõclusionis locũ obtinet, illa verò principij: at vtraq; est demõstratio positione differẽs nõ solũ quia deest figura syllogismi, sed, vt notãt Græci, quia q̃ erat in conclusione, & vltimum in demonstratione, scilicet materia, est primũ in de 2. Expositio melior Philop. Themisti. & B. Tho.

finitione: dicitur n., ira est efferuescentia sanguinis in corde ob appetitū vindictæ: & ista est expositio melior priori.

¶ Eorum autem, quæ sæpè fiunt, &c.

12. Vt Themist. Philopo. & alij dicunt, & benè respondet Arist. cuidā obiectioni, non enim demonstratio perpetuorū videtur esse, cū demonstremus lunā deficere, & similia, quæ nō semper sūt, respondet hæc eo modo, quoad demonstrationē pertinent, semper esse, demōstrant enim ad causas relata. & sic non quā deficiūt, vt exponunt Græci, & Albertus, quamuis ista, vel illa, in singulari non fiat semper, sed secundum partem, nempè singularia, quę transeunt, & talium singularium non est per se demonstratio, vt notat Philopo. est enim demonstratio per se ipsius vniuersalis.

13. ¶ Quoniam aūt manifestum est, &c.

Regreditur, vt ostendat ex proprijs vniuscuiusq; principijs esse demonstrādū, eò quod ex per se oporteat demōstrare, adeò vt quānis ex veris in demonstrabilibusq; procedamus, si nō ex proprijs, sed ex cōmunib9 procedimus non fit scire per se & simpliciter, sed secundū accidens, quomodo Brison procedebat demonstrando circuli quadraturā, argumētabatur enim, quocunq; datur & maius & minus ei dat æquale, sed circulo datur quadratū maius, & datur etiā minus, vt patet de his, quorum vnū intra circulū, alterum extra descriptū est: ergo datur quadratum æquale circulo: hoc non est scire simpliciter, sed p accidens, nā mediū magis & min9 est, q d cōmune multis, debebat aūt probare ex principijs proprijs quadrati.

Nota de syllogismo Brisonis.

Ita interpretes declarant Brisonis rationem, cuius nihil dixit Arist propterea mihi dubium est, an illa fuerit, cum non solùm ex cōmunibus, sed ex falsis procedat: at Arist. ex veris & immediatis videtur dicere processisse: dico ex falsis, nam illud principium, quo datur maius & minus, datur ei ęquale, est falsum, vt docet Cāpanus, nam angulo semicirculi datur rectilineus maior nēpè rectus, & obtusus, & datur minor, scilicet acutus, nunquā tamen datur æqualis: similiter ternatio datur numerus alius maior, aliusminor, non tū æqualis sed satis nobis sit Brisonem ex cōmunibus processisse principijs, propterea nō demōstrasse, siue sit hæc, siue vlla alia ipsius ratio, impertinens enim hoc est.

¶ Vnum quod autem scimus non secundum accidens.

Explicat quando non secundum accidens scimus, & dicit tunc id esse, cùm scimus passionē ex principijs proprijs & proximis, p quæ illi subiecto, de quo demonstratur, inest, vt tunc scimus risibilē hominem, cùm per illa principia scimus, per quę proximè inest homini vt per animal rationale similiter triangulū habere tres angulos scimus, non per accidens, cùm ex proprijs principijs trianguli propter quę ei inest, scimus: vnde tunc per accidens scimus, cū per aliquod accidēs extraneū, l. per aliquod intrinsecum, commune tamen, & non per proprium cōgnoscimus. 14.

¶ Quare si per se & illud inest. 15.

Iste locus est magnę obscuritatis, quānuis variè ab interpretibus exponatur, adducā tū expositionem nostram, quæ mihi magis ad mentem Arist. & secundum veritatem consona videtur.

Aduerte igitur primo duplices passiōes posse probari de aliquo subiecto, quadā proprias, quę soli insunt & secūdū quod ipsum, vt de homine risibile, disciplinabile: quāsdam cōmunes, quæ ratione superiorū ei insunt, vt q homo sit sensitiuus, quòd vegetatiuus, q corruptibilis, quānuis harū passionum non sit demōstratio vniuersalis, sicut primarum: quādo passiones priores demōstramus, oportet pro medio sumere principium propriū & soli intrinsecum subiecto cuius est passio, vt enim passio soli inest, ita & illius principiū soli inerit: cū verò demōstramus passiōes superiores, etiā principium superius sumemus nam

Nota. 1. Duplices passiones de subiecto posse probari.

nā sicut passio nō soli inest: ita nec principiū, sunt enim syngeneis: vnde demonstramus de homine risibile, per animal rationale, demonstramus vero vegetatiuum, per corpus animatum.

Nota. 2. Passiōes subalternātis scientiæ multas de subiecto subalternatæ docere.

Aduerte secūdo maximè, multas passiones subiecti subalternātis, cōsiderati de subiecto subalternatę, vt de diatessaro dicit Musicus est proportio sexquitertia, & hoc prædicatū Arithmeticū est. Perspectiuus similiter dicit, conū visuū esse angulū minorē recto, & tamē prædicatum Geometricū est, & huiusmodi sunt multa: ex quo fit cū istę passiones nō insint inferiori subiecto, nisi per superius, vt per id debeant demonstrari: vnde mediū superioris erit sicut & passio quānuis veritas cōclusiōis sit subalternatæ, q Ari. vocat q a primere ab subalternatā, propter q d verò ad subalternātē.

Expositio text.

Hoc supposito, veniamus ad literā, docet adeo verū esse, vt per ea principia p quę inest passio subiecto, debeat probari: vt si illud, nempè passio, p se inest id est, proximè & soli subiecto suo inest, cui inest, per medium etiam in eadem proximitate debeat demōstrari: si vero non ita per se insit: sed sicut Musica ad Arithmeticā, id est, tanquā passio superioris inferiori inhæret, tunc per principiū superiū passionis illius debet demōstrari: quamuis differant demonstrationes hę communes à proprijs, propriæ enim ad eandem scientiā pertinent integrę, at hę communes nō sic, sed propter quid seu mediū, est superioris scientiæ, cuiū est passio: at ipsum quia, id est, conclusionis veritas, remota causa, erit inferioris & subalternatæ.

16. ¶ Quare ex his manifestum est.

Cōcludit, simpliciter demōstrare non cōtingere aliter quā ex proprijs principijs, non enim passionem particularem & propriam subiecto probabis per commune medium, sed propriam proprio, communem communi, illius tamē proprio principio, passionē demonstrabis: quamuis vt diximus, non sit demonstratio vniuersalis illa, quę passionem: communem etiam per suum principiū concludit: est tamen demonstratio, & ea licet vti in subalternatis sæpè.

¶ Sed horū principia habēt cōmune &c 17.

Philop. D. Tho. Auer. & alij, hæc verba in hunc sensum exponunt, vt cum dixisset demonstrationē perfectā ex proprijs procedere principijs, velit docere hęc principia, ,ppria, habere cōmunia alia principia: per quæ nulla scientiarū particulariū demōstrat, cuius ratio est, quia ex cōmunibus non ex proprijs procederet quod fieri non potest: hæc autē communia sunt alterius scientiæ, domina & reginæ omnium aliarum.

Dubiū Quę sint principia proxima quæ communia.

Dubitabis, quę sunt ista principijs p pria, quę sunt ista cōmunia, quę est ista sciētia domina omnium? dico, duplicia principia distingui posse, quædam essē di, quędam cognoscendi: essendi sunt illa quæ dāt esse rei, vt materia, & forma & alię causę dāt esse corpori cognoscēdi, sunt dignitates, & axiomata, & propositiones, quib9 res cognoscim9 Hæc autem vtraque sunt in duplici differentia. quædam propria, quædam communia: propria essendi sunt principia proxima quæ dant esse rei, vt anima rationalis, & corpus tale, sunt proxima principia hominis, & in Philosophia naturali, materia, & forma principia corporis naturalis: principia verò cognitionis propria sunt dignitates cuilibet scientię appropriatę, dicit n. Geometra si ab ęqualibus lineis ęquales lineas demas, &c. & similiter de alijs principijs: similiter Arithmeticus habet eadem determinata ad numerum, communia verò principia essēdi sunt, partes essētiales, & causæ communes, vt esse actus, substantia, forma, potētia, quæ sunt in essētia multarum rerū, & ab his dependēt particularia: cognitionis autē communia sunt illæ dignitates nulli materię peculiari cōtractę, vt si ab ęqualibus ęqualia demas, &c omne totū est maius parte, quod libet est vel non est, quorū veritati inni

tituryeritas particularium, sicut esse propriorum principiorum essēdi depēdet ex communibus: propterea igitur Arist. dixit, principia propria habere cōmunia principia, intellige de principijs essendi cum Auerroe, & simul de principijs cognoscendi cum Philop. nā de omnibus his principijs id dictum veritatē habet, hęc autem scientia, quę communia omnia considerat, tā essēdi, quam cognoscendi Metaphysica est, vt docet Arist. 4. Metaph. ca. 3. & lib. 1. cap. 3.

18. ¶ Et nāq; scit magis ex superior b9. &c.

Probat, scientiam hanc esse dominā scientia est, quę ex prioribus causis procedit, ergo magis scientia, quę adhuc ex superioribus & minus causatis est, ergo & maximè scientia, quæ ex supremis & non causatis principijs est: talis est ista Metaphysica, quæ omnium communia principia considerat, ergo domina est & maximè scientia.

19. ¶ Sed demonstratio non conuenit, &c.

Reijcit expositio Aue.

Auerroes hic docet Arist. cōcludere sed melius videtur dicendum, quod respondeat dubitationi, posset enim quis dicere & petere, num hæc scientia domina per communia demonstret propria scientiarum: respondet, id non esse, nū quam enim est transitus ab vna scientia in alteram, nisi per modum subalternationis, vt paulò superius dixit, & illic declaraiimus, quod non est, in his principijs, cum sint eadem, contracta tamen vt postea declarabitur.

20. ¶ Difficile autē est cognoscere, &c.

Difficultatem in indagandi proprijs cuiusq; principijs proponit, quod quidā scire est, cū nō nisi per propria sciamus: nos autem ex veris & primis procedentes, existimamus demonstrasse, cū hæc nō sufficiāt, sed debeāt esse principia, propria, & syngenea. Notat Philo. difficilè esse propria inuenire principia, qa particulares rerū naturę sūt admodū ocultæ, ac idcirco earū principia propria p quę demōstrare oportet difficilè cognoscūtur: atq; hęc de capitis expositione.

QVAESTIO I.

Circa cap. 7.

1. Dubi. circa subalternationem.

OPortet vt ea, quæ hoc capite dicta sunt illustremus: ac primū dibiū sit de illis trib9 cōditionibus, quas secūdū communē opinionem ad subalternationē scientiarū necessarias assignauim9: prima enim, quod subiectum vnius sit subiecto alterius, videtur cōtra Ari 10. huius libri, vbi docet, scientiā vnā tradere propter quid alicuius: ac proinde erit subalternās, & tñ non est subiectū ipsius superius, vt patet de Geometria quę reddit propter quid medico, quarevulnera circularia difficili9 curētur, & tamen Medicinę subiectū, nēpe corpus humanum, non est sub Geometriæ obiecto, puta magnitudine.

2. Argu.

Præterea contra secundam, quod sit inferius accidentaliter, est argumentū: si esset inferi9 accidētaliter, esset pars in modo; & totū per accidēs, sed ne toto per accidens non est scientia. 6 Met. c. 2. nec definitio 7. Met. c. 4. non igitur erit de eo scientia subalternata.

3. Argu.

Contra tertiam est argumentū: si conclusio subalternātis est principiū subalternatę, tunc peto, vel talis cōclusio est ex terminis ipsius subalternatę vel nō: si nō, igitur nō erit principiū illius, si verò est, ergo. nō poterit probari per mediū superioris scientię, nam tūc esset superi9, & passio nō posset de eo vniuersaliter prędicari. v g. dicit Medicus, vulnus circulare difficilius curatur, si medium est Geometricum, nempe circuli partes maximè distāt, non poteris demōstrationem facere, nam dices, cuius circuli partes maximè distāt, difficili9 sanatur circularis vulneris partes maximè distāt, tunc illa maior est falsa quia difficilius sonari non est circulo in communi, quem solum sumit Geometra.

Ad. 1.

Ad hanc difficultatem dico primo: si scientia aliqua debet subalternari alteri & ab ea accipere propter qd, debet aliquomodo eius subiectū sub subiecto alterius contineri: dico aūt aliquomodo, quia

quia simpliciter nō est opus, verbi gratia simpliciter obiectū Medicinę nō est sub Geometria, vt dicit Arist. tamē illud obiectū, cuius propter quid dat geometra, est aliquomodo sub Geometria, nēpe vulnus circulari: similiter Astrologia accipit à Geometria, propter qd propterea cælū, de quo Astrologia est, aliquo modo sub Geometria est, vt habet figurā & demensionem: & vniuersaliter nulla scientia reddit propter qd alterius subiecti, nisi sit aliquo modo sub suo subiecto, cum aūt subalternata de suo subiecto totali accipiet propter qd erit illud sub subiecto alterius, non. n. scientia est simpliciter subalterna alteri ex eo, q̄ alicuius particularis subiecti cōclusionis aliquādo ab ea accipiat propter quid, cū subiectum cōmune & totale nō sit sub altero, & hoc docuit illic Arist. nēpe posse scientiam, propter quid tradere alicuius conclusionis alterius, quāuis enim huius cōmune subiectū sit sub altero, tamē illud particulare sub eo erit, à quo sumit propter qd.

Ad. 2. 1. Fūda. Sciētias in cōmuni distingui diuerso modo cognoscendi ipsius intellectus.

Dico secundò, merito, scientiam sub alternatam habere subiectum cum illa differentia materiali & accidentali: pro cuius declaratione aduerte, scientias in cōmuni primò distingui penes diuersum modum cognoscendi intellectus, modus autem cognoscendi intellectus est per abstractionem à materia, res enim abstrahendo intelligimus.

Triplex materia signata, sēsibilis, intelligibilis.

Materia verò triplex est, quædā, quę dicitur singularis & signata, hęc autem sunt proprietates & cōditiones indiui duorū singulariū: quædam est materia quę dicitur sensibilis, hæc aūt est subiectū cum accidentibus sensibilibus, & cū motu, & mutatione, in quibus versantur hæ inferiores substātię, non. n. sunt nisi cū his inuolutæ dispositionibus: tertia materia est, quæ dicitur intelligibilis, quæ sunt quātitates & dimēsiones.

Extrplici materia tri-

Secundo nota, cū triplex sit materia triplex est etiā intellectus abstractio, & triplex intelligendi modus: quædā enim intellectus intelligit abstrahēdo à materia singulari, nō tñ à materia sensibili, vt qū substantias has corruptibiles consideramus, in cōmuni quidem, sed quatenus his substat mutationibus & qualitatibus sensibilibus, consideramus enim hominem, leonem, animal, non puram substātiam, sed motibus, & mutationibus subiectam: quędam alia intelligimus nō solū à singulari, sed etiam à materia sensibili abstrahentes, vt res mathematicas, triāgulum enim consideramus abstractū à materia sensibili, non enim in ære, aut ferro, aut ligno consideramus, sed in cōmuni abstractum ab his omnibus subiectis, quę dicuntur materia sensibilis, quædā alia intelligimus ab omni materia abstrahentes, vt qū ens, substantiam, intelligentiam, ac Deum consideramus.

plex modus intelligendi, vel triplex abstractio.

3. Fūda. Atriplici abstractio triplex scientia speculatiua.

Tertio nota iuxta tres abstractiones tria esse scientiarum speculatiuarum genera: primū est Philosophia naturalis, quę considerat res abstractas à materia singulari, sed non à materia sensibili: alterū est Mathematica pura, id est Geometria & Arithmetica, quæ res tractant abstractas à materia sensibili, sed nō ab intelligibili, nā triangulos, & figuras in quantitate, quę materia intelligibilis est, contēplatur: tertiū genus est Metaphysica, quę res ab omni materia separatas speculat: vide igitur tria genera scientiarū secundū diuersum intelligēdi & abstrahēdi modū sumptum: sunt prēter hæc quędā scientię, quę cū de re quæ abstrahi poterat à materia sensibili tractent: nō abstrahunt ab ea, vt perspectiua de linea visua. Musica de numero sonoro, hæc. n. vtraque, & similes de quātitate tractant, & nō abstracta à materia sensibili, sed limitata ad visum vel sonum, cum tñ lineæ & numeri abstrahi ab his posent: tales dicūtur scientię mediæ inter Philosophiā, ac purā Mathematicā, ac subalternari vtriq;, quāuis prēcipuè Mathematicę.

5. Fūda.

Ex quo elicere potes cui9 gratia hæc

dicta sint, nimirum vt intelligeremus quare scientiæ subalternatæ addant in subiecto differetiam materialem, hoc autem est, quia scientiæ inter se genere non distinguuntur, nisi varius sit modus abstrahendi à materia: cum igitur subalternans sit abstractior, oportet vt subalternata sit de subiecto contractiori: & hoc diligenter nota.

Quid addat subiectum subalternatæ sub iecto sub alternãtis.

Hic soluit. 2. argum.

Per quod respondetur ad secundum non enim Perspectiuus habet pro obiecto totũ hoc, lineam visualem, esset enim totũ per accidens, sed lineã vt est in visuali materia, ac si dicas, nõ speculatur quasciũq; lineas, sed eas, q̃ iã tali materia sunt: idẽ de alijs huiusmodi.

Ad. 3. Duo genera passionũ in scientia subalternata.

Dico circa tertium, passiones in duplici differentia reperiri in scientia subalternata quasdam communes, quæ insunt subiecto illius, non primo, sed à superiori deriuatę, vt dum dicimus, con9 est minor recto, diatessaron est proportio sesquitertia, hæc enim prędicata superioris scientiæ sunt: quædã aliæ passiones sunt propriæ subiecto inferioris tamen nõ potest per medium propriũ suum probare, vt dicit Medicus vulnera circularia difficilius sanari, tota conclusio medica est, sed medium est Geometrę: quando ergo passiones sunt cõmunes, tunc per mediũ superioris sciẽtiæ probantur, vt diximus in textu: at cum sunt peculiares, tunc per medium superioris probantur, cõtractum tamẽ ad illud subiectum, vt Medicus non sumet mediũ cõmune, latera circuli maximè distant, sed latera vulneris circularis, & dicet: vulnus, cuius latera maximè distant, difficile sauatur, vulnus circulare est vulnus laterum maximè distantiũ, ergo tale vulnus difficilius sanatur: per hæc possunt intelligi reliqua & sic patet solutio argumenti tertij: & est notanda doctrina, non enim intelligere oportet, q̃ omnia principia subalternatæ debeant demonstrari in subalternante, cum oppositum experientia doceat, sed ad sensum expositum.

Alterum dubiũ est circa caput, videtur enim q̃ vna scientia etiam nõ subalterna demonstret conclusionem alteries, nam Philosophus demonstrat rotundũ cælũ, similiter Astrologus. & diametrum esse asymmetrum probat Arismeticus, quia aliter numerus par esset æqualis numero impari. Dico, q̃ sicut vna res varijs ratiõibus ad diuersa prędicamenta, & ad diuersas scientias spectare potest, ita etiam eadem conclusio, & quæq; scientia suis medijs eã demonstrabit, vnde Philosophus ostendit rotunditatẽ cęli per motum, Mathematicus verò per æqui distantiã à centro. Ad illud de diametro dico, cũ res Arihmeticę, & Geometricæ ex parte cõueniant, cũ Arithmeticus figuras etiã in numeris speculetur, aliquãdo propter cõmunionem subiectorũ, & rerũ quas tractãt, etiã media sibi cõmunicãt, nec hoc est contra id quod Arist. docet.

1. Dubiũ principale circa totũ.

Solutio. Vnã rẽ varijs modis pertinere & ad diuersas categorias, & diuersas scientias.

Tertium dubiũ est de Metaphysica, an probet scientiarũ principia, ex hoc enim loco sumitur illud vulgare dictũ, nulla scientia particularis sua probat principia, sed Metaphy. hoc munus est dico pro præsenti, multæ scientiæ particulares sumũtur à Metaphysi. ex parte enim subiectorũ indigent Metaphy. stabiliente ens, substantiã, accidens, quæ nisi essent, subiecta reliqua ruerent. Secundo indigent illius passionibus, sępe enim de vno, de multis, de identitate, de diuersitate, de toto, de parte, & similibus scientiæ tractant, quæ Metaphy. sunt. Tertio indigent, quia nullæ propositiones vllã vim probatiuã haberent, nisi in virtute principij, quodlibet est, vel non est, vt alibi diximus. Quarto indigẽt quia veritates dignitatũ peculiariũ in virtute vniuersaliũ nituntur, vt diximus in textu: & hoc sensu Metaphysica dicitur, pbare principia aliarũ sciẽtiarũ, quæ dum sua probat, similia alia probat, vt qui omne animal sensibile probat, simul etiã hominẽ sensibilẽ ostẽdit, nõ ppria forma: ita dũ Metaphysica

3. Dubiũ Quo se habeat Metaph ad principia sciẽtiarũ.

Metaphysica sua principia probando aliarũ etiã scientiarũ principia probat.

sicut stabilit suas cõmunes dignitates & principia, stabilit inferiora, sed nõ in propria forma particulari ea demõstrat imò nec sua semper demonstrat, nẽpe quę per se nota sint, sed à cauillis, aliorũ defendit, & contra negantes ea dialecticè, & ad impossibile reducendo inuehitur, vt dicit Simpli. 1. Physi. Atque satis de quæstione hac.

¶ Demonstratiuarũ scientiarum Principia, nõnulla esse cõmunia, nulla nõnulla propria, quæq; ea sint, & quo pacto pcognoscãtur, pariter & reliqua demonstrationem ingredientia.

Cap. VIII.

1 Dico autẽ principia in vno quoque genere hęc, quę quòd sunt, nõ contingit monstrare.

2. Quid igitur significant & prima, & quæ ex his accipitur, quòd autem sunt, principia quidem necesse est accipere, alia verò monstrare: vt quid vnitas, aut quid rectum, aut triangulum: esse autẽ vnitatẽ accipere, & magnitudinem, altera verò monstrare.

3. Sunt autẽ, quibus vtuntur in demonstratiuis scientijs alia quidem propria vniuscuiusq; scientiæ, alia verò communia, communia autem secundum proportionem: quoniã vtile vtique quantũ in eo, quod sub scientiã est genere: propria quidem, quẽadmodũ lineam esse talem, & rectum: communia verò, vt si ab æqualibus æqualia auferãtur, quod æqualia sunt reliqua: sufficiens autem est vnumquodque horum, quantum est in genere, idem enim faciet, & si non de omnibus acciperit, sed in magnitudinibus solum, Arithmetico autem in numeris.

Sunt autem propria quidem, & quæ accipiuntur esse circa quæ scientia speculatur in existẽtia quia pde, velut vnitates Arithmetica. Geometria verò pũcta, & lineas: hæc enim accipiunt esse, & hoc esse: horum autem passiones per se, quid quidem significat, vnaquæque accipiunt: veluti Arithmetica quidem, quid impar aut par, aut quadrangulũ, aut cubus. Geometria verò, quid irrationale, aut refrãgi, aut concurrere, q̃ aũt sunt, monstrãt & per cõmunia, & ex demõstratis, & Astrologia cõsimiliter.

4. 4. a. l. Proportionale.

Omnis enim demonstratiua scientia circa tria est, & quęcunque esse ponuntur: hęc aũt sunt genus, cuius per se passiõũ est speculatiua: & cõmunia, quæ dicimus dignitates, ex quibus primo demonstrãt: & tertiũ passiones, quarum quid significat vnaquæque accipit.

5. 6.

Nonnullas tamẽ scientias nihil prohibet quędã horũ despicere, vt genus nõ supponere esse, si sit manifestum, quod est: non enim similiter planũ, quod numerus est, & quod frigidum & calidũ, & passiones non accipere, quid significãt, si sint planę: quẽadmodum neque communia non accipit, quid significant, hoc quod est, q̃ qualia ab æqualibus demere quoniam notum: sed nihil min9 natura tria hęc sunt, circa quod monstrat, & quæ monstrat, & ex quibus.

7. Non est aũt suppositio, neq; petitio, q̃ necesse est esse propter ipsum, & videri necesse non. n. ad extrinsecam rationẽ demõstratio, sed ad eam, quę in anima, quoniã neq; syllogizamus, semper enim est instare ad extrinsecã rationem sed ad intrinsecam rationem, non semper.

8. Quęcunq; igitur monstrabilia existẽtia accipit ipse non monstrans, hæc quidem, si apparentia discẽti accipiat, supponit & sunt non simpliciter suppositio sed ad illum solum: si vero, aut nulla in existente opinione, at & contraria in existente, accipiat idem, petit. Et hoc differunt suppositio & petitio, est enim petitio, quod subcontrarium est accidẽtis opinioni: aut quod aliquis demonstrabile existens accipiat, & vtatur non monstrans.

9 Termini quidẽ igitur non sunt suppositiões, neq; n. esse aut nõ esse dicũt: sed in ppositionibus, suppositiones, terminos aũt solũ intelligere oportet. hoc aũt

nõ est suppositio: nisi & ipsũ audire suppositionẽ aliqs esse dicat: sed quibuscũque existẽtib9 eoq9 illa sunt, fit cõclusio.

10. Neq; Geometra falsa supponit, quem admodum quidam asseruere dicẽtes, q9 non oportet falso vti: Geometram vero mẽtiri, dicentẽ pedalem non pedalem, aut rectã descriptam, non rectã existentem. Geometra verò nihil concludit, eò quod hęc est linea, quam ipse locutus est, sed quæ per hæc ostenduntur.

11. Præterea petitio & suppositio omnis, aut vt totum, aut vt in parte: definitiones vero neutrum horum.

12. Formas quidẽ igitur esse, aut vnũ aliquid præter multa, nõ necesse, si demõstratio erit: esse quidẽ igitur vnũ multis verum dicere, necesse est, non.n. erit vniuersale, nisi hoc sit: si aũt in vniuersale nõ sit, mediũ non erit: quare neq; demonstratio: oportet igitur aliquid vnũ & idem in pluribus esse, non æquiuocę.

13. Non contingere aũt simul asserere & negare, nulla accipit demonstratio, nisi oporteat monstrare & conclusionẽ fic. Monstratur autem accipiẽtibus primũ de medio, q9 verũ negare autẽ non verum. Medium autẽ nihil differt esse, & non esse accipere: cõsimiliter aũt & tertium: si enim datũ est, de quo hominẽ verũ dicere, si & non hominẽ verũ, sed si solum hominẽ animal esse, totũ, non animal aũt non, erit enim verũ dicere Calliam, & si non Calliam, tamen animal, non animal autẽ non Causa autem, quoniam primum non solum de medio dicitur, sed & de alio, eò q9 est in pluribus: quare neq; si medium & idem est, & non idem, ad conclusionem nihil differt.

14. Omne autem asserere, aut negare demõstratio ad impossibile accipit: & hęc neq; semper vniuersaliter, sed quantũ sufficiens est: sufficiens autẽ est in genere: dico autem in genere, vt circa quod genus demonstrationes fert, quemadmodum dictum est prius.

15 Communicant autẽ omnes scientiæ sibi inuicẽ secũdũ communia: cõmunia autem dico, quibus vtuntur, tanquam ex his demonstrãtes, sed non de quibus monstrant, neque quod monstrant.

16. Et dialectica omnibus, & si aliqua vniuersaliter tentet monstrare communia: vt quod omne asserere, aut negare: aut quod æqualia ab æqualibus: aut talium non nulla.

17. Dialectica vero non est ita determinatorum quorundam, neq; generis alicuius vnius: non enim interrogaret, de monstrantem enim non est interrogare, eò quod oppositis existentibus non monstrauit idem, mouistratum est autẽ hoc in ijs quę de syllogismo.

Dico aũt principia in vtroq; genere, &c 1

DE pricipijs demõstrationũ, quę necessaria p se, aut propria docuerat esse, sermo est in hoc capite, q9 in tres partes diuidit, in prima principia ipsa distinguit, ac quo conueniãt, quoue differãt: & inter se, & à principiatis ostendit: in secũda cõmunia pricipia ab alijs quibusdã separat principijs in particulari. in tertia quomodo quodã cõmuni principio vtamur in demõstratione mõstrat: repetit autẽ aliqua, quæ in procemio dixerat, q9 illic ænigmaticę, vt inquit Philop. loquut9 fuerat, vel q9 illic non per se, sed vt doctrinam ex præexistenti fieri cognitione probaret, illa dixerat: nunc verò per se hæc docet.

Proponit igitur, quæ principia dicantur in scientia aliqua, illa nẽpè, quę nõ demonstrãtur esse: vbi aduerte, nõ esse legendũ sicut aliqui legũt, scilicet principia sunt, quę cũ sint non demonstrantur esse, id est, sunt vera, & indemonstrabilia: iste enim non est Arist. sensus, legẽdũ enim est, quod sunt non demonstratur, id est principia sũt in sciẽtia aliqua ea, quę non demonstrantur esse: Est autẽ hęc pulchra regula principia dignoscendi, & in scientia qualibet, & demonstratione, ea scilicet esse principia quę talis sciẽtia, seu talis demõstratio nõ p̃bat esse, sed supponit, verbi gratia supponit Geometria esse lineas, signa, id est, pũcta, Arithmeticus vnitates, numeros, hæc dicũtur principia, similiter in qualibet peculiari demõstratione non demõstramus subiectũ esse, nec mediũ dicuntur principia: hoc aũt non solum de simplicibus principijs, sed etiam de complexis, quales sunt propositiones, dignitates, & præmissæ in demõstrationibus singulis: hæc enim omnia, vt non demonstrãtur in scientia illa, vera esse dicũtur principia scientiæ, vt verò præmissę in illa demonstratione cuius sunt non demonstrantur, illius principia dicuntur: & vniuersaliter, q9 est in sciẽtia aut demõstratione, ita vt illic nõ demõstretur esse, sed supponat, id est, principiũ, siue simplex, siue complexum sit.

Quę sint principia in sciẽtijs.

2. ¶ Quid quidẽ igitur significent, &c.

Assignat id in quo principia, & ea quorum principia sunt, conueniãt: oportet autem per principia hic non solũ complexa, sed etiã simplicia, vti diximus, intelligere, per ea verò, quæ ex principijs sunt, seu per principiata, etiã complexa, quæ conclusiones sunt, & in complexa, seu simplicia, quæ sunt passiones & quæsita: est ergo conuenientia inter hæc, q9 de omnibus oportet in demonstrationibus, & in scientijs, supponere, quid significent: hoc enim non demonstratur in sciẽtijs, nec de principijs, nec de principiatis: at discrimen est, quod de principijs omnibus: preterea oportet supponere, quod sint, si simplicia, q9 existant, si complexa, quod vera sint, at de principiatis id demonstramus, nam conclusionem verã esse demonstramus similiter ipsam passionẽ inesse demonstramus, non autem supponimus. Arist. ponit exẽpla in simplicibus principijs, & principiatis solũ, nempè in subiectis, vt vnitate, & magnitudine, in passionibus, vt in recto & triangulo.

3. ¶ Sunt autem quibus vtuntur in demonstratiuis, &c.

Principia præsertim complexa hic diuidit in communia & propria, cõmunia sunt, quæ scientiam illam transcendunt, vt si ab æqualibus æqualia demas restant æqualia, hoc enim pluribus inest sciẽtijs propria verò, quæ ex his, quę in sciẽtia tali sunt, constãt, vt linea est magnitudo indiuisibilis secundum latitudinem, rectum est, cuius extrema nõ exeunt à medio, hæc enim Geometria sunt. Posses dubitare: cũ scientia ex proprijs procedat, quomodo principia habet communia? Respondetur non vti sciẽtias his communibus, vt communia sunt, sed vnaquæque scientia & demonstratio ea limitat ad suam materiã ad quam eis indiget, vt Geometra dicit si ab æqualibus magnitudinibus æquales demas, Arithmeticus ad numeros contrahit, & singulæ demonstrationes suis terminis adaptãt, nec propter hoc minor est vis illorũ principiorũ, cum semper sint vera & necessaria, & immediata: & propterea dicuntur cõmunia secũdum analogiã, quia ex eis vnaquæque scientia accipit pro sua materia.

Dubiũ.

Solutio.

4 ¶ Sunt aũt propria quidẽ, & hæc, &c.

Præter propria cõplexa, quę assignauerat in complexũ principium assignat nẽpè subiectũ, de quo accipimus quòd sit, & quid significet, & hoc est quod dicit: Esse & esse hoc: atque de tali subiecto demõstramus passiones, quæ ei per se insunt, & de his, quid significent, supponimus. Posses dubitare, quare modo separatè de simplici & incomplexo principio loquitur? Dico & hoc est aduertẽdũ hoc esse discrimen inter complexũ & simplex principium, complexũ enim in cõmune, & propriũ distinguit, at simplicia omnia propriã sunt, ob id primò propria cõplexa cũ simplicibus non cõiunxit, sed cũ cõmunibus, postea simplicia adiũxit: exẽpla ponit horũ, quę nota sũt: irrationalis dicitur quãtitas, quę alteri non communicat in parte aliquota, vt diameter costę, quę passio Geometrica est: inflecti verò dicitur eadem linea, quando ab vno puncto resilit, sicut pila: cõcurrere dicuntur duę lineæ, quæ

Dubiũ.

Solutio.

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ coniunguntur in puncto.

¶ Omnis n. demonstratiua sciẽtia .&c.

5. Ostendi sufficienter de istis determinasse, cũ non sit aliquid in demõstratione præter passionẽ, & subiectum, quod principium est simplex, & dignitates principia complexa. Dices, quid de cõclusione? dico, sub subiecto & passione comprehẽditur. dices, quid de præmissis? dico, sub dignitatibus esse, nã dignitates licet sub communi forma demonstrationem non componant, tamen limitatę, & cõtractę, propositiones & præmissæ fiunt, ex quibus demonstramus.

Dubiũ. Dices, nonne etiam ex propositionibus quæ dignitates non sunt, demõstramus? non enim semper Euclides ad dignitates recurrit, sed per ea, quę demõstrata sunt, demonstrat alia. Dico, ita esse, & hoc est, quod in præcedentibus verbis dixerat Aristo. demonstrant per communia & per ea, quæ demonstrata sunt: at quia nullus perfectam habet demonstrationem, nisi ad illa indemõstrabilia perueniat: propterea dixit ex dignitatibus esse demonstrationem, sed addidit hoc, tanquàm ex primis, quia etiã ex demonstrabilibus sunt demonstrationes, sed non tãquàm ex primis, hęc enim dignitates sunt.

Solutio.

6. ¶ Quasdã tũ sciẽtias nihil prohibet &c.

Soluit dubiũ ab Arist. Posset quis dubitare, an sẽper, illa supponere necesse sit, respondet Arist. non opus est semper, nã quãdo subiectũ esse notum est, vt calidũ esse, frigidum esse. non opus est supponere, sicut quãdo obscurum est, vt numerũ esse, similiter de passione, cum enim nota est significatio nõ opus est supponere, sicut nec de principijs illis, quæ dignitates sunt, supponimus quid significent, hoc enim notũ est: quæ verò nota non sunt, supponuntur, quod supra etiam nos diximus de principijs; & dignitatibus: concludit, siue supponantur ista, siue non semper illa tria in demonstratione esse, dignitates passionem, subiectum.

7 ¶ Non est autem suppositio.

Hæc est capitis secũda pars, in qua discrimẽ inter ista quatuor principia ponitur dignitatem, suppositionem, petitionem, definitionem: dignitas est principium necessarium, non solũ in se, sed q̃ etiã omnibus videtur, & cognoscitur necessariũ, vt quodlibet est, vel nõ est, & similia: hæc enim lumine naturali ab omnib9 cognoscũtur p se absq; alio medio: posses objicere, nõ est omnibus manifestũ, quãdoquidẽ negari potest, respõdet Arist: verbo & voce posse negari, sed nõ intellectu, secundum quem demonstrationes & syllogismos mẽsurare oportet: nã rationes exteriores potest quis prolibito negare voce, sed interiores non, p libito negamus, sunt igitur hæc principia nota, & ab omnibus interius necessario concessa, quæ Albertus in præsenti iterum comparat visibilibus, quæ suo lumine videntur, vt superius etiam diximus ex ipsomet.

Not. discrimẽ inter quatuor principia.

¶ Quæcunque ergo demonstrabilia. 2.

Suppositiones & petitiones declarat, hæc enim sunt demõstrabilia principia quæ cũ demonstrari possint, non demõstrãtur ab aliquo, sed sine demonstratione accipiuntur esse vera, differũt tamẽ, si enim ista discenti, id est, ei, cui sit demonstratio, nota sunt, ac si essent demõstrata, dicũtur respectu illi9 suppositiones, quod sæpe accidit in argumentando, recipit enim qui respondet propositiones aliquas absque probatione, quæ probari poterant, quia illi notæ sunt, si vero dicẽti non sunt nota, vel quia non est vnius opinionis, id est, quia non scit illa, vel quia contrariæ opinatur, & illa existimat non esse, tunc dicuntur petitiones, seu postulationes, q̃ a demõstrator petit, vt modò admittat ea, vt demõstratio procedat, & postea prouabũtur, in quo apparet differentia horum duorum, à dignitatibus, & inter se, à dignitatibus quidem, quia sunt dignitates indemonstrabiles, & omnibus per se notę, hæc verò demonstrabilia, & non omnibus nota, inter se verò, nam suppositiones

Dignitates quomodo à suppositionib9 & petitionib9 & definitionib9 differunt.

tiones videntur discenti; petitiones verò non videntur, vtraque tamen recipiuntur esse absque demonstratione, cùm demonstrari queant.

9. Termini igit nõ sũt suppositiones, &c.

Definitio aliud est principium in demonstratione, q̃ quid sit notũ est, ob id, quid non sit potius explicat, non est igitur suppositio, nec petitio, quod duplici ratione probat, altera est, quia suppositiones significãt esse, vel non esse, non aũt definitiones: cuius ratio est, nã suppositiones in ꝓpositionib9 sunt, id est, suppositiones sunt propositiones termini verò & definitiones solũ intelliguntur, cũ in simplici intellectus operatione sint, in qua non est propositio, sicut nec videre, vel audire sunt propositiões quia simplices cognitiones sunt Philop. illa verba, suppositiones in propositionibus sunt, exponit in hũc sensũ, q̃ definitiones sumptæ in propositionibus, nẽpè de definitis enunciatæ, sunt suppositiões, vt homo est animal rationale, triangulus est figura tribus lineis terminata: & est expositio etiam bona mihi tũ videtur prior melior: concludit Arist. suppositiones esse, ex quibus existentibus sequitur cõclusio, eò quòd ipsæ sunt, id est, sunt propositiones, per quas conclusio infertur & probatur.

¶ Quędam notatu digna.

Sunt hic aliquot notanda, primũ est ista tria, suppositionem, petitionẽ, definitionẽ, sub vnico genere comprehendi, nempè sub positione, cuius meminit cap. 2. superiori, nunc tamen numerãs ipsas species reliquit genus ipsum, nec hoc absurdum videri debet.

1. Nota. Suppositiones & petitiones partim demõstratiuas, partim dialecticas esse.

Est etiã notandum, suppositiones, & petitiones esse in duplici differentia, quædã sunt demonstratiuæ, quædã dialecticæ: demonstratiuæ oẽs sunt necessariæ, & de his est sermo in præsenti vnde malè docuit Philop. petitiones posse esse falsas, cũ hic dicat Arist. esse demõstrabiles: quędã verò dialecticæ, petũt enim & supponunt etiã hi, qui probabiliter disputant, atq; hæ possunt esse falsæ, sunt enim probabiles.

Tertiò notandum est esse suppositiones in scientia, similiter petitiones, & in demonstratione peculiari: in scientia suppositiones, & petitiões sunt propositiones, quæ cum demõstrabiles sint saltem in alia scientia supponuntur, vel vt notæ discenti, vel vt petitæ, deseruiunt tamen pro multis conclusionib9 illius scientiæ, sicut à puncto in punctũ lineam ducere, & similes: in demonstratione verò qualibet præmissæ, quæ in ea non demonstrantur dicuntur suppositiones, aut petitiones in illa demõstratione: si enim sunt notæ respondenti, suppositiones, si verò non petitiones.

3. Nota. Suppositiones & petitiones in scientijs & in ipsis particularib9 demonstrationibus reperiri.

Tandem notandum est, cum Aristo. dicit, suppositiones & petitiones esse demonstrabiles, nõ intelligi, semper esse demonstrabiles demonstratione propter quid, sunt n. aliquæ suppositiones immediatę, vt qũ definitiones de definitis sumimus, sed dicuntur demonstrabiles, vel quia demonstrari possunt, vel non sunt ita notæ, quin aliqua ratione saltem à posteriori indigeant, & tamẽ absque tali probatione proponuntur. Neq; aũt Geometra falsa supponit. &c.

4. Nota. Suppositiones & petitiones non semper à priorẽ esse demonstrabiles.

Posset quis dubitare, an supponere liceat falsa, vt quidã existimant Geometras falsa supponere in suis demonstrationibus, supponunt n. in eam bipedalem quæ forsan est tripedalis, & lineam rectã quæ curua est, & similia: respondetur nõ licere, nã Geometrę non vtũtur illis suppositionib9, vt ex illis demõstrent, sed vt ostendant, veras lineas, & veras rectas, & veras quãtitates, p quas demõstrant, non ergo vtuntur suppositionibus falsis, per quas demonstrant. 10.

¶ Amplius petitio & suppositio, &c. 11.

Hoc est alterũ argumentũ, quo suppositionem non esse ipsam definitionẽ probat, suppositio .n. & petitio est vniuersalis, & in parte, id est, particularis: at definitio nec vniuersalis, nec particularis dicitur, non.n. est propositio, cuiq

pro-

propriũ est, vniuersalé, vel particularé esse, nõ ergo est suppositio, aut petitio.

¶ Species quidé igitur esse.

13. Cũ multa de vniuersalibus locutus sit, dubium esse posset, an cũ demõstrationes & definitiones sint vniuersaliũ, opus sit, species, id est, ideas ipsas vniuersales separatas ponere, vnũ.n. motiuũ Platonis ideas cõstituentis hoc fuit nẽpè quia scientiæ & definitiones, quæ vniuersalium sunt, non aliter essent: respondet Aristot. non opus esse ob demonstrationes, & scientias ideas separatas ponere, sufficit enim naturã ipsis singularibus constituere, quę valeat de multis vniuocè prædicari, non aũt separatã, nisi per operationem intellectus. Multa de vniuersalibus alibi diximus, ob id hic his supersedebimus: vide quę stionem procemij super Porphyrium.

13. ¶ Non contingere aũt idem simul, &c.

Locus hic summę obscuritatis est ob defectum verborum Arist. propterea rem & sensum potius, quàm orationem, oẽs Græci, Latini, & Arabes explanãt, in sensu autem non plenè oẽs conueniunt, quorũ expositiones & sensus enarrare, prolixum & inutile esset, sumã ex his omnibus, quæ mihi magis veritati videntur conformia, & literæ Arist. consonantia, addã autem, quæ videntur singulis deesse, ac ipsum integrum contextum conabor exponere.

Principia vniuersalissima duo esse.

Duo igitur sunt principia vniuersalissima, quorũ veritati inniituntur reliqua alterũ negatiuum, scilicet de nullo est verũ affirmare, & negare, alterũ affirmatiuũ, scilicet de quolibet affirmare, vel negare, verum est: his duobus sicut & reliquis, demõstrationes vtuntur limitatis, & coarctatis ad peculiarẽ materiam, q̃ quidem quando & quomodo fiat, in præsenti docet Arist. quæ est tertia pars capitis, de his enim magis videtur dubium, cum generalissima sint, quã de alijs: incipit autem à negatiuo, & dicit, tunc tale principium in demõstrationem ingredi cum talis est conclusio, quæ illo sic ingredienti indigeat, quãdo nempè de subiecto conclusionis enuntiamus aliquod prædicatum affirmando ipsum, & remouendo oppositũ, vt si dicas, Callias est animal, & non est non animal.

Ad huiusmodi conclusionem demõstrandam oportet in demõstratione etiam sumi tale principiũ contractum, sumimus aũt sic sumendo duos terminos contradictorios altero affirmato, altero negato & remoto, vt in illa conclusione eadẽ apparet: sic aũt in demõstratione sumi debet: ecce quãdo liceat tale principiũ in demonstratione sumere, sed quomodo, & quo loco in demonstratione eo vtendũ, docet: sunt. n. tres termini in demonstratione, maius extremũ, nempè prædicatum maioris, minus extremũ, subiectum minoris mediũ, scilicet subiectum maioris & prædicatũ minoris: tale principium non in medio, nõ in minori extremo, quod dicitur tertiũ sed in primo, id est, minori extremo constituendũ est, & dices, omnis homo est animal, & non est non animal, Callias est homo, ergo Callias est animal, & non est non animal,

Dubiũ. Solutio.

Dices, quare non in medio, & tertio sumi debet? huic respondet Arist. quia est inutilè prorsus ad talẽ conclusionẽ inferendã, nam etiã si oppositum medij sumeres absq; negatione ipsius, adhuc sequitur conclusio similiter de tertio, nam etiam si dicas, omnis homo, & non homo est animal, & non est non animal, dũmodo Callias sit homo tantũ sequitur Callias est animal, & non est nõ animal: similiter de tertio, etiãsi.n. non Callias sit homo, dũmodo Callias sit homo, sequitur eadem conclusio.

Dubiũ.

Dices tu: quare de medio & opposito medij enunciamus maius extremũ non de medio autem enunciamus primũ, & oppositum primi, dicit enim homo, & nõ homo animal, at homo nõ dicitur animal & nõ animal. Respõ. quia maius extremũ est superius medio, nõ in

Solutio.

telligas sẽper id esse in demõstratione nẽpè q̃ sit superius, sed hoc est argumẽtum non posse tale principiũ esse necessariũ in medio, quia si necessariũ esset, semper esset, at cum primũ est superius non licet, argumẽtũ igitur est, non esse necessarium, idem dicendum de tertio hunc crediderim esse integrum sensum Arist. & valdè notandum.

Expositio text.

Literã igitur ipsam exponamus, non contingere autẽ simul, id est, istud principium, de nullo est verum affirmare, & negare, nullam demonstrationẽ ingreditur, nisi cum opus est demõstrare conclusionem, sic id est, per illud principiũ quod sit cum id in conclusione est, tũc autẽ in demõstratione accipi sic debet, accipientibus primum, id est, maius extremum de medio in maiori, quod verũ negare autem non verũ, id est, affirmãdo ipsum primum & negando negationem primi, quę falsa erat, non enim dicebatur, homo est animal, & nõ animal hoc enim falsum est: dicemus ergo, homo est animal & nõ animal, & remouere contradictorium primi, est dicere, q̃ negare primum, non est verum.

Nihil differt. Hic probat non posse in medio illud esse, quia in medio, & minori extremo possumus oppositum medij sumere, etiam oppositũ minoris extremi, dicitur enim homo, & non homo est animal, Callias & nõ Callias est homo, non igitur principium est necessariũ cum oppositum verè liceat sumere.

Nam si datum est. Ostẽdit id exemplo quomodo sit inutile cum medio oppositum medij sumere ad conclusionem inferendam, dicens, si datũ est, de quo hominem verum est dicere, id est, si detur quod Callias sit homo & non hominem verum, id est, licet verũ sit quod non homo est animal, & non non animal, dummodo detur, sed si solum hominem, totum nẽpe hoc, homo est, animal, & non non animal, erit enim verum, id est, sequitur conclusio, Callias est animal, & non non animal, vt sit sensus, dũmodo homo sit animal, & non non animal, & Callias sit homo, sequitur, q̃ Callias sit animal, & non nõ animal, siue etiã non homo sit animal, & non Callias homo.

Causa autem est. Reddit rationẽ cur id liceat in medio, nẽpè sumere ipsum & oppositum, quia nempe maius extremum superius est, & cõtingit esse, cum enim conuertibile est id nõ licet: at maius extremum, & oppositum in nullo casu licet verè sumere, sed semper negãdo oppositum, vti diximus, postea concludit, nihil differre ad conclusionem duo opposita in medio sumere, & in tertio, non ergo est ibi tale principium necessarium. Hæc circa literam.

¶ Quædam notatu digna.

1. Nota. Oppositũ medij nõ debere sumi in vtraq; propositione.

Sunt aliqua notanda per perfecta intelligentia huius: primum, quãdo dicit Arist. oppositum medij posse sumi, vt homo & non homo est animal, non intelligas, quod vtraque propositione id licet nã minor erit falsa, vt notat Auer. scilicet Callias est homo, & non, homo sed sensus est, si in medio tale principiũ sumendum esset, nunquam medium, & oppositum sumere liceret: at in maiori id fit, non ergo in medio est ponendum id principium.

2. Nota.

Aduerte secundo, non solum in maiori oppositum medij sumi posse, imo, vt notat Philop. aliter sumi est impossibile, cum primum est superius, est enim falsum dicere, homo & non non homo est animal, & non est non animal, cum multa, quæ sunt non homo, licet non omnia sint animalia.

3. Nota.

Auerte maximè tertio, quare Arist. non ponat principiũ hoc in subiecto cõclusionis, sed solũ in prędicato, dicimus enim etiam homo, & non non homo est risibilis: dico cum in subiecto est, non potest poni in demonstratione, nam esset consequentia mala, nec esset bona forma cũ detur antecedens verũ & consequens falsum, vt patet in hac, omne animal rationale est sensitiuum, omnis homo & non non homo est animal ratio-

nale, non valet, ergo homo & non non homo est sensitiuus.

4. Nota. Demonstrationes quæ cũ generali illo sumuntur principio, non esse inutiles

Aduerte quarto cum Philop. tales demonstrationes, quæ cum hoc principio sumuntur, non esse inutiles, quãuis id videatur sancto Thomæ: sunt enim, vt dicit Philop. multa, quę apparẽt secundũ opposita prędicari, vt elemẽta esse corruptibilia, & non corruptibilia, quia corrumpuntur secundum partem, non corrumpuntur secundum totum, similiter cælum esse in loco, & non esse in loco, quia secũdum partes locum habet, non secũdum totum, & alia huiusmodi, ex quib9 quis posset existimare posse hęc opposita affirmari, aduersus quos possumus & debemus sic oppositas monstrare conclusiones.

5. Nota.

Aduerte quinto, quamuis istud exẽplũ Arist. non sit demonstratio propria quia est de singulari, puta, Callia, tamẽ possunt fieri multę huiusmodi demonstrationes, vt si dicas, ois actus habẽs esse in se est immortalis, & nõ nõ immortalis, anima rationalis est talis actus, ergo animæ est immortalis & non non immortalis, & sic etiam in alijs fit.

6. Nota. Contradictionẽ terminorũ simpliciũ esse imperfectam.

Aduerte sextò cũ Philop. cum audis contradictionem inter terminos, puta homo non homo, animal non animal, non intelligas contradictionem perfectam, hæc enim non nisi in propositionibus est, sed est quædam imperfecta contradictio quæ dicitur secundum finitos & infinitos terminos.

14. Exposi. Themi. & Philo.

¶ Commune autem aut affirmare, &c.

Themistius & Philop. volunt, vt postquam Aristo probauit demonstrationi ostensiuę deseruire illud principiũ, modo probet etiã deseruire demonstrationi ad impossibile. D. Th. vero, & alij hoc ad principium affirmatiuum referunt, vt dixim9 in principio, & quãuis vtrũq; sit verũ & probabile, magis videtur consonare literę sententia. D. Tho. Est ergo sensus, q̃ hoc principiũ de quolibet est verũ affirmare, aut negare, deseruit demonstrationi ad impossibile, sed debet contrahi ad materiã illius demonstrationis, sicut etiam dictum est de alijs principijs communibus.

Exposi. verior D. Tho.

Propter q̃ aduerte ex. l. 1. Prio. c. 22. & 23 esse duplicẽ syllogismum, ostensiuũ & ad impossibile, probamus. n. aliquam conclusionem dupliciter, vno modo illã veram ex veris concludendo, vt qui hominem esse risibilẽ probaret sic, omne rationale est risibile, omnis homo est rationalis, ergo omnis homo est risibilis, talis syllogismus & probatio dicitur ostẽsiua: altero modo eandem conclusionẽ probamus ostendendo suum contradictorium esse falsum, cũ enim contradictoriorum hoc aut illud sit verum, si falsum ostẽditur vnum, probatur alterum verum, talis syllogismus & probatio dicitur ad impossibile demonstratio.

Nota syllogismo ostensiuo & impossibile.

Fit autem hoc modo, sumẽdo primũ cõtradictoriũ cõclusionis probãdę, puta, nullus homo est risibilis, si probãda est homo est risibilis, secundò ex eo, cũ alia propositione vera, inferendo cõclusionem falsam in bona consequẽtia: vt cum sit illa bona consequẽtia, & conclusio falsa, necessarium sit aliquã prœmissam esse falsã, quæ erit illius prima cõtradictoria, nam altera coassũpta erat vera, sumitur enim sic, nullus homo est risibilis, omne rationale est risibile, ergo nullus homo est rationalis: in Cæsare: cõclusio est falsa, ergo altera præmissa non minor, quia est manifesta, ergo maior, quæ est contradictoria prioris. tunc tertio vtatur principio cõtracto sic, aut omnem hommem non esse risibilem, aut aliquem esse risibilẽ verum est, sed nullum hominem esse risibilẽ non est verum, ergo hominem risibilem esse verum est: in quo tertio processu vtor hoc principio affirmatiuo contracto, & hęc est mens Aristot.

¶ Cõmunicant aũt omnes scientiæ, &c.

Concludit scientias omnes cõmunicare in istis principijs cõmunibus, vt dictum est, non tamẽ in his, ex quibus demonstrãt, nec quod demonstrant, id est non in subiectis, nec in passionibus, nec similiter in propositionibus, ex quibus proximè demonstrant, nec in conclusione quam demonstrant.

Triage neracõmuniũ principiorum.

Vbi aduerte cõmunia principia esse in triplici differentia, quædam sunt cõmunissima omnibus scientijs, & omnibus demonstrationibus, qualia sunt illa duo prædicta, in his vis omnis probatiua & illatiua nititur, vt dictũ est: quædã sunt cõmunia multis quidẽ scientijs, sed non omnibus, nec vniuersis demonstrationibus, qualia sunt illa Mathematica, omne totũ est maius parte, & similia quædã vni scientiæ propria, sed cõmunia multis illius scientię demõstrationibus, vt in philosophia naturali motus est, in morali oẽs appetunt bonũ: huiusmodi sunt multa in singulis artibus Mathematicis: in præsenti sermo est de communissimis, in his enim solùm omnes scientiæ conueniunt, in reliquis multæ, aut vnius scientiæ variæ demonstrationes, sed non omnes.

Quomodo principia cõmunia probent aliquam conclusionem.

Aduerte præterea hæc principia cõmunia non per se conclusionem probare aliquã, nisi vel limitentur, vel cũ alijs sumãtur propositionibus, nõ enim semper formaliter sunt in demonstratione, sed virtualiter: vt nõ semper illa priora duo & reliqua in demõstratiõe sunt secundũ se, licet virtus saltẽ prioriũ sit semper. Est enim similitudo, vt enim causæ naturales quædam sunt vniuersales varijs affectibus procreandis prõptæ, vt sol, cæli, intelligentiæ, nihil tamen producunt eorum, nisi adiũctæ particularibus causis, sol enim cũ leone producit leonẽ, & cũ equo equum: ita similiter illa principia cõmunia, nõ enim ipsa sola, nec particularia sola sed simul vtraq; probant, ac ob id dicũtur cõmunia secundum analogiã & proportionem, quia sicut in hac scientia cũ principijs huius producunt hanc cõclusionem, ita etiam in alia scientia & demõstratione producunt cũ alijs particularibus principijs aliam conclusionem, ob id dicuntur principia analoga & proportionalia respectu variarum conclusionũ particularium, quę in varijs scientijs & demonstrationibus sunt, & hoc est maximè notandum.

¶ Et Dialectica quidẽ de omnib9, &c.

16. Aduerte discrimen inter dialecticum, & Metaphysic.

Duas scientias ex cõmunibus procedere docet, Dialecticã & Metaphisicã sed discrimen est inter vtramque. Metaphysica cõmunia per communia probat, ac propterea demonstratione vtitur, nã multa ꝓbat de ente per causas etiã cõmunes, & sic ex cõmunibus procedere non est contra id q̃ dictũ est, solũ hoc est traditum, quod propria non licet per cõmunia procedendo demonstrare, & sic Dialectica procedit, ac ob id non demõstrat, sed probabiliter ratiocinatur, hic enim de Dialectica pro Topica sermo est. vt Dialecticus ꝓbat amorẽ esse in cõcupiscibili per cõmune, quia vbi est vnũ contrarium, ibi est alterũ, odium verò est in concupiscibili ergo & amor, sic igitur procedit ex cõmunibus sed non demonstrat.

Dubiũ solutur ex D Th.

Dices, quomodo dicit q̃ Metaphysicus cõmunia illa principia demonstret cũ sint immediata? Resp. S. Tho. quem sequitur Aegid. quod non à priori demonstret, sed contra negantes conatur ostẽdere, & declarare, & aliqua via probare. Præterea quia de illis demõstrat passiones, scilicet quod sint immediata, quod sint per se nota, & alia: vnũ fateor, quod mihi videtur, multa principia per se nota habere causam; quis enim negare poterit non esse causam q̃ totũ sit maius parte, & multorũ aliorũ sed quia sunt per se lumine naturali cognita, & non per causam, propterea immediata dicũtur, Metaphysici tamẽ est per tales causas, si quãdo occurrerit probare: & hoc est q̃ dixit sub forma dubitandi (si qua tentat monstrare cõmunia) quia non id facit, nisi contra negantes ea, quod rarò occurrit, sed hoc in secundũ librũ Metaphysicæ reseruetur.

Princi pia per se nota habere quandoque causam.

¶ Sed Dialect. nõ est sic definitorũ, &c.

18.

Dis-

Discrimen est Dialecticæ ab alijs scié tijs, quod non est vnius generis definiti, sicut aliæ sciétiæ sunt: aliqui dicunt, q̃ quia est de argumentatione, quæ aptatur omnibus rebus, sed melius est, q̃ non sit generis vnius, id est, topica non habet rẽ certã: & materiã circã quã probabiliter disputet, sed circa quãcunque materiã & rẽ probabiliter disputando vagatur. Prẽterea differt ab alijs sciétijs etiã à Metaphysica, q̃ scientiæ vnã partem determinent contradictionis, quã demonstrant, non enim contradictoria simul demonstrari valẽt, at Dialectica vtitur vtraque parte contradictionis, & vtramq; probat topicè, ac ob id interrogatione vtitur, quæ fit de parte contradictionis vtraq; ; quia vtramque expositus est probare: de qua interrogatione dictũ est in libro de syllogismo. 1. Priorum capite primo, atque hæc de capite octauo.

¶ Demonstratiuarum scientiarum esse interrogationes & responsiones proprias, &c.

TEXT. Cap. IX.

1. SI verò idem est interrogatio syllogistica, & propositio contradictionis: propositiones aũt secundũ vnamquãq; scientiã, ex quibus syllogismus secundũ vnãquamq; scientiã erit vtique aliqua interrogatio scientialis: ex quibus qui secũdum vnamquamque, proprius fit syllogismus.

2. Planum igitur, quod non omnis interrogatio Geometrica fuerit, neque medicinalis: similiter autem & in alijs: sed ex quibus, aut monstratur aliquid, de quibus, Geometria est: aut ex eisdem monstratur Geometriæ, quem admodũ perspectiua: consimiliter aũt & in alijs: & de his quidem & rationem subijciendum ex Geometricis principijs, & conclusionibus.

3. De principijs verò non Geometricis, & conclusionibus, rationem non subjiciendum Geometræ, in quantum Geometra: consimiliter autem & in alijs scientijs.

Neq; igitur omnem interrogationẽ vnusquisq; scientificus interrogare debet: neq; omne interrogatũ respondere de vno quoque: sed quæ secundũ sciétiã determinata sunt. Si aũt disputabit cum Geometra, in quantũ Geometra sic, manifestũ q̃ benè, & si ex his aliquid monstret: si autem non, non benè. Planũ autem, q̃ neque redarguit Geometram, nisi secundum accidens. 4.

Quare non erit in Geometricis de Geometria disputãdum: latebit enim prauè disputans: consimiliter autem & in alijs scientijs se habet. 5. 6.

Quoniam autẽ sunt Geometricæ interrogationes, sunt ne igitur & nõ Geometricę? & iuxta vnamquãq; scientam quæ secundum ignorantiam + qualem nam Geometricæ sunt? Et vtrum secũdum ignorantiã syllogismus, qui ex oppositis syllogismus, aut paralogismus? [a. Alia quãdo metricæ sunt,

Secundũ Geometriã verò aut ex alia arte: vt musica est interrogatio non Geometrica de Geometria: coalternas verò coincidere existimare, Geometrica quodãmodo, non Geometrica alio modo. ¶ Duplex .n. hoc quemadmodum irrhythmicũ: & alterum quidẽ non Geometricũ, eo q̃ non habet, quẽ admodum irrhythmicum, alterum verò, eo q̃ malè habet. & ignorãtia hæc, & quę ex talib9 principijs contraria.

In Mathematicis verò non est similiter paralogismus, quoniã medium est semper, q̃ duplex, de hoc enim omni, & hoc rursus de alio dicitur omni, quod autem prædicatur non dicitur omne. 9. 10. Vide pro mo Elencherũ capit. 11. vide pro hoc Ar. 2. topic. non.

Hæc aũt sunt, ac si intellectione videretur. In rationibus verò latet, n̄ quid omnis circulis figura? si verò descripserit, planum, quid autem, carmina, circulus? manifestum, quod non sunt.

Non oportet autem instantiam in ipsũ ferre, si sit propositio inductiua, quæ admodũ enim neq; propositio est quæ non est in pluribus, non .n. erit in omnibus

longè à principio ibi. Amplio proble. propositioni sacientem sibi ipsi instare.

12. ibus: ex vniuersalibus autem syllogismus: planum quod neque instantia eædem enim propositiones, & instantiæ: quam enim fert instantiam, hæc fieri potest propositio, aut demonstratiua aut Dialectica.

Contingit autem quosdam non syllogisticè dicere, eo q̃ ex vtrisq; consequẽtia accipiunt: quemadmodũ & Cæneo facit: q̃ ignis in multiplicata proportione: etenim ignis celeriter gignitur, vt ait: & hęc est proportio: sic autem nõ est syllogismus, nisi celerrimã proportionem sequatur multiplex: & ignẽ celerrima in moru proportionem.

13. Aliquando quidem igitur non contingit syllogizare ex acceptis: nõ nunquam verò contingit, sed non videtur.

14. Si autem impossibile esset ex falso verũ monstrare, facilè vtiq; esset resoluere: conuerteretur enim ex necessitate. Si enim A. est: hoc aũt existẽte, hæc sunt, quæ noui, quod sunt, vt B. Ex his itaq; monstrabo q̃ illud est. Conuertũtur autem magis quæ sunt in Mathematicis, quoniam nullum accidens accipiunt (sed hoc differũt ab ijs, quę sunt in disputationibus) sed definitiones.

15. [Cod. mul. leg. vt A. de B. sed malè, & ideò Ioan. Gra. dicit legendum esse vt A de B. & de D.

Augentur aũt non per media, sed eo q̃ assumunt. Vt A. de B. hoc aũt de C. rursus hoc de D & hoc infinitum. Et in latus: † vt A. & de C. & de E vt est numerus quantus, vel & infinitus: hoc, in quo A impar numer9, quãtus in quo B numer9 impar, in quo C. est igitũ A. de C. & est par quãt9 numerus, in quo D. par verò numer9, in quo E. est igitũ A. de E. Si aũt idẽ est interrogatio syllog. &c.

Cùm & cõclusiones, & propositiones, & principia propria esse in demonstratione qualibet, & sciẽtia docuisset, nũc etiã interrogationes, responsiones, ac alia propria esse docet; atq; in tres partes caput est diuisum: in prima, interrogationes, rẽsponsiões, disputationes proprias esse in scientijs traditur: in secũda esse etiam proprias interrogationes secundũ ignorantiã: in tertia verò de defectibus in syllogismis scientiarũ disserit: proponit igitur hanc conclusionẽ. Interrogationes sũt propriæ in sciẽtia qualibet: & affert hanc probationẽ: propositiones exquibus syllogismi sciẽtiarũ fiunt, sũt propriæ in qualibet sciẽtia, sed interrogatiões syllogisticæ sunt propositiões, ergo interrogatiões sunt propriæ in qualibet scientia, minorem in principio, suo more, ponit.

Circa hæc dubitabis primò, quomodo hic interrogationes in scientia & demonstrationẽ ponat, cũ in fine capitis præcedentis hoc dialecticæ propriũ esse dixerit. Resp. S. Tho. quem sequũtur Aegid. & alij philosophi demõstratorẽ & dialecticũ interrogare, sed cũ magna differẽtia. nã dialecticus interrogat cõclusionẽ, & propositiones, ex quibus syllogizat. Demõstrator verò solã interrogat cõclusionẽ, propositiones accipit, cuius rationẽ dat Aeg. Dialecticus. n. cũ ex omnib9 procedat, potest nõ solũ cõclusionẽ, sed etiã propositiones negatas probare: at demõstrator cõclusionẽ quidẽ negatam demõstrabit, sed nõ propositiones, ideò eas non interrogat sicut Dialecticus: est etiã altera differẽtia, nã Dialecticus conclusionẽ interrogat, paratus quãcunq; contradictionis partẽ probare, at demonstrator partẽ verã & necessariam probat: sic ergo ad dubiũ Resp. at quia hæc solutio nõ videtur consona Arist. (nã hic loquitur de interrogationibus demõstratiuis, quæ sunt propositiones, & nõ de cõclusionibus) respondetur etiã esse interrogationes propositionũ, sed demõstrabilium, quæ sunt cõclusiões, & postea sumũtur ad alias probãdas tanquã propositiões hęc solutio nõ mihi placet, cũ absolutè Arist. interrogationes vocet propositiones: propterea dico etiã demõstratorẽ interrogare propositiones, nõ vt differẽter sumat cõsensum respõdentis, sed vt euidẽtiam, & certitudinẽ etiã à respondẽte venetur, sæpè .n. interrogamus etiã necessaria, vt simul acquiescere rãden-

1. Dub.

Soluit. ex D Th.

Solu. aut Demonstratorẽ propositiones suas interrogare.

tem faciamus, quia via ſæpè vtitur Plato: q; ſi acciderit reſpondentē non concedere, licet non demōſtremus eas, tñ declaramus exēplo, inductione, aut ad incōmodū ducentes: de his igitur interrogationibus demōſtrationis eſt hic ſermo, quę aliæ ſūt à Dialecticis: & ſic ſoluitur dubiū. Dialecticus .n. de vtraque parte contradictionis petit, quia vtraq; vtitur: nō demōſtrator ſic facit.

2. Dub. Dubitabis pręterea, quid per interrogationē ſyllogiſticā intelligatur dico, nō intelligi ſyllogiſticā, id eſt, Dialecticā, vt vult Philop. ſed intelligitur ea interrogatio, quæ propoſitionē petit, cui rūdere poſſumus, ita eſse vel nō eſse, ſūt enim multę alię interrogationes, vt vnde venis? cur ferrū trahitur à magnetē? hę .n. non ſunt ſyllogiſticę:

Solutio. etiā dicitur interrogatio ſyllogiſtica, id eſt, ex quibus ſyllogiſmus cōponitur

3. Dub. ad excludendā quęſtionem, quę eſt in

Solutio. terrogatio cōcluſionis. Dubitatur pręterea, quomodo interrogatiōes propoſitiones dicātur, nō enim ex eis ſyllogiſmus cōficitur. Reſp. S. Tho. & Albert. tract. 3. c. 4 dici propoſitiones ſecundū ſubſtantiā, eadem enim eſt res, propoſitio, & interrogatio modo ſolo differūt. Tandē dubitabis, quid per propoſitionē cōtradictionis intelligere oporteat. dico propoſitionē, quę eſt vna pars cōtradictionis, qualis eſt demōſtratiua.

¶ Manifeſtū itaq; quod non omnis, &c.

Infert, non omnem interrogationē eſse Geometricā, aut medicinalem, id eſt, non omnes interrogationes, quæ in particularibus ſcientijs ſunt, ſunt illarū proprię, ſed hę duę ſūt proprię Geometrię, altera quæ ſit propoſitionū, ex quibus concluſiones Geometricę probātur: altera, propoſitionū, ex quib9 in Perſpectiua concluſiones probātur: & vniuerſaliter duę ſunt interrogationes ſcientię cuilibet familiares, eę ex quibus ipſius concluſiones probātur, & eæ ex quibus quę in ſubalternata ſunt etiam probantur nota literam, aut q; ex eiſdē mōſtratur, &c. id eſt, aut ex interrogationes etiā ſūt Geometricæ, ex quibus eiſdē mōſtratur aliq̄d, vt viſibilia, id eſt, mōſtrātur quæ ſunt perſpectiua.

¶ Et de ijs quidē & rationē ponere, &c.

Hæc ſunt verba continua precedētibus, ſenſus eſt, de his etiā, ſcilicet perſpectiuis principijs reddenda eſt ratio, 3.
Geometræ, ac ideo taliū propoſitionū interrogationes, per quas perſpectiua probātur, ſunt Geometricæ, idem etiā in alijs ſubalternis dicendū eſt: ad ſuamet principia nulla ſciētia probat, nec ipſorū propter quid reddit, non .n. Geometra, vt Geometra ſua principia probat, ſicut probat ſubalternata principia: dico, vt Geometra, quia ſecundum aliā artem accidere poteſt principia alicuius ſcientiæ probare, vt notum eſt.

¶ Neque omne eſt vtique vnum, &c. 4.

Infert ſecundo, cū ſint propriæ interrogationes in qualibet ſcientia, nō eſse interrogandū quemlibet ſcientē quācunque rem, non enim Geometrā omnia interrogabis, nec Arithmeticū, ſed quæ propria illius ſunt, nec ſimiliter quilibet artifex tenetur, nec debet cuilibet interrogationi reſpōdere, imò in diſputatione nullus aliquem artificē redarguit, niſi ex principijs illius artis redarguat, qui enim Geometram de re Phyſica conuincit, per accidens, non vt Geometram conuincit: oportet ergo & ex proprijs diſputare, & redarguere, non extraneis illius artis.

¶ Quare non vtique erit in non Geometricis, &c. 5.

Cōcludit, nō eſse diſputandū en Geometria de non Geometricis principijs & rebus, latebit enim prauè diſputās, id eſt, in illa arte non poterit cognoſci an prauè diſputet, cū nō ex illius principijs, pcedat: l. ſecūdū Themiſt. p in nō Geometricis, id eſt, cū ignaris Geometriæ, nō eſt Geometricè diſputandū, q; nō poterit ab illis percipi, qñ prauè diſputetur: l. aliter, ne diſputet in Geometria nō Geometricè, q; ſi ſic diſputatur

eſt praua diſputatio, & non apparet, cū diſputatio in Geometria fiat.

6. ¶ Quoniā autē ſunt Geometricæ, &c.

1. Quæſ. Hæc eſt ſecūda pars capitis, in qua tres quæſtiones proponit, prima eſt, vtrū ſicut ſūt in ſciētia, puta Geometria interrogationes Geometricæ: ita etiam ſint

2 ageometricæ. Altera quęſtio eſt, q; vt poſtea dicturus eſt, ſunt duę interrogationes ageometricæ, ſeu amuſicę, vt ita dicā, & ſecundum quālibet ſcientiā: vna eſt ſecundum ignorantiā negationis: altera eſt ſecundum ignorātiam malæ & prauæ diſpoſitionis) dubitat, ſecundum quam harum ignorantiā, interrogationes facte in ſcientia, magis vicinę ſint & proximæ illi ſcientię: vnde ſic lege litterā Boetij, ex his interrogationib9, quæ ſecundum ignorātiam fiunt in Geometria, qualis eſt geometrica, & ſecundum vnamquamque ſcientiā, id eſt, ita petitur in alijs ſcientijs. Tertia quęſtio eſt,

3. Quæſ. cū duplex ſit vitiū in ſyllogiſmo facto in ſcientijs, & ſecūdum formam, qualis eſt paralogiſmus, & ſecundum materiam, qualis eſt is, qui ex oppoſitis ſciētiæ procedit, vter ex his magis dicatur ſyllogiſmus ignorantiæ in illa ſcientia & arte. Hæ ſunt quæſtiones tres.

7. ¶ Secundum Geometriam, &c.

Solutio. Soluit duas priores quæſtiones, diſtin-
duarum guendo duas ageometricas quæſtiones
prima- ſeu potius interragationes, altera eſt.
rū quæſ. quæſit in Geometria de re muſica, ſi eā Geometram interroges ea, quę aliarū ſunt ſcientiarū, interrogationes ageometricę ſunt: altera eſt, quę fit in Geometria de oppoſito eius, q; in Geometria eſt, vt ſi interroges, an parallelę cōcurrāt, hæc ageometrica eſt interrogatio, nō ſicut prior, nā prior de materia extranea à Geometria erat, hęc de eadem materia, ſed de oppoſito principio idē poteris cuilibet ſcientiæ adaptare, in omni .n. hę duæ ſūt interrogatiōes à ſcētia alienæ: & in hoc reſpondetur ad primā quæſtionē, ſunt enim ageometricę quæſtiones, poſtea has duas cōparat & eā quę ex oppoſitis eſt, magis ad Geometriam accedere docet, cū ſicè ex materia eadem ſit, quāuis non ſit prorſus geometrica, cum ex oppoſitis ſit: & ex hoc ſoluitur ſecunda quæſtio. Non alitera textus ſic legendā: interrogatio non geometrica, id eſt, ageometrica eſt, aut ſecūdum Geometriā, puta quæ ex eadē materia, ſed oppoſito modo, aut ex alia arte, vt ex Muſica eſt, vti diximus. 8.

Dupliciter aūt hoc eſt vt Arithmet. &c.

Ex vocabulo, ageometricū nēpè, ſumit rationem diſtinctionis prædictę, nā ageometricū vna modo dicitur pure negatiuè, quod nullo modo ad Geometrā pertinet, quales ſunt illę interrogationes aliarū ſciētiarū, quę in Geometria fiunt: altero modo priuatiuè, q; aliquo modo ad Geometriā pertinet, ſed oppoſito modo ſumptū, & ponit exēplū arithmeticū: incōſonās etenim duob9 his modis dici poteſt, ſicūt ageometricū & quod non habet prorſus conſonantiam, quod vocat in non habēdo, & quod ma- Ignoran
lam habet conſonātiam, quod vocat in tiā eſse
prauè habendo: vbi nota duplicē ignorantiā, altera eſt purę negationis, quæ duplicē
eſt in nō habēdo prorſus illā ſcientiam altera eſt prauę diſpoſitionis, quę eſt oppoſitū ſciētię exiſtimare: illę interrogatiōes ageometricæ, quę ſunt ex alijs ſcientijs, dicuntur ſecundum ignorantiam negationis: quę verò ſunt ex oppoſitis, ſunt prauę diſpoſitionis, vt petebamus in ſecunda quæſtione. Ignorantia quæ eſt ex talibus principijs, id eſt ignorantia prauæ diſpoſitionis iſta eſt contraria ſcientiæ: ex quo patet ſolutio ter Solutio.
tiæ quæſtionis, magis. n. ignorat ſcien- 3. quæſt.
tiam, qui in materia, quam qui in forma ſyllogiſmi deficit.

¶ In doctrinis aūt non eſt ſimiliter, &c. 9.

Tertia capitis pars hæc eſt: quāuis aūt Caietanus & alij velint hic tertiæ quæſtioni reſponderi, melius eſt cū Philo dicere iā reſpōſum eſse, vt diximo, hic aūt vult Ariſt. diſcrimen inter ſyllogiſmos ſcientiarū, præſertim Mathematicarū

quas doctrinas vocat, & inter syllogismos dialecticos assignare: ac primũ circa defectus qui in syllogismi forma accidunt, quorum primus eorum qui in dictione sunt, est æquiuocatio, hãc in sciẽtiarum rationibus non euenire ostẽdit quia mediũ, inquit, est duplex, dicitur enim de omni in minori, & de ipso omni in maiori aliud dicitur: vt autẽ explicaret quòd vniuersalitas non est prędicato, sed subiecto addenda, non enim homo est omne animal, propterea adiunxit quod prędicatur, non dicitur omne, quod idem dixerat lib. de interpret.

Exposi. Auerr. Dices, quod vocat medium duplex? Auer. respõdet: ꝓ mediũ duplex, intelligi, quod mediũ sit vnũ, & voce, & re significata, in ęquiuocatione enim mediũ simpliciter est vnũ, nẽpè voce sola.

Exposi. Philop. Sed melius Philop per mediũ duplex intelligit, quòd idem medium bis sumatur, & in maiori & in minori, & de omni, quod in ęquiuoco non est, cũ provno in maiori, ꝓ altero in minori sumatur: hoc autem frequẽtius accidit in dialecticis, quàm in demonstrauis, cuius rationem assignat Philop. nam quælibet scientia determinatas res cõtinet, & determinata vocabula ad illas res. ideò animus scientis minus est vagus in rerũ appręhensione, quã Dialecticus qui circa omnia vagatur: propterea ei ęquiuocationes accidũt: cũ plura sub vnovocabulo cõiungit, verbi gratia, Geometra per circulũ quandã figurã cõcipit: quia eã considerat, Poeta verò quoddam carminis genus, quia id tractat: propterea neutri accidit ęquiuocatio, Dialectico verò, qui circa vtrũque disputat, vtrũq; apprehendit, & exponitur errori æquiuocationis. Hęc est mens Philop.

3. Alia. exposi. Quamuis possemus etiã dicere, per mediũ duplex voluisse dicere, scilicet quod in maiori & in minoribus de omni sumatur: rarò autem hoc in æquiuocatione accidit, in qua sæpè altera prẽmissa particularis est.

20. ¶ Hęc autem sunt, vt est videre.

Potest dici postquã Arist. proposuit medium dupliciter sumi de omni in demõstratione, hic prosequi rationẽ explicãdo, differentiã à syllogismo Dialectico vt totum sit vna ratio, quod mihi magis placet, vel quod sit noua ratio, scilicet, quæ sunt in scientijs, sunt perspicua & præsentia intellectui, sicut quæ videntur: ac Dialectica, cum orationes, & sermones, cõsideret, nõ ita perspicuas res habet, ob id magis in ea fit æquiuocatio nam æquiuocatio magis ad nomen fit, quã ad rẽ & intellectum verbi gratia, si circulus describeretur, clarũ est, quod non esset æquiuocatio, nullus enim carmen circulũ talẽ concederet, sic Mathematicus res velut descriptas tractat, at in nomine quo Dialecticus vtitur, ęquiuocatio est: ob id igitur min9 in sciẽtijs fit æquiuocatio: vide de hoc eodem ipsum Arist. 1. Elench. c 9. vbi id ipsum latius docet, & eodem exemplo vsus est. 11. 1. expo.

¶ Non oportet autem instantiam.

Hunc locum adeò difficilẽ existimauit Philop. vt alios interpretes expectaret, adducit tamen quandam expositionem, quę illi non placet, illã tamẽ recipit S. Tho. & alij, vt velit Arist. docere modũ, quo demõstrationibus instamus diuersum ab eo, quo in dialecticis instamus: instãtia enim debet in sciẽtijs esse vniuersalis, vt si fiat ille paralogismus omnis circulus est figura, carmẽ est circulus, ergo carmẽ est figura: si volumus instare minori, per vniuersalem instantia fiet, probãdo nullum carmẽ esse circulum, non per singularia, sic, omnis circulus est figura, nullum carmen est figura ergo nullũ carmẽ est circulus, ꝓ autem instantia debeat esse vniuersalis, probat Aristoteles, quia instantia fit propositio postea, siue Dialectica, siue demonstratiua, ad faciendum syllogismum, sed si instantia esset ex singularibus, non esset in pluribus nec vniuersalis: ideò nec apta ad syllogismum ex vniuersalibus.

Hoc est quod Philop. displicet: nam instan-

instantia semper est conclusio illata contra respondentis dicta, non ergo est propositio: ad hoc tamen videtur tacitè respondere. S Thom. ꝓ licet instantia sit primò conclusio, tamen sumitur postea tanquam propositio ad inferendũ aliud oppositum respõdenti, & hoc idẽ dicebant illi, quos citat Philop. & ponit eorum exẽplum: verbi gratia sumatur illa instantia præcedens, nullũ carmen est circulus, quæ erat conclusio & sic dicatur, nullũ carmen est circulus circulus est figura, ergo nullum carmẽ est figura: ecce enim intuli oppositum conclusionis prioris paralogismi: sed profecto hoc exẽplum est reprehendẽdũ & miror cur Philop. dissimulauerit, est enim in prima figura ex minori negatiua, possent quidem alia exempla poni. Sed dubium est, nam c. 4. instantias particulares contra propositiones de omni posuit, vnde videtur posse instari particulariter in scientijs.

Dubiũ.

1. expos. auctoris & solutio.

Ob id dico, saluo meliori iudicio, dupliciter nos instare in scientijs, aut ad destruendũ tantũ fallam demonstrationẽ, aut non solum ad destruendum, sed etiã ad construendã oppositam demonstrationẽ, & tunc instantias vniuersales ponimus, quippe cũ eis futura sit demonstratio, ꝓ non opus est etiã in dialecticis constructionibus oppositorũ: & hoc est ꝓ hic docet, aliter instantias tales esse in scientijs, aliter in dialecticis vt g. dicat, quis nulla virtus est qualitas omnis iustitia est virtus, ergo nulla iustitia est qualitas, sic in sio maiori, oĩs habitus est qualitas, oĩs virtus est habitus, ergo omnis virtus est qualitas, iterũ per hãc demonstro oppositũ alterig cõclusiõis: sic, omnis virtus est qualitas omnis iustitia est virtus, ergo omnis iustitia est qualitas, hoc aũt sæpe accidit.

¶ Contingit autem quosdam.

12. Defectum tradit qui aliquando accidit in sciẽtijs, nẽpè sumere mediũ cõsequens, & superius vtraq; extremitate tunc enim est vitium in secunda figura ex puris affirmatiuis: quo argumentabatur Cæneus philosophus volens demonstrare ignẽ in multiplicata analogia fieri, & iuniebat pro medio quid superius, nẽpè celeriter generari, & dicebat, ꝓ in multiplicata analogia fit celeriter generatur, ignis celeriter generatur, ergo ignis in multiplicata proportione fit: aduerte circa hãc rationẽ ignẽ in multiplicata analogia fieri, esse, ꝓ semper maior fiat ignis, quã erat materia, ex qua factus erat, vt experiẽtia monstrat, ex parua enim stuppa fit magna flamma, quòd verò celeriter generetur, est, quòd paruo tempore eius productio fiat, vt notum est.

Sed quid per multiplicatã analogiã intelligat, exponit Philip. cum Proclo, intelligi proportionẽ multiplicem, in quo reprehendit Alex. qui super particularẽ intelligebat. Dices, quare multiplex proportio citò generatur? respõdet Philop. quia statim per numeri duplationẽ fit, vt patet. 1. 2. 4. 8 32. quilibet enim numer9 ex his est duplus suo dimidio, & multiplex ad priores, sed pace Philop. citius fit multiplex, quã sic, nõ solũ enim per duplationem, sed per generationem cuiusq; numeri, sunt enim multiplices ad vnitatẽ, vt patet. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Cæneus igitur medium commune sumebat, oportebat enim cõuersa maiori dicere, quod celeriter generatur, in multiplicata proportione fit, ignis celeriter generatur, ergo, &c. Sed tunc maior esset falsa, nam aliqua celeriter generantur, & non in multiplicata analogia, vt cum aẽr citò fit aqua, quia erat aliàs maximè dispositus, & tamen aqua in minori proportione fit, quia est densior aere, non igitur benè demonstrauit Cæneus.

Quid multiplicata analogia.

¶ Aliquando quidem igitur non contingit, &c.

Docet aliquãdo ex acceptis, pura affirmatiuis, in secunda figura licere argumẽtari, intelligendũ sunt termini cõuertibiles, aliquãdo non licere, cũ non

Quãdo licet argumẽtari ex duas

bus affirmatiuis in secunda figura.

sunt conuertibiles; quãuis talis syllogismus in conuertibilibus nõ videatur, id est, sit imperfectus quouis; per conuersionẽ in primam figurã reuituatur: vt omne risibile est animal rationale, omnis homo est animal rationãle, ergo omnis homo est risibilis: cõuersa vniuersaliter moiori fit prima figura, in hoc vult ostendere Arist. vt D. Tho. & alij dicũt hunc defectum rarò cõmitti in demõstrationibus præcipuis, in quibus semper ferè termini sunt conuertibiles, nõ enim syllogismus, qui ex puris affirmatiuis in secunda figura sit, vitiosus est, cum terminj conuertibiles sumuntur.

14. ¶ Si autem esset impossibile.

Aliam differentiam, vt omnes fatentur Arist. assignat inter demonstrationẽ & syllogismum dialecticum, nempè

Quid resolutio.

faciliorẽ esse resolutionem in demonstratione, quã in syllogismo dialectico. Est aũt resolutio, vt notat Themi. c. 26. & Philo. vera cõclusione proposita propositionũ, ex quibus confecta & collecta est, ex quisitio & inuentio. Est autem discrimen inter conclusionẽ verã dialecticam, & demonstratiuam, quòd dialectica, cum ex probabilibus sit syllogizata, probabilia aũt sint multa, & vera, & falsa, talis conclusio ex multis: tum veris, tum falsis syllogizari potest, ob id nõ habet determinata principia ex quibus syllogizetur: propterea est difficilis resolutio: at conclusio demonstratiua ex veris tantum, non quibuscũque, sed necessarijs colligitur, hæc aũt determinata sunt, propterea est facilior resolutio in demonstratione.

Hoc igitur est quod dicit Arist. si verũ non posset ex falso colligi, sed semp ex verò, facilè esset resoluere, nã tunc cõuerterentur cõclusio & propositiones, intellige, quoad veritatẽ, ita vt si propositiones veræ, etiã cõclusio vera, & si conclusio vera, etiã propositiones essent, vt si A. est, nẽpè conclusio. B. nẽpè præmissæ etiã sunt, & contrà, q̃ si cõuertuntur, facilè erit per conclusionẽ præmissas indagare & resoluere. at cũ non ita sit, imò verũ ex falso sequi possit, non erit talis cõuersio, q̃ in dialecticis fit: ideò resolutio cõclusionũ in propositiones veras est difficilis. In mathematicis verò demõstrationibus, cũ nõ per accidentia fiant propositiones, sed p̃ definitiones, & ea quæ per se sunt, nõ est resolutio difficilis verbi gratia q̃ homo sit animal, potest dialecticè probari, quia loquitur, quia currit, qui legit, & per alia multa: & sic quia cõclusio est vera, & ob id illæ propositiones veræ essent, adhuc facilius esset talem conclusionẽ resoluere: at potest conclusio esse vera, & illa omnia ex quibus syllogizari potest falsa, propterea difficilè est eam in propositiones suas probatiuas, resoluere: at in demonstratione, cũ ex veritate conclusionis sequatur etiã veritas propositionũ, nõ est ea difficultas in resolutione circa propositiones, cum determinatæ sint & veræ.

¶ Augentur aũt non per media, &c. 15.

Confirmat indeterminationem propositionum in dialectica, ex diuerso augmento demonstrationũ: est enim triplex augmentũ, primum in post sumendo, cum per cõclusionem probatam iterũ aliam, & per hanc aliam probamus, & hoc augmentum etiã est in demonstratione, vt patet in Euclide, per vnã enim probatam aliam demonstramus: alterum augmentũ est in sumendo ad latus, cum aliquã superiorẽ passionem de varijs inferioribus per media varia demonstramus, vt sensibile de homine per rationale, & de equo per hinnibile exemplũ Arist. est, numerus infinitus, id est, in cõmuni qui vocetur A. demõstretur de impari, id est, de ternario q̃ dicitur C. per imparem quantũ, id est, imparem in cõmuni, qui sit B. dices igitur, omnis impar est numerus, ternarius impar, ergo ternarius est numer9: iterum idem A. nẽpè numerus demõstretur de pari nempè quaternario qui sit E. per parem quãtum, id est, in cõmuni

muni, qui sic D. dices, omnis par est numerus, quaternari9 est par, ergo est numerus & sic etiã augentur demõstrationes: tertium augmentum est per media varia demonstrando eandẽ cõclusionẽ & hoc non fit in demonstrationibus, nã vnius effectus vnum est principale medium in dialectica id fit, vt diximus, ideò difficilis est resolutio.

Dubiũ. Dices, nonne etiam per varias causas augentur demonstrationes, cum vnum multis causis demõstrari possit? dico, verum esse, at in eodem genere nõ multiplicantur demõstrationes: cum autem Mathematicæ scientiẽ ferè per vnicum genus causę demonstrent, non contingit in talibus demonstrationibus multiplicari media: & hoc tantum intendit in præsenti.

Solutio.

De demonstrationum Quod, & Propter quid, speciebus ac differentijs. Cap. X

TEXT.

1. QVod verò differt, & propter quid scire, primum quidem in eadem scientia, & in hac dupliciter. Vno quidẽ modo, si non per immediata efficiatur syllogismus: non enim accipitur prima causa: scientia vero ipsius propter quid secundum primam causam.

Alio autem, si per immediata quidẽ, sed non per causam, sed per notius eorum, quæ conuertuntur: nihil enim prohibere eorũ, quę cõuersim prædicatur, notius aliquãdo esse quod est nõ causa: quare erit per hoc demonstratio.

3. Vt quod planetæ propè, per id quod non scintillant, sit in quo C. planetæ in quo B. non scintillare, in quo A. propè esse: verum itaque B. de C. dicere: planetæ enim non scintillant, sed & A. de B. quod enim non scintillant prope est: hoc autem acceptum sit per inductionem, aut per sensum necesse igitur A. inesse ipsi C. quare demonstratum fuit quod planetæ prope sunt. Hic igitur syllogismus non ipsius propter quid, sed ipsius quod est non enim propter non scintillare, prope sunt, sed propterea quia prope sunt, non scintillant. Euenit autem & per alterum monstrari alterũ: & erit ipsius propter quid demõstratio. Vt sit C. planetæ in quo B. prope esse. A. nõ scintillare: inest itaque & B. ipsi C. + quare & ipsi C. A. & A. ipsi B. nõ scintillare: & est syllogismus ipsius p̃ pter quid: accepta .n. est prima causa.

+ al. I. & A. ipsi B non scintillare quare & ipsi A. B.

Rursus quemadmodum lunam monstrant, quod sphęrica, per augmenta: si enim quod ita augetur est sphæricũ augetur autem luna: planum quod sphęrica: sic igitur ipsius quod, facto9 fuit syllogismus. E conuerso autem posito medio ipsius propter q̃d: nõ enim propter augmenta est sphærica, sed quia est sphærica, accipit augmenta talia. Luna, in quo C. sphærica in quo B. augmentum in quo A. 3

4. In quibus autem media non conuertuntur, & est notius, quod non est causa ipsum quidem quod monstratur, ipsum autem propter quid, non.

Amplius in quibus medium extra ponitur etenim in his ipsius, q̃, & nõ ipsius propter quid. est demõstratio: nõ enim dicitur causa. Vt propter quid nõ respirat paries: quoniam nõ animal, si enim hoc non respirandi causa est, oporteret animal esse causam respirãdi, vt si negatio causa ipsius non esse, affirmatio causa est ipsius esse: quemadmodum si hoc, q̃ est incõmẽsurabilia esse calida & frigida, eius, q̃ est non sanũ esse, hoc quod est commensurabilia esse, eius quod est sanum esse: consimiliter autem & si affirmatio ipsius esse, negatio ipsius non esse. In ijs autem, quę sic assignata sunt, non contingit, quod dictum est: non enim omne respirat animal.

6. Syllogism9 aũt fit talis causę in media figura: vt sit A. animal: in quo B. respirare: in quo C. paries A. igitur inest omni B. omne enim respirans est animal, ipsi autẽ C. nullo: quare neq; B. C. nulli:

non itaque respirat paries.

7. Assimilantur aũt tales causæ ijs, quæ secundum excessum dicuntur: hoc autẽ est plus distans dicere medium.

8. Vt illud Anacharsidis, quod in Scythis non sunt tibicines neq; enim vites.

9 Secundum quidem igitur eandẽ scientiam, & secundum mediorum positionẽ istæ differentiæ sunt eius, qui est ipsius quod, ad eũ, qui est ipsius propter quid syllogismum.

10. Alio modo differt ipsũ propter quid, ab ipso quod, eo quod per aliã scientiã vtrumque speculatur: talia autem sunt quæcunqne sic se habent inuicem, vt sit alterũ sub altero: vt perspectiua ad Geometriam, & Mechanica ad Stereometriam, & Harmonica ad Arithmeticam & Apparentia ad Astrologicam.

11. Ferè autem vniuocæ sunt nonnullæ istarum scientiarum, vt Astrologia, & quæ Mathematica, & quæ Nautica, atque Harmonica, & quæ Mathematica, & quæ secundum auditum.

12. Hic enim ipsum quidem quod sensitiuorũ est scire, ipsum verò propter quid Mathematicorũ: hi nanque habent causarum demonstrationes, & plerumque nõ sciunt ipsum quod: quemadmodum qui vniuersale speculantur, multoties nonnulla singulariũ nesciunt, quia non aduertunt.

13. Sunt autem hæc, quæcunque cum alterum quid sint secundum substãtiam vtuntur formis: disciplinæ namque circa formas sunt: non enim de subiecto aliquo Geometrica sunt, si enim de subiecto aliquo Geometrica sunt: sed non in quantum Geometrica, de subiecto.

14. Se habet autem & ad Perspectiuam, vt hæ ad Geometriam, alia ad hanc, vt quod est de Iride, ipsum enim quod, Naturalis est scire, ipsũ verò propter quid, Perspectiui, aut simpliciter, aut secundum Mathema.

[disciplinam. Multæ autem & non sub se inuicẽ scientiarum, ita se habent, vt Medicum ad

15 Geometriam: quod enim vlcera orbicularia tardius sanatur, Medici est scire: propter quid verò, Geometræ.

¶ Sed quia differt & propter quid.

1. Demonstratio quia, & propter quid.

Duplex genus demõstrationis distinguit, quæ sunt instrumenta duarũ scientiarum, altera enim demonstratio quia est, quæ facit scientiã, quę dicitur, quia est altera demonstratio propter quid, quæ scientiam potissimam facit per causam. Est autẽ caput in duas diuisum partes: in priori ostendit quomodo hæ duę demonstrationes se habeant in eadem scientia, in posteriori quo sint in diuersis. Proponit igitur differre scire quia & propter quid, ac proinde ipsas demonstrationes: scire enim propter quid, est per causam primam cognoscere, at scire qui dupliciter contingit, vno modo, cum propter causam, sed non primã cognoscimus: altero modo, cum immediatum effectum non per causam cognoscimus: fieri enim potest, vt effectus, licet cum causa conuertatur, sit notior nobis, & tunc per illum demonstrantes, facimus demonstrationes quia.

¶ Vt quod propè sint planetæ, &c.

2. Ponit duo exempla, alterũ est, stellæ nõ scintillãtes sunt prope nos, planetæ non scintillant, ergo sunt prope nos. Sic syllogismus ab effectu procedit, qua effectus notior est, cum sensu & inductione percipiatur, sensu quia ipsos planetas nõ scintillare visu dignoscimus, inductione, quia in his omnibus, puta argento, auro, plũbo, quæ prope nos sunt, nõ scintillare cõperimus: poterit talis qa, fieri propter quid, maius extremũ mutando in medium, sic, quæ sunt prope nos non scintillant, planetæ sunt prope nos, ergo planetæ nõ scintillant, hic est per causam demonstratio. Nota per A. maius extremũ, p B. mediũ, per C. minus extremũ intelligi in præsenti loco.

¶ Iterum sic lunam demonstrant.

3. Ponit secundum exemplum, quicquid circulariter illuminatur, est rotundum luna sic illuminatur ergo est rotũda: est etiam: ab effectu, & poterit eodem modo

do fieri propter quid, sumendo causam pro medio, quod est rotundum, sic illuminatur, luna est rotunda, ergo sic illuminatur.

In quibus aũt media nõ cõuertũtur, &c.

4. Docet nõ semper demõstrationẽ quia fieri propter quid, cũ enim effectus notior est, sed cũ causa non cõuertitur, fit solum quia, non propter quid, vt omne progressiuum est animal, omnis leo progressiuus est, ergo omnis leo animal: nõ dices tamen omne animal progressiuũ est, sunt enim multa animalia quæ non sunt progressiua, in his tamen est demõstratio quia, non propter quid.

5. ¶ Amplius in quibus medium, &c.

Assignat exemplum secundi generis demõstrationis quia est, nempe cum fit per causam mediatã, & dicit (in quibus medium extra ponitur, (per mediũ extra poni intelligit Alexã. quod fit in secunda figura, in qua medium dicitur extraponi, vt dicitur. 1. Priorũ ca. 5. quia fit superius, & prædicatum de vtraq; extremitate, quia verò hæ demonstrationes quę fiunt per causam remotã, fiunt in secũda figura, ideo dicit, in quibus medium extra ponitur, etiam aliter exponit quod mediũ extra poni, sit causam esse remotam, & distantem ab effectu, quasi alia causa sit ante ipsam.

Vtraque expositio bona est, prior partim est Alb. ca. 6. tract. 3. exemplum autẽ est hoc, si quis probaret parietem nõ respirare, qa non est animal assignaret quidem causam, sed remotam, propria enim causa non respirandi est, non habere pulmonem, remota verò non esse animal; nam si non est animal, non habebit pulmonem, non tamen est causa proxima: & probat Aristoteles illã non esse causam proximam, nam si non animal esset proxima causa non respirãdi, animal esset causa proxima respirandi in proximis. n. causis, si affirmatio est causa affirmationis, & negatio est causa negationis, vt nõ temperies qualitatũ est causa proxima non sanãdi, etiã temperies est causa sanandi, & è cõtra: non sic autem est de animali, non enim animal est causa proxima & immediata respirandi, cũ multa sint animalia quę nõ respirent, vt pisces; ob id etiam non animal nõ est causa nõ respirãdi. Nota exemplum Arist. qui non sumpsit contrarium, nempè malè habendi, sed non sanandi, nã in causis etiam proximis non valet à negatione causę ad effectũ contrarium, sed ad negationem eiusdẽ effectus, nõ enim dices, si animal rationale est causa risibilis, nõ animal rationale est causa flebilis, sed non risibilis.

Dubitat Philop. nam Aristo. videtur procedere ab opposito antecedẽtis ad oppositũ consequentis, quod non licet: dicit enim, si nõ animal est causa nõ respirãdi, animal est causa respirãdi respõdet hic Arist non facere propositiones aut argumẽtationes, sed dicere de causis immediatis & proximis, q; si est causa proxima alicuius effectus, eiq negatio erit causa negationis illius effectq & cõtra, si negatio est causa negationis, affirmatio etiã erit causa affirmationis. Dices, quid est causa proxima? Dico illã esse proximã, ex qua omni & sola procedit effectus: vnde animal non est causa proxima progressiui motus, quia nõ omni animali inest, nec similiter nõ respirare, non est ab eo, quod est nõ esse animal, quia non soli nõ animal inest, multa enim animalia non respirant, causa verò proxima, sola & omnis effectũ producit, & in huiusmodi causis est vera illa propositio Arist. Nec impedit, q; effectus possit ab alia causa procedere, quãdo hęc est illi proximè subordinata: vnde animal rationale causa censetur nõ remota risibilis, licet risibile ab admiratiuo proueniat, admiratiuũ enim subordinatur animali rationali, tãquã causę principali à qua reliquæ procedunt.

Dub. ex Philop.

Solutio

Causa proxima quænam sit.

¶ Syllogismus autem fit talis, &c.

Ostendit in qua figura similes fint demonstrationes faciendæ, ac in secunda docet constitui debere: dices. n. omne

respirans est animal, nullus paries est animal, ergo nullꝰ paries respirat, per A, medium intelligit, per, B, maius extremum, per C, minus.

Dubitat Philo. an possit in secũda figura fieri demõstratio propter qd. Respõdet, & benè, posse fieri, & ponit exẽplũ obscurũ: clarius erit si sic dicãt omne respirans habet pulmonẽ, paries nõ habet pulmonem, ergo non respirat.

Dubiũ ex Phil. Solutio.

Dubitat pterea an prima figura possint hæ demõstrationes negatiuæ fieri. Respõdet subtiliter quod non: quia cũ maius extremus concludatur negatiuè de minori propter medium negatiuũ, deberet medium negari de minori extremo, & fieret in prima figura minor negatiua, quod non licet, non.n. dices, omne pulmonẽ habens respirat, paries non habet pulmonẽ, ergo nõ respirat: dico hoc non esse dicendũ, est enim falsum, possumus enim optimè in prima figura demõstrationes facere per causas negatiuas, sumẽdo pro medio totã causæ negationem, sic, nullũ non habẽs pulmonem respirat, omnis paries est nõ habens pulmonem, ergo nullus respirat.

Alterũ dubium Philo p.

Sol. aut.

¶ Comparantur autẽ huiusmodi, &c.

7. Philop. & Themist. dicunt hic Arist. comparare has causas remotas his, quę dicuntur secundum excessum, explicãt autem ea dici secundum excessum quæ nõ sũt necessaria, sed superflua: ac si dicat, istæ causæ remotæ sunt superfluę, cũ sine his demõstrare possimus: sed reuera melius exponit S. Tho. nẽpè superiora & communiora dici secũdum excessum: & est sensus, has remotas causas dici, vt prędicata superiora, excedunt enim & superant effectus dices, qua ratione id docetur? dico, quia reddit rationem quare tales demonstrationes, quia, sint in secunda figura, nempe cum media, scilicet causę remotæ, sint superiores effectibus ac de illis prędicẽtur, cum autem medium superius est, secũdam facit figuram.

8. ¶ Secundillud est, q̃ Anacharsides, &c.

Vtitur alio exemplo eiusdem ex Anacharside, qui cum Scytha esset, & degeret Athenis, occurentibus fœminis prę vino nimio saltãtibus, quas vocat Aristauletrides, fuit interrogatus, an in Scythia essent similes: respondit, nõ essevites, hæc causa est remota, proxima .n. erat ebrietas ex vino: est autem demonstratio sic facienda vbi sunt auletrides, sunt vites, in Scythia nõ sunt vites, ergo in Scythia nõ sunt auletrides, demõstratio est: quia, non enim est proxima causa, non esse vites, cum esse vites nõ sit causa quod sint, cùm etiam vbi vites non sunt, reperiantur tales, vinũ enim potest differri: vtitur similibus literis sicut in priori exemplo.

¶ Secundũ igitur eandẽ scientiam, &c. 9

Concludit se dixisse de demonstratione quia, & propter quid, secundũ eandẽ scientiam, & secundum mediorum positionem, id est, quomodo differãt in medijs, & per q̃ media demonstratio, quia, procedat, quæ est priora pars capitis.

Dubitatur, an demonstratio, quia, sit dicenda demõstratio, dico non esse potissimam demonstrationẽ, qualis est definita superiꝰ, ac de qua locuti sumꝰ hactenus, hęc enim soli, ꝓpter qd, insunt: est tamẽ quædam demonstratio imperfecta, distincta specie ab ea, quę est per causam primã, harũ .n. distinctio secundum media sumi debet, hæc autẽ differunt specie in his demonstrationibus.

Dubitatur secundo, nãvidetur esse aliud genus demõstrationis, puta à signo similiter demõstratio propter qd causæ, & propter qd simpliciter, vt superius diximus ex Aner pretera est ad impossibile demonstratio, vt signis non esset attractiuus non esse calidus, consequẽs est falsum, ergo & antecedens Dico sub demonstrationę, quia, non solũ comprehẽdi demõstrationẽ ab effectu, sed quacũque, quæ per causam primã non procedit, siue sit ab effectu, siue à signo siue à causa remota, siue q̃ sit inter superiora & inferiora quidditatiuè, inferiora enim

Dubiũ an demonstratio, q̃ sit cẽda demonstratio. Solut.

Dub. 2.

Solutio.

enim superiorum, & superiora inferiorum sunt remota causa: cùm ex negatione inferioris non sit negatio superioris nec ex affirmatione superioris sequatur affirmatio inferioris, quæ sunt opus ad causam primã, vt diximus. Dico secundo non opus esse illam demonstrationem, propter quid distinguere, quia omnis demõstratio causæ ostendit causam & conclusionem esse, vt latè diximus superius Dico tertio, illas demonstratiões reduci, l. ad quia, vel ad propter quid: vnde illa reducitur ad hanc, propter quid, omne calidũ est attractiuũ, iguis est calidus, ergo est attractiuꝰ.

¶ Alio autem modo differt ipsum, &c.

10. Vide de subalternatione Albert. tra. hoc. 3. cap. 7.

In secunda parte docet, quia & propter qd, differre in diuersis scientijs. Non intelligas hic esse aliud genus demonstrationis, quia, sed q̃ sit aliqua demõstratio potissima propter quid, cui ꝓ ea sa & ꝓpositiones sint vnius scientiæ, conclusionis verò cognitio, quæ dicitur, quia sit alterius scientiæ, q̃ accidit in subalternatis, vt diximus latè superiꝰ: ponit exemplũ Philo. Perspectiuus enim dicit res ad maiorẽ distantiã minores apparere, quia sub minori videntur angulo, puta A. ad minorẽ verò distantiã maioris apparere, quia sub maiori angulo vidẽtur, putà B. at quare angulus B. sit maior A. geometræ est scire ꝓpter quid: Perspectiui verò, quia: ponit Aranulta exẽpla subalternatũ. Nota per apparentiã, vt vult Philip. intelligi Nauticã, quæ sub Astrologia est.

¶ Ferè quidẽ vniuocæ sũt nõnullæ, &c.

11. Philop. subalternãtes & subalternatas scientias vult dici ferè vniuocas: vniuocas, quia vtræq; sunt eiusdẽ rationis ferè, quia non absolutè & simpliciter: Sed crediderim mentem Arist. esse, q̃ aliquæ subalternãtes, & subalternatæ idẽ habent cõmune nomen, vt Musica dicitur ipsa Mathematica, & speculatiua, etiã Musica dicitur hæc practica ei subalterna, quam vocat secundũ auditũ. Similiter Nautica dicitur Astrologia, sicut sua subalternans, hoc tãmẽ nõ in omibus est inuenire: Nota subalternãtes vocari Mathematicas, quarũ est cognoscere propter quid, subalternas verò sensibiles, quippe quæ magis sensui accedant, cũ materiales sint, quarum est cognoscere quia & conclusiones.

12. Hi.n. habẽt demõstratiões causarũ, &c.

Ostendit subalternãtes ipsas causas cognoscere: non tãmẽ quia: accidit enim frequenter, quòd quis teneat causam, & effectũ ignoret, cùm causam non applicat: & ponit exemplum, sæpè .n. cõtingit propositionẽ aliquã vniuersalẽ cognoscere, puta omnẽ mulã esse sterilẽ, & ignorare, hãc, l. illam mulã esse sterilẽ, quia non aduertit, nec occurunt cognitioni: ita fit in causis & effectibꝰ potest ergo in subalternãte cognosci ꝓpter quid, vt non cognoscatur effectus.

¶ Sunt aũt hæc, quæ cunq; alterum, &c:

13. Expositio Phil.

Philop. vult verba hæc dicta esse de subalternantibus & superioribus scientijs Mathematicis, vt sit sensus: hæ scientię, cùm substantiam ab alijs diuersam habeant, cuius species, id est, figuras, lineas, quantitates considerent, tamẽ solis speciebus contentæ sunt, abstrahũt enim à materia omni sensibili: quòd si ista, quæ Geometria & Mathematicæ puræ cõsiderãt, in substãtia & subiecto sunt, nõ sic ad Mathematicã spectant, sed abstracta ab eo, est bona expositio.

Melior expositio D. Thomæ.

At S. Thom. aliter exponit, & benè, vt priora verba sint pro inferioribus scientijs: hæ enim cũ aliud quid sint à superioribus secundũ substantiam & materiam speciebus tamen & figuris vtuntur: sicut superiores, sed cõtractis ad illam materiam, reliquę verò eas à materia separant, licet in materia sint, propter q̃ vult has differre penes maiorẽ, l. minorẽ à materia abstractionẽ.

¶ Habet autem se ad perspectiuã, &c. 14

Docet sicut perspectiua ad Geometriã se habet, ita se habere scientiã de Iride ad Perspect., cui subalterna est, scire, n quia, est scientia de Iride, q̃ Phy

Universidad de Deusto Biblioteca

ſica dicitur, quia eſt in materia ſenſibi
li, l. quia ſit pars Phyſicæ, vt aliqui vo-
lũt: ac ſcire propter qd, eſt Perſpectiui
ſimpliciter d. ſecundũ diſciplinã, id eſt,
vel Geometricæ, cui Perſpectiua ſubij
cit, vt benè explicat Aegid. nã aliqñ a-
85. liqua de Iride ex Geometria probãtur.

¶ Multæ aũt & non ſub ſe inuicẽ, &c.

Concludit aliquando concluſionem vnius ſcientiæ probari in alia, quamuis tales ſcientiæ nõ ſint ſubalternæ, vt patet. Medicus enim dicit, vulnera circularia difficilius ſanari, Geometra dat cauſam, quia latera circuli maximè diſtant, non tñ Medicina ſubijcitur Geometriæ: huiuſmodi ſunt multa alia. Latè diximus de ſubalternatione ca. 7. ſuperiori, ſimiliter de alijs difficultatibus, q̃ hic poterãt occurrere, in alijs capitib9 diſputatũ eſt, ideo ſupſedebim9.

¶ Primam figuram maximè ſcientia eſse accomodatam.

TEXT. 1. Cap. XI.

FIguram autem maximè ſcientialis eſt prima. Mathematicæ namque ſcientiæ per hanc demonſtrationes ferunt, vt Arithmetica, & Geometria, & Perſpectiua & ferè vt dixerim, quæcunque ipſius propter quid conſiderationem faciunt, aut enim omnino, aut vt plurimũ, & in plurimis per hanc figuram ipſius propter quid fit ſyllogiſm9: quare & propter hoc erit vtique maximè ſcientialis, maximè nãq; proprium
2. ipſius ſcire eſt propter quid ſpeculari.

Poſtea & ipſius quid eſt ſcientia per ſolam hanc venari poſsibile: in media enim figura non fit prædicatiuus ſyllogiſmus, ipſius verò quid, eſt ſcientia affirmationis: in vltima autem fit quidẽ,
3. ſed non vniuerſaliter: ipſum aũt quid eſt, vniuerſalium eſt, non enim homo aliquo modo eſt animal bipes.

Amplius hæc quidem illarum nihil indiget, illę verò per hanc condenſantur & augentur, quouſq; ad immediata venerint. Manifeſtũ itaq;, quod ad ſciẽdũ maximè propriè eſt prima figura.

Quemadmodũ verò contingebat A. ineſse B. indiuiduè, ita & non ineſse accidit: dico aũt indiuiduè ineſse, aut non ineſse, eo quod non eſt ipſorũ medium 4.
ſic enim non erit ſecundũ aliud meſse aut non inesse. Quando igitur aut A. aut B. in toto aliquo ſit, aut & ambo, nõ contingit A. ipſi B. primo non ineſse. 5.

Sit enim A. in toto C. ſi igitur B. nõ eſt in toto C. (cõtingit n. ipſum quidem A. eſse in aliquo toto: ipſum verò B. nõ eſse in hoc) ſyllogiſmus erit, quòd A. ipſi B. nõ inſit: ſi enim C. A. quidem omni: ipſi verò B. nulli A. nulli eorũ, quæ B

Conſimiliter autem & ſi B. in toto aliquo eſt, vt in D. ipſum namq; D. omni B. ineſt, ipſi autem A. nulli ipſum B. quare ipſum A. nulli eorum, quæ B. in 6.
erit per ſyllogiſmum.

Eodem pacto monſtrabitur & ſi ambo in toto aliquo ſint. 7.

Quod autẽ cõtingit ipſum B non eſse in quo toto eſt A. aut turſus A. in quo toto eſt B. manifeſtũ ex coordinationib9, quæcunq; non cõmutantur ad ſe in uicem. Si enim nullũ eorum, quæ ſunt in A. C. D. coordinatione, de nullo prę dicatur eorũ, quæ ſunt in B. E. F. ipſũ verò A. in toto eſt H. coordinato exiſtẽti: planũ, quod B. non erit in H. cõmutarẽ tur enim coordinationes conſimiliter autem & ſi B. in toto aliquo eſt. 8.

Si verò neutrum ſit in toto nullo: nõ inſit aũt A. ipſi B neceſse eſt indiuiduè nõ ineſse. Si n. erit aliquod mediũ, neceſse alterũ ipſorũ in toto aliquo eſse. 9.

Aut enim in prima figura, aut in media erit ſyllogiſmus, ſi q̃dẽ igitur in prima B. erit in toto aliquo: affirmatiuam nãq; oportet, q̃ ad hoc, ꝓpoſitionẽ fieri. 10.

Sin autem in media vtrum contingerit, ad vtroque enim accepto priuatiuo, efficitur ſyllogiſmus: ambabus verò negatiuis exiſtentibus non erit. Planum itaque, quod contingit aliud alij non ineſse indiuiduè: & quando contingit, & quomodo diximus. 11.

Figu-

¶ Figurarũ aũt faciẽs ſcire maximè. &c.

Intẽtio Ari. & cõtinuatio text.

Cum principia materialia demõſtrationis huiuſq; tradiderit, nempè propoſitiones, nunc de principio formali, hoc eſt, de figura, per quã prę cipuè demonſtrationes fiũt, ſermonẽ facit: atq; hæc cauſa eſt cõmunis huius cõtinuationis textus: quãuis poſsemus forſan magis adrẽ dicere, ꝓ cũ paulò antè demõſtrationes, quia, in ſecũda figura fieri dixiſſet, nũc demõſtrationes propter quid, pręcipuè in prima fieri velit oſtẽdere.

Diuiſi capitis.

Caput autẽ in duas partes diuiſum eſt, in priori probat primã figurã maximè ſeruire demonſtrationibus, in poſteriori loquitur de immediatis propoſitionibus negatiuis.

Conel. capitis, & rationes concluſiõis.

Proponit igitur concluſionem hanc in principio, figura quę maximè ante alias ad ſcientiã eſt apta, eſt prima: quãtibus rationibus oſtẽdit, prima eſt quaſi quædã inductio, omnes enim Mathematicæ, vt Geometria, Arithmetica, ꝓſpectiua, ſimiliter reliquę ſcientię, quę per cauſas demõſtrãt, aut omnino, aut vt plurimum per primã figurã demonſtrant: cùm igitur demõſtratio quę per cauſam procedit, ſit nobiliſſima, & maximè ſcire faciat, atque iſta per primã figuram procedat, colligitur primã figuram facere præcipuè ſcire. Nota quod dicit, vt plurimum, quia non ſemper in prima figura fiunt.

Dubiũ ex Aeg.

Dubitat Aegidius quare demõſtratio quæ per propter quid eſt, fiat magis in prima figura. Reſpondet, diſtinguẽdo: aut n. per ipſum propter qd probamus aliquid ineſse, aut non ineſse, ſi ineſse, cũ ſit affirmatio, & vniuerſalis, non poteſt colligi in ſecũda, nec in tertia, ſi nõ ineſse, poteſt colligi in ſecũda etiã & in prima, vt nullum animal rationale eſt brutum, omnis homo eſt animal rationale, ergo nullus homo eſt brutum, ſit etiam in ſecũda, nullum brutum eſt animal rationale, omnis homo eſt animal rationale, ergo nullꝰ homo eſt brutum, cum igitur quæ fiunt per ſecũdum fiant per primã, non aũtẽ cõtra, vt plurimũ prima aptior eſt demonſtrationi.

¶ Poſtea ipſius quod quid eſt. 2

Hæc eſt ſecunda ratio pro eadẽ concluſione, maximè definitio vtilis eſt demonſtrationi, ſed hanc non niſi per primam cõſequimur, ergo figura prima ante illas demõſtrationi conducit, probat minorẽ, nam definitio de definito affirmatiuè & vniuerſaliter prædicari debet ſi vniuerſaliter, non poterit in tertia concludi, ſi affirmatiue, non in ſecunda quæ negatiuè concludit. 2. Ratio.

Dubiũ. Dices, qũo definitio de definito demõſtratur? non enim definitionis eſt demõſtratio. Philop. reſpondet definitionem non demonſtrari, tamen partes definitionis demonſtrari, oſtendimus enim differentiam diuidendo genus, dicit ſecundo quod etiã probamus definitionẽ per ipſius definitionem, ſic, omnis oratio explicãs quid ſit homo, eſt ipſius definitio, ſed animal ratiõale explicat qd ſit homo, ergo ipſius eſt definitio. Alij aliter reſpondent, mihi videtur dicendum, non quidẽ his dicere Ariſt. quod demonſtretur, ſed quod oſtẽdatur, vel ab effectu, vel à ſigno, vel alio modo à poſteriori, & ſic ad talem probationem vtimur prima figura. Solut.

¶ Amplius hæc quidem illis, &c. 3.

Tertia ratio eſt, quia iſta eſt figura nobiliſſima non enim indiget alijs, at alię indigent ipſa, nã per eam denſantur & augmentantur, donec ad immediata perueniant. 3. Ratio.

Dubiũ. Solutio. ex Phil.

Dices, qũo reliquæ duæ denſantur & augmẽtantur per primam? Reſpondet Philop. ꝓ denſatio ineſt proprię materiæ, augmẽtum formæ, & cum prædicatũ ſit forma, ſubiectum materia quoties prædicatũ ſit ſubiectũ, eſt dẽſatio quotiesverò ſubiectũ prędicatũ, eſt augmẽtatio, cum ſecũda figura ad primã reducitur, prædicatũ vniꝰ præmiſsæ fit ſubiectum, nam mediũ erat in vtraq; prædicatum, ob id per dẽſationẽ ſecunda tendit in primã: at in tertiam mediũ, quod

erat

erat ſubiectũ in vtraq;, ſit in vna prædicatũ, ꝓpterea per augmẽtationẽ reducitur ad primã: ita etiã exponit Aegid.

Aliter Ex Th. At Themi. aliter exponit, dicit enim dẽſari & augmẽtari eſse proſyllogizari præmiſsas ſyllogiſmi & demõſtrationis, cũ ſunt mediatę, talis aũt proſyllogizatio dicitur denſatio, quia magis accedit ad immediatas ꝓpoſitiones, eſt.n. vt quædam coarctatio: dicitur etiã augmẽtatio propter multitudinẽ mediorũ modo enim per vnum, poſtea hoc per aliud immediatius probamus. Eſt aũt in proſyllogizatione hoc notandũ q̃ ſecũda figura nõ poteſt proſyllogizare ſuas vtraſq; præmiſsas, cũ altera ſit affirmatiua & nõ poſſit cõcludi in ſecũda, ſimiliter nec tertia, cũ altera ſit vniuerſalis: debẽt ergo à prima proſyllogizari, hæc enim & ſuas, & aliarũ propoſitiones proſyllogizat, quia quoq̃ modo concludit: propterea dicit Ariſt. reliquas dẽſari & augmẽtari: quouſque ad immediatas ſuas propoſitiones reducantur.

Tertia expoſit. Hæc expoſitio eſt bona, quanuis poſſemus etiam dicere, quod per dẽſari intelligat reductionem modorum aliarũ figurarũ ad primã, quatenus plures modi ad vnum primę reducuntur, vt diximus olim: & hoc etiã idem ſit augmentari, nã dum modos aliarum ad primã reducimus, augentur modi, nẽpe qui erant in alijs figuris, & ſimiliter ij, ad quos reducũtur, ipſa verò prima immediata dicitur, cum non ſit opus ad alias reducere nec per eas cõfirmare ipſam.

4. ¶ Sicut autem A, eſse in B.

Cum de immediatis propoſitionibus modo ſermonẽ feciſset, vt volũt Them. & Philop nunc de immediatis tractat: ac primo docet eſse immediatas, nõ ſolũ affirmatiuas ſeu etiã negatiuas propoſitiões ſicut etiã mediatas, vocat aũt affirmatiuas immediatas, cum prædicatũ ſubiecto indiuiſibiliter, id eſt, nõ per mediũ aliquod ineſt, negatiuas verò immediatas cum prędicatum ſubiecto nõ ineſt, & hoc nulla media cauſa probari poteſt. Et nota per A, intelligi prædicatum per B. verò ſubiectum.

Quatuor generaprop. ſitionũ negatiuarum. Vt aũt diſcurſum perfectũ Ariſt intelligas, aduerte ipſum diſtinguere ꝓpoſitiões negatiuas in quatuor genera, hoc ordine, primũ, cum prædicatũ puta A, eſt ſub aliquo toto, id eſt, cõtinetur ſub aliquo genere, vel aliquo quod de illo vniuerſaliter prædicetur eſsentialiter, ſubiectũ vero puta B, nõ eſt ſub aliquo toto, vt qualitas nõ eſt homo: alterũ, cũ econtra ſubiectũ eſt ſub aliquo toto, nõ autẽ prędicatũ, vt nullus homo eſt qualitas, tertiũ, cum vtrumq; eſt ſub toto, vel diuerſo, vt homo non eſt albedo, vel eodem: vt homo non eſt equus, ſub animali: quartum, cum neutrũ eſt ſub toto, vt nulla ſubſtãtia eſt quantitas: intẽdit ergo Ariſt. tres priores eſse mediatas ꝓpoſitiones, & demonſtrabiles, quartam verò indemonſtrabilẽ: & aduerte hic loqui de negatiuis neceſsarijs & per ſe: ſingulas ergo explicemus.

¶ Sit enim A, in toto C. 5

Agit de primo genere, cum prędicatũ eſt ſub toto, non autẽ ſubiectum & intendit talem propoſitionẽ poſse demõſtrari per tale totũ, quod dicatur D, affirmatũ de prædicato, & negatũ de ipſo ſubiecto, nã poteſt eſse quod totũ prędicati ſit alienum à ſubiecto, & tunc faciam ſyllogiſmum in Camettres ad illam cõcluſionem, nulla qualitas eſt homo ſic ſumendo animal, omnis homo eſt animal, nulla qualitas eſt animal, ergo nulla qualitas eſt homo. 1. Gen.

¶ Similiter autẽ etſi B, in aliquo. &c. 6.

Oſtendit, ſecundũ genus, cũ ſubiectũ eſt in toto, nõ autẽ prædicatum: vt nullus homo eſt qualitas, tunc per illud totũ ſubiecti, q̃ ſit D, puta animal, negatũ de prædicato, affirmatũ de ſubiecto, fiet demonſtratio in Cęſare, ſic: nulla qualitas eſt animal, omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt qualitas. 2. Gen.

¶ Eodem autem modo, &c. 7.

Tertium genus eodẽ modo poteſt demonſtrari, ſed dupliciter: aut enim per totum 3. Gen.

totũ ſubiecti, aut per totũ prædicati, vt nullus homo eſt albedo: per totũ prædicati ſic, omnis albedo eſt color, nullꝰ homo eſt color, ergo nullꝰ homo eſt albedo, per totũ ſubiecti ſic, nulla albedo eſt animal, omnis homo eſt animal ergo nullꝰ homo eſt albedo, cùm verò extrema ſub vno proximo genere ſunt, vt homo non eſt equus, per ipſorum definitiones tunc demonſtrari poterunt.

8. ¶ Quod aũt contingit B. non eſse, &c.

Cùm ſuppoſuiſset in probatione in toto prædicati non eſse ſubiectum, & è cõtra, oſtẽdit id poſse fieri ex prædicamentis quæ adinuicẽ non cõmutantur id eſt, non prædicantur, vt ſit vnũ prædicamentum ſubiecti A.C.D. ſit aliud prædicati B.E.F. clarũ eſt quod ſi A. ſit in G. id eſt, in quodã genere ſui prędicamenti, quod in illo non erit B. cum ſit alterius coordinationis per tres literas vnum prædicamentum intelligit, plura enim in eo prędicata ordinantur.

9. ¶ Si verò neutrum ſit in toto, &c.

Genus. Quartum genus, cũ nec prædicatũ, nec ſubiectũ in aliquo ſunt, docet eſse immediatũ, vt nulla ſubſtantia eſt qualitas, & vniuerſaliter quoties vnũ generaliſsimũ de altero negatur, tunc non eſt mediũ illud demonſtrandi, cũ non habeãt ſuperiora, nec proprias definitiões, & probat, nã ſi aliquod ſit mediũ, oportet vt vniuerſaliter prędicetur de ſubiecto aut ꝑdicato, ſed extrema ſunt ſuprema, nõ ergo habent ſuperius eſsẽtiale, ens.n. eſt analogũ, & de omnibus ꝑdicatur, vnde nõ eſt mediũ ad concludendũ negatiuè, etiam ſi eſset vniuocũ, vt patet, nam de vno deberet negari.

10. ¶ Aut enim in prima, aut media, &c.

Oſtendit quod tale medium deberet altero extremo vniuerſaliter prædicari affirmatiuè, nã aut talis demõſtratio fieret in prima figura, vel in ſecũda omittit tertiã, quæ cum non cõcludat vniuerſaliter, non eſt apta demõſtratio ni, de qua eſt ſermo: ſi igitur fiat in prima, minor eſt affirmatiua, in qua medium de concluſionis ſubiecto affirmatur, non ergo fiet in prima, nam ſubiectum illud non habet ſuperius.

¶ Si verò in media, &c. 11.

Nec in ſecunda fieri docet, nam licet in ea minor nõ ſit ſemper affirmatiua tamen ad vtrumq; contingit, id eſt, aut maior, aut minor erit affirmatiua, cùm ex vtraque negatiua non fiat ſyllogiſmus: cùm mediũ verò ſit in vtraque prædicatum, prædicabitur affirmatiuè de vno extremo illius, quod fieri non poteſt: cõcludit ergo eſse mediatas & immediatas propoſitiones negatiuas, & quãdo ſint, ſe iam docuiſse: atq; hęc de hoc capite vndecimo, quod abſoluit præceptiuam partem horum librorũ.

¶ Quot, quibuſue modis ſyllogiſticis tum in immediatis, tum in mediatis propoſitionibus ignorantia diſpoſitiouis, & quomodo ignorantia negationis exoriatur.

Capitul. XII.

TEXT. 1. IGnorantia verò, quæ nõ ſecundũ negationẽ, ſed ſecundũ diſpoſitionẽ dicitur, eſt quidẽ deceptio, quæ per ſyllogiſmum fit. Hęc autẽ in primo quidem inexiſtentibus, aut non inexiſtentibus contingit dupliciter: aut enim quando ſimpliciter exiſtimet ineſse, aut non in eſse: aut quando per ſyllogiſmum accipiat ſuſpitionem: Simplicis quidẽ igitur ſuſpicionis ſimplex eſt deceptio, eius verò quæ eſt per ſyllogiſmũ plures. 2.

Non inſit enim A. nulli eorum quæ B. indiuiduè, ſi igitur ſyllogizet A. ineſse ipſi B. medium accipiens C. deceptus erit per ſyllogiſmum.

Contingit quidẽ igitur vtraſq; propoſitiones eſse falſas, contingit aũt alterã ſolum. Si enim neq; A. nulli eorũ quæ C. inſit: neque C. nulli eorum quæ B. aſsumpta verò fuerit vtraque è conuerſo, ambę falſæ erunt. 3.

Euenit autem ita ſe habere C. ad A. & B. vt neq; ſub A. ſit, neq; vniuerſaliter in B. impoſsibile namque B. eſse 4.

in

in toto aliquo: dicebatur enim A. primo ipsi non inesse: A. verò non necesse omnibus entibus inesse vniuersaliter: quare ambæ falsæ.

5. Sed & alterã contingit verã accipere, non tñ vtrã volueris, sed A. C. C. B. nãq; propositio semper falsa erit: eo q̃ ipsum B. in nulla sit: A C. verò euenit.

6. Quemadmodum si A. & ipsi C. & ipsi B. insit indiuiduè, quando enim idẽ primo prædicetur de pluribus, neutrũ in neutro erit.

7. Differt aũt nihil, neq; si non indiuidue insit. Deceptio quidẽ igitur in existendi & per hæc, & ita fit solũ: non .n. erat in alia figura inexistẽdi syllogismus. Quæ verò est nõ existẽdi, & in prima fit, & in media figura. Primũ itaq; dicamus quot modis in prima sit, & quomodo se habentibus propositionibus.

8. Contingit quidẽ igitur vtrisq; falsis existentibus, quemadmodum si A. & ipsi C. & ipsi B. insit indiuiduè. Si enim acceptũ fuerit A. quidem nulli C. C. verò omni B. falsę erunt propositiones.

9. Contingit autem & altera falsa existente, & hac vtrauis. Euenit enim A. C. quidem veram esse, C. B. verò falsam. A. C. quidem veram: quoniam nõ omnibus entibus inest A.

10. C. B. verò falsam: quoniam impossibile est C. inesse ipsi B. cui nulli inest A. non enim amplius vera erit A. C. propositio: simul autem si & ambæ sunt veræ, & conclusio erit vera.

11. Sed & C. B. contingit veram esse, altera existente falsa. quemadmodum si B. & in C. & in A. est, necesse. n. alterũ sub altero esse: quare si acceperit. A. nulli eorũ, quæ C. inesse, falsa erit propositio. Planũ igitur, q̃ altera falsa existente, & vtrisq;, erit falsus syllogismus.

12. In media aũt figura totas quidẽ esse propositiones ambas falsas, nõ contingit: quando enim A. omni B. insit, nihil erit accipere, quod alteri quidẽ omni, alteri verò nullo inerit. Oportet autẽ sic accipere propositiones, vt huic quidem insit, illi verò nõ insit: siquidẽ erit syllogismus: si igitur sic acceptę falsæ: planum, quod econtrario econuerso se habebunt: hoc autem impossibile.

In aliquo verò vtramq; nihil prohibet falsam esse: quemadmodũ si C. & A. & B. alicui insit. Si enim A. quidem omni acceptũ fuerit inesse: B. verò nulli: falsæ quidẽ ambę propositiones, non tamen totæ, sed in aliquo. Et econuerso quoq; posito priuatiuo consimiliter.

Alterã verò falsam esse, & vtramuis contingit: quod enim inest A. omni, & B. inest. Si igitur acceptũ fuerit ipsum C. inesse quidem toti A. toti verò B. non inesse: C. A. quidem vera erit. B. C. autem falsa.

Rursus q̃ B. quidem nulli inest, neq; A. omni inerit: si enim ipsi A. & ipsi B. sed non inerat. Si igitur acceptum fuerit C. A. quidem toti inesse. B. verò nulli B. C. quidem propositio vera, altera aũt falsa. Consimiliter verò & transpositio priuatiuo, q̃ enim nulli inest A. neq; B. nulli inerit. Si igitur acceptũ fuerit C. A. quidẽ toti nõ inesse: A. C. qdẽ ꝓpositio vera erit, altera aũt falsa.

Et rursus q̃ omni B. inest, accipere inesse nulli A. falsum. necesse. n. si B. omni, & A. alicui inesse. Si igitur acceptũ fuerit: C. inesse quidem omni B. nulli verò A. C. B. quidẽ vera erit, C. A. autem falsa. Planũ igitur q̃ & ambabus existentibus falsis, & alteræ solũ, erit syllogismus deceptorius in indiuiduis.

¶ Ignorantia autem non secundum negationem, &c. 1.

Conuenit, vt dicit Philo. scienti nõ solũm scientiæ cognitionẽ tradere sed etiã quæ scientiæ opponatur: ignorantiã exponere: cũ igitur Arist. de sciẽtia & modis, quibus eã cõsequimur tractauerit, nunc de ignorantia sciẽtiæ opposita, ac quibus vijs eam imbibamus disserit: & quia sicut sciẽtia erat de immediatis & mediatis propositionibus, ita etiã ignorãtia, de vtraq; ignorantia disserit, & quæ fit secundũ propositiões immediatas, & hoc in capite præsenti, & quæ fit secundũ mediatas, & id in capite sequẽti: cùm autẽ immediatæ sint in duplici differentia, affirmatiuæ, & negatiuæ, prius de negatiuarum ignorantia, quæ solum fit in prima figura, postea de affirmatiuarum etiam ignorantia quę fit in prima, & tãdem de earundem affirmatiuarũ ignorantia quę fit in secunda disserit: tertia enim figura cùm non cõcludat vniuersaliter, excluditur, hic enim de vniuersalibus & per se est sermo, & eadẽ ratione excluduntur modi particulares aliarũ duarũ, & tantũ est sermo de vniuersalibus.

Duplex ignorantia.

Proponit igitur duplicẽ esse ignorãtiam, & secundum negationem, & secũdum dispositionem: illa est secundũ negationem quę est simplex negatio & carentia scientiæ, quam ignorantiam rustici, pueri, & ij qui nihil didicerunt habent, quæ non aliud est quàm nõ habere rei cognitionem: illa verò dicitur ignorantia secũdum dispositionẽ, cùm opinamur oppositum veritatis, vt qui opinaretur hominem non esse risibilẽ plantas non habere vitam, talis haberet ignorantiam dispositionis.

Ignorãtiã dispositionis duobus modis cõtingere.

Adhuc ista ignorantia dupliciter cõtingit, vno modo sine syllogismo, cùm nimirum vel auctoritate, aliqua, vel vana experientia, aut exemplo, aut consuetudine aliquis deceptus opinatur oppositum veritati, vt qui solem paruæ quantitatis propter visum iudicaret, aut qui triangulũ non ęquiualere duobus rectis, cùm tres angulos videat, existimaret, aut qui aliquod falsum acciperet sine cõsideratione rationis, hi haberent ignorantiam dispositionis simplicem & sine syllogismo: altero modo talis ignorantia euenit per syllogismũ, cùm nimirum aliquo syllogismo decepti opinamur oppositum veritatis præsertim necessariæ, nam de hac est sermo, & talis definitur ab Aristo. sic, per syllogismum facta deceptio.

Assignat autẽ discrimen inter vtrãque, nam ignorãtia sine syllogismo simplex est, id est, qui sine syllogismo in aliquo decipitur, tantum in illo decipitur, at qui in aliquo per syllogismũ decipitur, in multis decipitur, nam syllogismus probans falsum, aut vnam, aut vtramq; præmissã habet falsam, hic enim loquimur de syllogismo ignorantiæ opposito scientiæ pręcedenti tantũ in materia, qui ex falsis probare intendit oppositum veritatis necessariæ, & scientificæ. 2.

¶ Non sit enim A. in nullo B. &c.

Incipit docere qd sit decipi in negatiuis immediatis, q̃ quidẽ est cùm opinamur oppositas vniuersales affirmatiuas veras per aliquod principiũ & mediũ falsum, q̃ in Barbara fit: nã solũ in modo hoc vniuersaliter affirmatiuè cõcludimus, dicit igit nõ sit A. in B. id est, sit aliqua negatiua immediata puta nulla substãtia est quãtitas: si aliquis per aliquod mediũ C. puta numerũ, existimet omnẽ substantiã esse quantitatem, sic, oĩs numer9 est quãtitas, oĩs substãtia est numer9 ergo oĩs substãtia est quãtitas, decipitur in negatiuis immediatis. Cõtingit igitur vtrasq; ꝓpositiões, &c. 3.

Ostẽdit primo quoties in negatiua immediata decipimur, inferẽtes oppositã affirmatiuã falsam, posse vtramq; premissã esse falsam, & similiter posse vnã esse veram, & alterã falsam: q̃ autẽ vtraq; posset esse falsa, patet, sumatur ista ꝓpositio cuius sit ignorantia, omne B. est A. nempe omnis substãtia est quãtitas: si pro medio sumam9 aliquid de quæ nõ sit A. supple quãtitas, & ipsum nõ sit de B. nẽpè de substãtia, & sit C. nẽpè color, tũc cõtrariè hoc modo, id est, affirmãdo quãtitatẽ in illo de quo negabatur, & ipsum affirmando de substãtia de qua negabatur, vtraq; præmissa erit falsa, sic omnis color est quãtitas omnis substantia est color, ergo omnis substãtia est quãtitas: sensus est, q̃ si illã probem9 per mediũ de quo vniuersaliter prædicatum nõ affirmet, & q̃ de subie-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

subiecto conclusionis etiam vniuersaliter non affirmetur, tunc vtraq; propositio erit falsa, sicut conclusio.

¶Potest autem sic se habere, &c.

4. Quod aũt tale medium sic ad conclusionis extrema se habere possit probat primũ, quia illud medium C. non prædicatur vniuersaliter de subiecto conclusionis in minori, quia illud subiectũ est generalissimũ, de quo nihil vniuersaliter prædicatur & de ipso prædicatũ non prædicatur vniuersaliter in maiori, prædicatum enim erat vnum generalissimum, q̃ non de omnibus entib9 affirmatur, ob id possum sub eo sumere aliquid d̃ quo ipsũ nõ affirmetur vere.

5. ¶Sed alteram contingit veram, &c.

Probat etiam posse in simili ignorãtia vnam propositionẽ esse veram, sed hãc impossibile est esse minorem, quæ semper erit falsa, quã vocat B C. maior potest esse vera, quã vocat A. C. quod minor nõ possit esse vera declarat, quia in minori subijcitur subiectũ cõclusionis vniuersaliter affirmatiuæ subiecto maioris, est enim minor primę figuræ semper affirmatiua, at eũ subiectũ conclusionis sit generalissimũ, nihil vere de eo vniuersaliter affirmabit, manebit igitur maior vera, minor verò falsa.

6. ¶Vt si A. & in C. & in B. indiuisibiliter est, &c.

Probat maiorem posse verã esse, & minorẽ falsam, q̃ enim minor semper sit falsa, probatũ est, & nota rationem quæ obscura est: demus illã conclusionẽ immediatã, nulla quantitas est substantia, nullũ B. est A. tunc A. nempè substantia immediatè & indiuisibiliter negatur de B. quãtitate sub substantia iterũ sumamus subiectũ de quo immediatè affirmetur, puta corpus, dicatur C. hoc stante impossibile est q̃ corpus C. affirmetur de quãtitate B, nã vt egregiè dixit Phi. cũ vnũ prædicatũ de duobus ꝓdicatur primo & immediatè, siue de vtroq; negatiuè, siue de altero affirmatiuè, d̃ altero negatiuè, siue d̃ vtroque affirmatiuè, impossibile est quod illa duo affirmentur adinuicem, vt ipse benè probat.

Cùm igitur substantia de quantitate immediatè negetur de aliquo verò affirmetur immediatè, puta corpore, si quis ad probandã affirmatiuã falsam, omnẽ quantitatẽ esse substantiã, sumit pro medio in prima figura illud immediatũ affirmatiuũ substantiæ, facit maiorẽ verã, sed minorẽ falsam, nã minor erit affirmatiua ex duobus immediatis eiusd̃ prædicati, quod esse nõ potest.

Nota autem sentum literæ secundũ Alexan. cũ A puta prædicatum est indiuisibiliter in B & in C. & immediate de vtroq; prædicatur, sed cum discrimine, nã de B. negatur immediate, quod est subiectum conclusionis, de C. verò affirmatur, quod est subiectũ maioris.

¶Differt autem nihil, &c. 7.

Docet quamuis sub conclusionis prædicato sumamus aliquid mediatum, cõtingere maiorem veram, minorem falsam esse: vt si dicas omnis homo est substantia, omnis quantitas est homo, ergo omnis quantitas est substantia. Nota illam priorem probationẽ esse necessariã, nempè quando est necessariũ q̃ minor falsa, maior sit vera ex ratione immediatæ prædicationis: modò hæc probatio est duplex, nam maior probatur vera, quia est de inferiori affirmatiua, minor falsa, quia nihil de generalissimo affirmatur vniuersaliter.

Cõcludit se dixisse de ignorãtia negatiuæ, quæ fit per primã, hæc in sola cõcludit vniuersaliter affirmatiuæ oportet vt de ignorãtia affirmatiuę immediatæ agat, q̃ fit, cũ oppositã negatiuã vniuersalẽ existimamus verã per syllogismũ, cum aũt talis syllogismus inferens negatiuam fiat in prima & secũda figura, prius de eo, qui in prima fit, tractat. 8.

¶Contingit igitur vtrisque falsis, &c.

Tractat modo de ignorãtia immediatæ affirmatiuę in prima figura, quæ est, cũ negatiuam oppositam inferim9 vniuersaliter, quod fit in Celerent, & tunc ex vtraque falsa procedere possumus, & id modo probat: sit affirmatiua immediata, omnis homo est animal, scilicet omne B, est A, ignorãtia sit opposita, nullus homo est animal: tunc si pro medio sumam9 aliquid, de quo etiã immediatè affirmatur animal puta C. leo, vtraq; erit falsa, maior, quia est negatiua, & negamus prædicatũ de eo, de quo immediatè affirmat; minor etiã est falsa, qa affirmamus duo immediata eiusdẽ ꝓdicati, quæ vt diximus, affirmari nequeũt vt si dicas, nullus leo est animal, omis homo est leo, ergo nullo homo est animal.

9. ¶Contingit autem & altera falsa, &c.

Probat etiam in eadem figura posse vnam tantum propositionẽ esse falsam siue hęc sit maior, siue sit minor, sed primo ostendit cur maior, puta A, C, esset vera, & minor B, C, falsa: ratio autẽ propter quã maior possit esse vera est, quia cum prędicatum conclusionis ignoratę nõ prędicetur de omnibus, si pro medio sumatur aliquid eorũ quibus non inest erit maior vera in qua negamus ꝓdicatum de tali medio, vt si ad eandem conclusionẽ, nullus homo est animal, sumatur medium lapis, & dicatur nullus lapis est animal, omnis homo est lapis, ergo nullus homo est animal. 10.

¶Sed quæ est, C, B, falsa, &c.

Quod verò minor sit falsa, postquam maior est vera, probat, quia cũ aliquod prædicatũ de aliquo vniuersaliter affirmatur, & de altero negatur etiã vniuersaliter, est impossibile q̃ illa duo affirmẽtur, v.g. si animal de homine vniuersaliter affirmatur, & de lapide vniuersaliter vere negatur, nõ poterit lapis affirmari de homine, nã si affirmetur, sequetur cõtradictoria alterius vniuersalis, aut affirmatiuæ, aut negatiuę: vt si des, nullus lapis est animal, & das, homo est lapis, aut lapis est homo, sequet, homo nõ est animal, aut in Ferio, aut in Felaptõ: similiter si des, oĩs homo est animal, & homo est lapis, sequit, lapis est aial, in Datisi.

Hoc est igitur, quod dicit: si detur maior negatiua vera, nullum C, est A. scilicet nullo lapis est animal, cũ animal de omni homine ꝓdicetur, puta A, de omni B. nõ poterit C, de B, id est lapis de homine affirmari vniuersaliter, aliter inferetur oppositũ maioris negatiuæ, dicẽdo, omnis homo est animal, lapis est homo, ergo lapis est animal, contra eã maiorem. nullus lapis est animal.

Addit rationem alterã propterquam oportet esse minorem falsam, quia cũ maior fuerit vera, si minor etiã esset vera iam conclusio non esset falsa, nam ex vtraq; vera nõ fit cõclusio falsa, at cõclusio est falsa, cũ sit negatiua opposita affirmatiuæ immediatæ, ergo stãte maiore vera, necessario minor est falsa, forma n. syllogismi bona esse supponitur.

¶Sed & eam, quæ est C, B, contingit veram esse, &c. 11.

Probat modo minorẽ C, B. posse esse veram, maiori falsa existẽte, quod fiet cũ medius terminus, puta C. fuerit sub prædicato & superiꝰ subiecto: tũc enim de ipso prædicatũ negare in maiori, falsum erit, ipsũ verò de subiecto affirmare in minori, erit verum: verbi gratia, si per syllogismum ignoretur ista, nullũ animal est viuens. per hoc mediũ, corpus, tũc maior falsa, minor vera erit: vt nullum corpus est animal, omne viuens est corpus, ergo nullũ viuẽs est animal quãdo dicit, si, B, sit in C, & in A. sensus est, si subiectum conclusionis sit in C, id est, in medio, & in A, id est, prædicato conclusionis, tunc vniuersaliter negare in maiori A, de C. falsum erit, sed verũ affirmare in minori C, de B. Ecce quomodo decipi contingat in prima figura circa affirmatiuas immediatas, & ex vtraque propositione falsa, & ex vna falsa, altera vera existente.

¶Sed in media figura, &c.

Transit ad ostendendũ in secunda figura quãdo in affirmatiuis decipiamur inferẽdo negatiuas oppositas & primo docet nõ posse vtrasque propositiones

Universidad de Deusto Biblioteca

esse in totum falsas: vocat vniuersales, tam affirmatiuas, quã negatiuas in totũ falsas, quę secundum nullum singulare veritatẽ habent, vt nullus homo est animal omnis homo est lapis: in parte vero falsæ dicuntur, quæ secũdũ aliqua singularia vera sunt, vt omne animal est gressibile, nullum animal est bipes.

Affirmatiua seu negatiua propositio quę dicatur in totũ falsa.

Dicit ergo, in secũda figura cũ cõclusio est falsa opposita immediatę affirmatiuę, nõ posse vtrasq; ꝓpositiones esse falsas in totũ, cuius ꝓbatio difficilis est.

Propterea aduerte quod in secunda figura mediũ sit in vtraq; prẽmissa prædicatum, ac ob id de vno extremo cõclusionis debet affirmari in vna, de altero verò negari: aliquãdo tamen maior est affirmatiua, vt in Camestres, aliquãdo verò minor, vt in Cęsare. Loquamur ergo de priori vt vtraq; huius propositio sit in totũ falsa, mediũ debet nulli prædicato cõclusionis inesse, & omni subiecto comperere, sic enim fiet vt maior affirmatiua sit falsa, in qua mediũ de conclusionis ꝑdicato affirmamus, & minor falsa, in qua mediũ de subiecto conclusionis negamus oppositum fit in Cesare nam medium debet omni prędicato: & nulli subiecto inesse, sic enim erit vtraque in totum falsa.

Dicit igitur Arist. fieri nõ posse vt tale medium detur, quãdo cõclusio est affirmatiua vniuersalis immediata, vt omnis homo est animal, nã tũc cõtraria negatiua esset vera, vt patet, si des .n. in Camestres aliquid ꝙ de nullo animali, & de omni homine prędicatur, argumẽtabor sic ex ipsis, nullũ animal est, puta D, omnis homo est D, ergo nullꝰ homo est animal: propositiones per te veræ, ergo cõclusio similiter, si des in Cesare aliquid quod de omni animali, & nullo homine verè dicatur, argumentabor in Camestres ex datis, omne animal est D nullus homo est D, ergo nullꝰ homo est animal, nõ igitur cũ infertur negatiua opposita immediatę affirmatiuę, potest vtraque præmissa in totum esse falsa.

Probat modo id Arist. nam si vtraque est falsa in in totum in Camestres, ex cõtrarijs quæ erũt verę, inferã in Cesaro conclusionẽ eãdem falsam esse verã, & ex vtraq; etiã falsa in Cesare inferã ex contrarijs vtrisq; veris in Camestres cõclusionem illam falsam esse veram, v g. fiat syllogismus, omne animal est D, nullus homo est D, ergo nullus homo est animal: si das ꝓpositiones vtrasq; falsas in totum, ergo contrariæ erunt verę: sumam illas in Cesare, & probabo veram cõclusionem falsam sic: nullum animal est D, omnis homo est D, ergo nullꝰ homo est animal! Si propositiones verę, cõclusio erit vera: idẽ de Cesare, nõ ergo decipi possumus ex vtraq; propositione in totum falsa in secunda figura.

¶ In aliquo autem vtramque &c. 13.

Ostendit posse aliquãdo esse vtrãq; propositionem in parte falsam, vt si sumas medium particulariter competẽs vtriq; extremo, tũc negare de altero vniuersaliter, de altero verò affirmare, erit in parte falsum: vt si ignoraretur, nullũ animal esse viuens, per brutũ, sic omne viuens est brutũ, nullum animal est brutum, ergo nullũ animal est viuens, esset in parte vtraque falsa, idem fit è cõuerso, posito priuatiuo, id est, priori negatiua, & minori affirmatiua scilicet in Cesare, sicut in Camestres. 14.

¶ Alteram autem falsam, &c.

Cum probasset ex vtraq; falsa in parte, non tamen in toto, posse aliquẽ decipi in secũda figura circa immediatas affirmatiuas, nunc ex altera etiã tantũ falsa decipi posse docet, quæcũq; sit: at quia sunt duo modi Camestres, & Cesare ostẽdit quando in Camestres ex vna vera, altera falsa decipiamur, postea in Cesare: ac primũ, quando in Camestres maiori vera, minori falsa, deinde è contra: dicit igitur, sume superiꝰ prędicato quod dicitur A, nam hoc etiã superius erit subiecto B, & pone pro medio, & sit C, tũc fiet maior vera, & minor falsa vt si ignorantia est huius, nullus homo est animal

animal, per viuens sic. omne animal est viuens, nullus homo est viuens, ergo nullus homo est animal.

¶ Iterum quod in B. nullo est, &c:

15 Quod si mediũ nulli insit subiecto, tunc, nõ omni prędicato inerit, & fiet maior affirmatiua falsa, minore vera, sic: omne animal est brutũ, nullꝰ homo est brutũ, ergo nullus hõ est animal.

¶ Similiter aũt fit trãsposito priuatiuo.

16. Hoc etiam fieri in Cesare docet, sed prius cum maior est vera, vt si medium sumas extraneum vtriq; extremo, sic, nullũ animal est insensibile, omnis homo est insensibilis, ergo nullus homo est animal, quod si medium omni subiecto insit, tunc alicui inerit prędicato, & fiet maior falsa, & minor vera, vt si dicas, nullũ animal est rationale, omnis homo est rationalis, ergo nullus homo est animal: aduerte has literas in hoc capite, per C. mediũ, per B. minus, per A. maius extremum intelligi per A. C. maiorem, per C. B verò minorem. Cõcludit in immediatis decipi posse, & ex vtraq; falsa, & ex altera tantum.

¶ De ignorantia in mediatis propositionibus.

Capitul. XIII.

TEXT.

1. IN his verò, quę insunt non indiuiduè, aut non insunt, quandoquidem per proprium medium efficiatur falsi syllogismus, non possunt ambę falsæ esse propositiones sed ea solum, quę est ad maius extremum. Dico autem proprium medium, per quod fit contradictionis syllogismus.

2. Insit enim A. ipsi B. per medium C. quoniã igitur necesse est C. B. affirmatiuã accipi, cum fit syllogismus, planũ, quod semper hęc erit vera, non enim conuertitur: A. C. verò falsa, hæc enim conuersa contrarius fit syllogismus.

3. Consimiliter autem & si ex alia coordinatione accepti fuerit mediũ, vt D. licet in toto A. sit, & de B. omni prędicetur: necesse enim D. B. quidem propositionem manere, alteram verò cõuerti quare hæc quidem semper vera, illa autem semper falsa, & quasi talis deceptio eadem est ei, quę est per proprium medium.

Si verò non per proprium medium 4.
efficiatur syllogismus: quando sub A. quidem sit medium: ipsi verò B. nulli insit: necesse est falsas esse ambae: accipiendæ namq; sunt è contrario: quã se habent propositiones, si debet syllogismus fieri: sic autem acceptis, ambæ efficiuntur falsæ. quemadmodum si A. quidem toti D. inest: D. verò nulli eorum, quæ B. his enim conuertus syllogismus erit, & propositiones ambæ falsæ.

Quãdo verò mediũ nõ sit sub A. vt D. 5.
A. D. quidẽ vera erit: D. B. aũt falsa, nã A. D. quidẽ vera, qñ non erat in A. ipsum D. D B aũt falsa, qñ si esset vera, & conclusio vera esset, sed erat falsa.

Sed cũ per mediã figurã efficitur de 6.
ceptio, ambas quidẽ nõ contingit falsas esse ꝓpositiones totas. Cũ .n. sit B. sub A. nihil cõtingit, huic quidẽ omni: illi verò nulli inesse, quemadmodũ dictũ est & priꝰ ¶ Alterã aũt euenit, & vtrãlibet. Si enim C. & A. & B. insit, si acceptũ fuerit ipsi quidẽ A. inesse, ipsi verò B. nõ inesse. A. C. quidẽ vera erit, altera aũt falsa. Rursus si acceptũ fuerit C. ipsi quidẽ B. inesse. A. verò nulli: B. C. quidẽ vera erit, altera autem falsa. 7.

Si igitur priuatiuus sit deceptionis 8.
syllogismus, dictum est, quando, & per quæ erit deceptio.

Sin aũt affirmatiuus, qñ quidem per 10.
propriũ mediũ, impossibile ambas esse falsas: necesse est enim C. B. manere, siquidẽ erit syllogismꝰ, quemadmodũ dictũ est & prius, quare C. A semper erit falsa: hęc enim est quę conuertitur.

Consimiliter autem & si ex alia coordinatione accipiatur mediũ, quemadmodum dictum est & in priuatiua deceptione, necesse enim D. B. quidem manere, A. D. autem conuerti, & deceptio eadem est ei, quæ prius:

8. Quando autē non propriū: si D quidem sit sub A. hęc quidem erit vera, altera, autē falsa: euenit enim A. pluribꝰ inesse, quæ non sunt sub se inuicem.

9 Si verò non sit D. sub A. planū quidem, ꝙ hæc semper erit falsa, affirmatiua namq; accipitur. D. B. verò cōtingit, & veram esse, & falsam: nihil enim prohibet A. quidē nulli D. inesse, D. verò ipsi B. omni: vt animal scientiæ, sciētiam autē Musicę. Neq; rursus si neque A. nulli eorum, quæ D. neq; D. nulli eorum, quæ B. Manifestum igitur, quod

10. non existenti medio sub A. & ambas euenit falsas esse, & vtram volueris.

Quot igitur modis, & per quę euenit ueri deceptiones, quę secundū syllogismū, & in immediatis & in ijs, quę per demonstrationem, manifestum.

1. Intētio Arist. in hoc cap.

¶ In ijs autem, quæ non indiuisibiliter. Postquā de immediatorum ignorātia tradidit, nūc de mediatis disserit, ac primo de ignorātia affirmatiuarū in prima figura, quę cōtingit cū oppositas negatiuas opinamur per syllogismū possumus autē ignorare has dupliciter, aut per propriū mediū, aut per mediū non propriū: vocatur medium propriū, id quo talis affirmatiua vera demōstratur, vt animal rationale demōstrat hominē esse risibilem, cum igitur per tale mediū decipimur, id est, illud assumimus ad probandā oppositā negatiuā, est ignorātia per propriū mediū, vt si dicat quis, nullū animal rationale est risibile, oīs homo est animal rationale, ergo nullus homo est risibilis.

Medium propriū quo dnā fit.

Idem cōtingit in negatiuis mediatis est enim proprium mediū quo demonstramus nō esse: vt per animal rationale demonstramus nullum hominem esse hinnibilem: cum igitur de illo probamus oppositum, sic, omne animal rationale est hinnibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est hinnibilis, est similiter ignorantia per mediū propriū: tale mediū dicit Arist. esse id per ꝙ fit syllogismus contradictionis, id est syllogismꝰ probans oppositā conclusionē veram: cum verò non per tale medium contingit ignorantia dicitur per medium non proprium.

Dicit igitur Aristo. quod quoties in mediatis decipimur per medium propriū, non contingit propositionem vtrāque falsā esse, sed minor est vera: quæ autē est versus maius extremum, id est maior, falsa: ratio autem hęc est, quia est eadē minor in syllogismo ignorātię & in syllogismo contradictionis & veritatis: in vtroq; enim est affirmatiua, cū sit in prima figura, maior verò non est eadem sed conuersa, id est, mutata in contrariā negatiuam sicut conclusio, vt patet si dicas, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est risibilis, est syllogismus veritatis: ille verò ignorantię, nullū animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale, ergo nullꝰ homo est risibilis: hoc literis explicat solū in affirmatiuis: per A. maius extremū, per B. minus, per C. mediū, intelligit: conuerti verò vocat mutari ex affirmatiua contraria in oppositam negatiuā: & ꝙ minor sit vera, probat: nam mutata & conuersa maiori syllogismi ignorantiæ, manente minore fit contrarius syllogismus verus.

¶ Similiter autem est, & si ex alia, &c. 2.

Ostendit ꝙ quamuis non sit mediū proprium per quod demonstretur conclusio, sed sit ex alia coordinatione, nēpè sit medium quo quocunq; modo conclusionis illius veritas probetur, si per illud decipi contingat, minor futura sit vera, quia est eadem quę erat in syllogismo vero: sed maior falsa, quia est mutata in negatiuā: vt si per risibile decipiamur, opinātes hominē non esse animal rationale, quamuis risibile non sit medium demonstratiuum, tamen quia per id probatur verè hominē esse animal rationale, censetur hoc loco mediū: idem de alijs medijs veritatis.

¶ Si verò non per proprium mediū, &c. 3.

Mani-

Manifestat quando non est medium propriū posse vtrasque propositiones esse falsas, vt si mediū sit de quo omni prædicatum dicitur, & quod de nullo subiecto dicatur, tunc enim cum cōtrario modo sumendæ sint propositiones, erunt falsæ, nam in maiori prædicatum cōclusionis negari, debet de medio, de quo verè affirmabatur, & in minori affirmari, de quo verè negabatur: fit n. syllogismus primæ figuræ Celarēt. v.g. fit cocclusio, nullus homo est sensibilis, nullū B. est A. sumatur mediū D, irrationale, fiat syllogismus talis: nullū irrationale est sensibile, oīs homo est irrationalis, ergo nullus homo est sensibilis, tunc vtraque est propositio falsa.

¶ Cum verò non sit sub A medium.

Probat etiam posse maiorem esse veram, & minorē falsam, vt si sub maiori

4. extremo sumamus mediū cui nō inest ipsum, tūc maior erit vera A, D, qa est negatiua, minor verò D, B, falsa, quia cū conclusio sit falsa, & maior vera necessario minor erit falsa: vt si sub sensibili sumatur planta, sic: nulla planta est sensibilis, omnis homo est plāta, ergo nullus homo est sēsibilis: prætermisit nō absq; ratione posse etiam maiorē falsam, minorem verā esse: vt si sub sensibili sumatur cui ipsum inest, & quod etiam inest homini, & subiecto, vt animal, sic nullū animal est sensibile, omnis homo est animal, ergo nullus homo est sensibilis: quia istud mediū est propriū, fieri autē non potest quod cùm medium non est proprium, possit minor esse vera, est n. affirmatiua, medium autē non propriū nequit verè affirmari de subiecto, esset enim simile proprio, vt diximus.

¶ Sed per mediam figuram, &c.

5. Nunc de ignorantia earunde mediatarum affirmatiuarū in secunda figura tractat, ac dicit idem prorsus quod superius dixit de immediatis, nō posse vtrāque propositionē in totum falsam esse, quia cum prædicatum verè insit subiecta, nō potest mediū inuenirī quod de vno vniuersaliter affirmetur, de altero vniuersaliter negetur, quod necessariū est vt vtraque sit falsa: relege superiorē locum. de immediatis namq; illic latè declaratum & probatum est hoc.

¶ Altera verò potest esse falsa, &c. 6.

Sed vnam falsam, alteram veram siue maior, siue minor sit, esse posse ostēdit: nam si sumatur mediū cōpetens vtriq; extremo, tūc si maior sit affirmatiua, & minor negātiua, vt in Camestres, erit prior vera, posterior falsa, sic: omne sensibile est animal, nullus homo est animal ergo nullus homo est sensibilis: si verò idē è cōtra fiat in Cesare, vt sit maior negatiua, minor affirmatiua, prior falsa posterior erit vera sic: nullū sensibile est animal, oīs homo est animal, ergo, nullus homo est sensibilis: concludit se iam de ignorantia affirmatiuarū quę per syllogismum negatiuum: fit dixisse tam in prima, quàm in secunda figura.

¶ Si verò sit affirmatiuus &c. 7.

Nunc de ignorantia negatiuarū tractat, quę fit p affirmatiuas oppositas in prima figura, ac docet id ꝙ in principio de affirmatiuis, cū fit ignorātia per mediū propriū, minores semper veras, maiores falsas esse, quia illę sunt eędē quę erāt in syllogismo verò, hę verò sunt cōtrarię: vt si hominē esse hinnibilē, per animal rationale ignoremus, sic, omne animal rationale est hinnibile, omnis homo est animal rationale, ergo omnis homo est hinnibilis, vtitur eisdē dictis literis: idē docet cū mediū est ex alia coordinatione, quòd declaratū est prius.

¶ Cùm verò fit non per proprium, &c. 8.

Ostendit modo quando non per mediū proprium fit, posse maiorē veram minorem vero falsam esse: vt si sub maiori extremo sumatur aliqd cui ipsum inest, potest enim vnū de pluribus prędicari, de vno affirmatiuè, de altero negatiuè: ob id talia suo nō poterūt affirmari adinuicē vere, vt si sub A, hinnibili sumas D, equū, sic: omnis equus est hinnibilis, omnis homo est equus, ergo omnis

nis homo est hinnibilis, tunc maior vera, minor falsa erit.

6. ¶ Si verò non sit D, sub A, &c.

Cum autē mediū puta D, nō est sub A, id est, maiori extremo semper sic maior est falsa, cū sit affirmatiua, nō enim ista ignorātia prouenit nisi in Barbara, hic enim cōcluditur vniuersalis affirmatiua, at minor tali medio existēti, potest aliquando vera, aliquādo falsa esse quæ dicitur, C, D, nam cū D, id est, medio omni subiecto inerit, minor erit vera, potest n. esse quod illud maius extremū competat nulli medio quod cōperit omni subiecto, sicut animal nulli scientiæ competit, iciētia vero omni Musicæ inest: si verò tale mediū nulli insit subiecto, sicut ipsi nulli inest prædicatum, vtraque falsa erit, ex quibus concludit se iam de ignorantijs tam mediatorum quam immediatorum tractasse.

¶ De ignorantiæ puræ negationis.
Cap. XIIII.

TEXT. 1 PLanum autē est, & quod si quis sensus defecerit, necesse, & scientiam aliquam deficere, quam impossibile est accipere.

2. Siquidem addiscimus aut inductione, aut demonstratione. Est autē demōstratio ex vniuersalibus, inductio verò ex ijs, quæ secundum partem: impossibile autem vniuersalia speculari nisi per inductionem.

3 Quoniam & quæ ex abstractione dicuntur, erunt per inductionem nota, si quis voluerit nota facere.

4. Quomodo insunt vnicuique generi nonnulla, & si nō separabilia sunt secundum quod tale-hoc vnumquodque.

Fa.l. quale. 5 Inducere autem non habentes sensum impossibile: singularium namque sensus est, non enim contingit accipere ipsorum scientiam: neque enim ex vniuersalibus sine inductione, neque per inductionem sine sensu.

1. Manifestum est autem, &c.

Intēlō Arist.

DE ignorantia puræ negationis tractat, quæ est nō sciri quod scire poterat docet aūt quando necessaria sit talis ignorantia, & constituit conclusionē hanc, deficiēte aliquo sensu, necessario deerit aliqua scientia, quam non poterit illi cui sensus deest accipere.

Nota. Nota hic loqui de defectu à natiuitate, cū enim aliquis sensu vsus est, quē postea amisit, poterit habere sciētiam eorum, quę tali sensu percipiūtur, potest enim factus cæcus, si primum vidit, sciētiam de coloribus consequi, non tamen qui à natiuitate visu priuatus est.

Nota. Nota similiter quod dicit, aliquā sciētiam defecturam, quia ex defectu vnius sensus solum deerit scientia illorū quæ tali sensu percipiūtur: cæcus enim sciētia locorum, surdus scientia sonorū priuabitur, non alijs.

Nota. Nota similiter quod dicet, quam impossibile est accipere, quia nō priuabitur ille sciētia, quasi illam habuerit, & per sensus defectum amiserit, hoc enim est falsum., cum enim scientiam habemus semel, licet postea sensus destruatur, non ideirco scientia destruitur, sed priuatur scientia ad hunc sensum, quod nunquā illā acquiret, propterea dicit, quam impossibile est accipere.

2. Siquidē discimus, aut p inductionē, &c. 2. Cōcl.

Prædictam conclusionem probat tali ratione: scientia aut inductione aut demonstratione accipitur, sed inductio & demonstratio pendēt à sensu, ergo hoc deficiente perit inductio ac demonstratio, ac proinde sciētia: minor probatur nam inductio fit ex particularibus, quę notum est sensu percipi, demonstratio vero ex vniuersalibus quidem primo, sed cum vniuersalia hæc non nisi inductione cognoscantur, etiam depēdet demonstratio à sensu.

Nota. Propositiōes sciētiarū alias esse. Hic aduerte propositiones quæ in scientia sunt esse in duplici differentia quędam immediatæ, quæ causam non habent, vel in illa scientia saltem causa earum non consideratur, & via cognoscendi

semediatas alias immediatas. has est per sensum & inductionē vt docet 2. Post. cap vltimo: quædā sunt mediatæ, quæ causam habent, & eorum cognitio est per demonstrationem: vnde mediatas per immediatas demonstramus, immediatas verò inductione percipimus: vt experientia ostendit ignem esse calidum, tamen ex hac demōstramus esse leuem.

Nota. Aduerte etiā cū Auer. quod Arist. hic nō loquitur de vniuersalibus principijs illis, quæ sunt cōmunissima, sed de principijs & propositionib9 quę sunt ex subiectis peculiaribus sensu propriè perceptis, hæ enim sunt quæ inductione colliguntur, per quas reliquas mediatas conclusiones demonstramus.

2. Phili. & S. Th. cōmunes dignitates inductione colligi putaut. ¶ Quoniā & quæ ex abstractione, &c.

Oštēdit Arist. hæc vniuersalia ,ppria sensibilium inductione cognosci, & est ,pbatio à minori, vniuersalia enim mathematica, quæ minus videntur indigere sensu & inductione, cū sint abstracta indigent inductione, ergo & vniuersalia sensibilia, quę minus abstracta sunt, magisque sensui proxima: antecedens patet, nam à puncto in pūctum lineam ducere, super quodlibet centrum quantumcunque occupando spacium circulum describere, & similia hęc singularium inductione nota fiunt.

4. ¶ Quia sunt in vno quoque genere.

Quamuis locus hic aliter ab alijs exponatur, existimo sensum esse, vt velit ostēdere tā in sensibilibus, quàm in mathematicis esse vniuersalia, quę inductione cognoscātur, quāuis non omnia, sunt enim alia quæ demonstratione immediatè cognoscuntur, sed hæc ex alijs pendent, quæ inductione probantur, cū nō sint realiter extra singularia, & separata, sicut in scientijs considerātur, vniuersalia enim mathematica realiter in sensibilibus sunt, ob id dicit, in vno quoque genere, nēpè sensibilium & mathematicorum esse quædam, quæ nimirū inductione cognoscuntur, quamuis hęc non sint separabilia, id est cum hæc nō sint abstracta, secundum quod huiusmodi vnumquodque est, id est, sicut in sciētijs talia considerantur.

¶ Inducere autem non habentes, &c. 5.

Verba hæc copulātur illis, impossibile est vniuersalia speculari nisi per inductionem, inductio autem est ex singularibus, singularia autem non scientia, sed sensu percipiuntur, ergo sensu destructo singulare nō percipitur, nec fit inductio, nec vniuersale cognoscat nec demonstratio procedit.

¶ An deficiente sensu deficiat scientia illius subiecti. Dubiū.

Dubitatur primo an sit in vniuersum verū, quod deficiēte sensu deficiat sciētia, quę est in intellectu: dico, nihil intellectū cognoscere quod aliquo modo non fuerit sub sensu, non tamē eodem modo omnia sub sensu sunt, ideò etiam non eodem modo ab intellectu cognoscuntur aliqua enim secundum suos effectus tantū sensui subdūtur, & talia sunt entia realiter separata. Deus opt. max. & intelligentię, quę nullo sensu percipiūtur nisi per extrinsecos suos effectus aliqua sensui substant secūdum similia, vt cum vidimus vnam vrbem, per eam, quas non vidimus intelligimus, alia secūdum partes, vt cū viso auto per se, & monte: statim montem aureum imaginamur: alia secūdum se vel ea quæ sunt in se, vt accidentia sensibilia & substantiæ quæ subsistis sunt. Impossibile igitur est quod intellectus intelligat ea quorū nihil percepit aliquo sensu, vnde si omnes sensus alicui deficerēt à natiuitate quod fieri nō potest, nihil intellect9 intelligeret, non tamen eodem modo, vti dixim9, intellect9 intelligit ea quæ sensu percipiūtur, nā quæ quarto aut tertio modo, & aliquando secundo cognoscuntur intellectione confusa & cōmutatiua, intelligi non dicūtur, qualiter prima cognoscūtur, sed distincta & ,ppria notitia, propterea res immateriales obscurè in hac vita cognoscimus.

Sol. aut. Intellectū nihil intelligere q̄ non fuerit aliquo modo in sēsu & quā sit varijs modis aliquid in sensu. Sēsibus à natiuitate omnib9 sublatis, intellectū nihil p cepturū

Alterū dubium

Dubitatur an in præsenti ita ampli9

Universidad de Deusto Biblioteca

sit sensus Aristot. dico limitatè magis hic loqui Aristotelem: solum enim sermo de his quę secundum se vel aliquid sui sensui percipiũtur aliquo, quorũ est cognitio intellectus distincta, hęc enim illo sensu deficiente non sciũtur: nec loquitur de principijs cõmunissimis, quãuis ista dependeant à sensu; nõ quod inductione probentur, sed quod sensu terminorum significationes, nempè res ipsas, necessarium sit appræhendere, de quibus dicemus. 2. Post. c. 18.

¶ Syllogismum omnẽ ex tribus cõstare terminis, maiori, minori, ac medio, & hos in infinitũ tam in propositionibus affirmatiuis, quàm negatiuis abire non posse.

Cap. XV.

TEXT.

1. ESt autẽ omnis syllogismus per tres terminos, & qui quidem monstrare potest, quod A inest ipsi C. eo q̃ inest ipsi B. & hoc ipsi C. priuatiuus aũt alterã quidẽ propositionẽ habens, q̃ aliud quid alij inest, alterã verò, quod nõ inest. Manifestum igitur quod principia, & quæ dicuntur suppositiones hę sunt: accipientem enim hæc ita necesse est monstrare, vt quod A. inest ipsi C. per B. Rursus vero quod A ipsi B. per aliud medium, & quod B. ipsi C. cõsimiliter.

2. Secundum opinionem igitur syllogizantibus, & solũ dialecticè, planum quod hoc solum considerandum, si ex quibus cõtingit probabilissimis fiat syllogismus, quare & si est aliquid in veritate eorum, quæ sunt A. B. medium videtur autem non esse, qui per hoc syllogizauit, syllogizatus est dialecticè. Ad veritatem autẽ ex ijs, quæ insunt oportet considerare, se habet autem sic.

3. Quoniam est quod ipsum quidem de alio prædicatur non secundum accidẽs, dico autem secundum accidens, vt albũ aliquãdo illud dicimus esse hominem, non similiter dicentes & hominem album, hic quidem enim non alterum aliquid existẽs albũ est, albũ verò, quoniã accidit homini esse albo, sunt itaq; non nulla talia, vt per se prædicentur.

4. Si igitur C. tale, quod ipsum quidem non amplius insit alij, huic autem B. primò, & nõ sit aliud inter medium, & rursus. ✝ Et ipsi ipsum F. cõsimiliter & hoc ipsi B. an igitur hoc necesse est stare, aut contingit in infinitum ire?

✝ Argiropo. legit D. ipsi B. Et ipsi D. & F. iridẽ ipsi cõpetat.

Et rursus si de A. quidem nihil prędicatur per se, A. vero ipsi H. inest primo intermedio autẽ nulli priori, & H. ipsi G. & hoc ipsi B. an & hoc stare necesse est, aut & hoc cõtingit in infinitum ire? differt autem hoc à priori tantum, quoniam hoc quidem est, an contingit incipiẽti à tali q̃ nulli inest alteri, sed aliud illi, sursum in infinitũ ire: alterũ verò incipiẽtẽ à tali q̃ ipsum quidẽ de alio, de illo autẽ nihil prędicatur: deorsum cõsiderare, si contingit in infinitum ire.

5.

6. Amplius media an contingit infinita esse determinatis extremis: dico autẽ veluti, si A ipsi C. inest, mediũ verò ipsorum B. ipsius verò B & A. altera: horũ autem altera: an & hęc in infinitum cõtingit ire aut impossibile: est aũt hoc cõsiderare & si idem demonstrationes in infinitum vadunt: & si est demonstratio cuiuscũq;, aut ad se inuicẽ terminãtur.

7. Consimiliter aũt dico & in priuatiuis syllogismis ac propositionibus, vt A. in est B. nulli aut primo: aut erit aliquid medium, cui priori nõ est, veluti ipsi G. quid B. inest omni: & rursus alij adhuc priori hoc, vt si ipsi H. quod G. omni inest, in his etenim aut infinita, quibus non inest prioribus, aut stant.

8. In ijs verò quę cõuertuntur non similiter se habet: nõ est enim in ijs. quæ retrouersum prædicãtur de quo primò prædicatur, aut vltimo: omnia enim ad omnia hęc consimiliter se habẽt, siue sunt infinita, quæ de ipso prædicãtur siue vtraq; sunt, quæ dubitantur infinita, præterquam quod si non similiter cõtingit conuerti, sed hoc quidem, vt accidens, illud vero prædicamentum.

Est

1. ¶ Est autem omnis syllogismus per tres terminos, &c.

3 Suppositiones. 1. Sup.

Aris. de immediatis propositionibus sermonẽ facere intendit, ac in præsenti tres suppositiões proponit, ac postea tres quæstiões. Prima suppositio est ex libris Priorũ, omnis syllogismus & pro syllogismus affirmatiuus, vel negatiuo ex tribus terminis solũ cõficitur, ex eo qui pbatur, de quo probatur, per quẽ probatur, talesq; propositiones ex his cõfectæ in illo syllogismo principia & suppositiões dicũtur: dicit ergo, est oĩs syllogism9 per tres terminos, & qui probare possibilis est, qm̃ A. est in C. id est affirmatiuus, qui potest probare q̃ A. maiy extremũ est in G. minori, per mediũ B. de quo A. prædicetur in maiori, & ipsum prædicetur de B. in minori q̃ est in Barbara vel Darij & nota modũ Arist. simul. n. dicit affirmatiuũ cõstare ex tribus terminis, & ipsum explicando probat, postea subiungit negatiuũ, quẽ ex vna affirmatiua, & altera negatiua constare docet, & has propositiones ex terminis dicit vocari suppositiones & principia illo syllogismo, cum eas accipientes, id est, non probantes, per eas alias demonstremus tandẽ addit iterũ q̃ A. sit in B. & B. in C. manifestat prosyllogismus maioris & minoris in quibus etiam solùm tres esse terminos cõstat, atq; hęc est suppositio prima.

2. ¶ Secundum igitur opinionem syllogizantibus, &c.

2. suppo.

Altera suppositio est, Demonstratorẽ à dialectico differre, Dialecticus. n. solũ ex probabilibus procedẽs, nõ curat an aliquæ propositiones sint re vera immediatæ, sed si recipiãtur vt immediatæ, licet mediatæ sint, eis vtmaximè pbabilibus vtitur, nõ sic demõstrator, quęrit. n. non solũ immediatas in opinione, sed quę sic sunt, & sic se re vera habent: hoc docet vt intelligas nos quæsituros immediatas propositiones secundũ rem, & non secundũ opinionẽ solã, aliter enim non demonstratur.

¶ Quoniam autem est eo quod ipsum quidem, &c. 3.

Tertia suppositio est, quædã prædicari secundũ se, quadã secundũ accidens, vocat secundũ accidens, qñ aliquid 1. õ secundũ se prædicatur, sed secundũ alterũ: vt qñ dicimus, album est lignũ, nõ enim dicere volumus q̃ ipsum album secundũ se sit lignũ, sed id cui accidit albũ esse lignum est, at qñ dicimus lignum est albũ, ipsum lignum secundum se non secundũ alterum dicimus albũ: has vocat secundum se prædicationes, quando prædicatũ inest subiecto secundũ se, id est, non secundum alterum q̃ subiecto subsitet, illas verò secundum accidens, cum prędicatum non secundũ se subiecto, sed secundum alterũ inest, q̃ fit cum de accidenti subiectũ prædicamus, & hoc multum conducit ad probandum, postea non esse processũ infinitum in his prædicationibus. 3. suppo.

Nota non hic vocare secundũ se prędicari, q̃ per se inest primo aut secundo modo, sed q̃ non subiecto inest secundũ aliud cui subiectum ipsum subsit, oppositum vocatur secundum accidens, Nota. quid hoc loco secundũ se dicatur prædicari.

Nota verba, aliter, inquit, dicimus albũ hominẽ, aliter hominẽ esse albũ, & secundam prædicationẽ: declarat, cũ enim non sit alterum aliquod, album est, id est, cum homo dicitur albus, non est aliquid aliud cui insit homo, q̃ sit album, sed ipse secundũ se, id est, nõ secundũ aliud subiectũ: primum verò declarat, album. n. dicitur homo, quia id quod substat albo, homo est: concludit aliquas esse prædicationes secundũ se.

¶ Si igitur C. huiusmodi, &c. 4.

Quæstiones tres proponit: prima est, an dato aliquo subiecto vltimo q̃ nõ de alio prædicetur, possint de hoc infinita prædicata ordine prædicari, vt de ipso aliquid primò dicatur, de hoc aliud, & de hoc aliud superius, & posit sic in infinitũ pcedi: an sit finitus taliũ prædicatorum numerus, & nota istam literam quæ corrupta est, est. n. litera sic legenda, 1. quæst.

da, sicut legit Argit. Sit itaq; C. tale, vt ipsum quidē nulli competat rei, B. autē huic cōpetat primo, vt non sit inter ipsum medium vllū, & rursus D. ipsi B. & E. ipsi D. & F. identidē ipsi cōpetat E. per has enim literas ordo prædicatorū significatur de illo subiecto vltimo C.

5. ¶ Et iterum si de A. quidem, &c.

2. Quæs. Altera quæstio est, an dato aliquo supremo prædicato, de quo nihil superiꝰ prædicetur, possint sub illo infinita subiecta secundū ordinē subijci, vt sit A. supremū prædicatum, at sub A. F. ita vt A. ipsi immediatè competat, & postea hoc in alio, & hoc in alio, & sit processus in infinitū: ponit aūt differentiā inter vtramq; quæstionē, prior enim est, an dato vltimo subiecto numerus prædicatorum sursum in infinitū ascendat, altera verò est, an dato supremo prædicato, ab hoc incipiendo numerus subiectorum deorsum in infinitū descendat.

6. ¶ Amplius media nunquid.

2. Quæs. Tertia quęstio est, an determinatis extremis, id est, dato subiecto vltimo & prædicato supremo, possint inter hęc media infinita sumi: hoc clarius explicās dicit, hoc quęrere, esse q̄rere an demonstrationes in infinitum procedāt, & omniū sit demonstratio, vel non sit, sed omnia adinuicem concludantur, id est, sint finiti processus ex omni parte, tam extremorum, quam mediorum.

¶ Similiter autem dico, &c.

7. Hoc idem ostendit in priuatiuis seu negatiuis, an sit processus in his talis, nempè quòd non sit in B quia non inest alteri, & huic nō sit, per aliud, & sic in infinitum.

8. ¶ Sed in conuertibilibus, &c.

Hanc tertiam quæstionē non habere locum in terminis conuertibilibus ostendit, quia in his nō datur vltimū & supremum, nā omnia adinuicem prædicantur, & quocunq; dato prædicato, omnia reliqua de ipso, & ipsum de omnibus prædicatur, siue cōsideres ex parte prædicati processum, siue ex parte vtriusq; dubitati & extremi, verum est quod differunt tales predicationes: nā directè passiones de subiecto, indirectè verò subiectum de passionibus prædicatur, vnde quamuis verę, non tamen ęquę sunt tales in istis prędicationes.

Quod extremis finitis existentibus media nō possint esse infinita.

Cap. XVI.

TEXT. 1. QVòd igitur inter media non contingit infinita esse, si deorsum & sursum stent prędicamenta, manifestū dico autem sursum quod in magis vniuersale, deorsum verò quod in id, quod secundum partem, si enim A. prædicatò de F infinita sunt inter media, in quibus est B. planum quòd cōtingere posset, vt ab A. deorsum alterum de altero prędicaretur in infinitū: antequàm enim in F. deueniatur, infinita, sunt intermedia: & ab F. sursum infinita, antequam ad A. deueniantur: quare si hęc impossibilia, & ipsius A & F. impossibile infinita esse media.

2. Neque enim si quis diceret, quod alia quidem sunt ipsorum A. B. C. contingua inuicem, vt nō sit medium, alia verò non est accipere, nihil differt: quodcunq; enim accepero eorum, quę B. erit ad A. aut ad F. aut infinita media aut non: à quo aūt sint primum infinita, siue statim, siue non statim, nihil differt: quæ enim sunt post hęc, infinita sunt.

¶ Quoniam igitur media non, &c.

Tertiam quæstionem esse impossibilem ostendit, nōpè quod extremis finitis existentibus media possint esse infinita: primò aūt explicat quid processus sursum, quid deorsum sit. processum sursum vocat, cū ex particularibus ad vniuersalia progressus fit, deorsum verò, cū ecōtra abvniuersalibus ad particularia procedit: sursum ergo est vniuersale, deorsum verò particulare: argumētaī aūt sic, si ab A. prædicato deorsum vsq; ad C. sūt media infinita, ergo nūquā pueniri poterit ad ipsū C. per B. idest

Philop. hoc loco cō. 83. dicit nostrā cognitionē sursum procedere à particularibus ad vniuersalioraⁿ, nō verò ecō

tra abvniuersalioribus ad particu: id est, per talia media cum infinitū per transiri nō possit, non ergo erit vltimū ipsum C, similiter si ab ipso C. subiecto vsq; ad A, media sunt infinita, ergo nunquam peruenietur eadē ratione ad ipsum A. non ergo erit supremum, impossibile est ergo media infinita esse inter extrēma determinata, esset enim vt dicunt Themist. & Philop. sicut qui diceret esse numerum finitum ab vnitate vsq; ad denariū, tamen esse infinites numeros intermedios: q̄ si obijcias in linea quadā finita dari duo extrema pūcta determinata, & tamē esse infinita intermedia puncta: respondent prędicti auctores non esse paré rationem, nā illa interme ia pūcta sunt in potētia, at verò prędicata debēt esse actu, ob id infinita non sunt inter extrema determinata: emenda literam, vtrique, lege vtiq;.

¶ Neque enim si aliquis.

Posset quis dicere quod nō omnia media erunt immediata, sed quædā erunt cōtingētia, idest cōtingua, inter quę nō est medium, quædam verò alia non esse immediata: dicit Arist. hoc nihil refert nam cum infinita media sint accipiēda inter A & C. siue sint statim, idest immediata, siue nō statim, id est, mediata, nū quā ad extrema peruenietur, non ergo esse possunt infinita media inter extrema finita, puta homo est risibilis, inter hæc enim duo extrema non possūt media infinita esse, siue immediata sint, quorū singula non habeant mediū, siue mediata sint, quę per similia media debeant probari non n. ab homine in risibile, nec à risibile in hominē peruenirī poterit, cū hæc prius trāseunda sint.

Quod si prædicationes affirmatiuè sint finitæ sursum & deorsum, impossibile sit demonstrationes negatiuas, in infinitum procedere.

Cap. XVII.

TEXT. 1. PLanum autē & in priuatiua demonstratione, quod stabitur si quidē in prædicatiua statur ad vtraq;: sit enim non contingens, neque sursum ab vltimo in infinitum ire (dico autē vltimū, quod ipsum quidē alij nulli inest, illive rò aliud, vt F. neq; primo in vltimū (dico autē primū quod ipsum quidem de alio, de illo verò nihil aliud) si vtiq; hęc sunt, & in negatione stabit.

2. Tripliciter nanq; monstratur non existens, aut enim cui quidē ipsum C. B. inest omni, cui verò ipsum B. ipsum A. nulli. Ipsius itaq; B. C. & semper alterius distantiæ, necesse est progredi ad immediata prædicatiua nanq; est hæc distantia, alterū verò manifestum q̄ si alij nō inest priori, vt ipsi D. hoc oportebit ipsi B. omni inesse: & si rursus alij priori ipso D. non inest, illud oportebit ipsi D. omni inesse: quare quoniā, + quæ sursum est via stat, & quæ deorsum stabit, & erit aliquid primo, cui non inest.

+ al. l. quæ deorsum est via quæ sursum stabit.

Rursus si B. quidem omni A. ipsi verò C. nulli: ipsum A. eorum quæ C. nulli inest. Rursus hoc si oportet mōstrare, planum quod aut per superiorem modum monstrabitur, aut per hūc, aut tertium.

3. Primus igitur dictus fuit: secūdus verò monstrabitur. Sic autē vtique monstraret, vt q̄ D ipsi quidem B. omni inest, si verò C. nulli, si necesse est inesse aliqd ipsi B. Et rursus, si hoc ipsi C. non inerit aliud ipsi D. inest, quod ipsi C. nō inest: igitur quoniam inesse semper superiori stat, stabit, & non inesse.

4. Tertius verò modus fuerat, si A. quidē B, omni inest, ipsum verò C. non inest, nō omni inest C cui A. Rursue verò hoc aut per superius dicta, aut similiter mōstrabitur. Illo quidē itaq; modo statur: sint autē sic, iterum accipietur B. inesse ipsi E. cui ipsum C. non omni inest, & hoc rursus cōsimiliter. Quoniā autem suppositum est stari & deorsum, planū quod stabit: & C. non inexistens.

Manifestum autem quod & si non vna via monstretur, sed omnibus, aliquādo quidem ex prima figura, aliquando aūt ex secunda, aut tertia, quod & sic stabitur: finitę n. sunt vię: finita autē finitis

Universidad de Deusto Biblioteca

ties necesse est, finita esse omnia. Quod igitur in priuatione si quidem & in eo, quod est in esse, statur, manifestum.

1. ¶ Planum autem & in priuatiua demonstratione, &c.

Intẽtio Aristotelis.

Arist miro profecto in genio in hoc capite probare intendit, quod si prædicationes affirmatiuæ sint finitæ sursum & deorsum, q̃ erit impossibile demonstrationes negatiuas in infinitũ procedere & hoc per tres ipsas figuras ostẽdit: hoc est igitur quod dicitur, sit igitur continens, id est, supponatur ita esse, q̃ nec ab vltimo sursum in infinitum procedatur affirmãdo, nec à primo deorsum descẽdatur: explicat autem per vltimum intelligi subiectum quod de nullo prædicatur, per primum verò prædicatum de quo nihil aliud affirmatur: hoc supposito etiam in negatiuis non erit demonstrationũ infinitus processus, quod ingeniosissimè ostendet.

2. ¶ Tripliciter aũt mõstratur nõ esse, &c.

In prima figura non posse demonstrationem negatiuã in infinitum abire.

In triplici figura potest negatiua demonstrari, sed de prima est argumentũ primũ, quod huiusmodi est: non potest demõstrari negatiua nisi per mediũ, de quo maius extremum negetur in maiori, & q̃ in minori de subiecto affirmetur sed ex suppositione est finitus numerus prædicatorũ affirmatiuorum, ergo erit numerus finitus mediorum, per quę in prima figura negatiua demonstratur.

Verbi gratia sit demonstrãda, homo nõ est qualitas, demõstrabitur per aial, de quo negetur qualitas, & q̃ affirmetur de homine, scilicet, nullum animal est qualitas, omnis homo est animal ergo nullus homo est qualitas, iterũ si maior demonstranda erit per aliquod de quo negetur qualitas, & q̃ affirmetur de animali, ac per consequẽs, hoc etiã competet homini, scilicet viuẽs, sic nullũ viuens est qualitas, omne animal est viuens, ergo nullũ animal est qualitas: iterũ si maior demonstrãda est, erit per superius viuenti, ac perinde animali, & homini, de quo negetur qualitas, & hoc per aliud simile, sed est finitus numerus eorum quæ de homine afirmantur ex suppositione, ergo iam amplius negatiua demonstrari non poterit.

Dicit igitur Aristoteles, & facit in prima figura syllogismũ, nullum B. est A. omne C, est B. ergo nullum C. est A. minor est finita secũdum prædicationem ex suppositione, ergo & maioris erũt finitæ demonstrationes, nã si maior negatiua est probãda, erit per D. quod etiã fit in C. & illud per aliud simile, sed deorsum, id est, in minoribus affirmatiuis stat numerus, ergo & sursum in maioribus negatiuis, erit enim vltima indemonstrabilis.

¶ Item si B. quidem in omni A. &c.

4. In secunda figura.

Hoc idem in secunda figura probat, & ratio hæc est, in secunda figura non demonstratur negatiua nisi per mediũ quod de vna extremitate affirmetur, quod si altera negatiua est demonstranda, erit per medium, quod etiam de altera extremitate affirmetur ascendendo, sed in his affirmatiuis prædicatis, numerus est finitus, ergo etiam numerus talium mediorum ad negatiuas ostendendas erit finitus.

Verbi gratia, si sit demonstranda, nulla qualitas est homo, in Camestres, erit p aliquid quod affirmetur de homine, sic, omnis homo est animal, nulla qualitas est animal, ergo nulla qualitas est homo: iterum si minor est demonstrãda erit p aliquid q̃ affirmetur de animali, & perinde de homine, vt potè viuẽs hoc modo, omne animal est viuẽs, nulla qualitas est viuens, ergo nulla qualitas est animal: idẽ de illa minori sed finit9 est numerus prædicatorũ affirmatiuorũ de vna extremitate, ergo numerus mediorum negatiuarum demonstrandarum.

Proponit igitur Arist. syllogismum in Camestres, omne A. est B. nullũ C. est B ergo nullum C. est A. sumit minorẽ dicens, aut est demonstrãda per primam figuram, & sic probatum est illas demonstrationes esse finitas, aut per tertiã, & idem postea probabitur, aut per secundam, & sic probatur idem: si enim demõstrare oportet nullum C. est B. erit per D. quod affirmetur de B. ac perinde de A. & negetur de C. & si iterum alia minor est probanda, nullum C. est D. erit per aliquid quod affirmetur de D ac perinde de B & A. & negetur d̃ C & sic consequenter, sed finitus est numerus superiorum, quæ affirmantur de A. ergo etiam erit finitus demõstratiuorum eorum quæ negatur de C.

4. Intertia figura.

¶ Tertius autem modus, &c.

Id ostendit in tertia figura, in qua medium est subiectum in vtraq; propositione & ratio hæc est, negatiua nõ demonstratur nisi sumẽdo mediũ de quo affirmetur vna extremitas, sed finitus est numerus subiectorum affirmatiuorum ergo erit numerus demonstrationum finitus: hæc enim figura sumit medium deorsum, id est sub extremis, illæ duæ sursum, id est extremum aliquod.

3. Verbi gratia sit, substantia non est qualitas, concludenda in Felapton, sumendum est aliquid de quo affirmetur substantia, vt corpus, sic, nullum corp9 est qualitas, omne corpus est substãtia, ergo substantia non est qualitas, iterũ si maior in eadẽ figura particulariter est cõcludenda, vel vniuersaliter, quia est in materia necessaria, tunc, sub corpore oportet sumere, ac perinde sub substãtia, sed ex suppositiõe finitus est numerus deorsum affirmatiuorũ, ergo fiunt demonstrationes negatiuorum.

Proponit ergo Aristo. syllogismũ in Felapton, nullum B. est C. omne B. est A. ergo non omne A. est C. Tunc si maior iterum demonstratur, aut erit per primam vel secundam, vel tertiam figuram, sed in prima & secunda probatũ est finiri numerum, erit ergo in tertia: sed probatur q̃ etiam in hac, oportebit enim sumere E. quod sit sub B. ac perinde sub A. sed iste numerus est finitus ergo & negatiuus: oẽs hæ rationes sub hac continẽtur, nõ potest præmissa negatiua mõstrari nisi per mediũ affirmatiuũ de vna præmissa extremitate, sed ex suppositione tã deorsum, quã sursũ affirmatiuæ prædicationes sunt finitæ, ergo ex tali etiã suppositione est finit9 numerus negatiuarũ demonstrationũ.

¶ Manifestum autem est, &c.

5. Nota. 1. propositiões negatiuas esse mediatas tũ subiecti, tũ attributi tum vtriusq; ratione.

Vt sensus Arist. hic percipiatur, aduerte ꝓpositiones negatiuas mediatas esse quasdã ratione subiecti, id est, quæ per medũ superius subiecto ad immediatas reducuntur, vt nullus homo est qualitas, quasdã mediatas ex parte prędicati, quæ per superiora prædicati reducuntur, vt nulla qualitas est homo, quasdã ex parte vtriusq;, vt homo nõ est lapis: quę mediatè ex parte subiecti sunt, per primã figurã reducũtur, vt factũ est superius, quę verò ex parte ꝑdicati per Camestres, quæ verò ex parte vtriusq; per vtramq; figurã, vt notũ est primò resoluitur in immediatas ex parte vni9 extremi, postea ex parte alteri9

Nota. 2.

Aduerte prętereа quasdam esse mediatas ex parte superiorũ, & tales per duas figuras, primam & secundam reducuntur, quasdam ex parte inferiorũ, & hæ per tertiã, quasdã ex parte vtriusque, & huiusmodi per plures figuras rudici debent: vnde potest esse, quod sit aliqua propositio negatiua mediata ex parte subiecti & prædicati sursum & deorsum, & hęc per omnes figuras ad omnes immediatas reduci debet, vt animal non est color.

Posset quis dubitare an talium sint infinitæ demonstrationes, respondet Arist. quamuis non sit vna via tales demonstrandi, sed modò per primam, modo per secundam, modò per tertiam figuram ostendantur, tamen sunt demõstrationes finitæ quia figuræ sunt finitæ, & singulæ singularum demõstrationes finitæ, finitã aut̃ finitæ sępius sumpta finitum faciunt cõcludit manifestũ esse statum, id est, terminum esse in negatiuis si in esse, id est, in affirmatiuis prædicationibus finis vtrumque est.

Quòd

¶Quòd prędicationes affirmatiuæ nõ posſũt in infinitũ procedere,&c.

Capitul. XVIII.

TEXT. 1 QVod autem in illis, Logicè quidẽ ſpeculantibus ita manifeſtum. In ijs quidem igitur quę in eo,quodquid eſt prędicãtur,planum: ſi enim eſt definire, aut ſi cognoſcibile ipſum quòd quid erat eſse, infinita verò nõ eſt pertrãſire,neceſse eſt terminata eſse,quæ in eo,quod quid eſt prędicantur.

2. Vniuerſaliter autem ſic dicimus:eſt enim dicere verè,album ambulare: & magnum illud lignum eſse, & rurſus liguum magnum eſse,& hominẽ ambulare: ſed alterum eſt ita dicere,& illo modo: quando enim album eſse dixero lignum,tunc dico, quod cui accidit vt ſit album, lignum eſt, ſed non tanquam ſubiectum ligno album eſt, neq; etenim album exiſtens, neq; quod eſt album aliquid,factum fuit lignum:quare non eſt niſi ſecundũ accidens, quãdo autem lignum album eſse dixero, non quod alterum quid eſt album, illi verò contingit lignum eſse: veluti quãdo muſicum album eſse dixero:tunc enim quod homo albus eſt,cui contingit eſset muſicum,dico: ſed lignum eſt ſubiectum,quòd quidem & erat,non alterum quid exiſtens, quam quod lignum aut liguum quoddam.

3. Si itaq; oportet nõia ponere,ſit quidem ita dicere prædicare, illo verè modo,aut nequaquã prędicare, aut prædicare quidem non ſimpliciter, ſecundũ accidens autem prædicare: eſt autem vt quidem album,quod prædicatur, vt verò lignum illud de quo prædicatur, ſupponatur itaq; prædicatum prædicari ſemper de quo prædicatur ſimpliciter,ſed non ſecundum accidens: ſic enim demonſtrationes demonſtrant.

4. Quare aut in eo quod quid eſt, aut quòd quale,aut quantum,aut aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut quando, cum vnum de vno prædicatum fuerit.

Amplius ſubſtantiã quidem ſignificantia,quod illud, aut q̃ illud aliquid ſignificant,de quo prædicantur: quęcũ 5
que verò non ſubſtantiam ſignificant, ſed de alio ſubiecto dicuntur,q̃ non eſt neq; q̃ illud,neq; q̃ illud aliquid,accidentia: quemadmodũ de homine albũ non enim eſt homo,neq; quod albũ,neque quod album quid, ſed animal fortaſsè, quod quidẽ enim animal eſt, homo eſt.Quęcunq; verò non ſubſtantiã ſignificant, oportet de aliquo ſubiecto prædicari,& non eſse aliquid album,q̃ non alterum quid exiſtens album eſt.

Species enim valeant,namq; & tere tiſmata ſunt,& ſi ſunt, nihil ad ſermonem ſunt,demonſtrationes enim de talibus ſunt.

7. Amplius ſi nõ eſt hoc huius qualitas,& illud huius,neq; qualitatis qualitas,impoſsibile eſt mutuo prædicari ſic ſed verũ quidem dicere contingit,mutuo aũt prędicari verè non contingit.

8. Aut enim vt ſubſtantia [prædicabitur,veluti ſi genus exiſtens, aut differẽtia prædicati. Hæc aũt mõſtrata ſunt, quod non erunt infinita,neq; deorſum neq; ſurſum, vt homo bipes,hoc animal,hoc aũt alterũ, neq; animal de homine,hoc aũt Callia in eo q̃ eſt quid, ſubſtantiã enim omne eſt definire talẽ infinita verò non eſt pertranſire intelligentẽ,quare neq; ſurſum,neque deorſum infinita illam namque non eſt definire,de qua infinita predicantur,

9. Sic itaque genera inter ſe non retroueriũtur prædicabuntur, erit enim ipſum quod ipſum aliquid eſt.

Neq; vtique qualis,aut aliorum nullũ,ſi non ſecundũ accidens prædicatum fuerit?omnia enim hæc accidunt,& de ſubſtantijs prædicantur: ſed certè neq; ſurſum infinita erunt, deinoquoq; nãque prædicatur,q̃ vtique ſignificat,aut quale quid,aut quantũ quid, aut de talibus,aut quæ in ſubſtãtia: hæc aũt determinata ſunt, & genera prædicamẽtorum determinata ſunt:aut enim quale aut

aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens,aut patiens,aut vbi,aut quando.

11. Suppoſitũ aũt fuit vnum de vno prædicari:ipſa verò de ipſis,quæcunq; non quid ſunt,nõ prædicari,accidẽtia nãq; ſunt omnia:ſed hæc quidem per ſe,illã aũt ſecundũ alterum modũ:hęc aũt omnia de ſubiecto aliquo prædicari dicimus,accidẽs autem non eſse ſubiectũ aliquid,nihil enim talium potimus eſſe q̃ non alterum quid exiſtens dicitur ſed ipſum alijs,& alia quædam de alio. Neq; ſurſum itaq; vnum de vno,neque deorſum ineſse dicetur,de quibꝰ enim dicuntur accidentia, quæcunq; inſunt in ſubſtantia vniuſcuiuſq; hæc infinta non ſunt ſurſum aũt & ipſa quoq; accidẽtia vtraq; nõ infinita ſunt. Neceſse eſt igitur eſse aliquid, de quo primum aliquid prædicatur, & de hoc aliud, & hoc ſtare,& eſse aliquid,quod non amplius neq; de alio priori,neque de illo aliud prius prædicatur.Vnus igitur modus dicitur demonſtrationis hic.

12. Amplius autẽ alius eſt, ſi de quibus priora aliqua prædicantur, eſt horum demõſtratio,quorũ aũt eſt demonſtratio neq; melius euenit ſe habere ad ipſa,quã ſcire,neq; ſcire ſine demonſtratione:ſi aũt hoc per hęc notũ, hęc autẽ non nouimus,neq; melius nos habemꝰ ad ipſa quã ſcire, neq; q̃ per hęc notũ ſciemus. Si igitur eſt aliquid ſcire per demonſtrationẽ ſimpliciter & non ex quibuſdam neque ex ſuppoſitione,neceſse eſt ſtare prædicationes intermedias:ſi non ſtant,ſed eſt ſemper acceptio ad ſuperius omniũ erit demonſtratio:quare,ſi infinita nõ euenit pertranſire,quorũ eſt demõſtratio,hæc nõ ſciemus per demõſtrationẽ.ſi igit neq; melius nos habemus ad ipſa quã ſcire non erit aliquid ſcire per demõſtrationem ſimpliciter,ſed ex ſuppoſitione.

13. Logicè igitur ex his quidem aliquis crederet de eo,quod dictum eſt.

14. Reſolutoriè verò per hæc manifeſtũ breuius,quod neq; ſurſum, neq; deorſum infinita prædicata contingit eſse in demonſtratiuis ſcientijs, de quibus conſideratio eſt: demonſtratio nanque eorũ eſt,quæcunq; per ſe inſunt rebus: per ſe verò dupliciter ſunt, quæcunq; etenim in illis inſunt in eo, q̃ quid eſt, & quibus ipſa in eo q̃ quid eſt in exiſtentibus ipſis: vt in numero impar,q̃ ineſt quidem numero,ineſt autem ipſi numerus in ratiõe ipſius:& rurſus multitudo,aut diuiſibile in ratione numeri ineſt:horũ autẽ neutra contingit infinita eſse,neque vt in par numeri.

15. Iterum enim in impari aliud eſset, cui inerat exiſtenti,hoc aũt ſi ſit primũ numerus inerit inexiſtentibus ipſi. Si igitur nõ cõtingit infinita talia eſse in vno,neq; ſurſum erunt infinita: ſed neceſse vtiq; omnia ineſse ipſi primo, vt numero,& illis numerũ:quare conuertentia erunt,ſed non ſupertendentia.

16. Neque etiam quæcunq; in eo quod quid eſt inſunt:neq; hæc infinita ſunt: neque enim eſse vtique definire.Quare ſi prædicata quidem per ſe omnia dicuntur,hęc autẽ non infinita,ſtarent vtique quæ ſurſum: quare & deorſum: ſi aũt ſic,& quæ in medio [duobus terminis ſemper ineruunt infinita.

[a.l.duorũ terminorũ fuerint vtique finita.

Si verò hoc,planum iam, q̃ neceſse eſt demonſtrationum principia eſse & non omnium eſse demonſtrationem,q̃ dicebamus quoſdã dicere à principio, ſi.n. ſunt principia,neq; omnia demonſtrabilia,neq; in infinitum iri poteſt:eſſe enim vtrumuis horum, nihil aliud eſt,quã eſse nullam diſtantiã immediatam,& indiuiſibilẽ, ſed oẽs diuiſibiles: intro nanq; proijciendo terminum,ſed non aſsumendo demonſtratur,q̃ demõſtratur: quare ſi hoc in infinitum contingitire, cõtingeret vtiq; duorum terminorum infinita intermedio eſse media: ſed hoc impoſsibile,ſiſtant prædicamenta ſurſum & deorſum.Quod autem ſtant monſtratum fuit Logicè quidem prius reſolutoriè verò nunc.

17.

¶Sed quod in illis,ijs quidem,&c. 1,

Dc Cum

Cũ negatiuas demonstrationes sitere, si affirmatiuæ prædicationes finitæ sint, ostẽderit, nũc prædicationes hasce affirmatiuas non in infinitũ posse procedere ostẽdit, ac primò præmittit tres suppositiones, secũdò duas Logicas rationes adducit ad id probandũ, tertiò ratione demonstratiua idem probat:

Intẽtio. Arist.

Proponit igitur in illis, nimirũ in affirmatiuis prędicationibus termiuũ esse: manifestũ est ijs qui Logicè speculantur, id est, per rationes logicas manifestũ est: sunt autẽ hęc verba continuata cũ fine pręcedẽtis capitis, ac primò vnũ augmentũ facit pro prædicationibus substantialib9, non posse ,pcedere in infinitũ, si definitiones sunt, sicut reuera sunt, & si scientia est rerũ, sicut reuera est, ꝙ si prædicata substantialia infinita essẽt, nec definitiones, nec sciẽtię rerum essent, non enim infinitum cognosci, nec definiri valet, definitio autem per omnia prędicata essẽtialia danda est, aliter perfecta definitio non esset. Aristo. non probat definitionem esse, quia est principium logicum, ob id pro petitione non neganda sumit, & per ipsum probat.

¶ Vniuersaliter autem si dicimus.

2.

Quia particulariter loqui videbatur, vniuersalioré de omni prædicatione sermonem capit, ac suppositionẽ primam constituit: Triplex est prædicatio accidentalis, prima, cũ accidens de accidente prædicamus, vt album ambulat: altera, cum de accidẽte subiectum prædicamus, vt magnum est lignũ: tertia, cum de subiecto accidens, vt lignũ est magnum, homo ambulat.

Sed diuersum esse docet sic aut illo modo dicere, nimirum cum de accidẽte subiectum, aut de subiecto accidens prædicatur, est autem discrimen, nã cũ dico albũ esse lignum, dico quod id cui accidit esse album, est lignum, sed non quod ipsum album secundum se sit subiectũ ipsi ligno, ac si dicat, lignũ non de albo secundum se dicitur, sed secundũ id ꝙ albo substat, & hoc probat, nam si lignũ diceretur de albo secundũ se, tũc albũ diceretur factum esse lignũ, sicut lignũ, quia secũdum se albũ est, dicitur factum fuisse album, & subiectum quod que dicitur factum esse tale: at nõ dicitur album factum est lignum, non ergo secundum se album subijcitur ligno.

Nota verba: per ꝙ album est, intelligitur vniuersaliter album: per ꝙ album aliquod est, particulariter: vt sit sensus, nec album in cõmuni, nec in particulari dicitur factum esse lignum, at cum dico lignum est albũ, non dico, ꝙ aliquid cui lignũ insit sit album, sed ipsum secundum se, nempè secundum ꝙ lignum, aut lignum aliquod album est & album factum est, atq; illo modo se habet prædicatio cũ accidens de accidẽte prædicatur, non enim secundum se subijcitur, sed secundũ aliud, vt qui dicit album musicum, dicit quod id cui album accidit, est musicum, non quod ipsum album secundum se sit musicum. Nota

¶ Si igitur oportet nomina ponere, &c. 3.

Vult Arist. quod duæ prędicatiões, nimirum cum accidẽs de accidẽte, aut subiectum de accidente prædicantur, aut non sint prædicationes, aut secundũ quid, id est, secundum accidens sint prædicationes, reliquas verò esse secũdum se, idest, simpliciter prædicatiões, vt cũ album est prædicatum, lignum verò subijcitur, at quia nomẽ prædicationis omnes comprehẽdebat, dicit, quod si licet nomina ponere, prædicatio dicatur sola, quæ est secundũ se, aut saltem supponatur, quando quidem sumꝰ in materia demonstrationis, in qua nõ nisi secundum se prædicationes sunt, atque hęc est prima suppositio.

¶ Quare in eo quod quid est, &c. 4

Altera suppositio est, prędicationes secundum se esse secundum decem prædicamenta solum, videlicet secundum quantitatem, qualitatem, &c. cum vnũ de vno prædicamus, nam cum plura simul de vno prædicamus, tunc tale prædicatum non ad vnum tantum prædicamentum spectat.

Catego. 19 accidẽtium posse vno modo ad substantiã conferri, altero ad ea quæ quæq; in se continet.

Hic aduerte quod prædicamenta accidẽtium dupliciter possunt comparari, vno modo ad substantiam, de qua in cõcreto prædicãtur, & sic faciunt prædicationes secundum se, sed accidẽtales, id est, extra naturam subiectis: altero modo singula in se ipsis, vt cũ genera & differẽtias accidentiũ de suis speciebꝰ prędicamus, & sic faciũt prędicationes essẽtiales, sicut cum substantiam de substãtia prædicamus, at verò cũ inter se vnũ prædicamentũ de altero accidẽtis, aut substantia de accidenti prædicatur, tũc prædicationes fiunt secũdum accidens, vt dictum est, non secundum se.

5.

¶ Amplius substantiam quidem significantia, &c.

Discrimen ponit inter prædicationes, in quibꝰ substãtiã de substãtia, aut accidens de substãtia prædicamus, ambæ enim sunt secundum se: est autẽ duplex discrimen, alterum, prædicata substãtialia significare esse ipsius subiecti, sed differenter, quædam quod subiectũ est, puta vniuersaliter, cum nempè conuertuntur cum subiecto, vt differentiæ quædam quod aliquod esse est subiectũ id est, particulariter, vt genus: nõ enim omne animal est ipse homo, sed aliquod, at verò accidẽtia nec quod subiectũ est, nec ꝙ aliquod subiectũ est, id est nec cõuertibiliter, nec incõuertibiliter sunt esse subiecti, vt album de homine.

Et nota quod dicit, album de homine vt indicet accidẽtia inter se etiam naturales & essẽtiales prædicationes facere sicut cũ substantiã de substantia prędicamus, aduerte quod dicit, hominẽ esse quod animal est, intellige tũ, quod aliquod animal est, homo enim est particulare aãal, dicit, forsan ,ppter Ideas Platonis, quas nondum reprehẽdit. Alterum discrimen est: accidẽtia enim nõ secundum se prædicantur, sed secundũ ea quę ipsis substãt vt dictũ est, & substãtię, cum nihil illis subsitet, non secundũ aliud, sed secundum se prædicantur.

¶ Species enim valeant & genera, &c. 6.

Posset quis existimare, vt notat Themist. & Philop. accidẽtia secundũ se prędicari, cum secundum se sint abstracta: nam album ipsam ideam albi, pulchrũ ipsam pulchritudinem significat: respõdet Arist. has ideas esse quid fictitiũ & vanum, nec quicquam ad demonstrationem facere, ex illis enim quę dictę sunt prędicationibus fiũt: ob id dicit, species & genera, id est, ideę valeãt, recedãt & abijciantur, sunt enim monstra, & quãuis essent, inutiles ad demonstrationes & prædicationes essent: græcè dicitur teretismata, quod nomen aliqui præcãtus musicorum, quo se ad musicã parãt significare dicunt, ob id aliqui fidiũ attractationes vertunt: alij significare dicunt cantus cicadarum, Boet. vertit mõstra, alij portẽta. sensum potius, attẽdẽtes quã vocabuli significationem, sensus enim est, esse quid fictum & vanum. Nota de ideis.

¶ Amplij, si nõ est hoc huiꝰ qualitas, &c. 7.

Tertia suppositio est, in qua secundũ Philop. vult ostẽdere, cum è cõtra prædicamus substantiã de accidenti esse inordinatas & innaturales prædicatiões, & id peculiariter in vno prædicamẽto qualitatis ostendit: quamuis possemus dicere cum Latinis, nomine qualitatis quodcunque accidẽs hic intelligi: dicit igitur Arist. cum impossibile sit duo ad inuicẽ sic se habere, quod vnũ alterius sit qualitas & forma, & hoc vice versa illius forma, nõ erunt æquæ prædicationes, quę fiunt accidentis de substãtia, & substãtię de accidente: nã accidens est forma subiecti, non autem subiectũ accidentis, prędicationes quidem erũt verę, sed non æquales, nã illæ naturales, hę verò innaturales & indirectæ sunt: hoc etiam intellige in alijs prædicatis essentialibus generum & differentiarũ nõ enim est æqua prædicatio ipsorum & subiectorum de ipsis, ob eandem rationem.

¶ An etiã sicut substãtia ꝑdicabiꝯ, &c.

8. Nota sũmũ probationis Arist.

Constitutis tribus suppositionibus, ponit argumẽtum pluribus verbis quã forsan opus esset: breuiter autẽ hoc argumẽtum est, quo probat nec in prędicationibus per accidens esse processum infinitũ: aut prędicationes ęq̃ sunt secũdum substantiã, in quibus subiectum est genus, aut differẽtia prędicati, vt animal est homo, rationale est homo, aut sunt per accidẽs, in quibus substãtia de accidẽtibus prędicatur, vel è cõtra aut per accidens, in quibus accidẽs de accidẽti prædicatur, sed omnes hę sunt finitæ tam sursum, quam deorsum, & probatur, nam primę sunt finitæ, cũ genera & differentiæ sint finita, vt enim prædicationes directe generũ & differentiatum finitę sunt (cum alias nõ esset definitio) ita etiam sunt indirectę eorundẽ prædicationes finitæ: similiter secũdæ, nam accidentia quę prædicãtur de substantia, sunt finita, cùm sint nouẽ genera, & vnumquodque finitas differẽtias & genera habeat, ergo erũt etiã finitæ prædicationes substantiæ de accidentibus: similiter tertię: nam accidẽtia ipsa diuersorum generum non prædicãtur secundum se, sed secũdum subiectũ cui insunt, vt dictum est, sed subiectum finitum est, nempè substantia, cui finita insunt accidentia, ergo tales prædicationes erunt finitæ: vnde patet non solum per accidens, sed per se prędicationes finitas esse, cum tot sint, quot prędicamẽta sunt, hæc autẽ omni ex parte sunt finita: hæc est ratio Arist. breuiter collecta ipsius verba explicemus.

Cùm ostendisset non æquè prædicari substantiam de accidenti, & accidẽs de substantia, dicit etiam, cum substantiæ inter se prædicantur, hoc idem euenire vt non sit æqualis prædicatio: vt cũ genus aut differentia subijciũtur prędicato cuius genera sunt aut differentiæ: & quamuis interrogatoria sint verba, sensus tamen est affirmatiuus, postea adiũgit talia, cum sint inquid est, nõ esse infinita, alias nihil definiri aut intelligi posset, dicit autem non esse infinita sursum, vt dicamus, homo est bipes, & hoc nempè bipes, est animal, & hoc, nempè animal, aliud quid, & sic cõsequenter: similiter nõ esse infinita deorsum, vt animal de homine, homo de Callia, & sic consequenter, finitum est enim vtrunque extremum.

¶ Sic igitur genera non æqualiter, &c.

9. Postquàm ostendit in similibus prædicationibus non esse processũ in infinitũ monstrat tales non esse equales cũ his, in quibus genera de speciebus prædicãtur, & hoc probat de genere, & sensus clarus est, verba tamẽ obscurissima, sensus iste est: genus particulariter in est speciei, id est, aliquod animal inest homini, non tamen omne animal, at species vniuersaliter substat generi, nõ ergo erit æqualis prædicatio, nisi velis q̃ idem sit quod particulariter prędicatur, & quod vniuersaliter.

Dicit ergo, erit ipsum, id est, genus erit vniuersaliter species, cũ dicitur animal est homo quod quidẽ, id est, quæ species, quod ipsum aliquod est: id est, est ipsum genus particulariter, speciẽ autem vniuersaliter de genere non intelligas prædicari, sed idem est dicere quod genus est vniuersaliter species, & quod genus vniuersaliter de specie prędicetur, similiter idem est quod species sit genus particulariter, & quod species de genere particulariter prædicetur. Atque hæc est prima pars argumenti vt supra declaraui.

10. Secũda pars rationis Arist.

Neque tamen de qualitate, aut aliorum nullo, &c.

Secundam argumenti partem proponit, nempe quod in prædicationibus, secundum accidens, quibus substantia de accidẽti prędicatur, nõ fit processus infinitus, & primo ostendit esse secũdum accidens, nã accidẽtia potius de substãtia, quam de accidẽti substãtia prędicatur, quod verò hę finitę sint, patet, nã accidentia nõ sunt nisi finita nempè nouem genera, & singula in vnoquoq; genere

nec finitas habent differentias & genera, vt probatum est.

11. Tertia pars rationis Arist.

¶ Suppositum autem fuit, &c.

Tertia argumenti pars hæc est, nempè cum accidentia ad inuicẽ prædicantur quæ nõ sunt ordinata essẽtialiter (nã de his dictũ est in prima parte) talia nõ prædicantur, nisi quæ ad aliquid sunt, id est, nisi in concreto cũ subiecto accipiãtur, non.n. albedo dulcedo, sed albũ dulce dicitur, cùm igitur hęc nõ nisi secundũ subiectũ prędicẽtur (sunt enim aliter accidentales, quã cum accidens de substantia prædicatur, vt dictũ est) subiectum aũt, nempe substantia sit finitũ, & accidentia quæ ei insunt finita sint, tales etiam prędicationes finitæ erunt, atq; hęc est ratio prior, qua probatur in affirmatiuis prædicationibus non esse infinitum processum,

¶ Adhuc aũt alius, fide quibus, &c.

12. Vltima ratio.

Posterior ratio est ad idem ostendẽdum suppositis tribus. Primò, cũ aliqua conclusio est mediata, potest demõstrari. Secundò, talis cõclusio non scietur quousq; demonstretur, non enim cõtingit scire mediata nisi per demonstrationem. Tertiò, nunquàm scitur conclusio quousq; sciamus præmissas, vel earum meliorem dispositionẽ habeamus, quã fit scientia, est enim intellectus principiorum, vt dictũ est: his suppositis, est ratio Arist. ista conclusio mediata potest sciri ac per demonstrationẽ cognosci, sed nisi principia stent, impossibile est talẽ conclusionẽ cognoscere, non ergo est processus infinitus, minor patet, quia nunquã sciemus præmissas demõstrabiles, nisi per alias, si ergo non ad vltimas simpliciter perueniatur, solũ erit scientia ex suppositione, & ita nũquàm q̃ simpliciter demonstrabile est, per demonstrationẽ simpliciter cognoscemus, q̃ est impossibile: has vtrasq; rationes vocat Arist. logicas, priorem quidem, quia cõmunis est, non solum propositionibus per se, sed omnibus posteriorem verò, quia vt dicit Alexan. procedit ex suppositione, nempe supponit quod sit demonstratio, vel forsan quia non à priori & ex causis procedit.

¶ Analyticè autem manifestum est, &c.

13. Tertia pars capitis.

Hæc est tertia capitis pars, in qua Arist. analyticam, id est, demõstratiuã rationẽ adducit ad idem probandum, qua se breuius id probaturũ dicit: ratio aũt hęc est, demonstratio conficitur ex propositionibus per se, sed in talibus non est processus infinitus, ergo nec in propositionibus demonstratiuis: minorem probat distinguendo per se in ea, quorum prędicata sunt de subiectorũ definitione & ea quorũ subiecta sunt de definitiõe prædicatorum, nẽpè quæ sunt per se primo, aut secundo modo, & ponit exẽpla: impar enim inest numero per se secundo modo, magnitudo verò & diuisibile insunt numero primo modo, sunt enim ipsius genera.

Postea dicit: horũ neutra contingit infinita esse: quæ verba duplicitè exponit Philo. primò vt sit sensus, horum neutra, nim rũ nec diuisibile nec magnitudo, quę genera sunt numeri, cõtingit in infinitũ progredi, nã postea adiũxit, neq; vt impar numero, id est, nec etiã per se secũdo modo infinita sunt: altero modo etiam exponit, vt sit sensus, horũ neutra, id est, nec quę per se primo modo, nec quæ secũdo modo infinita sunt: & postea per repetitionẽ adiunxit, nec impar numero, quia à his q̃ sũt p̃ se secũdo modo incipiebat probare.

¶ Iterũ enim si impari aliud insit, &c.

14. Prima expositio.

Probat quę sunt per se secundo modo nõ esse infinita, & aliquot interpretes volũt vt sic sit probatio, si huic subiecto insunt passiões in infinitum, sequitur, vt sicut prima immediatè inest subiecto, & per ipsum definitur, ita secũda inerit immediatè primę, & per ipsam definietur, & cõsequenter per subiectũ, & pari modo tertię secundę, & quarta tertiæ, & sic erit processus in infinitũ in prędicatis definitiuis, q̃ impossibile est, vt probatũ est, semp enim superio

Universidad de Deusto Biblioteca

ta per ea antecedētia definiri debēt.

Hæc explicatio non placet Philo. & meritò, nam cum non priora per posteriora quæ in infinitum procedunt definiantur, sed è contrario sequentes passiones per antecedentes: hæ autē semper finitæ sint à subiecto incipientes, nunquā dabitur passio cuius quidditatis prædicata procedant in infinitum.

Secūda expositio & melior. Proinde aliter exponit, quo etiā modo exponit Themist. q. si passiones in infinitū procederent, cū actu sit passio in subiecto, erunt in subiecto, vno infinitæ passiones, quo dato sequitur non esse scientiā, cum scientia ex passionū subiecto cognitione oriat, infinita aūt cognosci nō valent: aduerte literā, inquit, (cum impar insit numero, si aliud etiā per se inest impari, cui existēti per se impari ipsum impar inerat): idest, erat de definitione ipsius, vt sit sensus, si aliquid insit impari, de cuius definitione ipsū impar sit, tanquā ei q ipsi per se inest, vt passio, primū, vt vult Philo. cōcludit, q erit etiā in numero, nā numero inest passio, & quæ insunt passioni insit subiecto, ac propterea ista sunt in ipso numero, si ergo illa sunt infinita erunt in vno infinita, q impossibile est quamuis ista conuertibilia sint.

15

¶ Neq; tamē quæcunq; sunt in eo, &c.

Quod verò quæ sunt per se primo modo infinita nō sint, probat, quia, nō esset alias definire, vt superius est dictum, vnde concludit, quod nullo modo erunt infinita nec iursum, nec deorsum, nec inter extrema determinata cōtingit infinita inter media sumere.

16.

¶ Si verò hoc manifestum, &c.

Ex his omnibus cōcludit duo Arist. alterum esse principia demonstrationū vltima & immediata, alterū q non omniū est demōstratio, q in principio, nempè cap. 3. aliquos asserere dictū est, asserere autem omnium esse demōstrationem est asserere nihil esse sine medio, sed omnia mediata, & hoc ostēdit, nā non demonstramus assumendo id est, per mediū superius extremitatibus, sed intromittēdo, id est, per mediū intra ipsas extremitates. vt homo est risibilis, demonstratur per animal rationale mediū inter hominē & risibile, & sic ostenditur oīs affirmatiua, si igitur omnia mediata mōstrabilia sunt, nihil est immediatū, & ita inter duo extrema, subiectum nēpè & prædicatum media sunt infinita, q impossibile est, cum prædicationes terminentur superius, & inferius vt hactenus probatum est.

¶ Quo pacto mediatæ propositiones ad immediatas deduci possint Cap. XIX.

TEXT.

MOnstratis autem his, manifestum quod si aliquid idem duobus insit, vt A. & ipsi C. & ipsi D. cū non prædicetur alterū de altero, aut nullo modo, aut non in omni, quòd non semper secundum commune aliquid inerit, vt equi cruri, & gradato hoc, quòd est duobus rectis æquales habere secundum cōmune aliquod inest: secundū q enim figura quædam inest, & non secundum q alterum, hoc autem non semper ita se habet: sit enim B. secundum quod A. ipsi C. D. inest, planum igitur erit, q & B. ipsi C. & D. secundum aliud cōmune & illud secūdum alterum: quare inter duos terminos infiniti vtique inciderēt termini: sed impossibile: secundum igitur commune aliquid inesse non necessarium est, semper idem pluribus, si quidem erunt mediata interualla.

1.

2. [al. l. im mediata [al. l. in finita. Tex. 3. 2.

In eodem tamen genere & ex ijsdem indiuiduis necesse est terminos esse: siquidem ipsum commune erit ex ijs, quæ per se insunt, non enim erat ex alio genere in aliud transcendere quæ mōstrantur.

Manifestum autem, & quod quando A. insit B. siquidem est aliquid mediū, est monstrare quod A. inest B. & elementa huius sūt hæc, & tot, quot media sūt immediatæ; nāq; propositiones elementa sunt, aut omnes, aut vniuersales: si aūt non est aliquod mediū, non amplius est demōstratio: sed in principio via est hęc.

Consimiliter autem & si A. ipsi B. nō inest, siquidē est aut medium, aut prius cui non inest, est demonstratio: si autē non, non est: sed principia & elementa tot sunt, quot termini. Horum nāq; propositiones principia demonstrationis sunt: & quemadmodum nonnulla principia sunt indemonstrabilia, q est istud hoc & inest istud huic, ita & quod nō est istud hoc, neque inest istud huic: quare hæc quidem esse aliquid, illa autem nō esse aliquid, erunt principia.

4.

Quando autem opus sit mōstrare, accipiendū est, quod de B. prædicatur primo, sit C. & de hoc cōsimiliter A. & ita semper procedenti nunquam extra ipsum propositio, neq; existens accipitur ipsius A. in demōstrādo, sed semper mediū condensatur, quousq; indiuisibilia fiant & vnum. Est autem vnum, quādo immediatū factū fuerit, & vna propositio simpliciter, quę immediata. Et quē admodum in alijs principium simplex, hoc autem non idē vbiq; sed in ponderē quidem mina, in cantu verò diesis, illud autem in alio: cōsimiliter in syllogismis ipsum vnū est propositio immediata: in demonstratione verò ac scientia intellectus.

¶ Diesis, id est primus sensibilis sonus.

5.

In monstrationis igitur syllogismis ipsius inexistentis, nihil extra cadit.

In priuatiuis verò, vbi quidem quod oportet inesse, nihil extra hoc cadit: vt si A. ipsi B. per C. nō inest: si enim omni quidē B. C. inest. A. verò ipsum C. nulli: rursus si opus fuerit, quod A. C. nulli inest, medium accipiendū est ipsius A. & C. & ita semper progredietur.

6.

Si autē oportuerit monstrare, quod D. ipsi E. non inest, eò quod C. D. quidē omni inest, E. verò nulli, aut nō omni, nunquam cadit extra E. hoc autem est, cui nō oportet inesse. In tertio aūt modo, neque à quo oportet, neque quod oportet priuare, nunquam extra ibit.

¶ Monstratis autem his, &c. 1.

Ex his quę hactenus discussa sunt, Aristi. cap. isto aliquot intert dicta, quorū primum est, cū aliquod commune inest duobus vel pluribus quorum alterū de altero non prædicatur, aut saltem non vniuersaliter prædicatur nō semper q aliud commune medium inest, Primū dictum.

Verbi gratia habere tres angulos æquales duobus rectis inest quidē Isoscheli, & Isopleuro per aliud cōmune, nempe vt figura quædā, scilicet triangulus, sunt & triangulus sine alio medio inest illis id probat ex his quæ dicta sunt, nā insit A. cōmune in C. & D. per aliud cōmune B. si hoc per aliud illis inest, & iterum hoc per aliud in infinitū, inter duo extrema puta A. & C, D. erunt infinita media quod impossibile esse probatum est, dabitur igitur aliquid commune, quod insit immediatè pluribus.

2.

¶ In eodem genere, & ex eisdem.

Ne quis existimaret immediatè cōmune omne inesse, quia nunquā deest mediū propositionē syllogizādi quācunq; dicit se de medijs veris & proprijs loqui quæ sunt eiusdē generis cū athomis, id est extremis, nā demōstratio nō trāscēdit genera, sed ex pprijs procedit, vt dictū est, non aūt cōmune semper per medium propriū inest, de hoc n. est sermo.

¶ Manifestum est autem, &c. 3.

Ponit secundum dictum, cùm aliqua propositio mediū habet, erit quidē demonstratio, & etiā quot sunt media sursum, tot erūt propositiōes per quas fiēt demonstrationes, nā ex singulis medijs cōpositis cum extremitatibus fiunt propositiones ad demonstrandū binę, atq; tales propositiones immediatę dicūtur principia & elemēta demonstrationū, dicit autē quod non omnes immediatę dicuntur elementa, sed vniuersales, nam singulares, quibus inductione immediatas propositiones probamq, licet immediatæ etiam sint, nō dicuntur elementa demōstrationum, vel forsan dicit hoc, quod nō quęcunque præmissæ di-

Secūdū dictum

dicuntur elemẽta & immediatæ, sed vniuersales, id est, dignitates cõmunes in quas vltima fit demonstrationum reductio, hoc idẽ in negatiuis docet esse: cum verò propositio mediũ non habet, iam amplius non fit demõstratio, vnde concludit tot esse principia, & elemẽta alicui9, quot sunt media. & tot sunt propositiones: nam ex illis fiunt propositiones, quæ principia sunt, & sicut in affirmatiuis datur vltima & immediata propositio, ita & in negatiuis, & sic erit principium negatiuum vltimum, sicut etiam est affirmatiuum.

4. Tertiũ dictum. ¶Cum igitur indigeat monstrare aliquid, &c.

Tertiũ dictũ est cũ aliquid affirmatiuũ in prima figura cõcludi debet, oportet mediũ sumere q̃ sit semper min9 extremum, & inferius maiori, nunquã tamen superius erit maiori extremo, dico aũt quod sit super minus extremum immediatæ, & sic oportet procedere, quousq; ad immediata perueniatur, quod vocatur densari, vt superius dictum est.

Verbi gratia, si debet probari, omnis homo est substantia, sumatur proximũ homini, animal, & iterum si debet probari animal est substãtia, sumatur viuẽs proximũ animali, & sic consequẽter nõ aũt sumatur aliquid extra, id est, superius maiori extremo, nec remotũ à minori, non enim per corpus probabitur omnis homo est substantia, sed per proxima, donec densando perueniamus ad corpus immediatum substantiæ.

Hoc est igitur quod dicit (cum monstrãdum est aliquid, sumatur primum) id est, proximum B. id est, subiecto, (nõ autẽ quid extra) id est, superius maiori vel remotũ minori (quanuis esse ipsius A. demõstretur) id est, quãuis prędicatũ de subiecto demõstretur, oportet proximũ subiecto sumere ad id demonstrãdũ, donec perueniatur ad immediatũ & primum q̃ est propositio immediata, nã in vnoquoq; genere semper datur vnũ quod sit primum & summum eorũ quæ

Quę sub aliquo cõmuni sunt in illo genere, nã semper quę sub aliquo cõmuni sunt genere, ab vno debent depẽdere primò, siue in suo esse, siue in sui cognitione, siue in ordine suæ perfectionis, vnde sicut in mẽsuris ad vnã vltimã peruenitur, puta Mina, & Musica ad Diesim, id est, semitoniũ minus, & nõ est vlterior progressus, sic in demõstratiua scientia ad intellectũ, quę est cognitio principiorũ, & in syllogistico discursu demonstrationẽ, ad vltimas propositiones secũdũ se immediatas peruenire necessariũ est; vnde cõcludit (q̃ in coostensiuis (id est, affirmatiuis syllõgismis, eius q̃ est, id est, conclusionis affirmatiuæ (nã ostensiuus syllogismus etiã est negatiuus, ob id addit, eius q̃ est, vt limitet ad affirmatiuos (nihil cadit extra id est, mediũ non est superius vtraque extremitate, vt dictum est.

sunt genere ab aliquo primo depẽdere, tũ cognitiõe tũ ordine suæ perfectiõis.

¶Sed in priuatiuis, vbi, &c.

5. Quartũ dictum. Quartũ dictum est, in negatiuis syllogismis tam primæ: quam secundæ figuræ, in propositione affirmatiua extremum non esse extra mediũ, id est, superius ipso, nam medium debet affirmari vniuersaliter de extremo in vna propositione, vt si A negari de B. probandum est per C. tunc B. non erit superius C. nã affirmatur C. de B. in minori in prima figura, de C. verò negatur A.

6. ¶Iterum si indegeat, quod, &c.

Hoc idem docet fieri in prosyllogizãda maiori, nullum C. est A. sumendũ enim est medium superius C. in minori prosyllogismi, & sic in alijs prosyllõgismis negatiuis fieri debet.

7. ¶Si verò indigeat monstrare, &c.

Hoc idem ostendit in secunda figura, vt si mõstrare oportet nullum E. esse D in Camestres vel Baroco, tũc sumere oportet medium, quod de omni D. prędicet affirmatiuæ in maiori, ac ob id erit superius illo, de nullo verò E. si fuerit in Camestres, vel de aliquo nõ, si in Baroco, minor enim vnius est vniuersalis, alterius verò particularis, sed vtraq; negatiua, cui medium oportet nõ inesse: sem-

semper ergo in affirmatiua primę & secũdæ figuræ propositione nunquam extremũ erit extra mediũ, at in tertia figura medium nõ erit superius vlla extremitate, nam debet vtrique subijci, in prima ergo medium non erit extra maius extremũ: in secunda vnum extremũ non erit extra medium, puta in affirmatiua propositione, in tertia verò mediũ non erit extra extremum vtrumque, cũ vtrique subijciatur.

Demonstrationem vniuersalẽ particulari esse præstantiorem.

Cap. XX.

TEXT. 1. CVm verò sit demonstratio, hæc quidem vniuersaliter, illa verò secundum partẽ, & hæc quidem prædicatiua: illa verò priuatiua, dubitatur vtra melior sit, cõsimiliter autem & de ea, quæ demonstrare dicitur, & deducente ad 2. impossibile demonstratione.

Primũ igitur cõsiderabimus de vniuersali & particulari, hoc aũt cum declarauimus, & de ea, quę mõstrare dicitur, & ea, quæ ad impossibile, dicemus.

3. Videtur igitur fortasse aliquibus ita cõsiderantibus, eam secundum partem esse meliorem: si enim secũdum quam magis scimus demõstrationem, melior est demonstratio (hæc enim est virtus demonstrationes:) magis autem scimus vnũquodque, cum ipsum sciamus secundum se, quam aliquando secundũ aliud. vt musicum Coriscum, quando q̃ Coriscus musicus est, quã quando quod homo musicus est: similiter autem & in alijs. Vniuersalis autem, quod aliud non, quod ipsum contingit, [illegible] vt quod æquicrus, non quod æquicrus, sed quod triangulus, quæ verò secundum partem, quod ipsum, monstrat: si igitur melior quidem, quæ secũdum ipsum talis autem, quæ secundũ partem: vniuersali magis, & melior vtique, quæ secundum partem est, demonstratio erit.

4. Amplius, si vniuersale quidem non est aliquid præter singularia, demõstratio verò opinionẽ facit esse aliquid hoc secundũ quod demonstrat, & quandam naturam esse in entibus talem: vt triangali pręter quosdã & figurę pręter quasdam, & numeri præter quosdam numeros: melior autem, quę est de ente: quãquę de non ente.

Et propter quã nõ decipietur, quã propter quam decipietur: vniuersalis autẽ est talis, (procedentes enim monstrant quemadmodũ de proportionato, vt q̃ vtiq; fit aliquid tale erit proportionatũ q̃ neq; linea, neque numerus neq; solidũ, neq; planum, sed præter hæc aliq̃d. 5.

Si igitur vniuersalis quidẽ magis hęc de ente autẽ minus, quam particularis & facit opinionem falsam: peior vtique esset vniuersalis, quam particularis. 6.

Et primũ quidem nihil magis in vniuersali, quã in particulari, altera ratio est: si enim quod duobus rectis inest, nõ in quantũ æquicrus, sed in quantũ triangulus, noscẽs, quid æquicrus, minus nouit in quantũ ipsum, quã qui nouit q̃ triãgulus: & omnino si non quidẽ secundũ quod sit triangulus postea monstrat non erit vtiq; demõstratio: sin autẽ nouit vnumquodque, in quantũ vnũquodque inest, magis nouit: si itaque triãgulus in plus est, & eadem ratio, & non secundum æquiuocationem triãgulus, & inest omni triãgulo hoc, q̃ est duos, nõ triãgulus in quantũ æquicrus, sed æquicrus in quantum triãgulus habet tales angulos: quare q̃ vniuersaliter scit, magis nouit secundum quod inest, quã qui secundum partem: melior itaque vniuersalis quam particularis. 7. 8.

Amplius siquidem esset aliqua ratio & non æquiuocatio, vniuersale vtiq; nihil minus esset quibusdam particularibus: sed & magis quanto incorruptibilia in illis sunt, quæ vero particularia corruptibilia magis.

Præterea nulla necessitas est suspicari aliquid esse hoc præter hęc, quod vnũ significat nihil magis, quã in alijs, quæ cun- 9.

cunq; nõ aliquid significãt, sed aut qua
lis, aut ad aliquid, aut facere: si igitur est
non monstratio causa, sed qui audit.

Amplius si demonstratio quidẽ est syl
logismus mõstratiuus causę, & ipsius, p
pter quid, vniuersale aũt magis est cau
sa: cui enim per se inest aliquid, hoc idẽ
est si causa est, vniuersale autẽ primum,
causã igitur vniuersale est: quare & de
monstratio melior: magis enim causæ,
& ipsius propter quid est.

Præterea vsq; ad hoc quęrimus propter quid, & tunc opinamur scire, quando non sit aliquid aliud quã hoc aut factum, aut existẽs: finis enim & terminũ ipsum extremũ iam sic est. Vt cuius gratia venit? vt accipiat argentum: hoc autem? vt reddat, cui debet: hoc autem? ne iniustitiam cõmittat, & ita procedẽtes, quãdo nõ amplius est propter aliud neq; alterius causa, propter hoc, sicut sinẽ dicimus venisse, & esse, & fieri, & tũc cognoscere maximè propter quid venit, si autẽ similiter se habet in omnibus causis, & ijs, quæ sunt propter quid, in ijs verò, quæcũque sunt causæ sic: sicut, cuius causa, sic nouimus maximè & in alijs: igitur tunc maximè scimus, quãdo nõ amplius insit hoc, quoniam est aliud: quando igitur cognoscimus, quod quatuor exteriores sunt ęquales, quoniã ęquicrus adhuc deficit, propter qd ęquicrus: quoniam triangulus: & hoc, quoniam figura rectilinea, si autem hoc non amplius propter aliud erit, tũc maximè scimus, & vniuersale est tunc, vniuersalis igitur melior est.

Amplius quæcũque magis particularia sunt, in infinita incidũt, vniuersalis verò in simplex & terminũ: sunt aũt in quãtum infinita quidem non scibilia: in quantum autem finiuntur, scibilia: inquantum igitur vniuersalia magis scibilia, quã in quãtum particularia: demõstrabilia igitur magis, quæ vniuersalia sunt, demonstrabiliũ verò magis, magis est demõstratio, simul enim magis quæ ed aliquid existunt: melior itaq; vniuersalis, quoniã & magis est demonstratio.

Amplius si eligibilior sit illa, secũdũ quam hoc & aliud, quam illa secũdum quam hoc solum nouit: qui verò vniuersalem habet, nouit & quod secundũ partem, hic autẽ vniuersale nõ nouit: quare & sic vtiq; eligibilior erit.

Amplius autem sic: vniuersale enim magis scire est eo quod mõstratur per mediũ quod est proximũ principio: valdè autẽ proximum est immediatũ, hoc verò principium. Si igitur quæ ex principio est ea, quæ non ex principio, aut quæ magis ex principio est ea: quę minus certior est demõstratio, est autem talis quæ vniuersalior, melior vtiq; esset vniuersalis: veluti si oporteret demõstrare A, de D, per media, in quibus B, C, superius itaq; B, est, quare quę per hoc vniuersalior est. Sed ex ijs, quæ dicta sunt, nonnulla Logica sunt.

Maximè autem manifestum quod vniuersalis est potior: quoniam propositionum priorem quidem habentes, nouimus quodammodo & posteriorẽ, & habemus potẽtia, vt si quis nouit, quod omnis triãgulus habet tres duobus rectis æquales, nouit quodãmodo & æquicrurem, quod duobus rectis est potentia, & si non nouit æquicrurem, quod triangulus sit, qui verò hanc habet propositionem, vniuersalẽ nullo modo nouit, neque potentia, neque actu.

Et vniuersalis quidẽ intelligibilis est sed particularis in sensũ desinit. Quod igitur vniuersalis melior ea, quæ secundum partem, tot nobis dicta sint.

¶ Cum aũt sit omnis demonstratio, &c.

DEmonstratione & ipsius principijs pertractatis, modò ipsas demõstrationes inter se cõparat, ac tres quæstiones circa hoc proponit examinãdas. Prima est an demõstratio vniuersalis præstãtior sit particulari. Altera, an demõstratio affirmatiua, quæ vocat cathegorica seu prędicatiua sit etiã præstãtior negatiua. Tertia an ostensiua demonstratio præstet ei quę ad impossibile demõstret? Prima quæstio hoc vigesimo, ca. discutitur, q̃ in duas partes diuidit, in priori sunt tres rationes dialecticæ pro parte negatiua quæstionis, & earũ responsiones & dissolutiones, in posteriori sunt rationes partem affirmatiuã verã determinantes. Aliæ quæstiones sequentibus capitibus determinantur.

Quot sunt huius capitis partes.

¶ Videbitur igitur fortassis vtique quibusdam, &c.

1. Ratio dialectica.

Hæc est prima ratio dialectica, qua probat potiorem esse demonstrationẽ particularem vniuersali. Demõstratio secundum quã magis scimus, est potior demonstratione, secundũ quam minus scimus, sed secundum particularẽ magis scimus, quàm secundum vniuersalẽ ergo particularis est potior, maior probatur, quia hæc est virtus demõstrationis id est, hæc est vis & natura demonstrationis, vt per eã sciamus erit ergo illa potior, secundũ quã magis scimus: minor probatur: vnũquodq; magis scitur cum secundum se, quàm secundum aliud scitur, sed quæ quis per vniuersalẽ demonstrationẽ cognoscit, secundũ aliud, quæ verò per particularẽ secũdũ se vnũquodq; scit, ergo per particularẽ magis scitur: maior explicatur & probatur exẽplo: sit ista propositio, Coriscus est musicus, clarum est, q̃ per talẽ magis cognoscimus musicũ Coriscum, quia per se & immediatè cognoscimus, quam per hanc homo est musicus.

Minor probatur, fiat demonstratio vniuersalis de Isoschele, q̃ habet tres angulos, æquales duobus rectis, talis erit de triãgulo in cõmuni, cui talis passio primo inest, fiat altera particularis de ipso Isoschele, q̃ habet similiter tres angulos duobus rectis ęquales, tũc erit p ipsũ Isoschelẽ, magis ergo cognoscet & sciet ipsũ Isoschelẽ habere tales angulos, cũ de ipso in particulari scit quã cũ de ipso in vniuersali scit, ergo magis scimus per demõstrationẽ particularẽ.

Quid sit demonstratio.

Hic aduerte, vt dicit Alber. hoc tra. ca. 1. primo per vniuersalẽ demonstrationem intelligi eam, in qua de aliquo subiecto vniuersali & cõmuni demonstramus: per particularẽ verò eam, in qua de aliquo subiecto singulari vel minus cõmuni demonstramus idem: nõ enim vocatur particularis, quasi conclusio particulariter sumatur, vniuersalis verò, quia vniuersaliter, sed secundũ subiectum vniuersale, aut singulare vel minus cõmune. Nota præterea, quod ista ratio procedit sumendo rem particularẽ aliquam, & probando eam melius cognosci, cum per propriũ conceptũ particularem cognoscitur, quam cũ per vniuersale, & ex hoc probabiliter infert particularem demonstrationem esse potiorem, & ita textus indicat, & benè aduertit Temistius, capit 40.

Et in hoc decipitur Philop. miror enim quantum aberret à sensu Arist. & qui eum sequuntur, atq; ex isto errore asseruit exemplum Arist. de triangulo esse falsum, nec potuisse aliter fieri, sed in his non est audiendus, expositio enim data est purus Arist. sensus.

Secũda, & tertia ratio.

Amplius, si vniuersale quidẽ nõ est, &c.

Hic secundam, & tertiã rationẽ connectit, quarũ vis hæc est, q̃ demonstratio vniuersalis sit de subiecto, q̃ minus esse habet, quàm particulare, cum vniuersalia nõ per se existant, ob id igitur erit potior particularis demonstratio: præterea demonstratio vniuersalis magis facit errare, quam particularis, nam quæ de vniuersali aliqua demonstrat, de eo separatim à singularibus demonstrat, q̃ cum nõ sit, facit opinionem falsam: hanc vtramq; rationẽ copulauit, quia ex eo quod vniuersale nõ est per se, vt dicitur in prima ratione, inde prouenit error, quod existimetur separatum, vt bene aduertit Philop.

In textu verò rationes sic sunt ordinandæ; prior est hæc, potior est demonstratio, quæ est de subiecto, q̃ est, quã de subiecto q̃ nõ est: minor ponitur inferius, scilicet (vniuersalis est huiusmodi) vt sit ista demonstratio: vniuersalis est

Universidad de Deusto Biblioteca

est de eo q̃ nõ est, particularis de eo q̃ est, concluditur in fine, ergo potior est particularis: maior probatur, quia omnis demonstratio opinionē conficit, id est, probat circa aliquod, q̃ sit, & circa naturam in rebus existentē: minor verò prior in principio textus, vniuersale nõ est præter singularia, q̃ exemplo manifestat, vt triãgulus, figura, numero, nõ est præter singularia ipsa, loquitur cõditionaliter, q̃a supponit, & nõ ꝓbat.

¶ Et propter quam non errabitur.

Ratio posterior est, potior illa est de
4. mõstratio, secundũ quã non cõtingit errare & decipi, quã ea secundũ quã decipi euenit, sed vniuersalis est huiusmodi, secundũ quã decipimur, non aũt particularis, ergo hęc est potior: minorẽ probat, nã qui de proportiõali aliquid demonstrat, de illo abstracto à lineis, numeris, solidis, id est, corporibus, plano, id est, superficie demõstrat, vt patet & tũ re vera nõ est separatũ: hoc exemplũ declarauimus, ca. 5. est .n. idẽ illic & potest poni quodcũq; aliud exemplũ cum .n. de homine demonstramus, non de Petro, nõ de Ioanne, sed separatim ab his demonstratio fit.

Si igitur vniuersalis magis hęc est, &c.

5. Hic cõclusionẽ ex vtraq; ratione simul infert, dicẽs, vniuersalis est huiusmodi: mirũ secundũ quã magis erratur, & si vniuersalis est de eo q̃ minus est, magis quã particularis, ꝓfecto indignior erit vniuersalis, & potior particularis: nota valdè has ratiões sic ordinatas, q̃a text9 est obscurus & ꝓplex9: nec interpretes rationes in forma ponunt.

6 Soluuntur rationes. Ad. 1.

¶ Et primum quidem nihil magis.

Soluit prædictas ratiões, & primo ad primã respondet, & sensus iste est, & notãdus, quẽ non attigit Philop. pace ipsius: ratio prior probat de Isochele magis cognosci habere tres angulos æquales duobus rectis, qũ de eo demonstratur, quã cũ de triangulo, quia per triãgulũ confusè, & per aliud cognoscitur Isocheles. dicit modo, quod minus cognoscit, qui de Isochele secundum se demõstrat, habere tres angulos, quàm q̃ de triãgulo demõstrat habere tres angulos, min9 inquã cognoscit de ipso Isochele, quia qui de Isochele secundũ se cognoscit habere tres angulos, nõ secũdũ ipsum cognosci, nã hęc affectio seu passio ipsi primo non inest, qui verò de triãgulo cognoscit, secundum se ipsum cognoscit, vnde melius est cognoscere, & demõstrare de eo cui secundũ se inest passio, cũ verò hoc sit vniuersale, erit potior demonstratio vniuersalis.

Solutio igitur breuiter est, sicut qui de triãgulo cognoscit habere tres angulos, nõ cognoscit de Isochele secundũ se, vt ratio probat, ita profecto q̃ de Isochele habere tres angulos cognoscit, minus secundũ se cognoscit, cum id nõ illi secundũ se insit, cum aũt potior demõstratio sit quæ id q̃ inest secundũ se alicui, de eo demõstret, erit talis demonstratio vniuersalis.

Atq; hoc est q̃ dicit litera, nẽpè, prima ratio non magis est pro demonstratione vniuersali, quã particulari, id est sicut qui per vniuersale nõ secundũ se cognoscit particulare, ita nec qui ã particulari passionẽ vniuersalis cognoscit secundũ se cognoscit, vnde nihil ꝓbat ratio, q̃ demõstratio particularis faciat secundum se cognoscere.

Litera quæ sequitur est sic emendanda (si enim q̃ duobus rectis, inest, non est secundum q̃ Isocheles, sed secundũ q̃ triangulus, cognoscens q̃ Isocheles habet tres angulos, minus in quantum ipsum cognoscit, quam cognoscens, q̃ triangulus (sensus est prædictus, minus cognoscere secundũ se particulare, qui de ipso demonstrationem passionis vniuersalis facit, quam qui ipsum particulare ꝓ vniuersale cognoscit: & hoc probat dicens, aut omnino talis passio nõ inest triãgulo vt talis est, id est, vniuersali, vt vniuersale, & tunc de eo nõ potest demõstrari, aut illi inest, & tunc potior erit de eo demonstratio, quia secũdum se illi inest; & tunc melius demonstramus, cum secundum se subiecto inhærentia demonstramus.

Postea concludit, cũ illud, cui primo talis passio inest, nẽpe triãgulus, sit vniuersalior & superior Isoschele, & nõ superior secundum nomen, sed secũdum rationẽ & vniuocationẽ, & hoc patet, nam non solum Isoscheli illa passio inest, sed etiam alijs triangulis, ac ideo si primo triangulo secũdum se inest, erit potior demonstratio ipsius vniuersalis, quam particularis.

¶ Amplius siquidem sit quædam.

7. Soluit secunda ratio. Respondet secundæ rationi, non propterea min9 esse vniuersale, quia nõ sit extra singularia, imò magis esse cũ singularia corruptibilia sint, non autẽ vniuersalia, & ita dicit, si detur vna ratio cõmunis à multis participata, non sicut in æquiuocis, in quibus nihil, nisi nomen commune est: in vniuocis verò ratio cõmunis vltra nomẽ datur, talis ratio magis erit, quã ipsa singularia, & eo magis quo incorruptibiliora sunt ipsis: aduerte vniuersalia non corrũpi nisi per accidens, quod est dicere, quanuis Petrus, Ioannes, Cęsar corrumpantur, semper manet homo, & animal, & naturæ hę cõmunes in alijs, & alijs in diuiduis cõseruatę, sicut manet idẽ Tyberis, licet aquæ aquis succedãt, corrũpuntur ꝓ accidẽs, quia talia singularia corrupta desinunt participare naturas cõmunes, sed hoc ex professo examinare metaphysicũ est, est ergo solutio, quãuis illæ rationes cõmunes non per se existant extra singularia, non idcirco minus sunt.

Vniuersalia per accidẽs tãtũ corrumpi. vide Philo. dubitantẽ de corruptibilitate horũ vniuersalium.

8. Soluit tertiam ratio. ¶ Amplius nulla necessitas est, &c.

Respõdet tertiæ rationi, non propterea quod de ipso vniuersales secũdũ se aliquid demõstratur, esse necessarium existimare illa esse separata, sicut cũ de accidentibus secundũ se demõstramus, non ob id extra substantiã esse opus est cognoscere, quod si aliquis id opinatur ipse potius est causa suę deceptionis, q̃ demonstratio, non enim quę in scientijs separata considerãtur, necesse est in re separata existere, nec id opinari.

Amplius si demõstratio est syllogis. &c. 9. Vniuersalis demonstratio particulari ꝓferenda 1. Ratio

Hæc est capitis posterior pars, in quæ multis argumentis probat vniuersalẽ demonstrationẽ particulari esse præferendam, quorũ primum est, demonstratio est syllogismus per causã, & propter qd rei probatiu9 sed vniuersale magis est causa, quã particulare, ergo demonstratio vniuersalis est potior. minorẽ ꝓbat, illud cui aliquid, puta passio ꝓ se & primo inest ipsi9 passionis est magis causa, sed vniuersali per se primo inest passio, vt habere tres angulos triãgulo vniuersali risibile homini, ergo ipsi9 demõstratio erit magis ꝓ causam & potior.

¶ Amplius vsque ad hoc quærimus propter quid, &c. 10.

Hoc est secundum argumentum, tũc 2. Ratio maximè scimus cũ ad primam causam, peruenimus, cuius iã non est causa alia sed vniuersale est causa prima, ergo magis scim9 per vniuersale, & sic est potior demonstratio: maiorem explicat exemplo causæ finalis, vt si quis mercator venerit pro argento & pecunia aliqua, vt soluat debitũ, tunc aduẽtus causa est, vt recipiat argentum, huius verò, vt soluat debitũ, huius vt iustè agat, quę est prima causa, cuius nõ est alia, & qui per causam talem scit, maximè aduentum scit: pari modo res se habere in alijs causarum generibus docet.

Et nota literam, dicit (eius quod fit, aut factũ est) id est, siue sit causa alicui9 operationis, vel alicuius rei existentis. Nota,

Nota etiã quod dicit hoc esse in causis, quę habent causas, nam in alijs tũc maximè scimus, cũ non est amplius q̃ quæramus: primum enim dicit propter finales causas, posteri9 vero, ꝓpter alia genera causarũ, vt explicat Philo. quod verò vniuersale sit prima causa, q̃ erat minor, probat ex ẽplo, habere angulos extrinseros ęquales quatuor rectis inest Isoscheli, sed quia triãgulo, & triangulo, quia figura rectilinea, huic verò nõ secun- Nota.

secundũ aliud, at illud est vniuersale, figura enim rectilinea cõmunis est, cui primo inest angulos externos habere æquales quatuor rectis.

Esset simile exemplũ, sensibile inest Petro, sed quia homo est, homini verò, quia animal est, huic verò vltimo: dices nonne inest per definitionem: non ergo immediatè: dico Arist. loqui de immediatione subiectorũ, & sic non est aliud superius ratione cuius insit, definitio enim est eadem natura subiecti.

Dubiũ.

Solutio.

¶ Amplio quãtocũq; vtique magis, &c.

11. 3. Ratio

Tertium argumentũ est, de magis demõstrabili & magis scibili potior est demonstratio, sed vniuersale est magis demonstratio, & scibile quam particulare, ergo illi potior est demõstratio: maiorem probat, namquæ ad aliquid sunt sic comparantur, vt cuius obiectum præcipuum, & illud sit præcipuum: minorẽ probat, infinitum non est scibile, ergo quo aliqua magis accedunt ad infinitũ, minꝰ scibilia sunt, sed particularia magis accedũt ad infinitũ, vniuersale verò recedit, nam vniuersale vnum est, particularia multa, quod supra dicebat Porphyr. vniuersale esse magis collectiuũ, quia quæ in multis inueniuntur dispersa, sub vnã colligit naturam, particularia verò diuisiua, quia in singulis natura separatur, erit ergo magis scibile vniuersale, multitudo .n. cogoitionẽ impedit, ac cõsequenter erit magis demonstrabile, & ipsius demonstratio potior.

¶ Amplius si magis eligenda, &c.

12. 4. Ratio

Quartum argumẽtum proponit, illa est demonstratio melior, qua plura cognoscimus, sed demõstratione vniuersali cognoscimus plura, quã particulari, ergo illa est potior: minor probatur, nã qui vniuersale cognoscit, cognoscit etiã singularia, non aũt qui particulare cognoscit, vniuersale cognoscit, vniuersale enim omnia singularia comprehendit at singula inferiora nõ ipsum vniuersale totum continent: hic fit comparatio inter cognitionem vniuersalis & singulorum inferiorum, nam demostratio particularis non sit de omnibus simul singularibus, sed de singulis per se.

¶ Amplius autem sic, vniuersale enim magis, &c.

13.

Quintum argumẽtum est potissima demonstratio est; quæ est per primum principiũ, ergo illa erit potior quę magis, accedit ad primum principium, sed vniuersalius magis accedit minus vniuersali, ergo illius demonstratio est potior. Verbi gratia sit hæc propositio demonstranda, homo est substantia, puta D, est A, erũt in hac multa media, quæ dã minus vniuersalia C, animal, viuẽs, quædam magis vniuersalia B, vt corpus tunc clarum est quod magis vniuersalia accedũt propius ipsi immediato, vt magis viuens, quam animal, & corpus, quam viuens, ergo potior est demõstratio vniuersalis, quippè quæ magis accedit immediato.

5. Ratio

Nota duas rationes logicas, & quæ ex probabilibus, & q̃ ex cõmunibꝰ licet necessarijs

Ex his argumentis dicit aliquot esse logica, non quod sua scibilia tãtum sint vt notat Philop. & S. Tho. sed quod ex communibus procedant, & non ex his quæ demonstrationi insunt, quales sunt tertia & quarta ratio, sunt enim ex locis communibus cõparatis, & ex loco, plura bona sunt eligibiliora paucioribus, vt habetur tertio Ethicorum: ac proinde logica dicuntur, id est, communia.

¶ Maximè autem manifestum est, &c.

14. 6. Ratio

Sextum argumentum est, qui propositionem vniuersalẽ, cognoscit, etiã particulares illius scit, potentia tamẽ, vt superius dictum est, vt qui triangulũ scit habere tres angulos, potentia etiã scit Isoschelẽ habere tres angulos, licet nõ aduertat hunc esse Isoschelem, at qui particularẽ cognoscit, nec potẽtia, nec actu cognoscit vniuersalem, cum particularis non cõtineat vniuersalem, ergo potior est demonstratio vniuersalis: dices, nonne hæc ratio erat quarta: dico non esse hanc, & illam eãdem, nã quarta erat de ipso vniuersali simplici, qui enim ipsũ cognoscit, inferiora cognoscit: hæc verò est de vniuersali complexo, puta de vniuersali propositione.

12. 7 Ratio.

Et vniuersalis quidẽ intelligibilis, est.

Septimũ, & vltimum argumentũ est vniuersalis intellectu, singularis sensu perficitur, ergo potior est vniuersalis, cũ cognitio intellectus sit præstantior.

Nota.

Attende hic quod dicit, particularis demõstratio sensu perficitur, id est, in sensum definit: nã sensus non percipit semper totam propositionem singularem, nempè cùm prædicatum nõ est sensibile, vt iste triangulus habet tres angulos æquales duobꝰ rectis, ratione enim prædicatum cognoscitur: sed sensus subiectũ singulare discernit: at vniuersalis propositio secundum vtrumq; extremum, cum vniuersale sit, intellectu cognoscitur: propterea singularis definit in sensum, quia à prædicato ratione percepto in subiectum sensu cognitum, tanquam in vltimum tenditur.

Attende pręterea rationes has procedere cùm passionẽ cõmunẽ de subiecto cõmuni. l. de singulis: per se inferioribus demõstramus: hæc.n. erat quæst. vtra ex his demonstratio potior esset.

¶ Demonstrationem affirmatiuam negatiua digniorem esse, atque ad scientiam magis idoneam.

Cap. XXI.

TEXT. 1.

QVod autẽ monstratiua sit dignior priuatiua hinc manifestum: fit enim hęc demõstratio melior (alijs eisdem existentibus) quæ est ex pauciorib̃us petitionibus, aut suppositionibus, aut propositionibus: si enim notæ similiter sunt: celerius cognoscere per has inerit: hoc autem eligibilius est.

2.

Ratio autẽ propositionis, quod melior, quæ ex minoribus, vniuersaliter hæc est: si enim consimiliter esset hoc, quod est, nota esse media, priora notiora essent. Sit demonstratio quidem per media B. C D. quod A. ipsi E. inest: quę verò per F. G. quod A. ipsi D. Consimiliter itaq; se habet, quod A. ipsi D. inest, & A. ipsi E. quod A. inest ipsi D. prius & notius est, quam quod A, ipsi E per hoc enim illud demonstratur: credibilius autẽ est id, q̃ est per quod igitur demonstratio, quæ per pauciora est melior, alijs eisdem existentibus

[al. L. B. C.

Ambæ igitur & per terminos tres & propositiones duas monstrant: sed hęc quidem esse aliquid accipit, illa verò & esse & non esse aliquid, per plura igitur, quare & peior est.

3.

Præterea quoniam monstratũ fuit, quod impossibile est, vt vtrisq; existentibus priuatiuis propositiõibus fiat syllogismus, sed hanc quidem oportet talem esse, illam verò, quod inest.

4.

Amplius ad hoc oportet hoc accipere prædicatiuas.n (aucta demõstratione) necessariũ est fieri plures, priuatiuas verò impossibile est plures esse vna in omni syllogismo. Sit .n. nulli inexistẽs ipsum A. in quot ipsum B. C. verò omni inexistẽs ipsum B, si verò oportet rursus augere vtrasq; propositiones, mediũ inijciẽdũ, ipsius quidẽ A. B. sit D. ipsiꝰ verò B, C. E: E. quidẽ igitur manifestũ, q̃ est prędicatiuũ, D. verò d̃ B. quidẽ prædicatiuũ, ad A. verò vt priuatiuũ ponitur: D. enim de omni B. A. aũt nulli oportet eorũ, quę D. ineſse: fit igitur vna priuatiua propositio, quæ est A. D. Idẽ verò modus & in alijs syllogismis: semper enim mediũ prædicatiuorũ terminorum, prædicatiuũ vtraq;, priuatiui autem in altera priuatiuum necessariũ est esse. quare hęc vna talis fit propositio, alię verò prædicatiuè.

5.

Si igitur notius per quòd mõstratur & credibilius: mõstratur aũt priuatiua quidẽ per prædicatiuã: hoc aũt per illã nõ mõstratur prior igit & notior existens & credibilior melior vtique erit.

6.

Amplius, si principiũ syllogismi est vniuersalis, ppositio immediata: est aũt in mõstratiua quidẽ affirmatiua, in priuatiua verò negatiua vniuersalis propositio, affirmatiua aũt negatiua prior & notior

Universidad de Deusto Biblioteca

& notior, propter nanq; affirmationē negatio nota. Et prior affirmatio, quēadmodum & ipsum esse ipso non esse: quare melius principium monstratiuę quàm priuatiuæ, quæ verò melioribus principijs vtitur, melior est. Amplius principalior, sine enim monstrante nō est priuatiua.

1. ¶Quòd aût mōstratiua sit dignior, &c.

Cōpar. affirmatiuæ demōstrat. cum negat.

ABsoluit modo secundam quæstionem, scilicet affirmatiuā demōstrationem esse dignioré priuatiua, & facit primum argumentum tale. Demonstratio quæ paucioribus medijs indiget, vt ad immediata reducatur principia, dignior est ea, quæ pluribus: cæteris tamen omnibus paribus, sed affirmatiua indiget paucioribus, quam negatiua: ergo illa est dignior. Nota q; dicit cæteris paribus, nēpe quod vtraq; sit ex veris, & necessarijs, & per se, nā si quæ procedit ex paucioribus non sit ex his, aut sit ex causis remotis, aut effectibus, non erit dignior, similiter q; vtraq; sumat æquales terminos, nam si negatiua sumit terminos superiores, affirmatiua inferiores, paucioribus medijs indigebit negatiua, debet igit esse sors æqualis proportionaliter vtriusq; in reliquis omnibus, & hoc aduerte.

1. Ratio.

Probatio maioris.

Probat maiorem dupliciter: primo in particulari, cū sunt ęquè notæ vtræque propositiones vel nobis, vel natura, vel simpliciter, vt dicit Alber. vocat aût has positiones, l. suppositiones, vel propositiones, id est dignitates, vt ostēdat varietatē demonstrationum, nō enim omnes eisdem vtuntur principijs.

Probat igitur: dignius est citius cognoscere, quàm tardius, sed cū propositiōes oēs sunt æquè notæ citius cognoscim9 cū pauciora sunt media, quàm cū plura, ergo dignius est cognoscere per eas quæ paucioribus indigent medijs: nā, vt dicit Philop. cū actus potissimus intellectus sit simplex, quo rē absq; discursu cognoscit, quo magis ad ipsum accēditur, eo actus est perfectior, cui9 adhuc rationē adducit Lyncon. illud .n. est optimū, q; nullo indiget, vt Deus est reliqua, quo paucioribus indigent, perfectiora, & meliora sunt, vnde Arist. 2. cæli, ca. 12. dicit elegāter: quātores perfectiores sunt, tanto paucioribus actionibus suum bonum consequūtur, vnde (inquit) Deo absq; vlla actione bonū inest, est .n. ipsum bonū, & felicitas: illis verò, qui propinqui sunt ipsi, per vnā, alijs remotis per plures, videmus etiā hoc in natura euenire, semper .n. natura res in suam perfectionē inclinat per pauciores actiones in quantū potest: vnde elemēta rectè in sua loca tendunt, quia linea recta est breuissima: hæc intellige semp cæteris paribus, est enim melius per plures actiones maius cōsequi bonū quā paucioribus minus, colligitur ergo p̄fectius esse paucioribo9 medijs indigere, quàm pluribus, cùm cætera paria sunt, & p̄positiōes æquè notæ.

¶Ratio autem propositionis, quod melior sit, &c.

Vniuersaliter probat modo illā maiorem, non limitando, q; propositiones sint similiter notæ, imò probat notiores esse & priores, quę ex paucioribus sunt, & locus iste non parum est obscurus: ratio aût hæc est, sumatur propositio, homo est substantia, quæ demōstratur p̄ tria media, primo per animal est substantia. secundo ista, per viuens est substantia, tertiò hæc, per corpus est substantia: tūc clarū est q; potior est secūda demōstratio, scilicet, omne viuēs est substantia, omne animal est viuens ergo omne animal est substātia, quàm prima, scilicet omne animal est substātia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia, quia secunda certior est prima: cùm .n. præmissæ secūdæ sint certiores, & prioris cōclusione, erunt etiā certiores principijs primæ, nam conclusio secundæ præmissa est primæ: ob eandem rationem, tertia melior est secunda, vt notum est.

Sumatur ꝑterea alia propositio, numerus est diuisibilis, qnę duo media habet, scilicet quantitas discreta est diuisibilis, & quantitas est diuisibilis, tūc peto, ista assimilatur tertię, an secūdæ? notum est, quòd secundæ: cum duobus indigeat medijs, sed illa est certior & prestantior ergo & hæc; est igitur prestātior quæ paucioribo9 indiget medijs: hæc ratio est valdè notāda, quā attigit Philopo. sed non plene. Aristot. verò solum vnam partem priorem posuit.

2. Aliaprobatio vniuersalis eiusdem maioris.

Demonstratio nēprioris passionis, & subiecto vicinioris esse potiorē eaq; est passionis remotioris.

Dicit ergo, si similiter media cognita sint, idest, ex eadem coordinatione, tunc priora notiora sunt, & probat exēplo, sic omne E. est A. scilicet oīs homo est substantia, per tria media B, C, D, nempe, animal, viuens, corpus, sit itērū secunda propositio, omne D, est A, nempè omne animal est substantia per B, C, nēpè per viuens, corpus, quæ propositio similiter se habet, id est, ex eadem coordinatione est.

Quāuis aliqui text9 habeāt F, G, media vt sit diuersa p̄positio, vt supra diximo9, sed melius est sequi nostrū textū.

Tunc, inquit, melior erit & prior demonstratio D A quàm A E quia ista per illam probatur, hic est addenda altera pars arguméti, vt diximus, ex quo concludit vniuersaliter demonstrationem ex paucioribus certiorē & digniorem esse cęteris partibus, vt diximus: & præterea ne illa quę ex pluribus medijs est, sit experientia etiam cognita, vel aliunde certitudo & dignitas aduenat, puta ex materia vel alia via.

Ex his habet primo, quod demōstrationes passionum quæ magis accedunt subiecto, sunt potiores illis, quæ magis recedunt, nam posteriores presupponunt priores: habet etiam demonstrationes subalternantium scientiarum esse priores illis subalternatis, quarū principia per illas probantur, ob eandem rationem; & tandem potiores eas esse, quæ magis ad per se nota & immediata principia accedunt.

¶Vtræq; quidē per terminos tres, &c.

Hactenus maiorem illius primi syllogismi prouabit, nunc verò probat minorem, quòd negatiua demonstratio pluribo9 indigeat medijs, quàm affirmatiua: quia negatiua indiget propositionibus affirmatiuis & negatiuis vt demōstretur, at affirmatiue solis affirmatiuis, quāuis nō plures termini sint in vna, quàm in alia: in omni .n. demonstratione sunt tres: notant Philop. & Albert. & ferè alij oēs non esse intelligēdū quod plura media numero habeat negatiua, quā affirmatiua, cùm vtraq; æqualia habere possit, sed plura specienā aliud est ad concludendā affirmatiuam præmissam, aliud specie ad negatiuā, at in affirmatiua media sunt eiusdē rationis, nēpè ad concludēdas vtraq; que præmissas, quę affirmatiuæ sunt.

Probatio minoris primi syllogismi.

Dubiū.

Dices, Maiori non videtur correspōdere minor, cùm maior sit de pluralitate mediorum etiam numero, vt probatum est in affirmatiuis illis omnibus: dubium verò hoc est magnum, & ego miror interpretes, quo modo locum hunc confusum relinquerint.

Solutio.

Appollin. mouet dubium, sed non solut. dico, sequens expositionem Albert. isto capit. 3. esse aduertendum, quod negatiua propositio pluribus medijs etiam numero indiget quàm affirmatiua, vt patet si sumamus similiter propositiones: sit affirmatiua distans à generalissimo per duo media, scilicet omne animal est substātia per viuens, & corpus: sumamus eandē negatiuā de alio generalissimo, scilicet nullum animal est qualitas, tunc inuenies tria media, viuēs, corpus, substātia, min9 enim distat omne subiectum à suo affirmatiuo immediato, quàm à suo negatiuo: cui9 ratio est pulchra, quia ab affirmatiuo distat per intermedia subsumpta sub maiori extremo, at à negatiuo distat per intermedia eadē, & per omnia sua prædicata superiora, à quibus tale negatiuum prædicatum remouetur, & ista huius loci declaratio est.

Negatiuā propositionē plura numero habere media p̄ quæ probetur, ip̄sa affirmatiua.

Subiectū p̄pius ab attributo abesse affirmatiuo quam negatiuo.

Ee Amplius

4. ¶ Amplius quoniam ostensum est, &c.

Alterа ratio.

Nouum aliud argumentũ hic possumus cõponere, sicut componit Them. c.4.q tale sit: priuatiua demõstratio indiget affirmatiua, affirmatiua aũt nõ indiget negatiua, ergo illa est potior: antecedens patet, nã impossibile est q negatiua sit vtraque præmissa, sed vna saltẽ debet esse affirmatiua, at vtraq; ꝓpositio potest esse affirmatiua, tunc vlterius in augmẽtata demõstratioue, id est, in prosyllogizatione demonstratiua, demõstrantes negatiuã præmissã ex vna tantũ negatiua propositione, altera verò affirmatiua demõstrabimus, at præmissã affirmatiuã ex vtraq; affirmatiua, ergo indiget negatiua affirmatione. ¶ Et iste est sensus illius: priuatiuas in omni syllogismo plures vna esse non posse: oportet enim alterã præmissam esse affirmatiuam, at affirmatiuas plures esse contingit.

Exẽplo cõprobat, sit demonstratio, nullũ B est A omne C est B. ergo nullũ C est A si prosyllogizare oportet maiorẽ, oportet sumere mediũ D de quo negetur A sed q affirmetur de B sic. nullũ D est A omne B est D. ergo nullũ B est A at si oportet minorẽ demonstrare, sumendũ est mediũ affirmatiuũ de vtraq; : puta E omne E est B omne C est E ergo omne C est B & sic fit in alio syllogismis, vnde cõcludit præmissam negatiuã ex vna, affirmatiuã verò ex vtraq; affirmatiua demõstrari, indiget ergo negatiua demõstratio affirmatiua, non ẽcontra, ergo hæc est potior. Si igit̃ notiꝰ est per q̃ demõstrat̃, &c.

5. Hæc est conclusio totius argumenti, vnde patet non benè exposuisse Philo. qui non rationem, sed corollarium precedentia verba esse affirmauit, imò aliter interpretatur, quam dictum est, sed quæ diximus certiora sunt.

Conclusio totiꝰ argumẽti.

¶ Amplius si principium syllogismi.

3. Tertium argumentũ ad idem probãdum hoc est, quarã principia immediata sunt potiora, & demõstrationes sunt potiores, sed principia affirmatiuæ demõstratiõis sunt potiora principijs negatiuæ, ergo illa potior est: minor ꝓbatur, principiũ negatiuẽ est immediata affirmatiua, principiũ affirmatiuæ est immediata negatiua, affirmatio verò prior est negatione, sicut esse prius est quã nõ esse, vnde cõcludit repetẽdo secundã rationẽ, esse affirmatiuã dignior rem. ¶ Dices quo esse prius est nõ esse, cũ prius res nõ fuerit quàm sit? dico in particulari sumẽdo, prius est hanc rem nõ esse, quàm esse, tñ cõmuniter & à toto genere semper ens præcessit natura nõ ens, nã si nihil esset, nihil fieri posse, propterea Deus ab æterno est.

6. Ratio.

Obiectio dilutio. Esse vt dicitur prius ipso non esse.

Dices, quo affirmatio dicitur prior negatione? cum vtraq; sit species: hoc soluim9 lib. de interpretatione, vbi etiã hũc locũ explicuim9, illic vide latè.

Alia obiectio Vide solution. in lib. de interpre.

Demõstrationẽ ostensiuã, illa, quę ducit ad incõmodum potiorem esse.

Capit. XXII.

TEXT.

1. QVoniam verò prædicatiua priuatiua melior est, planum quòd & ad impossibile ducente: oportet autem scire, quæ est differentia ipsarum.

2. Si itaq; A inexistens nulli B ipsi verò C omni ipsum B necesse vtiq; eorũ, quæ C nulli inesse ipsum A. Sic igitur acceptis, ostensiua vtiq; priuatiua esset demonstratio, quod A ipsi C nõ inest: quæ verò ad impossibile ita se habet, si oporteat monstrare, quòd A ipsi B, non inest, accipiendũ est A insse ipsi B, & B ipsi C quare contingit A ipsi C inesse Hoc autem sit notum & cõfessum, quòd impossibile: nõ igitur potest A ipsi B inesse si igitur B ipsi C, confessum est inesse A ipsi B impossibile est inesse.

3. Termini igitur cõsimiliter ordinantur. Differt autem vtra sit notior propositio priuatiua, vtrum q A ipsi B nõ inest, an q A ipsi C cũ igitur cõclusio est notior, quòd non est quæ ad impossibile, fit demonstratio, cum aũt in syllogis-

logismo sit, demonstratiua est.

4. Natura autem prior est, quod A, ipsi B, quam quòd A, ipsi C, inest: priora enim sunt conclusione ex quibus est cõclusio, est aũt A, ipsi C nõ inesse cõclusio. A, verò ipsi B, ex quo est conclusio.

5. Non enim si contingit ablatũ esse aliquid, hoc est conclusio, illo verò ex quibus sunt, sed hoc quidem est, ex quo syllogismꝰ est, qui vtiq; sic se habet, vt aut totius ad partem, aut partis ad totum habeat rationem: sed A, C, & A, B, propositiones non se habent ita inter se.

6 Si igitur quæ ex notioribus & priori bus melior: sunt autẽ ambę ex eo, quod non sit aliquid, credibiles, sed hæc quidem ex priori, illa verò ex posteriori: melior simpliciter vtiq; erit priuatiua demonstratio ea, quæ est ad impossibile, quare & quæ hac melior prædicatiua, est manifestum, quod & ea, qua ad impossibile est melior.

7. ¶ Et ad impossibile ducente: oportet autem scire, &c.

Cõparatio demonstrationis ostẽsiuę & ad impossibile.

DEterminat quęstionem tertiã nempe ostensiuam esse potiorẽ ea quæ ad impossibile ducit, sunt autẽ hęc verba continua cum illis capitis præcedentis, vt oratio sit (quòd quidem prædicatiua dignior priuatiua manifestũ est, & ad impossibile ducẽte) sensus est, cum prædicatiua sit potior negatiua, hæc verò sit potior ducẽte ad impossibile, etiã prædicatiua erit: potior ista, & ita omnis ostensiua tam prædicatiua, quã negatiua erit potior ducẽte ad impossibile ante tamẽ, quam probetur, differentiam vtriusque constituit.

Quid demonstratio ostẽsiua.

Diximus autem latè. 2. prior. cap. 14 ostẽsiuam demonstrationem esse, cum aliquam propositionem siue affirmatiuam, siue negatiuã demonstramus, per sua principia ipsam inferendo.

Quid demonstratio ad impossibile

Ad demõstratio ad impossibile est, cũ propositionem aliquam non per se, at suam oppositam falsam ostendendo, veram esse probamus: modus autẽ probãdi est, sumendo oppositam probãdæ cũ aliqua præmissa alia manifestè vera, & in ferẽdo cõclusionẽ falsam in bona cõsequẽtia vt inde colligatur talis ꝓmissa falsa, cũ falsum ex falsa sequatur, at tandem illa prima propositio vera. V.g sit ista probãda ad impossibile, nullus homo est irrationalis, sumam eius oppositam cũ præmissa clarè vera, sic, omnis homo est irrationalis, omne animal rationale est homo, infero, ergo omne animal rationale est irrationale: consequentia est bona, cõclusio falsa, ergo & aliqua præmissa, nõ minor, ergo maior ergo eius opposita negatiua erat vera, cũ nõ contingat in materia necessaria contraria simul esse falsas, aut simul veras. Sicut negatiuam propositionem demonstramus, ita affirmatiuã, sumendo oppositam negatiuam, demonstrare poterimus. Arist. verò vtitur negatiuam tantũ, quia vult solũ probare modo negatiuã ostensiuã esse potiorẽ ducenti ad impossibile, nam inde probatur quod etiam affirmatiua sit ea potior, cum sit potior quam negatiua.

¶ Si igitur A, in nullo B. &c. 7.

Exemplum ponit ostensiuæ negatiuę tale, nullũ B, est A, omne C, est B, ergo nullũ C, est A. At vero nõ sic est ad impossibile, vt patet hoc exemplo, si velit aliquis demõstrare illam propositionẽ quæ erat maior syllogismi ostẽtiui, nẽpe nullũ B, est A, ad impossibile, sic demonstrabit, sumendo oppositam, omne B, est A, & aliam clarè verã, scilicet omne C, est B, inferatur, ergo omne C, est A quæ sit falsa, nam cum hęc sit falsa, aliqua erit præmissa falsa, nõ minor, quia nota, ergo maior, omne B, est A, erat ergo oppositia vera nullum B, est A,

Vbi aduerte, quod oportet illam propositionem quæ coassumitur cum opposita probandæ esse notã, vel quia manifestè vera, vel quia data à respõdẽte aliàs non demõstrabitur ad impossibile, nam respondẽs dicet non oppositã probandę, sed coassumptam esse falsam. ad

Cur de monstratio ad impos-

ſibile cõtrariam non aũt cõtradicentẽ accipiat, propositionis probandæ.

uerte etiam quod hic non ſumit eõtradictoriam oppoſitam, quamuis id velit Philop. non enim eſset demõſtratio, cũ propoſitiones nõ eſsent de omni, ſed ſumit cõtrariam, quia in materia neceſsaria particularis vel indefinita ęquiualet vniuerſali, & ſi vna eſt vera, altera falſa, ſicut in contradictorijs, & contrà, ſi vna falſa, altera vera eſt.

3. ¶Termini igitur ſimiliter ordinantur.

Similitudinem inter vtramq; demonſtrationẽ aſſignat, nẽpe in ordinatione terminorum: ſicut enim tres termini ſecundum figurã in oſtenſiua ordinãtur, ita in demonſtratione ad impoſſibile ſunt tres termini ſecundum figurã aliquam diſpoſiti, quamuis non eodẽ modo vtraque concluſionem probet, vt dictum eſt, ſed differunt hæ demonſtrationes in negatiua propoſitione, in quo termino, & qualis ſit.

Nota, In ſyllogiſmo oſtenſiuo negatiuo, & ſyllogiſmo adimpoſſibile ducente eſ ſepropoſitionẽ negatiuam.

Propter quod aduerte quod in ſyllogiſmo illo oſtẽſiuo eſt vna præmiſse negatiua puta maior, nullũ B, eſt A, in qua majus extremum de medio prædicatur in ſyllogiſmo verò ad impoſſibile eſt etiã vna negatiua, puta oppoſita cõcluſionis falſæ illatę, ex cuius veritate colligimus concluſionem falſam, vt ſi dicas, omnis homo eſt irrationalis, omne rationale eſt homo, ergo ratiõale eſt irrationale, at nullum rationale eſt irrationale, ergo cõcluſio eſt falſa, & per cõſequẽs aliqua præmiſſa. Vide igitur quõ in hac demonſtratione eſt illa negatiua, nullũ rationale eſt irrationale, quę eſt ex maiori extremo de minori negato, quod dicitur nullum C, eſt A.

Dicit modo Ariſt. cum talis negatiua eſt notior, quã negatiua maior oſtẽſiui, poſsumus per hanc probare ad impoſſibile illam maioré, at cum maior eſt notior, manebit demonſtratio oſtenſiua, non ad impoſſibile, verbi gratia, ſi quisvelit probare ad impoſſibile, nullꝰ homo eſt irrationalis, ſi dicet, omnis homo eſt irrationalis, omne animal rationale eſt homo, ergo omne animal rationale eſt irrationale, ſed nullum animal rationale eſt irrationale, ergo cõcluſio falſa, & aliqua prẽmiſsa: iſta eſt bona demonſtratio, qa, notius eſt nullũ animal rationale eſt irrationale, quam nullum hominem eſse irrationalẽ, propter expreſsã repugnantiam, quod ſi non eſset notior hæc negatiua, non poſsemus aliam probare, quia vtraque admittere nollet quis, ſed falſam concederet.

Senſus clarus eſt, ſicut in ſyllogiſmo ad impoſſibile propoſitio coaſsũpta cũ oppoſita probãdę debet eſse clarè vera ne ei falſitas cõcluſionis attribuatur, ita & concluſio clarè falſa, & eius oppoſita manifeſtè vera, ne aliquis etiam concluſionem dicat eſse veram & oppoſitã falſam: in probatione ergo ad impoſſibile negatiua eſt *clarior*, quã negatiua præmiſsa demõſtrationis oſtenſiuæ. Aduerte igitur literã: dicit enim quod differt, in quo, & qualis ſit notior priuatiua, id eſt, vtra negatiua ſit notior, an quę eſt ſyllogiſmi oſtẽſiui maior, puta illa, nullum B, eſt A, an quæ eſt oppoſita cõcluſioni ex qua eſt ſyllogiſmꝰ ad impoſſibile, puta nullũ C, eſt A, ſi hæc enim quæ concluſio dicitur notior eſt, fiet ſyllogiſmus ad impoſſibile, cũ verò ea quę in ſyllogiſmo oſtenſiuo erat notior eſt, fit tantum ille oſtẽſiuus & non ad impoſſibile, propter rationem quã dedimus.

¶Natura autem prior eſt, &c. 4.

At quãuis negatiua ſyllogiſmi ad impoſsibile ſit notior, natura tamẽ prior eſt illa maior oſtenſiui, nẽpe prior eſt nullum B, eſt A, quę erat maior, quam nullum C, eſt, A, quæ erat in ſyllogiſmo ad impoſsibile, q̃ probat, quia hæc eſt concluſio ſyllogiſmi illius oſtenſiui, cuius maior probatur, puta nullum B, eſt A, omne C, eſt B, ergo nullum C, eſt A, concluſio autẽ poſterior eſt natura propoſitionibus in vera demonſtratione.

Et nota artificium Ariſt. quod aliqui non intelligentes vitio dederunt, vt meminit Philop. hi enim eum reprehẽdebãt, quia in ſyllogiſmo ad impoſsibile non

non probatur maior oſtenſiui, ſed eadẽ concluſio, & non aduertunt quod Ariſ. non probat illam vt maioré ſed quandam propoſitionẽ, vt alia ſit quæ probatur oſtenſiuè, alia quæ ad impoſsibile, ſed illã in ſyllogiſmo & demõſtratione ſumpſit, vt melius oſtenderet negatiuã in ſyllogiſmo ad impoſsibile eſse illa poſteriorem natura, cum ex illa oſtenſiuè propter quid demonſtretur.

Quãdo demonſtratio adimpoſſibile vtatur negatiua natura poſteriori.

Nec oportet te intelligere ſemper demonſtrationẽ ad impoſsibile procedere ex negatiua poſteriori natura, niſi cũ illa, ex qua ſyllogiſmus oſtenſiuus fit, eſt in demõſtratione propter quid.

Dices, nõnne ſi illa non eſset in demonſtratione propter quid, tunc negatiua demonſtrationis ad impoſſibile eſſet prior? dico, eſset quidem, ſed hic de demonſtratione potiſsima, quæ per cauſam, loquitur.

¶Non enim ſi contingit remoueri, &c.

5. Dubiũ.

Poſset quis dubitare, quomodo, ſi per illam concluſionem negatiuam ad impoſſibile probamus maiorem illam negatiuã poſsit eſse, quòd iſta ſit prior ex qua enim probamus, poſterior erit: reſpõdet, non id circo quòd ex illa cõcluſione negatiua remoueamus oppoſitã prædictæ maioris, maior habebit rationẽ concluſionis illatæ ex illis tanquã ex cauſis & præmiſsis, hoc.n. fieret ſi talis maior eſset ſub illa negatiua ſumpta ſicut pars ſub toto, id eſt, ſicut particulare ſuo vniuerſali, at nõ ſic ſumitur, nullũ B eſt A ſub illa, nullũ C, eſt A, ſed potius contra, vt dictum eſt.

¶Si igitur ex dignioribus, &c.

6. Prob. cõcluſio.

Argumentũ colligit quo intentã cõcluſionẽ ꝓbat, potior eſt demõſtratio q̃ ex prioribꝰ & certioribus natura procedit, quã ea, quæ nõ ſic ſe habet, at negatiua oſtenſiua eſt ex prioribus & credibilioribꝰ natura, quàm q̃ ducit ad impoſsibile vt notũ eſt, ergo erit præſtantior illa, affirmatiua verò eſt potior negatiua, ergo erit etiã potior ducẽti ad impoſsibile, eſt ergo is oſtẽſiua potior.

¶Quæ ſcientia certior ac prior ſit: quæ vna quæque diuerſæ inter ſe ſciẽtiæ ſint.

Et quòd eiuſdem plures eſse demonſtrationes poſſint.

Cap. XXIII. TEXT.

SCientia autem eſt certior & prior 1.
ſcientia, quę ipſius quòd, & propter quid eſt eadem, ſed non ea, quæ ſeorſum ipſius q̃ ab ea, quæ propter quid, & quæ nõ de ſubiecto eſt ea, quæ d̃ ſubiecto, vt Arithmetica Harmonica: & q̃ ex pauciorib9 ea, quæ eſt ex appoſitione, vt Arithmetica Geometria

Dico autem ex appoſitione, vt vnitas eſt ſubſtantia ſine poſitione, pũctus vero ſubſtantia cum poſitione, hoc autem ex appoſitione. 2.

Vna autem ſcientia eſt, quæ eſt vnius generis quæcunque ex primis componũtur, & partes ſunt, aut paſsiones horum per ſe, 3.

Altera verò ſcientia eſt ab altera, quarumcunque principia, neque ex ijſdem, neque alteræ ex alteris ſunt: huius autem ſignum, cum ad indemonſtrabilia venerit: oportet enim ipſa in eodem genere eſse cum his, quæ demõſtrantur: ſignum autem & huius, cum ea, quæ monſtrãtur per ipſa, in eodem genere ſint, & cognata. 4.

Plures aũt demõſtrationes eſse eiuſdem euenit, non ſolum ex eadem coordinatione accipienti non continuũ medium, (vt eorum, quæ A B C: & D, & E,) ſed & ex altero, vt ſit A tranſmutari, in quo autem D moueri, ipſum verò B lætari, & rurſus E quieſcere. Verum eſt igitur & D de B, & A de prædicari: nam quod lætatur mouetur, & quòd mouetur trãſmutatur: rurſus A, de E, & E de B, verũ prædicari: quare per altera media, & nõ ex eadẽ coordinatione ſyllogiſmꝰ eſt, nõ tñ, vt neutrũ de neutro dicatur mediorũ: neceſse eſt n. eidẽ alicui ambo ineſse. Cõſiderãdũ aũt eſt & per alias figuras, quot modis contingit eiuſdem fieri ſyllogiſmum. 5.

Intētio, Aris. 1. Theo.

¶Certior autem est scientia, &c.

TVnc tandem de ipso effectu demōstrationis, nempe de scientia disserit, ac tria theoremata in cap. præsenti ponit notatu digna: quorum primum est. Vna scientia dicitur certior, & prior alia tripliciter, primò illa certior est quæ quia & propter quid simul docet, id est, quæ veritatem, & eius causam docet, quam ea, quæ solum quia, id est, veritatem docet, sed extra propter quid, id est, sine causa: vel ab effectu, vel à signo, vel à causa remota.

Triplicitet vna scientia certior & prior alia.

Secunda scientia certior est quæ non est de subiecto, quā quæ est de subiecto: notat Philo. nō debere vocari scientiā quæ nō est de subiecto, singulare, sicut in cap. de substātia: sed vocat scientiā non esse de subiecto quæ tractat de re abstracta à subiecto: subiectū vocat materiā sensibilē, vt notat S. Thom. Alb. Aeg. & Auerr. vnde scientia quæ abstrahit à materia sensibili certior est illa, quæ considerat res in materia sensibili, vt Geometria quā Perspectiua, & Arithmetica, quā Musica notior est: nā Geometria, & Arithmetica sunt magis abstractæ: similiter Metaphysica, & Mathematica certiores, quā Physica sūt, quippè à materia sensibili abstrahāt: huius certitudinis Auer. reddit rationē: nam quāto res est materialior, tanto magis exposita est pdicatis per accidēs, quæ impediūt scientiā: vt triāgulus in materia sensibili, id est eneus. l. terreus. est alb9, calidus, & similia p accidēs, à quib9 liberatur abstrahēs à materia huiusmodi. ¶Tertio. Scientia quæ ex additione est, minus est certa, quā ea quæ non est ex additione, vt Arithmetica certior est quā Geometria, nā principiū Arithmeticæ, puta vnitas, est sine positione, at principiū Geometriæ, nēpè punctū dicit positionē, positio aūt est ordo partiū in ordine ad locū, quā positionem habet continuū permanēs, de quo agit Geometria, non aūt discretum, de quo est Arithmetica: quare ista certior: nō enim exponitur prędicatis per accidēs quę ex situ & loco oriūtur. Dices, nònne ille modus certitudinis est idem qui præcedens? rādet Aegid. & benè, non esse eundē, nā illic consideratur abstractio à materia sensibili, hic alia abstractio, à continuo & positione.

Dubiū.

Solutio.

¶Dico aūt ex additione, vt vnitas, &c.

Explicat & probat quod Geometria sit ex additione ad Arithmeticam, per principia ipsarum, nam principiū Geometrię est punctum, hoc autem est substantia posita, id est, habēs positionem: non intelligas quod punctum secundū se positionem habeat, cùm non secundum se sit in loco, sed secundum corp9, quod superficiebus, lineis, & pūctis terminatur: vnitas verò est substantia sine positione, ergo propterea abstractior est & minus ex additione.

2. Geometria est ex additione ad arithmeticam.

Pūctum quō habeat positionē.

Dubitat Philop. nam videtur quòd vnitas sit ex additione, nam illud quod dicitur, sine additione, additum est: respondet non esse id adiunctum aliquod sed tantum dicere negationem positionis, negatio aūt non est additio realis.

Dubiū & Solutio.

Dubitabis, quō punctū & vnitas dicātur substantia, cū accidentia sint: rādet Philo. id secundum Pythagoricos dictum esse, existimabāt enim lineas, puncta, superficies, & cætera esse rerū substātias, de quo disputat. 3. Meta. c. 5. & etiā secundū eos vocat substātias. 5. Meta. c. 8. At S. Tho. id secundū Platonicos dictū esse censet. Vtraq; opinio & S. Tho. & Philo. vera est, nā tā Platonici, quàm Pythagorici fuerūt huius sententię, vt habetur. 1. Meta. tex. 14.

Dubiū alterū.

Solutio.

Aliter alij exponunt, vt per substantiam intelligamus naturam tam substantiæ, quam accidentis, vt sumitur. 1. cap. antepredic. & ita exponit Alb.

Alia solutio.

Alij per substantiam idem quod indiuisibile intelligunt, inter hos est Auerr. Alij per substantiā intelligunt verā substantiā, sed hæc dicūtur substantia, qa eis ablatis substātia destruit, ita exponit Aegid. quælibet ex his cōgrua expo-

3. Alber. 4. Auer.

Nota. Certitudinēscię tiarū duplici ex causa sumi.

expositio, prima mihi maximè placet.

Circa has certitudines tres, aduerte ex Alber. & S. Tho. quod dupliciter potest sumi certitudo in scientia, vno modo ex parte rei, altero modo ex parte modi cognitionis: ex parte rei, quanto res est immaterialior & simplicior, tanto eius cognitio est certior dicit Auer. materia enim obstat cognitioni, cū materialibus multa per accidēs insint; ex parte verò modi, cū res per causam cognoscit eius est certior cognitio, potior tamen est hæc prior: nec decipiaris existimās idem esse dignitatem & certitudinem, nam dignitas potiùs à rei nobilitate, quā ab immaterialitate, vel à modo cognoscēdi sumitur, cùm igitur hæc duplex sit certitudo, prior duobus vltimis modis continetur, posterior verò in prima, vt explicatum est.

3. ¶Vna autem scientia est, quæ est vnius generis. &c.

Devnitate scię tiarū secundum Theor.

Secundum Theorema constituit, de vnitate & diuersitate scientiarū: loquitur autem non de scientia peculiari alicuius cōclusionis, sed de generali habitu sciētię. Alber. autem, S. Tho. Aegid. & alij nonnulli, sic exponere videtur, vt Arist. velit quatuor ostendere, quæ sub vna scientia continentur, quorū primū est, vnicum commune obiectū compræhēdens omnia quæ sub tali sciētia sunt sicut est corpus naturale in Physica, ens in Metaphysica, & tale vocāt genus scientiæ: hoc autem debet esse vnum, vel vniuocum, vel saltem analogum: analogia enim non impedit scientiam, vt expresse docet Aris. 4. Meta. c. 2. alterum est principia scientiæ; sunt enim in qualibet sciētia propositiones per se notæ & indemonstrabiles in illa, ex quibus procedūt eius demōstrationes, vt superius est dictū: tertium est, partes illius subiecti: per partes intelligū: species inferiores subiecto, vt Physicus non solū corpus naturale, sed etiā ipsius species puta animalia, plātas, & reliqua mixta & horū species cōsiderat, vt docet Aris. 4. Metaph. c. 2. species, inquit, & species specierum vnius scientiæ genere est cōsiderare: per partes etiē intelligunt partes essētiales & integrales subiecti, & inferiorum subiecti, quas omnes vna sciētia considerat. Physici enim est cōsiderare partes corporis naturalis, materiā & formam, partes animalium, & plātarum, & reliquorū corporum naturalisū similiter quartum est, passiones subiecti & inferiorū subiecti & partiū eorum, vt notum est in qualibet sciētia: sic illi exponūt, & sine dubio doctrina est verissima, maximè que notanda, quāuis non ita videatur textui respondere.

1. Expo. D. Tho. Alber. & aliorum

Philop. aliter literam hanc interpretatur, vt sit sensus: vna sciētia dicitur, quæ versatur circa vnū genus theorematū id est cōclusionū demōstrabiliū: sunt autem theomata vnius generis, quę cōstant ex eisdē principijs illius generis, sicut Geometria theoremata omnia sunt ex lineis, ex triāgulis, ex figuris, vel ex alijs, quę sub genere Geometrię continentur: puta cōtinuo: similiter omnia sunt ex eisdē principijs & dignitatibus illi9 subiecti: præterea sunt vnius generis partes & passiones horum, nēpè principiorum, vel theorematū: partes principiorū sunt partes integrātes vel essentiales subiectorum, vt partes circulorū quadratorū, corporum: passiones principiorū, vt passiones linearū, quę sunt principia figurarum, scilicet frāgi, concurrere, & similia.

2. Expo. Philop.

Intelligere etiā possum9 partes theorematum, aliquādo enim multæ veritates simul demonstrantur, quarū singulæ dicūtur partes theorematis illius: vt demōstrat Euclid. angulos equicrurisq; sunt ad basim esse equales, & qui sunt extra basim esse æquales etiā, sunt ista duo, quorum singula dicūtur partes etiā intelligere possum9 passiones theorematum, quę sunt illæ, quæ ad veritatem demonstratā consequuntur, quale illud est quod ex dicto theoremate sequitur, nēpè angulos extra basim equicru

ris esse maiores ijs, quæ sunt intra basim sunt etiã alia multa quæ ex varijs theorematis demonstratis sequuntur.

Ita exponit Philop. & benè, quamuis breuis forsan possimus Arist. interpretari, vt sit sensus: sciẽtia vna est quæ est vnius generis, id est, quæ de ijs quę sunt eiusdẽ generis tractat: explicat autẽ quæ dicãtur eiusdẽ generis, & dicit ea esse quæ ex eisdem principijs fiũt, vt homo, leo, plãta, & mixta, ac elementa eiusdem generis dicũtur, cùm ex eisdẽ principijs fiant, sunt enim ex materia & forma: subdit passiones horũ, quæ ex eisdem principijs fiunt, nẽpè ex principijs subiecti scientiæ, esse eiusdem etiã generis, vt in vna sciẽtia sit subiectum, eius principia, & passiones, & ea quę eisdem principijs cõstant: per partes aũt idem quod per passiones intelligi, & sic patet sensus literæ.

4. ¶ Altera aũt sciẽtia est ab altera, &c.

De diuersitate scientiarum.

Diuersitatem scientiarum modo constituit, dicẽs sciẽtias esse diuersas, quæ tractãt de rebus quæ non fiũt eiusdem principijs, nec principia vnius fiunt ex principijs alterius, sicut Physica & Mathematica, habent.n. principia diuersa illa.n. quæ tractat de ijs, quorũ principia sunt ex eisdẽ: sicut principia hominis, leonis, & equi sunt ex eisdẽ primis, vt ex materia & forma, nõ faciũt diuersas sciẽtias, similiter ea, quorũ principia vnius fiũt ex alijs, vt hominis principia ex principijs generis animalijs, nõ faciũt diuersam sciẽtiam quamuis ista possemus intelligere de principijs cõplexis & cognitionis, sed idem est sensus.

Ponit autem duo signa, alterum vt resoluamus res in vltima principia sua, & sic cognoscemus an ex eisdẽ principijs res fiant, vt equum in materiam & formam, figuram in lineas: quę cùm diuersa sint principia ad diuersas pertinebunt scientias, alterum signũ est ad cognoscendũ ipsum principium an sit diuersum, nempè cùm non fuerit eiusdẽ generis, & proximum & cognatũ cum ipso principiato: sunt enim principia & ea, quæ ex principijs fiunt eiusdẽ generis: hęc etiam intellige de principijs complexis & conclusionibus.

¶ Plures aũt demõstrationes eiusdẽ, &c. 5.

Hoc est tertiũ theorema, in quo, quãtum mihi videtur, rationẽ reddere videtur quare p principia assignauerit sciẽtiarũ diuersitatẽ, docetq; vnius rei plures posse esse demonstrationes, nõ solũ ex vno ordine, sed etiam ex diuerso: in quo manifestat posse de eadẽ re varias esse sciẽtias, ac proinde melio per principia diuersitatem earum assignari. Tertiũ theore.

Dicit ergo: Plures possunt esse demõstrationes vnius, non solùm accipiendo medium non continuum ex eodẽ ordine, sed etiam accipiendo ex diuerso. In primis per eundẽ ordinẽ intelligit eãdem generis coordinationem: vt omne B, est A, potest demõstrari per C, & per D, & per E, nempè homo est substãtia per animal, viuẽs, corpus per media diuersi ordinis intelligit media nõ inuicẽ ordinata, sicut Themist. dicit, bipes & rationale, per quę demõstratur animal.

Sed dices, quid per medium non continuum intelligit? aliqui intelligũt medium mediatũ, sicut viuens est hominis: aliqui mediũ in diuerso syllogismo, nõ continuum dicunt: at cùm in eodem syllogismo plura media disponuntur, sicut fit in cõglobato syllogismo, dicũtur cõtinua, vt omne corpus est substantia, & omne viuens corpus, & omne animal viuens, & omnis homo animal, ergo omnis homo est substantia. Medium nõ continuũ quid nam hoc loco dicatur.

Sed iudicio meo per nõ continuum medio in eodẽ ordine intelligit mediatum supræmo in affirmãdo, vt fit sensus ad probandũ omnem hominẽ esse substãtiam plura media ordinata inuenimus, sed mediata, vnicum est enim immediatum; nempè corpus ipsum.

¶ Vt sit A, transmutari, in quo autem D, moueri, &c. 6.

Ponit exemplũ demonstrationis per plura media diuersi ordinis, sit cõclusio omne

omne lętans transmutatur, omne B est A, sint duo media, mouẽs. D. & quiescẽs E. tunc dicet omne D. est A. omne B est D. ergo omne B. est A. id est, omne quod mouetur, trãsmutatur, omne lætãs mouetur, ergo omne lætans transmutatur similiter etiam dicetur, omne E. est A. omne B est E. ergo omne B. est A. id est. omne quiescens transmutatur,

Dubiũ. Dubitatur quomodo quiescens transmutatur, & qũo lætans dicetur quiescere & transmutari, sunt ad hoc innumeræ solutiones, tamẽ quæ mihi magis ad rem facere videtur, est, vt hic sumãtur aptitudinaliter ista, vt sit sensus, q; lętãs aptum est moueri & quiescere, licet nõ simul quiescat ac moueatur, ac ob eam causam est mutabile, loquitur enim de lætitia sensibili, similiter iste est sensus illius maioris, quiescens mutatur, id est, est mutabile, nulli enim quies inest, cui non insit & motus & mutatio aptitudine, est enim idem oppositorum subiectum. Solutio.

7. ¶ Non tũ est neutrũ de neutro, &c.

Cum media diuersi ordinis eiusdẽ esse docuisset, ostendit non esse adeò diuersa media, quin prædicentur inuicẽ, nam eidem alicui insunt, inter se ergo prædicantur, quamuis non essẽtialiter vt quiescẽs mouetur, id est, cui quies inest, motus inest, aliqui legunt, quod non prædicentur, sed existimo melius legi, sicut expositum est, tandem concludit posse etiam in alijs figurarũ modis per plura vnum demonstrari.

QVAESTIO I.
Circa capit. 23.

1. argu. OCcurrũt aliquæ difficultates in hoc capite: est autem argumentum primum, si vna scientia esset, quæ vnius est generis, sequeretur quod vnica esset scientia de substantia, quæ vnum genus est, consequens autem est falsum, nam alia scientia est Medicina, alia Physica alia Astrologia, alia de angeli quæ tamen omnia sub vno substantiæ genere continentur,

Secundo, si eiusdem scientiæ esset cõsiderare genus & ipsius species, sequeretur quod Metaphysica quę de substãtia tractat, & de alijs generibus, omnes species rerum consideraret, nullaq; scientia reliqua esset, quod falsum est. 2. argu.

Tertiò, si sciẽtię diuersę diuersa habẽt principia ergo non essent eadem principia cõmunia multis sciẽtijs, hoc verò falsũ est, nã sunt dignitates multis & aliquæ omnibus scientijs communes. 3. argu.

Quartò, si vna conclusio potest multa habere media, ergo augentur demõstrationes ex parte mediorũ, cuius oppositum docuit Aristo. cap. 9. superiori vt dictum est, hęc sunt quę præcipuè explicare oportet in capite isto. 4. argu.

Circa argumentum primum oportet aliquot præmittere fundamenta & conclusiones, primum sit, triplicem esse vnitatem in scientijs, sicut in alijs accidentibus, est enim vnitas numerica, specifica, & generica, sciẽtię distinguũtur numero penes subiecta quibus inhærent, vt enim alia est albedo tua, alia illius, propter diuersitatẽ subiectorũ, ita alia Dialectica huio, alia illius, similiter de alijs scientijs, de hac autem vnitate nõ est sermo in præsenti, sed de vnitate specifica & generica, & hęc ab obiectis, id est, à rębus, de quibus scientiæ tractãt, sumitur: sunt enim diuersæ scientiæ secũdum diuersitatem rerum, de quibus sunt, cuius rationem dat sanctus Thomas: scire enim est quædã operatio animæ in res, vt igitur motus sumũt speciem à terminis ad quos sunt, ita scientiæ ab obiectis. 1. fund. Triplex vnitas. numerica, specica generica.

Sit secundum fundamentum, aliter se habet res seu obiectum, quod scitur ad intellectum, aliter res quæ sentitur ad sensum, res enim sentitur secũdũ quod est, nẽpè singularis, in loco, pręsens, & cum alijs cõditionibus, at res non intelligitur sicut est sed abstracta in vniuersalia cõditionibus, materialibus, vnde vt scien 2. fund. Res alio modo se ad sensũ alio ad intellectũ habere.

Universidad de Deusto Biblioteca

scientia sit, oportet, vt sit aliqua res, quę cognoscatur, & sit quædam necessaria cõditio, nempè quod sit abstracta à materia, sicut ignis non comburit, nisi sit aliqua materia, & proxima, ex quo fit, vt q dicit aliquid esse scibile, dicat nõ solũ rẽ cuius scientia, est, sed etiã cõditionem quæ est abstractio, quam Caie. vocat rationem formalem sub qua: nõ est igitur diuersitas scientiarũ tãtùm in diuersitate rerum secundum se, sed simul cũ diuersa abstractione, & hoc est quod dicunt Metaphysici, scientias distingui secũdum diuersitatem rerũ formalem in ratione scibili, id est, secũdum abstractionem variã, res enim constituitur in genere scibili p abstractionẽ, potestq; esse vt sit vnũ genus entis & diuersa genera scibilia, sicut corpus, & angelus vnius generis sunt in genere rei, tã duo in genere scibili, quia magis abstract9 est angelus, quã corpus, similiter potest esse, quod sint duo genera secũdũ rem, & vnum in genere scibili, quia nimirũ habent eandem abstractionem, vt planta, & animal: differentia ergo variãs, & & constituens scientias est abstractio.

Abstractio est differentia constituens scientias.

3. Fund. Triplex materia singularis, sensibilis, intelligibilis.

Sit tertium fundamentum, materiam esse triplicem, quandã singularem nempè conditiones individuãtes, in quibus naturę specificę sunt extra intellectum quãdam sensibilem, scilicet qualitates elementares, & quæ ex his proueniunt cum quibus substãtiæ corporeę cõmixtę inueniuntur, tertia est materia intelligibilis, nempè magnitudo, in qua figuræ geometricæ sunt.

Quinq; gradꝰ abstractionum Primus.

Secundũ hãc materiã triplicem quinque gradus abstractionum sumi possũt primus à materia singulari, sed nõ sẽsibili, rerũ quę abstrahi nõ possunt à materia sensibili, quales sunt substãtię istę naturales, nõ enim absque qualitatibꝰ sensibilibus possunt consistere, secundũ quam abstractionem sumitur Physica.

2. Secũdus est à materia singulari, sed nõ sensibili, earum tamen rerũ quę à sensibili abstrahi poterãt, vt Perspectiua & Musica, & similes, & hæ enim nõ abstrahunt à sensibili materia, nõ sicut Physica, nam illæ sunt de rebus quę possent à sensibili abstrahi, hęc verò non.

Tertius est à materia sensibili, sed nõ intelligibili, qualis Geometria, considerat enim figuras non subiectas qualitatibus, tamen in magnitudine, quæ est materia intelligibilis. 3.

Quartus est, vt ait Aegid. ab intelligibili secũdum rationem, sed nõ realiter, talis est Arithmetica, quæ tractat de numero abstrahendo à magnitudine secũdum rationem, quamuis realiter numerus sit in corporibus. 4.

Quintus est à materia intelligibili secundum rem, sicut Metaphysica, quę agit de his, quæ realiter non habent quãtitatem, nempè de intelligentijs, & de Deo, quamuis non secũdum omnẽ partem Metaphysica realiter abstrahat, cũ tractet de cõmunibus etiam rebus sensibilibus: hi igitur sunt varij abstractionum gradus notandi, secundum quos scientiarum diuersitas sumenda est. 5.

1. Cõcl. Diuersitatẽ genericam scientiarũ sumi ex diuersitate rerũ & abstractionum.

Est igitur prior cõclusio: diuersitas generica sciẽtiarũ sumitur ex diuersitate rerũ, & simul diuersitate abstractionũ, id est, sciẽtiæ dicãtur genere diuersę, quæ cũ de diuersis rebus sint, varias habẽt abstractiones: vnde Perspectiua & Geometria dicuntur non diuersæ genere, licet varia fit abstractio, quia sunt de eadẽ re in parte, at Metaphysica, Mathematica, Physica, genere distinguuntur, variè enim abstrahunt.

2. Sciẽtias specie distingui quæ de rebus diuersis eadem abstractione, vel eadẽ re diuersa abstractione tractãt.

Posterior cõclusio: sciẽtiæ distinguũtur specie, quæ de diuersis rebꝰ sunt cũ eadẽ abstractiõe, vel de eadẽ re sub diuersa abstractiõe, sicut sciẽtia de plãtis, & de animalibꝰ sunt varię specie, quia sũt res distinctę sub eadẽ abstractiõe: similiter Perspectiua, & Geometria differũt specie, qa varię eãdẽ rẽ abstrahũt, nec in hoc asseritur Caie. qui credit scientiã de triãgulo tãtũ numero differre à sciẽtia quadrãguli: imò differunt scientiæ illarum specie, sicut demonstrationes, si enim

si enim maltæ de illis essent, sicut sunt de plãtis & animalibus, ita essent duo habitus specifici & scientiæ, sicut sunt scientia plantę, & scientia animalis.

Ad. 1. Per ista est facilis solutio argumenti primi, nõ enim scientiarũ distinctio, l. vnitas à genere secundũ rem tantũ sumenda est, sed à genere scibili, q est secundũ abstractionẽ, in subsiãtia aũt variæ abstractiões cõtinent, & ob id varia scibiliũ genera, & hæc sunt obseruãda.

Ad. 2. Ad secundum dicitur scientiam generis considerare species illius & inferiora, quæ tamen sunt sub eadem abstractione, quãdo verò mutatur abstractio, cessat iam scientia, species ergo secundum genus scibile, non secundũ genus rei solum considerandæ sunt.

Ad. 3. Ad tertium facilis est responsio, non enim hic de illis communissimis principijs sermo est, sed de cõmunibus quę tamen sunt in materia propria illius scientię, variæ autem res scibiles varia habent principia propria.

Ad. 4. Ad quartum dico in diuersis generibus causarum posse vnius plures esse demonstrationes, vt notũ est, similiter in eodẽ genere causæ, sed mediatæ, vt hominẽ esse substantiã, & per animal, & per viuens demonstramus, & hoc dicitur in præsenti: sed in eodem genere causæ per plura media immediata impossibile est idem demonstrare, & hoc dicitur, c. 9. nec est contradictio, hic tã cõsiderare vnũ est, eadẽ rem ad varias scientias pertinere, sed nõ sub eadẽ abstractione, vnde Physicus de figura tractat sicut Geometer, sed illæ in corpore naturali, hic abstrahẽdo à sensibili, Propterea vnus per principia motus, alter per principia magnitudinis, pbat: vnde re vera formaliter de eodem nõ sũt plures sciẽtiæ: sed naturaliter, tã clarꝰ percipiũ distinctio in ipsis principijs, id circo Arist. scientiarũ diuersitatẽ ab illis sumpsit: hęc de præsenti quęstiõe.

¶ Eorũ quæ fortuna euenĩũt, quæq; in sensuũ functiõe sunt, nõ esse sciẽtiã.

Cap. XXIIII. 1. TEXT.

Eius verò quòd à fortuna, nõ est sciẽtia per demonstrationem: neq; enim vt necessarium, neque tanquàm vt plurimum est, quod est à fortuna, sed q præter hęc fit. Demonstratio autem est alterius horum: omnis enim syllogismus, aut per necessarias, aut per eas quæ vt plurimum propositiones conficitur; & si propositiones quidẽ sunt necessariæ, & conclusio erit necessaria, si verò vt plurimũ, & conclusio talis. Quare si id quod est à fortuna, neq; vt plurimum est, neque necessarium, non esset vtique ipsius demonstratio. 2.

Neque per sensum est scire: si enim est sensus huius, & non huius cuiusdã, sed sentire necessariũ est hoc aliquid, & alicubi, & nunc: vniuersale verò, q est in omnibus, impossibile est sentire; non enim est hoc, neque nunc neque enim esset vtique vniuersale: quod enim semper & vbique, vniuersale esse dicimus. Quoniam igitur demonstrationes quidem vniuersales sunt, hæc autem non est sentire, manifestum est, quòd neque scire per sensum est.

Sed planum quòd & si esset sentire triangulum, quòd duobus rectis æquales habet angulos, quęreremus vtique demonstrationẽ, & non quemadmodũ dicunt nonnulli sciremus, sentire quidẽ enim necesse est singulare, scientia verò est in cognoscendo vniuersale. 3.

Quare & si supra lunam essemus, & videremus obiectam terram, non vtiq; sciremus causam defectus, sentiremus enim nunc quod deficit, & non propter quid omnino, non enim erat sensus ipsius vniuersalis, sed ex eo quòd speculamur hoc plerunque contingere, vniuersale vtique venati demonstrationẽ habemus. ex singularibus enim pluribus vniuersale manifestum est. Vniuersale autem honoratum est, quoniam significat causam: quare de talibus vniuersalis notitia honoratior est sensibꝰ & intellectione quorumcunque altera est 4.

est causa: sed à primis est alia ratio. Manifestũ igitur est, quòd impossibile est sentiendo aliquid sciri demonstrationũ, nisi quispiam sentire hoc dicat, sciétiam habere per demonstrationem.

3. Sunt tamen nonnulla quæ referũtur in sensus defectum in problematibus, quædam enim si videremus, non vtiq; quæreremus, sed non tanquã scientes, eo quod videmꝰ, sed vt habentes vniuersale ex eo quod videmus: quemadmodum si vitrum perforatum videremus, & lumen permeans, planum vtiq; esset, & propter quid † comburit, & ex eo planè, quia videremus fieri seorsum in vnoquoque, intelligeremus simul, quod in omnibus hic est.

¶ Sed eius quod est à fortuna, &c.

1. Duo docamẽta. Primũ. HOccapite duo præcepta continentur, quorum alterum est rerũ, quę fortuito & casu contingunt nõ esse sciẽtiam, cuius ratio est, quia non sunt necessariæ, nec plerunq; euenìunt, sed raro, vt quòd fodiens vineã inueniat thesaurum: demonstratio enim quæ scientiam facit, non est nisi necessariorum quæ semper sunt, aut eorum quę plerũque sunt, cum non nisi ex propositionibus necessarijs, aut plerunq; procedat, ac talis debeat esse conclusio, quales præmissæ & propositiones sunt.

¶ Neque per sensum est scire, si enim sensus huius, &c.

2. Secundũ documentũ. Alterum documentum est, per sensum non esse scientiam, id est, non dicitur scientia per sensum cognitio, ratio est quia scientia est vniuersaliũ, at sentire est singulariũ, quæ sunt hic & nũc, & secundum locum & tempus variantur, vniuersale verò vbique & semper est, id est, non aliter se habet in vno loco & tempore, quàm in alio.

Sensus obiectũ esse vniuersale, actionẽ tamẽ eius circa notanda est, nempe sensus ipse, qui potentia est, vt visus, auditus, & reliqui habẽt pro obiecto ipsum vniuersale, putà colorem visus, non hunc, non illũ, sed in cõmuni, sonum auditus, & sic alij, at verò actus & operatio sensus non est nisi circa singulare, non enim nisi hunc vel illum colorem in singulari videmꝰ, at intellectus non solum pro obiecto habet vniuersale, sed etiã vniuersale intelligit, ideoq; eius cognitio scientia est.

Dicit ergo, quòd quamuis sensus, nõ pè ipsa potentia tale aliquod, id est, aliquid in communi respiciat, non hoc in singulari, tamen eius actio, sentire nempè, est circa hoc aliquid, id est, singulare, scientia autem in operatione etiam consistit circa vniuersale, quare cognitio sensus non est scientia.

¶ Sed manifestum est, qm̃ si esset, &c.

Posset quis Aristo respondere, si per sensum cognoscimꝰ effectũ, seu rei passionem, forsam erit scientia, vt si triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis videremus: respondet, nullo modo sic esse scientiam, sed adhuc quęreremus demonstrationem, nã nõ cognoscit sensus id vniuersaliter esse in omni triangulo, quod necessarium est ad scientiam cùm scientia vniuersaliũ sit.

3. Remouetur obiectio.

¶ Vnde est, si super lunam esemꝰ, &c.

Posset iterũ quis dicere, forsan si causam & effectũ sentiremus, esse per sensum scientiam, vt si super lunam existẽtes terram obiectam, & eclypsim videremus, respondet, nec si per sensum sciri, nõ enim vniuersaliter cognoscimꝰ, cùm sensus hanc eclypsim tantùm percipiat, non autem quòd vniuersaliter ex tali causa sequatur, ꝙ scire est: vnde concludit hanc cognitionem vniuersalis esse honorabiliorẽ cognitiõe sensus cùm sit cognitio per causam, similiter honorabiliorem cognitione etiã intellectus quę non est per causam, dũmodò sit de re, quæ habet causam, nam cũ res est sine causa, sicut prima principia, horũ cognitio nobilior est, etiã si per causam non sit: vnde cõcludit per sensum non cõtingere scire, nisi quis dicat scire scientiam habere per demonstrationem, id est, nisi quis per vocem hanc sentire velit significare, idem, quod habere scientiam per demõstrationem, & tunc non est disputatio, sed vt significat actionem sensus.

4. Remouetur altera obiectio.

¶ Sunt tamen quædam reducta, &c.

Ostendit in scientijs esse necessariũ aliquando sensum, nempè in quibusdã problematis, quæ si viderentur, sine dubio scirẽtur, nõ quod ipse sensus sit sciẽtia, aut in eo sit sciẽtia, sed quod per eũ sæpè singularia percipiẽtes vniuersale intellectu venamur, de quo est sciẽtia: ostendit exemplo antiquorũ existimantium lumẽ esse corpus, cum autem eis objiceretur, quomodo ingreditur per vitrum cum duo corpora se penetrare non possint: respondebant quia vitrum habet minutissima foramina: dicit modo Arist. huius non est sciẽtia, ꝙ ingreditur lumẽ quia sunt foramina, & tamẽ si viderẽtur talia foramina, esset sciẽtia sed nõ ex sensu tantũ, sed quod vniuersale ex eo colligeremus, cuius est scientia, nempè omne vitrum habere foramina minutissima: hoc exemplum secũdum vulgarem opinionem est.

Non omnium syllogismorũ eadem esse principia posse. Cap. XXV.

TEXT. 1. EAdem verò principia omnium esse syllogismorum impossibile, primũ quidem Logicè considerantibus. hi quidem enim veri sunt syllogismorum illi autem falsi: quanquàm enim liceat verum ex falsis syllogizare, sed semel hoc fit: veluti si A. de C. verum, medium autem B falsum: neque enim A. ipsi B. inest, neque B. ipsi C. sed si harum media accepta fuerint propositionũ, falsę erũt propositiones, eò quod omnis conclusio falsa ex falsis est, vera autem ex veris, altera autem sunt falsa & vera.

Postea neque falsa ex eisdem sibi ipsis: sunt enim falsa adinuicem & contraria & impossibilia simul esse, veluti iustitiam esse iniustitiam, aut timorem, & hominem æquum, aut bouẽ & æquale, aut maius, aut minus.

[al.l. addit audaciam.

Expositis verò sic, neque enim verorum eadem principia omniũ, altera enim multorũ genere sunt principia, & neque cõuenientia, quę admodũ vnitates punctis non conueniunt, illę enim non habent positionem, hæc autem habẽt. 3.

Necesse autem est, aut in media conuenire, aut sursum, aut deorsum, aut hos quidem intro habere, illos autem extra terminorum. 4.

Sed neq; communiũ principiorũ possunt esse aliqua, ex qbus omnia mõstrabuntur: (dico autẽ cõmunia, veluti omne affirmare, aut negare (genera enim entiũ altera sunt, & hęc quidẽ quantitatibus, illa vero qualitatibꝰ insunt solis, cum quibus monstrantur per cõmunia. 5.

Amplius principia nõ multo pauciora sunt conclusionibus: principia. n. propositiones sunt, propositiones verè aut ipsius assũpti termini, aut iniecti sunt. 6.

Amplius conclusiones sunt infinitæ termini verò finiti. 7.

Amplius principia hæc quidẽ ex necessitate, illa verò cõtingẽtia. Si igitur cõsiderãtibꝰ impossibile eadẽ esse, aut finita, infinitis existẽtibꝰ cõclusionibꝰ. 8.

Si verò aliter quodãmodo dicat aliquis, vt ꝙ hæc quidem Geometriæ, illa verò ratiociniorum, illa autẽ Medicinę: quid vtiq; esset, quod dicitur aliud, præterquã quod sunt principia sciẽtiarum: dicere autem eadem esse, ridiculũ est, quoniam hæc sibi ipsis eadẽ essent, sic enim omnia fiunt eadem. 9.

[al.l. numerorũ

Sed neque ex omnibus mõstrari quod libet idẽ est quærere omnium esse eadem principia, valdè enim fatuum est neque enim in manifestis doctrinis hoc fit, neq; in resolutione possibile est: immediatæ namque propositiones principia sunt, altera autem conclusio assumpta fit propositione immediata. Si verò quispiam diceret primas immediatas propositiones eadem esse principia, vna in vnoquoque genere est. 10.

Si

Siverò neq; ex omnibus, tanquã oportet monstrari quodcunque, neque ita altero, tanquam sit vnaquæq;, scientia, altera derelinquitur, quod cognata sint principia omniũ, sed ex his quidẽ hæc ex illis autem illa Manifestum autẽ & hoc est, quod non contingit, monstratũ nãque fuit, quod alia principia genere sunt differentium genere. Principia enim duplicia sunt, ex quibus, & circa q: quæ quidem igitur, ex quibus, communia sunt, quæ autẽ circa quod, propria, vt numerus [magnitudine.

[al. l. magnitudo

¶ Eadem autem esse principia omniũ syllogismorum, &c.

1. Intẽtio Aristot.

Cum scientiarum diuersitatẽ ex principiorum diuersitate prouenire docuisset, nunc principia diuersa esse scientiarum & demonstrationum probat, ac cõmunius procedit, ab ipso syllogismo incipiẽs, ac ob id logicè tractare se docet vt ait Philop rationem reddit, cur non de proprijs, sed de communibus primò dicat: sunt autem tres cõclusiones in capite. Prima est, impossibile est omniũ syllogismorum esse eadẽ principia probat, syllogismi quidam sunt veri, nẽpè quorũ conclusiones sunt veræ: quidam falsi, quorum cõclusiones sunt falsæ, ergo non possunt esse ex eisdem principijs, cum conclusio vera ex veris, falsa verò ex falsis sequatur: posset autẽ quis dicere, nonne etiam verum ex falsis sequitur: respõdet verũ id esse, sed nõ fit nisi semel, hoc est in syllogizando verũ quidem ex falsis infertur, vt omne B. est A. omne C. est B. ergo omne C. est A. id est, omnis lapis est animal, omnis homo est lapis, ergo omnis homo est animal, tamẽ si iterum velimus prosyllogizare præmissas, iam totũ erit falsum, tã præmissæ illæ, quæ iterum assumuntur, quã conclusio quæ inferitur, quæ est præmissa falsa prioris syllogismi, non igitur verũ ex falso syllogizatur & prosyllogizatur simul sicut contingit cùm ex veris procedit, tunc enim tã syllogismus, quã prosyllogismus ex veris sunt, nõ igitur omnium syllogismorum eadem sunt principia.

Prima conclu. cap.

obiectio Dilutio

¶ Postea neque falsa ex eisdẽ sunt, &c.

2. cõclu.

Secunda conclusio est, non omniũ syllogismorum, etiam falsorum eadẽ principia sunt, probatur: falsarum conclusionum multiplex est modus, quædam tantum falsæ, quædam impossibiles: & impossibilium, quædam quia relatiũ de correlatiũo prædicatur, quædam quia contrarium de contrario, vel disparatũ de disparato, vel negat necessariũ, ergo sunt & varia principia falsa, pro varietate conclusionum, cum proinde sint falsę quia principia sint falsa.

¶ Expositis autem sic est &c.

3. cõclu.

Tertia conclusio, quam magis ad rẽ propositam, nempe de demonstratione dicit, est syllogismorum verorum impossibile est esse eadẽ principia, quã multipliciter probat, primo sunt principia aliquorũ prorsus diuersa in nullo cõsenientia, ergo non sunt eadem principia: antecedens patet, vnitas enim est discreti, punctum continui principium, quæ diuersa sunt, hoc enim positionem habet, illud verò nõ habet, vt dictũ est.

¶ Necesse est autem aut in media conuenire, &c.

4. Verior expositio Philop. & D. Thom.

Quamuis nouam rationem hanc aliqui esse velint melius est secũdum Philop. & S. Tho. quod sit confirmatio præcedentis, & probet illa principia nõ conuenire, quod Philop. vocat vnum de altero prædicari, quæ autem conueniũt, vno ex tribus modis conueniunt, aut tanquam in medio, aut tanquam in maiori extremo, quod dicitur sursum, aut minori, quod dicitur deorsum, aut interius in prima figura, aut exterius in secunda & tertia: sensus est, quod si conueniunt illa principia, punctum, & linea, aut ex eo, quod vtrumque potest esse alicuius conclusionis probãdæ aut maius extremum, vel minus, vel medũ in aliqua figura, sed hoc esse nõ potest, cum non eadem per illa prouenunt, nõ ergo eadem sunt.

Sed

5. ¶ Sed neq; cõmunium principiorũ, &c.

2. argu.

Secundum argumentum est, si ex eisdem omnia præcederent, maximè ex illis generalissimis, quodlibet est, vel non est, & de nullo est verum affirmare simul & negare, sed ex his non possunt, nã hæc per se sola non sufficiũt aliquid demõstrare, nisi mediantibus proprijs cuiusq; generis, vt dictum est, ergo sunt omnium eadem principia.

6. ¶ Amplius principia non multo, &c.

Tertium argumentum, tot sunt ferè principia quot conclusiones, sed cõclusiones sunt multæ & variæ, ergo & principia: antecedẽs patet, nam principia sunt propositiones, propositiones autẽ sunt & fiunt assumpto termino medio, aut immisso: dicit assumptum propter secundam & tertiam figuram, in quibꝰ medium est extra extremitates: dicit immissum propter primam in qua medium inter extremitates est.

obiecto. Dilutio.

Dices, quomodo dicit quod propositiones non sunt multo pauciores conclusionibus, imò videntur plures. Dico, vocat propositiones non omnes premissas sed immediatas, quæ iam conclusiones esse non possunt, hoc autem verum est, quòd si sumamus vnam mediatam propositionem, plures in ea cõclusiones quàm principia inueniemus, vt patet in hac, omnis homo est substãtia, sunt enim sex quæ demonstrari possunt, nempè homo est substãtia, homo est corpus, homo est viuens, animal est substantia, animal est corpus, viuẽs est substantia: sunt verò tantum quatuor quæ non possunt demonstrari, scilicet homo est animal, animal est viuens, viuens est corpus, corpus est substantia.

4. ¶ Adhuc cõclusiones sunt infinitæ, &c.

Quartum argumentũ est, conclusiones sunt infinitæ, id est, innumeræ, non tot quin plures, termini verò finiti, ergo principia nõ possunt esse eadẽ, vim huius argumenti exẽplo intelliges, literæ finitæ sunt, nẽpè viginti quatuor tã infinitæ dictiões ex illis fiunt variæ & distinctę, q̃ ex eo est, quia varijs modis tales literæ inter se connectuntur, aliter impossibile esset tot esse dictiones, similiter elementa sunt quatuor, tã mixta ex eis sunt multiplicia, quia variè miscentur, ita similiter termini sunt finiti, cũ finita sint p̃dicamentorũ genera, cõclusiones verò absq; limite, ergo variè termini inter se ordinantur & disponũtur, & ita fiũt distinctæ premissæ & ꝓpositiões, q̃ p̃ncipia dicũtur.

¶ Amplius principia hęc quidem ex necessitate, &c. 8.

Hoc est quintum argumentum, sunt enim principia varia inter se, quędam enim sunt necessaria, quędam contingentia, non enim omne verum est eiusdem rationis, ergo non sunt eadem omnium principia, vnde concludit non solùm non esse eadẽ omniũ principia, sed infinita, id est, indeterminata, sicut etiã conclusiones sunt indefinitæ & indeterminatæ vt dictum est. 5. argu.

Si verò aliter quodãmodo dicat qs, &c. 9.

Excludit modum, quo aliquis posset asserere eadem esse principia, posset enim quis dicere principia quidẽ alia esse in Geometria, alia in Musica, alia in Dialectica, alia in qualibet arte, sed hæc dici eadem, quia singula eodẽ modo se habent, & sunt eadem suis conclusionibus: respondet hoc asserere, esse diuersa principia ponere, nullus enim duo vocat idem quia vnumquodq; sit idẽ alicui, quia enim rationale est idẽ cũ homine, & hinnibile cum equo, non propterea rationale, & hinnibile dicẽda, sunt idem, aliter enim omnia possent dici, eadẽ, nihilq; esset diuersum. Remo. ue. obic.

¶ Ac verò neq; quod est omnibus, &c. 10.

Excludit aliũ modũ quo quis posset eadem principia dicere, nempè quia ex omnibus principijs quodlibet infertur, ita, vt quamuis multa sint principia tã ex singulis quęlibet infertur cõclusio: hoc dicit insipienter dictum esse probat in doctrinis, id est, Mathematicis secundũ Philop. in quibus experimur Remo. ue. alia obiectio

mur non omnes conclusiones resolui in eadem principia, similiter in reliquis scientiarum demonstrationibus, & probatur ratione, nã ex propositione immediata sequitur conclusio, ergo altera conclusio ex altera immediata & alio principio, vt notũ est, si igitur quis principia immediatas vocet propositiones, vt verum est, erũt principia diuersa secundum diuersitatem generum, in quorum singulis sunt sua immediata.

21. ¶ Si verò neque ex omnibus, &c.

Resumit duos prædictos modos idẽtitatis principiorum, & excludit alium dicit ex omnibus non demonstrari q̃ libet, vt dictum est, nec ex altero, id est, nec ex vno oia, cùm sint in vnaquaque scientia sua principia: relinquitur vnꝰ modus identitatis, nempè q̃ dicant eadem, quia proxima, & cognata, & eiusdem generis, sed hoc esse non potest, nã diuersorũ generum principia sunt etiã genere diuersa, sunt enim principia in duplici differentia, quędã circa quæ id est, subiecta, de quibus demonstramus, quædã ex quibus, nempè dignitates: quæ sunt circa q̃ semper sunt proprtia in quoq; genere scientiæ, quæ sunt ex quibus cõmunia esse possunt, sed secundũ analogiã, vt diximus, & eorũ non est vsus in scientia, nisi limitentur ad particularem illius scientiæ materiam, sicut supra explicatum est.

¶ Quòd scientia & scibile ab opinione & opinabili discrepent, & quid sit Solertia.

Capitul. XXVI.

TEXT. 1. SCibile autem & scientia differunt ab opinabili & opinione, quoniam scientia quidem vniuersalis & per necessaria: (necessarium verò non contingit aliter se habere) sunt autem nõ nulla vera quidem, & quæ contingit aliter se habere: planum igitur, quod circa hæc quidem scientia non est, essent enim impossibilia aliter se habere, possibilia aliter se habere. Verum enimuerò neq; intellectus (dico enim intellectum principium scientiæ) neq; scientia indemonstrabilis: hoc autem est acceptio immediatæ propositionis. Verum autem est intellectus, & scientia, & opinio, & quod per hæc dicitur: quare derelinquitur opinionem esse circa verum quidem, vt falsum, contingens autem, & aliter se habere.

2. Hoc autem est acceptio immediatæ propositionis, & non necessariæ. Et cõfessum aũt est sic apparẽtibus, nanq; & opinio incertum est, & natura talis.

3. Ad hęc autem nemo putat opinari qñ existimet impossibile aliter se habere, sed scire, sed quando esse quidẽ sic, sed tamen & aliter, nihil prohibet tũc opinari, tanquàm quod talis opinio sit, Necessarij vero scientia est.

4. al. l. quomodo igitur non est ✠ Quomodo est idem igitur opinari & scire? & propter quid nõ erit opinio scientia, siquis ponet, omne, quod nouit, contingere opinari? consequetur enim hic quidẽ sciens, ille verò opinãs per media, quousq; ad immediata venerit, quare, siquidem ille nouit, & qui opinatur nouit, quemadmodum enim, & quòd opinari est, & propter quid, hoc autem ipsum medium.

5. Aut si quidem ita suspicabitur non cõtingentia aliter se habere, quemadmodũ se habent definitiones, per quas sunt demonstrationes, nõ opinabitur, sed sciet, si autem vera quidem esse nõ tamen hæc vtriq; ipsis inesse secundũ substantiã & secundũ formã, opinabitur, & non sciet verè ipsum q̃ & ipsum propter quid, si quidẽ per immediata opinabitur, si autem non per immediata, ipsum quod solum opinabitur.

6. Eiusdem verò opinio, & scientia non omnino est, sed quemadmodũ & falsa, & vera eiusdem quodammodo sunt, ita & scientia & opinio eiusdem: etenim opinionem veram, & falsam (vt nonnulli quidem dicunt) eiusdem esse, absurda contingit erigi, & alia, & non opinari, quod opinatur falso.

Quo-

Quoniam verò idem pluribus modis dicitur, est quidem vt contingit, est autem vt non: commensurabilem nanque esse diametrum verè opinari absurdum est, sed quod diameter, circa quam opiniones, idem, ita eiusdem est quod quid autem erat esse: vtique secundum rationem non est idem.

8. Consimiliter autem & scientia & opinio est eiusdem, hęc quidem enim sic animalis, vt non contingat non esse animal, illa verò vt cõtingat, veluti si hęc quidem quod hominis est, illa verò hominis quidem, non autem quod hominis, idem enim est, quoniam homo, hoc autem sic non idem.

9. Manifestum aũt est ex his, quod neque opinari simul idem & scire contingit simul enim habere posset suspicionem, q̃ aliter se habere, & non aliter, idem esset, q̃ non cõtingit, in alio quidem enim vtrunq; esse contingit eiusdẽ, vt dictum est, in eodem aũt non sic possibile est, habebit enim suspicionẽ simul vt q̃ homo esset secundum quod animal: hoc enim esset non contingere esse non animal, & non secũdum quod animal, hoc enim esset sic contingere. Reliqua vero quomodo oporteat distribuere & in discursu, & intellectu, & sciẽtia, & arte, & prudentia, & sapientia, illa quidem naturalis, hæc autem moralis speculationis magis sunt.

1. Comparatio scientiæ cũ alijs habitibus. ¶ Scibile autem & scientia differunt ab opinabile, &c.

Scientiam ab alijs habitibus tãdem secernit, sed præsertim ab opinione, hęc enim Dialectici opus est. Discrimen aũt scientiæ & opinionis ex duplici parte sumitur, ex parte eorũ, quorũ est sciencia & quorũ est opinio, quæ dicũtur scibilia & opinabilia, & ex parte ipsarũ credulitatũ quæ per ipsos habitus adueniunt quorũ enim est scientia, semper necesse est ita se habere, quorũ est opinio nõ semper necesse est ita se habere, præterea per scientiã cognoscimus rem quæ nõ potest aliter se habere, & simul scimus q̃ nõ potest aliter se habere, per opinionẽ vero cognoscimus posse aliter se rem habere. Aduerte aũt ex Themist. & Philo. q̃ hic loquitur de opinione vera, nam falsa nullam habet cum scientia similitudinem.

Opinionẽ verã non autẽ falsã cũ scientia ab Arist. conferri.

Proponit igitur hanc conclusionem, scientia & opinio, scibile, & opinabile differunt: & probat prius discrimen ex parte scibilium & opinabilium, scientia quæuis est vniuersaliũ per necessaria principia, at verò opinio nõ est per necessaria & necessariorũ, ergo nõ est scientia: maior est nota, minor probatur, sunt quædam vera quidem, non tamen necessaria, cum aliter se possunt habere, hæc non cognoscũtur scientia nõ intellectu, non scientia indemõstrabili, quãuis istæ cognitiones veræ sint, & quæ per eas cognoscuntur vera sint, ergo illa cognoscuntur opinione, cũ nõ sit alius habitus vniuersalium, opinio igitur est eorum quæ aliter se habere possunt, & non necessaria sunt.

Cõclus.

Explicat quid per intellectum intelligat, principiũ inquit scientiæ, per sciẽtiam verò indemõstrabilem dicit intelligi cognitionem immediatarum propositionum: & quãuis aliqui vtrumque idem esse affirment, tamen id non consonat literæ: propterea dico per intellectum significari cognitionem principiorum cõmuniũ quæ per se nota sunt, quæ ianuæ scientiarũ dicuntur. 2. Metaphysi. per scientiam verò indemonstrabilẽ, cognitionem propriarum propositionum immediatarum quæ per se notæ sunt, quæ omnia superius latè exposita & declarata sunt.

Intellectũ hoc loco aliud significare quã denotet scientia in demonstrabilis

Nota, quòd inferens Aristot. opinione cognosci vera contingentia, addidit etiam opinione falsum cognosci, non quia hic de opinione falsa dicere intenderet, sed ne quis erraret existimando opinionem esse tãtum verorũ, cùm tamen etiam falsorum sit.

¶ Hæc aũt est acceptio immediatæ propositionis & non necessariæ, &c. 2.

Prima ratio differentiæ inueniuntur quæ mediatæ sunt, & crimmis per alias probantur, & similiter propo inter sci sitiones immediatæ, quæ iam amplius entiã & demõstrari non possunt, ita inter pro- opinio- babiles, quarũ est opinio, quædã media nem. tę sunt, quæ ex alijs probantur, quædã immediatæ, quæ sunt ,pbabilissimæ, neciam amplius probabiliter ,pbãtur, vt diximus. 1. Top. de mente Alex. est igitur opinio nõ necessariorũ, siue mediata, sine immediata sint, quãuis Arist. tantũ de opinione immediatorũ in his verbis loquitur, quia de mediatis clarũ erat: ,pbat aũt ꝙ opinio sit contingẽtiũ, atq; hoc dicit esse certũ ex his, quę cõmuniter dicũtur, vocãt enim opinionẽ incertã, & quæ tali opinione cognoscũtur, res incertas, quę non firmam ac stabilẽ habent veritatẽ, est igitur opinio cõtingentiũ, quo circa nõ est scientia, nec ipsum opinabile est scibile.

3. a. Ratio. ¶ Adhuc autem nullus arbitratur, &c.

Alteram rationem ex parte creduli tatis ponit ad distinguendũ scientiã ab opinione: ratio est sumpta ex vsu cõmuni, sicut. c, 2. sumpserat, quid esset scire inquit omnes cum aliquid. cognoscũt, & simul aliter se habere non posse intelligunt, se scire existimãt, cum verò aliter se posse habere credunt, se opinari confitentur: ergo hæc est natura opinionis & scientiæ, & sic ex parte credulitatis differunt, vt manifestum est.

¶ Quomodo est igitur non opinari & scire, &c.

Duo dubia. Duo ex præcedentibus suborientia dubia proponit, quibus magis opinionis naturã manifestat. Alterũ, an eiusdem sit opinio & scientia, vt videtur, quę enim quis scit, potest aliq; opinari. Alterũ supposito quòd eiusdẽ sit opinio & scientia, videtur esse idẽ, cũ habeant idem obiectũ: quòd si dicas non esse idẽ, quia qui opinatur non cognoscit per causam, hoc reijcit Arist. docẽs etiã opinãtẽ resoluere vsq; ad immediatas causas, sicut enim per scientiam scimus effectum per causam, cũ causam effectus illius esse scimus, & non posse aliter se habere, ita per causam opinamur cũ causam aliter se habere existimamus, videtur igitur eadẽ scientia & opinio: nota verbum consequitur significare, resoluere, vt notat Philop.

¶ An si quis sic arbitrabitur non contingentia, &c. 5. Soluitur. 2.

Satisfacit posteriori dubitationi tanquã breuiori, & interrogãdo affirmat, dicitq; ,si quis ,pcedẽs per definitiões, & demonstrationes veras, existimauerit illa non posse aliter se habere, non habebit opinionẽ, sed scientiã, si quis verò tantũ vera esse, non tãn necessaria, & propositiones illas per se non esse existimauerit, tũc nõ scientiã, sed opinionẽ habebit: si tales propositiones fuerint per causam & immediatæ, erit opinio effectus & causæ, si verò nõ ita fuerint, erit opinio effectus, & quia tantùm ex quibus habes differentiã ex parte credulitatis & existimationis, quãuis circa idem sint scientia, & opinio.

¶ Eiusdem autem opinio, &c. 6. Soluitur. 1.

Priorem quæstionem soluit, explicãs quomodo opinio dicatur eiusdem cuius est scientia, inquit autem opinionẽ & scientiam ita esse eiusdem, sicut opinio vera & falsa dicuntur eiusdem, docet autem opinionem veram & falsam nõ esse eiusdem simpliciter, sed aliquo modo, aliqui enim vt refert. 4. Metaph. text. 21. opinionem veram & falsam eiusdem rei omnino volebant esse; dicebant enim veritatem esse in opinione nostra, vt si cibus mihi videtur amarus verè est amarus, licet sit dulcis, & vnũquodq; tale verè esse, quale videtur: hi eandẽ opinionẽ faciebãt illius, ꝙ erat, & ꝙ nõ erat, propterea istis multa accidunt incõuenientia, & præter alia multa hoc vnum accidit, nempè quòd non erit opinio falsa, cum id verum sit quod videtur secundum eos.

¶ Quoniam autem idem multipliciter dicitur, &c.

Cum

Cum dixisset ita esse eiusdẽ sciẽtiam & opinionem, sicut opinionem veram & opinionẽ falsam, explicat qũo vera & falsa sit eiusdẽ, & dicit multipliciter dici idẽ, & vno modo est verũ, opinionẽ verã & falsam esse eiusdẽ, & altero modo nõ est verũ, v. g. quòd diameter sit commensurabilis nõ est verum opinari, sed opinio est falsa, ꝙ verò non sit cõmensurabilis, est vera opinio: opinio igitur vera & falsa est eiusdẽ, nẽpè subiecti, vtpu- Opinio vera & falsa quo modo eiusdẽ est eiusdem rationis, id est, secundũ idẽ prę se rei dicantur. ta de eadẽ diametra, non tãn est prorsus dicatũ, nã vera dicit non esse cõmensurabilẽ, falsa verò dicit esse cõmensurabilẽ, non igitur sunt prorsus eiusdẽ.

8 ¶ Similiter autem est scientia & opinio eiusdem est, &c.

Opinio & sciẽtia quomodo eiusdem sint rei. Applicat similitudinem, opinio enim & scientia eiusdẽ sunt; sed eiusdẽ subiecti, non tamen eiusdẽ rationis, vt de anamali eodẽ est opinio & scientia, sed sciẽtia dicit ꝙ non possit aliter se habere, opinio verò ꝙ aliter se habere cõtingat, vt si de homine sciẽtia dicat aliq̃d, nempè esse risibilẽ, opinio verò esse albũ, de quo vtraq; dicit, idẽ est, puta homo, ꝙ vtraq; dicit non idẽ est, sunt ergo de eodẽ subiecto, sed non secundũ idẽ.

¶ Manifestum autẽ ex his est, &c.

9. Eiusdẽ propositionis nõ posse esse opinionẽ & sciẽtiam in eodẽ, in diuersis autẽ hominibus posse. Infert nullum posse simul opinari, & scire idem omnino, id est, eãdem propositionem, nã tũc existimaret simul idẽ posse aliter se habere, & nõ posse aliter se habere, ꝙ impossibile est, in diuersis hominibus poterit id esse, vel secundũ diuersa ,pdicata, tamẽ in eodẽ impossibile est eiusdẽ omninò, simul. n. existimaret hominẽ esse animal, & esse non animal, esse animal per scientiam, quia non contingit non esse animal, esse nõ animal per opinionem, quæ dicit posse esse non animal, vnde simul essent nõ posse esse non animal, & posse esse nõ animal: litterã sic lege (opinionẽ haberet, id est, assensum ꝙ homo esset secũdum quod est animal, & secundũ ꝙ non est animal, id est, ,quòd esset animal & nõ animal,) hoc. n. fuerit non contingere esse non animal per scientiã hoc quidem contingere, scilicet esse non animal per opinionem: & nota valde hanc expositionem nostram.

Tandem excusat se à tractandis alijs habitibus, quæ potius ad Physicã, & Moralem spectant, quales sunt intellectus quę est cognitio immediatorũ, & ratio quæ est cognitio mediatorũ per discursum, sub qua sunt sciẽtia, sapientia, ars & prudentia, scientia cognitio per causam, sapiẽtia cognitio per causas supremas, prudentia recta ratio agibiliũ, ars recta ratio factibilium, de quibus, vide 6. Ethic. capit. 3.

¶ Dubia quædam circa hoc caput. 26. Tria dubia.

Circa hoc caput dubia tria sunt, primum est an opinabile sit scibile: alterũ an cuius sit sciẽtia possit esse opinio vera: tertiũ an eiusdem possint in eodem simul esse scientia & opinio.

Circa primum aduerte scientiã hæc duo intrinsecè habere, & quòd sit clarũ assensus, nempè ex rei notitijs proprijs genitus & quod non possit aliter se habere, sed sit necessaria, hoc aũt, non posse aliter se habere, est triplex primum ex parte rei quę scitur: hæc. n, non potest aliter se habere quã sicut scitur: secundũ ex parte cognoscentis, quòd qui, scit existimet rem aliter se habere non posse: tertium ex parte medij & viæ sciẽdi, quòd sit talis, vt secundum eam deceptio fieri non possit, vt cum per demonstrationem procedimus. Sciẽtiã cõplecti intrinsecè & clarũ assensum, & quod se aliter habere nõ possit.

Hoc triplex necessarium inest essentialiter scientiæ, ita vt si aliquod desit non sit scientia. Triplex necessariũ inesse scientiæ

Fidei etiam nostræ Christianæ triplex hoc necessarium inest, cum res nõ possit aliter se habere, & nos ita credamus, & medium sit firmissimum, nempè diuina authoritas: hoc deficit à scientia, quia obscura est fides, nec rẽ ipsam in se videmus. Fidei Christianę eãdẽ triplicẽ necessitatẽ inesse & quo

Sed opinio erit si aliquid horum deficit, vnde si res non est necessaria, eiq; est

modo à scientia differat. Tribus modis accidere opinionē

opinio, dummodo sit obscura cognitio: cū enim res contingentes sensu percipimus, non fit opinio. Secundò si res quidem est necessaria, sed nō existimatur necessaria, sed posse aliter se habere, eius est opinio. Tertiò quamuis res sit necessaria, existimetur necessaria, sed tamen via cognoscendi non est certa vt cum id authoritate humana vel medio topico habemus.

Triplex est opinabile.

Vnde triplex est opinabile, opinabile secundū se, nempe quod aliter in se potest esse, & de hoc loquitur in principio & fine capitis, quod scilicet non est necessariū. Aliud est opinabile secundū existimationē, nempè quòd cum sit necessariū, existimatur aliter se habere posse. Tertium ratione medij, quod cū sit necessarium, & existimetur necessarium, via cognoscendi tamē non est necessaria: de secūdo opinabili loquit in solutione posterioris dubij Atistoteles,

Opinio & scientia quomodo non sint eiusdem rei proxime.

Hoc supposito, dico opinabile primo modo non esse scibile, quia vt in fine capitis dicitur, vnum est necessarium, alterum non necessarium, loquimur autem hic nō de subiectis tantùm quorum est opinio & scientia, nam dictum est idem esse scibile & opinabile, sed de propositionibus: quarum proximè est opinio & scientia.

Opinionē scientiā quādoq; eiusdē etiā esse propositionis.

Dico secundò, opinabile secūdo modo, & tertio posse esse scibile: potest enim esse quod id quod in nostra existimatione nō est necessarium vel ratione medij, sit necessarium, & ab alio scitum.

Opinio quō ex principijs necessarijs nascatur quō itē exprobabilibus & tandē solistermins.

Opinio enim aliquādo fit ex principijs necessarijs, cum non est nota cōsequentia nobis, tunc enim rē necessariā non tāquam necessariā existimamus: aliquādo ex principijs, probabilibus, procedit, aliquādo immediatè ex terminis vt omnis mater diligit filium suum.

Circa secundum dubium notū est opinionem primo modo, & scientiā non posse esse eiusdē, qa opinio primo modo est de contingenti, similiter notū est opinionem tertio modo veram & scientiam esse posse eiusdem propositionis, quod enim quis verè scit, hoc alius medio topico verè opinari potest, at de opinione secundo modo est dubium, propterea dico, quòd opinio secundo modo potest esse duplex quedā qua rē opinamur positiuè existimātes nō esse necessariam, & aliter se habere posse, & hæc impossibile est quòd sit vera de re scibili, nam si res est scibilis, est necessaria, erit igitur falsa opinio, qua aliter se habere posse existimatur, & de hac loquitur Arist. in solutione posteriori: quēdam alia est, qua rem necessariam & per rationem necessariam cognoscimus, non tamen existimātes non posse aliter se habere, sed solùm cognoscētes vt veram & hæc opinio vera potest esse eiusdē conclusionis, cuius est scientia, & de tali opinione non loquitur Arist. sed de priori: & hæc contemplare.

Circa secundum dubium

Circa tertium dubium

Circa tertium dubium, dico scientiā & opinionem illo modo quo diximus, mirum secundum quā existimamus rē posse aliter se habere, nō posse esse eiusdem in eodē homine, sicut nec opinio vera & falla simul sūt, in diuersis tamē possūt esse, vt dicit Arist. dico secūdum quam tātùm rem veram existimamus, non esse cum scientia in eodē: nam per scientiam oportet existimare rē aliter se habere non posse: dico tertio opinionem tertio modo non manere cum scientia, nam illa est obscura, scientia verò clara notitia, vnde quando ad cōclusionem scitam media topica adducūtur nō generant illius opinionem, sed scientiam confirmant & corroborant: atque hæc de cap. vigesimo sexto.

Mediatopica conclusiōis scitę nō generare opinionem sed scientiā confirmare.

TEXT. 1.

De Solertia.
Caput. XXVII.

SOlertia verò est bona quædam coniectatio in non perspecto tempore medij, veluti si quispiam videns, quod luna splendorem semper habet ad solē celeriter excogitauit propter quid hoc quoniam propter id, quod splendescit à sole

hoc illū propterea facere, q̄ mutuo argētū accipit intellexerit.

à sola: aut disputantem cum diuite, quo uit, quomā fēneratur, aut propter quid amici sunt? quoniam inimici eiusdem.

2 Omnes enim causas medias videns summas cognouit: splendidum esse Solem sit in quo A splendore à Sole, in quo B Luna C inest itaque, Lunæ quidem ipsi C ipsum B splendere à Sole: ipsi autem B ipsum A ad hoc esse splēdidum, à quo splendet: quare & ipsi C inest ipsum A per B.

¶ Solertia autem est, &c.

1. Solertia quid sit.

A Solertia scientiam distinguit, explicando quid ipsa sit, solertia est promptitudo seu subtilitas inueniendi medium & causam nō perspecto tēpore, id est, citissimè, quoties enim aliquid offertur, citò inuenire medium, & causam illius cognoscendi vel faciēdi, solertiæ est, vnde tam in practicis. quàm speculatiuis inuenitur, ponit huius tria exempla: primum si aliquis videns lunam quando versus solem est magis splendidam esse, statim cōijciat lunam illuminari à sole, solertia est, qua causa inuenitur.

Solertiā esse tūm speculatiuis rebus tum practicis.

Secundum exemplum non ab omnibus eodem modo exponitur, quamuis omnis sensus sit verus, aliqui sic dicunt si aliquis viso paupere diuitem adeunte conijciat id esse, vt accipiat mutuò pecunias vt exponit Argyro. alij sic, si aliquis viso paupere cum diuite disputante & altercāte, cōijciat id esse, quia debet diuiti aliquid, q̄ diues exigit, ita videtur Boet. exponere, & S. Thom. at melius est cum Themist. sic exponere, si viso paupere cum numulario colloquente, conijciat, quod diues ei fœneratur, parum autem refert sic vel aliter exponere, cum sermo Græcus has omnes expsitiones admittat.

Tertium exemplum. si quis visis aliquibus simul amicis, conijcit alicuius esse inimicos, cum amicus sit inimicus amici inimico.

¶ Omnes enim causas medias, &c.

Aliter à multis hic textus exponitur quàm sit Arist. sensus, dicunt enim quod solers cognoscit vltimas causas intermedijs visis, qui sensus est valdè obscurus, & nescio an falsus. 2

Propterea dico cum Philop. hunc esse sensū, quòd solers per vltima, id est, per passiones, & effectus, & subiecta, cognoscit causam, quę medium demōstrationis est, quod exemplo ostendit nam per splēdorem versus solem, quod est posterius, cognouit illuminari à sole, quod est medium: & reducit ad syllogismum, in quo id pateat, sic, omne q̄ illuminatur à sole, splēdet versus solem, luna illuminatur à sole, ergo splēdet versus solem. Hæc demōstratio est, & describitur litteris, omne B est A omne C est B ergo omne C est A.

Per B illuminari à sole, quod mediū est intelligitur, per A splendere versū solem, q̄ est maius extremū, luna per C quod est minus sunt enim hęc duo extrema, inter quæ est illud medium.

FINIS PRIMI LIBRI
Posteriorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

SECVNDI LIBRI POSTERIORVM ANALYTICORVM ENARRATIO.

QVOD in hoc secundo libro Arist. institutum sit, non omnes eodem modo exponunt. Alex. enim sequēs Theophrastum dicit hic agi de altero modo sciēdi, qui definitio est: cū.n. duo sint modi sciendi, demonstratio & definitio, & hucusq; priori satis dictum sit, nunc de definitione diſseritur: quam etiam sententiā sequuntur Auerr. & Lyncon. & aliqui moderni, vt diximus in principio primi libri.

At Smplic. Philo. Eustrat. & Alber. hic de medio demonstrationis tractari asserunt: cum enim vt dicitur. 1. Prior. cap 28. nō satis sit structuram syllogismorum cognoscere, sed habere oportet potestatem eos faciendi, quę contingit per medij inuentionē, ac demonstratio quidam syllogism9 sit, oportuit vt non tantum demonstrationis cōpositionem traderet Arist. sed facultatem etiam cōponendi, quod sit per ꝓne dij demonstratiui inuentionem, hocq; in hoc secundo libro fit. Quia verò definitio est vnum ex medijs, & potissimū de definitione hic diſseritur, sed per accidens, vt medium est. Atque hæc sententia est quam nos superius sequuti sumus, & eandem modò confirmamus.

Sanctus Thomas non de medio tantum, sed de principio demonstrationis, tam complexo, quam incomplexo hic disputari affirmat, mot9 propter caput vltimum, in quo de complexis est sermo, sed ista sententia non placet nobis nam de principijs cōplexis satis dictū est, nec illud caput huic libro cōtinuatur, vt videre est in fine antecedentis, quātuis hęc sententia probabilis sit

ARISTOTELIS POSTERIORVM RESOLVTORIORVM. LIB. SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De quatuor medijs quæsitis, si est, quid est, quod, seu quia est, & propter quid. Quomodo quid est monstretur, ac ad demonstrationem se habeat. Definitionē esse per causam. De Diuisione causarum, & quæ mutuo concurrant, & quæ non, & quomodo illarū posit esse demonstratio. De cōpositione definitionis ex suis partibus, & quando sunt ignotæ quo pacto venentur. Pariter quomodo causæ venentur. Postremò de cognitioue, ac differentia principiorū indemonstrabiliū.

¶In disciplinis quatuor quæri solēt, & hæc ōmnia medij quæsita sunt: Et quid sit huius libri propositum.

Capitul. I.

TEXT. 1. QVAE quæruntur sunt æqualia numero ijs, quæcunque scimus.

2. Quærimus autem quatuor, quod, propter quid, si est, quid est, cùm enim vtrū hoc, aut hoc insit, quærimus in numerum ponētes: velut vtrum deficit Sol, aut nō ipsum quod quærimus. Signum autem huius, cùm enim inuenimus quod deficit, cessauimus, & si à principio sciremus quod deficit, nō quæreremus vtrū cum autem scimus ipsum quod, tunc ipsum propter quid quęrimus, vt scientes quod deficit, & quod mouetur terra, propter quid deficit, aut propter quid mouetur, quærimus, hæc quidem sic. Nonnulla verò alio modo quęrimus, vt si est, aut non est cētaurus, aut Deus. Si autem est aut non, simpliciter dico, sed non si albus est, aut non. Cum verò cognouerimus, quod est, quid est quærimus, vt quid igitur est Deus, aut quid est homo? Quæ quidē igitur quærimus, & quæ cū inuenimus scimus, hęc & tot sunt.

¶QVæstiones ęquales sūt numero. &c

1. Intētio Aristot. ARistoteles de medio disputaturus probare intendit omnē quæstionē quæ fit, alicuius esse medij, hoc est, medium petere, vt inde innotescat magnā scientiæ partem consistere in medij cognitione, cum quælibet quæstio medij respāsione absoluatur: præmittit tamē in hoc capite breuissimo quæstionum numerū & distinctionem, ac statuit conclusionem, tot esse numero quęstiones quot sunt ea, quę scim9 & cognoscimus: non enim hic de scientia propriè loquitur, sed largè: pro cognitione intellectus vera, præsertim necessariorum, siue sit cognitio simplex, siue composita, per causam, vel sine causa.

1. Nota. Aduerte autē, q; Græcè non habetur vocabulū, quæstiones, sed zitoumeni, id est, quæsita, nec est multum discrimis, quæsita enim dicūtur res ipsę quas quærimus & de quib9 dubitamus. quæstiones verò dicuntur, res eædē, secundum formam dubitationis & interrogationis. voce aut conceptu significatæ & ordinatę: talia quæsita, postquam iam cognita sunt, dicūtur vel scita vel inuēta, inuenta quidem si proprio ingenio comperta, scita verò siue proprio ingenio siue doctrina alterius cōperta sint.

2. Nota. Nonnulla quę sciuntur quęri. Aduerte prętera ex Philop. quod licet omnia quæsita sint scita, non tamen omnia quę sciuntur quęrūtur, sed solū quæ naturaliter nōsunt nota, principia enim per se nota & dignitates non quęruntur, at verò sciūtur, ac ideò dicit Auerr. hic esse sermonem de scientia earum rerum quæ non sunt nobis naturaliter notæ.

Aduerte etiam ex Philo. cū audis, tot esse quæ quęrūtur quot ea quæ sciūtur, 3. Nota. non existimes, simul quęri, & simul sciri sed sensus est tot esse ea quę quęrūtur, quot ea quę post quęstionē sciūtur, imò idē re est quod quęritur & scitur, quamuis ratione discrepent, quęre enim an luna deficiat, & idem postea scio.

¶Quęrimus autem quatuor, &c.

Cū potuisset, quęstiones tot esse quot sciētias, nōclarius numerū quęstionū ponit, docetque quatuor esse quęstiones quas exemplis explicat. 2. Quis sit quęstionum numerus.

Prima est, quia est, in numerū ponēs, id est, cū qualis res sit petimus, vt an luna deficiat, an terra mouetur, dicitur hęc in numerū ponens, quia est de duplici extremo, subiecto nēpè & prędicato & p verbū Est, vt an nulla sit deficiēs: addidit autem hoc, quod in numerum ponat, at differentiam illius quę petit esse rei tantum, vt dicemus. Quęs. 1. Quęstio quia cur dicatur in numerum ponere.

Adducit autē quoddam signū ad manifestandā talē quæstionem petere qualis res sit, si.n. vis cognoscere q; quipetit an luna deficiat, talē rē petat vtere signo, hoc nēpè si postquàm respōsum sibi fuerit, quęstio illa cesset, hoc aūt ita est, si enim cognoscit lunā deficere, iam id non interrogat, & si prius scire, non interrogaret: & aduerte hoc signū esse applicādū reliquis quęstionibus, illa.n. quęstiones petūt, quibus scitis & cognitis pausant, id est, cessūt & absoluūtur. Nota. 1.

In quo etiā signo nota quomodo sciētia absoluit quęstionē, & varia scientia variā quęstionem, cum tot sint quęstiones genere, quod ipsę scientiæ. Nota. 2 Quæs. 2.

Altera est quæstio, ppter quid, hęc enim sequitur primāpostquam.n. qualis res sit cognouimus, propter quid talis sit quærimus, vt propter quid luna deficit? propter quid terra non mouetur.

¶Quærimus autem hæc quidē sic, &c. 3.

Duabus quęstionibus quę de complexis erant, & in numerum ponebant explicatis, inquit alias duas esse aliter se habētes, sunt enim de rę & quęstio simplici Quęs. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quęs.4. plici, quarum altera est, an sit res: nõ dico an sit aliquid, vt an homo sit albꝰ vel calidus, sed an sit simpliciter, id est, tantũ an sit, vt an Deus sit, an Cẽtaurus sit, similiter negatiuè an nõ sit: post hãc altera est, quid sit, vt quid sit Deus: cõcludit tot esse quæsita quot scita & inuẽta loquitur de inuentiua scientia, quæ nobilior est, quamuis id etiam verũ sit de scitis per doctrinam.

¶ Primum Dubium de ordine quæstionum.

CIrca hęc dubitabis primò de ordine harũ quæstionũ, nam prima omnium videtur an sit, postea quid sit, scientiæ.n. sic ordinãtur, nõ enim quid sit cognoscimus, nisi cognouerimus quod sit, postea reliqua duo petimus. Simpl. respondet id esse factum, quia à nobis notioribus processit, notiora autem nobis sunt compositiora: est autem magis cõposita quæstio, qualis res sit, quã an sit sed hæc ratio non videtur admodũ conueniens, nã ob hãc causam sequeretur quod à propter quid debebat incipere.

Nota. pro solutio. dubij, nõ ꝗ omnꝰ quærian tur. Propterea dico, & est hoc notandum quod nõ de omnibus petimus an sit, sed de rebus quæ sensibus non subduntur, quæ enim se ipsu percipiũtur, nullus petit an sint, vt dicitur. 1. Poster. capit. 8. quæstio igitur quę prima occurrit in sẽsibilibus ferè est, qualis sit, & propter quid cùm autem sensibilia primo à nobis cognoscãtur, notior enim est nobis res sensu percepta, fit vt quæstio prima non sit an sit, sed qualis sit, de illis enim non est quæstio an sit.

Aristoteles ergo voluit incipere à quęstionibus quæ nobis occurrũt primò, de his enim quæ à sensu remota sunt petimus, an sint, & hæc posterius cognoscũtur, & hoc indicat Arist. dicens, quædã alio modo cognoscuntur, & assignat exempla de remotis à sensu.

Dubiũ Solutio. ordo q̃stionum Dices, nonne quæstio quid est, fit de sensibilibus? Dico fieri quidem, tamen quia est simplex, & coniuncta cum an sit postposita est, sicut an sit: hinc habes & si de eadẽ re istæ quæstiones fiant, ordine hoc procedere debent, vt prima an sit, secũda quid sit, tertia, qualis, quarta propter quid sit. quando eadem re fiunt.

¶ Secundum Dubium de numero quæstionum.

DVbitabis secundo de numero quæstionũ, nam videtur esse plures, cũ sint quatuor genera problematũ. 1. Topic. Simp. tradidit hanc sufficientiã harum quæstionum: omnis quæstio aut fit essentiæ, aut causæ: si essentiæ, aut essẽtiæ simplicis, & est an sit, aut compositę & est qualis res sit: si causæ, aut simplicis, & est quid est, aut compositę rei, & est propter quid. Argum. cont. Sufficiẽtia harũ quatuor quæst.

Possumus nos etiã aliter dicere, nã in scientijs hæc sunt, aut subiecta, aut passiões, aut causæ de subiecto est quid, de passione quale, de causa ꝓpter quid, & quia subiectũ non habet, quid, nec reliqua faciunt quale aut propter quid nisi entia sint, ante omnia petitur, an sit.

Et aduerte ꝓ hic de quęstionibus rerum est sermo, nam ante omnia supponenda est vocabulorum significatio.

Ad dubium igitur respondetur, tantũ has esse quæstiones, nã quãuis illa sint quatuor problematum genera, id est, secundũ formam logicã considerando, secundũ quam aliud prædicatũ est genus aliud proprium: tamen secundum rem sub prima quæstione sunt: & ita respondet Themist hoc secundo capite, & idẽ D. Thom. & Auerr. & Philopo. Soluit dubium.

Tertium dubium de diuersitate quæstionum.

DVbitabis de diuersitate harũ, dico esse duplex discrimen: alteuũ, duæ vltimę sunt simplices quę priores cõpositę: alterũ duæ, scilicet an est, & qualis est, sunt ꝓsuppositæ & antecedentes, nã ante est, est ante qd est, qualis est, ante propter quid, reliquæ duæ consequẽtes & præsupponẽtes: propter quid præsupponit quale, & quid præsupponit an est, quamuis in eadem re tres præsupponant an est, & compositæ simplices.

Quod

¶ Quod omnis quæstio sit medij. Cap. II.

TEXT. QVærimus autem, cum quærimus, quod, aut si est simpliciter, an est medũ ipsius, aut non est? quãdo aut cognoscentes, aut quod, aut si est aut ꝓ in parte, aut simpliciter, rursus ipsum propter quid quærimus, aut quid est, & quærimus quid est medium.

2. Dico autem quod, aut si est in parte, & simpliciter, in parte quidem an deficit Luna, aut augetur? si enim est aliquid, aut non est aliquid in talibus quærimus, simpliciter verò si est, aut non tunc est Luna, aut nox.

3. Contingit itaque in omnibus quæstionibus quęrere, aut si est medium, aut quid est mediũ, causa enim est medium: in omnibus nanque hoc quæritur, an ne deficit? an ne est alia qua causa, aut non? post hæc, cùm cognouerimus, quod est aliqua, quid igitur est hæc quærimus.

Causa enim est quod sit non hoc, aut illud sed simpliciter substantia; aut non simpliciter, sed aliquid eorum, quæ per se, aut secundum accidens sunt, mediũ est: dico autem simpliciter quidem subiectum, vt Lunam, aut terram, aut Solem, aut triangulum, ipsum verò quid defectum, æqualitatem, inæqualitatem si in medio, aut non: in omnibus nãque his manifestum est, quod idem, est quid est, & propter quid est.

4. Quid est defectus? priuatio luminis à Luna propter terræ obstructionem, propter quid est defectus? aut propter quid deficit Luna? eo quod deficit lumen terra obstructa. Quid est consonantia? ratio numerorum in acuto & graui, propter quid consonat acutum graui? eo quod rationem habent numerorum acutum & graue, nunquid est consonare acutum & graue? nunquid est in numeris ratio ipsorum? cum autem acceperimus, quod est, quæ igitur est ratio, quærimus.

Quod autem est medij quæstio, significant quorumcunq; mediũ est sensibile quærimus enim cũ non sentimus, veluti de eclypsi est, aut nõ, si verò essemus supra Lunã, non vt q; quæreremus neq; si sit, neq; propter qd, sed simul vtiq; manifestũ esset: ex eo enim quod sentitur, & vniuersale nobis factum est scire, sensus namq; est, quod nunc obstruitur, manifestũ enim est quod nũc deficit: ex hoc autem factum vtiq; fuit vniuersale. 5.

Quemadmodum igitur dicimus, quid est scire, idẽ est, & propter quid est hoc verò simpliciter & non existentium alicui, aut inexistẽtium, vt quod duo recti sunt aut ꝓ maius, aut minus est. Quod igitur omnia quæ quæruntur, est medij quæstio planum. 6.

¶ Quærimus autem, cum quærimus, quia est, &c. 1.

NVmero quæstionũ exposito, omnẽ quæstionẽ medij esse cõtẽdit, idq; tripliciter ostẽdit, primo inductiõe quadã per ipsas quæstiones, vt notat Simp. nam in quæstione qualis res sit, ibi quæ causa sit petimus, in quæstione vero an sit simpliciter, causam etiam petimus, in reliquis duabus notum id est. Aristot. intẽtio.

Circa hoc aduerte, mediũ vocari causam, per quã aliquid alteri competere, vel non cõpetere probatur, hæc autem in omni quæstione petitur, sed non eodem modo, nam in quæstione, quid sit, peto causam, id est, naturã rei, quæ est in potentia medium, vt notat benè Eustr. qui enim petit naturã rei, petit medium in potentia ad probandũ aliquid de ipsa re, vt per definitionem hominis probamus de ipso risibile: vel ad probãdam ipsam rem de alio, vt per definitionẽ eclipsis ipsam de luna probamus: dicitur autem mediũ in potentia quia id quod petimus nõ assumitur pro medio ad probandũ ipsam rẽ esse, non enim vt dicit Eustrat. ꝓ animal rationale demonstratur hominẽ esse, cum nõ sit demonstratio, animal rationale est homo est animal rationale, ergo homo est sed dicitur Quid vocet Arist. medium Pri. not. Definitio cur medium dicat in potẽtia.

dicitur definitio medium, quia potest assumi ad probandum aliquid de ipsa re, vel ipsam de aliquo.

Quęstio quid, & propter quid formaliter quęrere causam.

In quæstione verò propter quid, petocausam, quę est mediũ actu, nempe quę assumitur ad probãdum id de quo petitur, tamen in vtraq; tam quid est, quàm ,ppter quid est quæstione, petitur distinctè & formaliter causa nõ sic in alijsquęstionibus duabus, nam an sit cõfusè petit causam & similiter qualis res sit.

2. Nota.

Pro quo aduerte secundo, quòd cum petitur an res sit, non petitur aliud re, quàm per quid est, nã dicere an sit, & q; sit res, est asserere esse aliquam naturãvnam ex his, quæ in prædicamẽtis sunt sed confusè & vniuersaliter: cũ verò petitur, quid est, petere quæ res sit illa in particulari & distinctè, vnde non differunt in quæsito quantum ad rem, sed quantum ad rationem & modum, an sit & quid sit.

Quęstio nẽ an sit & qd sit idẽ reipsi, diuerso autẽ modo q̃rere.

Quęstio qualis res sit, & propter qd, recõueniunt modo autẽ distinguũtur.

Idem dicendum de alijs duabus: petere enim, qualis sit, id est, an sol deficiat, est petere an sit aliquod mediũ, sed hoc virtualiter, & in cõfuso petitur: postea in particulari petitur ,ppter quod medium sit: nam re vera qui quærit, mediũ petit quo cognoscat, cum quæsitum sit dubitabile, & dubitabile sine medio nõ cognoscatur.

Ex quibus fit, cum an sit, qa sit, & realiter idẽ petant, quod quid est, & propter quid est, atque hę duæ petãt causam, & medium, quòd omnis quæstio est medij & causæ virtualiter, aut formaliter.

3. Dico autem quia est, aut si est, &c.

Præcedentes terminos explicat, qui sunt isti, an sit in parte, an sit simpliciter qa est in parte, qu a est simpliciter. Per an sit in parte, vel qa est in parte intelligit quæstionẽ cõpositam ex prædicato tertio adiacẽte, vt an luna deficiat. Per an sit simpliciter, vel qa est simpliciter intelligit simplicem quæstionem de se cũ adiacẽte, vt an luna sit, an nox sit, ex quibus omnibus concludit intentũ, omnẽ scilicet quæstionem esse medij.

¶ Causa enim est medium, &c.

Iuxta Eustrat. & Simpl. & alios idem iterum probat ratione syllogistica, quę talis est, causa quæritur in omni quæstione, mediũ est causa, medium ergo quęritur in omni quæstione: maiorem probat exemplo in quæstione qualis res est q enim dicit an luna deficiat, petit, virtualiter tamẽ, an sit huius aliqua causa quam postea distinctam petit, cum propter quid quærit, minorem probat, nã causa quæ est ipsius esse non huius aut illius, sed simpliciter substãtiæ, aut causa eorũ quę sunt per se vel secundũ accidens, mediũ est: sensus est, vt quidã volunt, causa esse non hoc vel hoc, sed simpliciter, id est, causa esse simplicis de se cũdo adiacente, & esse aliquid eorum quæ sunt per se, id est, causa esse compositi, vt dictum est, ita exponit Aegid. & Phil. At verò Eustrat. sic exponit, causa subiecti, quod vocat substantiã, aut causa ipsius prædicati medium est, quod postea exemplis explicat, quorum aliqua sunt subiecta, aliqua prædicata.

Explicatio auc.

Ista est cõmunis loci explicatio, quã uis iudicio meo, videatur magis forsan ad rem dicendum, non solum Aristinte dere idem quod in ratione precedenti, sed ostẽdere, q; omnis quæstio est ipsius quid est hoc autem probat monstrãdo propter quid, quod in quęstione cõposita petitur esse idem, quod quid est, nã quid est passionis aut subiecti est ipsum propter quid & medium.

Vnde quãdo quid, & propter quid vocat idẽ, intelligit: vt dicit Eustr. esse idẽ subiecto, nõ ratione, nã eadẽ definitio subiecti, vel passionis, quę dicitur quid, est etiã propter quid, sed est quid respectu solius ipsius, cuius definitio est, est propter quid, vt id cuius est definitio: sic ipsam de alio probamus, vel per eã de ipso aliquid probatur: atque ita dicit Philoponus.

4. ¶ Et qd est defectus? priuatio luminis.

Exemplis explicat re idẽ esse, & quid & propter quid, cũ id, quod est qd vnius extremi

extremi, sit propter quid etiã in demõstratione, primum exemplum, si petas, quid est eclypsis? dicitur est priuatio luminis ex obiectione terrę: si verò petas, propter quid luna patiatur eclypsim, idem respondebitur, propter obiectionem terræ priuantẽ lumen ipsius.

Alterũ exemplũ, quid est consonantia? dicetur proportio ratiõalis, seu numerica acuti & grauis: si rursus petas, propter quid acutũ & graue consonãt? rndebitur per idem, quia rationalẽ habent proportionẽ: postea subiungit, cũ quærimus vtrum graue & acutum consonent, ibi vtrũ proportionẽ numerorum habeãt quærimus, virtualitertũ, nam cõcesso q; consonent, statim distinctè quænam sit illa ratio & proportio quærimus, cũ quærimus propter quid consonent, vt dictum est superius.

5. ¶ Quod autem sit medij quæstio, &c.

Tertio probat omnem quæstionem esse medij ex sensu ipso, cum res sensibiles sunt, ratio autem ista est, viso medio cessat ois quęstio, ergo signum est omnẽ quæstionem esse medij: antecedẽs patet, si aliquis nõ videt eclypsim, dubitat an sit, quid sit, & reliqua, at si super lunã cõstitueretur, & videret terræ obiectionẽ, oia ista cognosceret, ergo cognitione medij cessat omnis quæstio, tunc enim videret priuationẽ luminis lunæ ex obiectione terrę, & sic quid eclypsis, & q; lunæ insit, & propter quid cognosceret. At posses obijcere Arist. nã sentire nõ est scire, vt dictũ est lib 1. c. 24. rndet huic, verũ esse q; sentire non est scire, sed ex sensu sumimus scientiã abstrahẽdo vniuersale à singulari, & ita talis sensatio nõ esset scientia sed ex illa fieret scientia in intellectu.

Obiectio

Dilutio.

¶ Sicut igitur diximus, &c.

6. Cõcludit idem esse quid, & propter quid siue sit in quæstione simplici, siue in cõposita, vt aliqui exponũt illa verba, (ad secundũ Eustra.) sensus est, idẽ esse quid, & propter quid, siue subiecti, quòd vocat esse simpliciter, siue passionis, cuius exempla ponit: tandem concludit ex his omnibus omnem quæstionem esse medij, vt explicatum est.

¶ Primũ dubiũ de quęstione an est, &c.

Argum. in cõtra. 1.

Dubitatur, quomodo demonstretur rem esse, vt Deũ esse, Angelũ esse naturali via: ratio dubij est, nã demõstratio supponit suũ subiectum esse, nõ ergo demõstrare poterit rem esse: præterea quia cũ tale subiectũ debeat in minori poni, petetur principiũ, dũ supponimus esse q; probandum erat esse. In primis aduerte qũ petimus an res, sit, non petimus actualẽ rei essentiam, sed aptitudinẽ ita, vt res dicatur esse, quę in suis causis existit, & sunt in rerũ natura principia illius ,pductiua. Circa dubiũ verò Phil. dicit hic per definitionẽ probari rem esse, quã etiã opinionẽ sectantur doctores Parienses dicentes sic hominẽ esse demonstrari, omne animal rationale est, homo est animal rationale, ergo homo est, Eustra. verò docet hanc rationem positam nullam esse, cum principium petat.

2.

1. Fũda. an res sic q̃stionẽ nõ petere rei actualem sed aptitudinẽ.

Quatuor generamediorũ ad ,pbandum rẽ esse.

At verò diligẽter aduerte quatuor esse genera mediorũ ad probandũ rem esse, primũ effectus sicut per visibiles effectũ indagamus, ea quæ nõ videmus. Alterũ est causa finalis, per finẽ enim probamus ea esse, quæ sunt ad finẽ, vt probamus cibum esse vbiq; animalibus, quia viuunt, tertiũ est materialis causa, quartũ efficiẽs, vt probamus pluuias esse, quia vapores ascendẽtes sunt, quæ sunt earũ materia: probamus tonitrua esse, quia extinctio ignis in nube est, quæ est causa efficiens, at per formã rei non demonstratur, quia cum sit eadem cũ natura rei, & simul existat, petitur principiũ dum eam sumimus ad probãdũ, cum igitur à singulis causarum generibus singula sumantur definitionũ genera, poterit mediũ demonstrandæ rei esse definitio aliqua, sed non formalis, qualis est illa, quę per genus & differentiã datur quã aliqui identicã vocant, & in hoc benè dixit Eustra.

Rẽ esse per formalem causam non demõstrari.

Dices,

obiectio Solutio.

Dices, quo syllogismo rem esse demõstrabitur? dico, & aduerte, quod sicut quęstio quid est, pręsupponit an est, ita an est, pręsupponit quid nomen significet vt dicit Lyncon.

Nota. 1. significatione vocabuli esse sumendã, antequã medium aliquod petatur.

Ante omnia igitur, & antequam me diũ aliquod petatur, est sumenda significatio vocabuli, quã tenetur dare qui negat rem esse, & tunc poterimus syllogismo hypothetico probare sic, si ignis extinctio in nube est, tonitrua sunt, sed extinctio est, ergo tonitrua sunt: est enim primo petẽda omnis significatio illiꝰ, quã illã esse cõstet: similiter q̃ petit an Deus sit, interrogetur quid per Deum intelligat, dicet substantiã primã mouentem & gubernante omnia: tunc, si motus est, Deus est, sed est motus, ergo est Deus, similiter negatiuè, quid intelligitur per vacuũ, dicet locus carẽs corpore, tũc, si locus careret corpore, motus esset in instãti, sed hoc nõ est, ergo vacuũ nõ est, & sic per omnia media supradicta procedet demõstratio: potest etiã fieri demõstratio ostensiua, scilicet, fiunt ex vaporibus pluuiæ sed sunt vapores, ergo & pluuiæ.

Nota 2. In quæstione an sit, cõplexum virtute quęstionem continet.

Quod si aliud in hoc præter hæc desideras, aduerte in qualibet quęstione an sit, esse virtualiter vnam complexã de vno concesso, & de altero quæsito, vt si dicas an Angelus sit, sensus est an substantia immaterialis sit: datur substantia, & dubitat an ei insit immateriale, an vacuũ sit, id est, an locus carens corpore sit: datur locus, petitur an careat corpore, & vniuersaliter in quocunque semper est vnum datum, alterum non concessum sed quæsitum. Quoties ergo talis quæstio affirmatiua vel negatiua simplex proponitur, reducatur ad complexam, & illã demonstrantes demõstrabimus rem esse, & sic omnis demonstratio suppo it subiectum esse, nam in quæstione an sit, demonstratio supponit illud subiectum esse quod virtualiter datũ est absq; petitione principij: hæc multum obserua.

Quęstio an sit, quo demonstretur. Solutio. Arist.

¶ Quòd demonstratio & definitio non sit eiusdem.

Capit. III.

TEXT.

Quomodo autem quod quid est mõstratur, & quis modus reductionis: & quid est definitio, & quorũ, dicamus, cum dubitauerimus primo de ipsis. 1.

Principium verò sit futurorum, q̃ est cõuenientissimũ habitis sermonibus. 2.

Dubitare enim quispiam posset, an ne est idem & secundum idẽ definitione scire & demonstratione? An impossibile: definitio namque ipsius quid est esse videtur, quid est autem omne, vniuersale & prædicatiuum: syllogismi verò sunt, hi quidem priuatiui, illi autem non vniuersales: veluti qui quidem in secunda figura, priuatiui omnes, qui verò in tertia, non vniuersales.

Postea neq; prædicatiuorũ omnium qui sunt in prima figura, est definitio, vt quod omnis triangulus duobus rectis æquales habet. Huius autem ratio quoniam scire, est demõstratiuè demõstrationẽ habere: quare si in talibus est demonstratio, planum quod non esset vtiq; ipsorum & definitio: scire enim posset aliquis & secundum definitionẽ non habens demõstrationem, nihil enim prohibet non simul habere. 3. 4.

Sufficiens autem est fides & ex inductione, nihil enim vnquam definientes nouimus, neque eorum quæ per se insunt, neque accidentum.

Amplis si definitio substãtiæ quædã cognitio est; talia manifestum q̃ non sunt substãtiæ. Quod igitur nõ est definitio oĩs, cuius & demonstratio, planũ. 5. 6

Quid autẽ cuius est definitio, an ne omnis est demonstratio, aut non? Vna quidem ratio, & de hoc eadẽ, vnius enim inquantũ vnu, vna est scientia; quare si quidẽ scire demonstratiuũ est demonstrationem habere, contingeret aliquid impossibile, definitionem, nãque habens sine demonstratione sciet. 7.

Amplius principia demonstrationũ sunt

sunt definitiones, quorũ non esse demõstrationes monstratum est prius, aut erunt principia demonstrabilia, & principiorum principia, & hoc in infinitum prodibit aut primæ definitiones erunt indemonstrabiles. 8.

Sed an ne non omnis eiusdem, sed alicuius eiusdem est definitio & demõstratio, an impossibile sit? non.n. est demonstratio cuius definitio, definitio nãq; ipsius quid est & substãtiæ definitiones verò apparent omnes supponẽtes & accipiẽtes ipsum quid est, vt mathematicæ quid vnitas & impar, & aliæ cõsimiliter.

Amplius omnis demõstratio aliquid de aliquo mõstrat, vt q̃ est, aut non est, in definitione verò nihil alterũ de altero prædicatur, quẽadmodum, neq; animal de bipede, neq; hoc de animali, neque vtique de plano figura, nõ enim est planum figura, neq; figura planum.

Amplius alterum est quid est, & quod est monstrare: definitio nanq; quid est significat, demonstratio autẽ, quod aut est hoc de hoc, aut non est. 9.

Alterius verò altera demonstratio nisi tanquã pars sit aliqua totius (hoc aũt dico, quoniã mõstratũ est ęquicrus duobus rectis æquales habere, si omnis triãgulus mõstratus fuit) pars.n. hoc, illud verò totã est: hęc aũt ad se inuicẽ non habent sic ipsum quod est, & quid est, non enim est alterius alterum pars. 10.

Manifestũ igitur quod neq; cuius definitio huius omnis demõstratio: neq; cuius demõstratio, huius omnis definitio quare omninò eiusdẽ nullius cõtingit ambo habere. Manifestũ igitur est, q̃ neq; definitio & demonstratio, neq; idẽ esse posunt: neq; alterũ in altero, subiecta etenim cõsimiliter vtiq; se haberẽt. Hæc itaq; hucusque dubitata sint.

1. Quęstio Arist. & de quibus agit.

¶ Quomodo autem quod quid est, &c.

Cum idem quid & propter quid esse docuisset, posset aliquid videri idẽ esse definibile, cuius est quid, & demonstrabile, cuius est propter quid: ob id ad hoc diſsuadendum hoc capite id non esse probat, atque sic Simpli. huius capitis reddit rationem.

Quatuor igitur proponit tractãda in sequẽtibus. Primũ quomodo quod quid est, id est, ipsa rei natura ostẽdatur de re cuiꝰ est. Alterũ, quis modus inductionis, id est, reductionis definitiõis ad demonstrationem. Tertiũ quid definitio, an sit demonstratio, an aliud quid. Vltimum, quorum sit definitio.

Dicit autem sumendum esse principium, quod sit accõmodatũ rationibus habitis: exponit Philop. & Auer. per rationes habitas, ea quæ proximè dicẽtur de definitione, nẽpè tria prima ex his quatuor, nam incipit à quarto, vt dicit Simp. per habitas etiam rationes intelligit Phil. ea quæ dicta sunt, nẽpè quid & propter quid esse eadem.

¶ Dubitabit autem aliquis, &c. 2.

Circa quartum propositum tres mouet quęstiones, quarũ prima est, vtrum idem, & secundum idem, quod demonstratione cognoscitur, etiã definitione cognoscatur, id est, an omne demõstrabile sit definibile: & dicit secundũ idem nam vt notãt Themist. & Philop. de eodem subiecto potest esse definitio & demonstratio, nam de homine, qui definitur, demõstratur risibile, sed non secũdum idem: nam homo secundum se definitur, at de eo passiones demõstrãtur. 1. quæs.

Incipit igitur argumentari probando nõ esse idẽ, sic, definibile est vniuersale & affirmatiuum, at q̃ syllogizatur, non omne est vniuersale & affirmatiũ, nã in secunda figura nõ affirmatiũ, in tertia non vniuersale cõcluditur, ergo nõ omne quod est syllogizabile, est definibile. Aduerte, quòd quid est, vocare vniuersale affirmatiuum, non quod sit propositio secũdũ se, sed quod cum eo cuius est quodquid, fac at vniuersalem & affirmatiuam propositionem. 1. argu.

¶ Postea neque eorũ quæ est in prima posset quis obijcere, saltẽ demonstrabile affirmatiũ in prima figura, erit definibile, vt q̃ omnis triangulus habet 2. Obiect.

tres

tres angulos æquales duobus rectis: cõtra hoc replicat, nã demõstrabile scire est eius habere scientiam, si ergo per definitionẽ scire etiã potest, cũ definitio possit esse sine demõstratione, erit scientia demonstrabilis ipsius, & non per demonstrationem, quod est incõueniens.

¶Sufficit autem fides, &c.

4. Argumentum secundum est ex inductione, ea enim quæ alteri insunt, siue per se, siue per accidẽs, nõ cognoscimus
8. argu. definitione, sed demonstratione & syllogismo, vt inducẽdo patet: vocat autem ea quæ per se, aut per accidens insunt propositiones ipsas, in quibus vnum alteri inest, propositionum autem non est definitio, sed simplicium.

5. ¶Amplius si definitio substantiæ est.
9. argu. Tertio idem probat, definitio est substantiæ, non autẽ demõstratio, ergo demõstrabile nõ est definibile: per substãtiam non solũ intelligas id quod nõ est accidens, sed quamcunq; simplicẽ essẽtiam & naturam, siue sit substantia, siue accidens: vt notat Philop. essentiam enim rei definitione, cui verò passiones demonstratione de ipsa cognoscimus.

6. ¶Quid autem cuius est definitio, &c.
10. quæs. Proponit alterã quæstionẽ, an omne definibile sit demõstrabile, dato etiam, q̃ non omne demõstrabile est definibile & probat nõ omne definibile esse demonstrabile, atq; dicit vnam rationem præcedentẽ esse etiam pro hac quæstione, nẽpè si definibile est demonstrabile accideret quod sine demõstratione haberemus scientiam demõstrabilis, hoc autem impossibile est, cum vnius secundum quod vnum est, vna sit scientia, nẽpè aut per definitionem, aut per demõstrationem: dicit vnius secundum vnũ, quia vti diximus, de vno possũt esse definitio & demonstratio, & variæ scientiæ secundum diuersa de illo considerata, sed secundum idem fieri non potest.

¶Amplius principia demõstrationum.

7 Altera ratio est talis quę in sensu causali debet intelligi vt beuè exponit Themist. sic: principiorum sunt definitiones sed non demonstrationes, ergo nõ omne definibile est demonstrabile, sed aliquod erit primũ & immediatũ: antecedẽs, pro priori parte, patet: nã subiectorum sunt definitiones, non tamen omnium demonstrationes, sunt autem subiecta demonstrationum principia, vt dicitur. 1. Post. ca. 25. pro posteriore parte probatur, nam alioqui demõstrationes in infinitũ procederent, si semper principia demonstrabilia essent.

8. ¶Sed vtrum sit non omnium, &c.
3. quæs. Quæstio tertia est, an saltẽ alicuius definibilis sit demonstratio, & argumẽtatur quod non, primo, omnis definitio est substantia, at demõstrationes supponunt quid est, & passiones demonstrãt, non ergo vllum definibile est demõstrabile: secundo, demonstratio demõstrat aliquid esse, vel non esse, quod in prędicatione fit, at definitio hoc non ostẽdit, non enim definito vnam partẽ de altera ꝑdicat, vt rationale de animali, nec de plano figura. Hic attende, ne decipiaris nõ negatur quod partes definitionis ad inuicem possint prædicari, sed q̃ in definitione non prędicẽtur, nõ enim contingit prædicari nisi in propositione, at definitio nõ est propositio: tertio idem probat ex diuersitate quæstionũ, ex quibus colligitur diuersitas scibiliũ est autem alia quæstio quid, altera quia est, illa definitione, hæc demonstratione terminatur.

Partes definitionis in ipsa definitione de semutuo non prædicari.

¶Altetius autem altera, &c.

9. Posset quis dicere, quamuis quid & quia non sint idẽ poterit tamen esse demonstratio vna vtriusq; & vna ostendendi via: sicut vna est demonstratio trianguli quod habeat tres angulos, similiter & Isoschelis: ita pariter de cõposito quia & de simplici quid est: respondet id esse, cum se habent sicut species & genus, quæ vocat partem & totum, non autem fieri se habent id cuius est definitio, & id cuius est demonstratio.

¶Manifestum itaque, &c.

Con-

Concludit tandem quæstiones quas disputauit epilogando, & similiter docet cõsequenter nec definitionem esse demonstrationem, nec vnam alterius speciem, cùm non sic se habeant definibilia & demonstrabilia.

¶Syllogismo duplicãte, similiter & per diuisionẽ confecto, non demonstrari quid est de eo cuius est.

TEXT. Cap. IIII.

1. IPsius verò quid est, est ne syllogismus & demõstratio, aut non est quemadmodum nunc ratio suppoſuit?

2. Syllogismus enim aliquid de aliquo monstrat per mediũ, ipsum verò quid est, & proprium est, & in eo q̃ quid est prædicatur, hæc autem necesse est conuerti. Si enim A ipsi C proprium est, planum, q̃ & ipsi B, & hoc ipsi C: quare omnia ad inuicem, verum enim uero & si A in eo q̃ quid est inest omni B & vniuersaliter B de omni C in eo q̃ quid est dicitur, necesse & A in eo quod quid est de C dici: si verò non sic aliquis accipiet duplicans, nõ necesse erit A de C prædicari in eo q̃ quid est: sed si A quidem de B in eo q̃ quid est, ipsum verò B non de quibuscunque in eo quod quid est, ipsum autem quid est ambo eadem habebunt: erit igitur & B. de C quod quid est.

3. Si itaq; ipsum quid est & ipsum quid erat esse ambo habẽt, in medio termino erit prius ipsum quid erat esse. Et omninò, si est mõstrare, quid est homo sit C homo A: verò quid est, siue animal bipes, siue aliud quid: si itaq; syllogizabitur, necesse est A de B omni prędicari, huius autem erit alia ratio media, quare & hoc erit, quid est homo: accipit igitur quod oportet monstrare, nanque & B est quid est homo. Oportet autẽ in duabus propositionibus & primis & immediatis cõsiderare, maximè enim manifestum, q̃ dicitur fit.

2. Priorum ca. 21.

4. Qui igitur monstrant per id quod conuertitur, quid est anima, aut quidem homo, aut aliud quodcunque entiũ, q̃ ex principio est petunt: quemadmodum, si aliquis existimaret & animã esse idem sibiipsi causam viuendi, hoc autem numerum ipsum seipsum mouẽtem: necesse est enim petere animam, quod numerum esse ipsum seipsum mouentem sic, vt idem existere.

Nõ enim si A sequitur B, & hoc C erit A q̃ quid erat esse ipsius C sed verũ erat dicere, erit† solum, neq; si est A q̃ quid est, & de B prædicatur omni, hoc enim, q̃ est animali esse prædicatur de eo, q̃ est homini esse: verum enim est omne homini esse animali esse, quẽadmodum & omnẽ hominẽ animal esse, sed nõ sic vt vnũ sit. Si igitur non sic acceperit, nõ syllogizabitur, q̃ A, & ipsi C q̃ quid erat esse: & substãtia: si verò ita acceperit, prij erit acceptũ C q̃ quid erat esse ipsij B quare nõ demonstratũ fuit, hoc. n. in principio accepit.

† Al. l. solum.

¶Ipsius autem quid est, &c.

1. Intẽtio. Aristo. IN hoc capite incipit quæstionẽ primã ex quatuor pręcedẽtibus discutere, quo modo nẽpè quid est possit ostẽdi de eo, cui est quid est: intelligit aũt per quid est naturã & essentiã rei, quæ definitione essentiali explicatur, & dubitatur qua via hoc quid est ostẽdamus esse quid est talis rei, inquit, aũt q̃ rationes præcedẽtis capitis videtur suppoſuisse hoc nõ posse ostẽdi, q̃ dictũ est definibile nullũ esse demõstrabile.

¶Syllogismus enim aliquid, &c.

2. Incipit probare quod syllogismo nõ possit monstrari, ac supponit primo syllogismum omnem probare aliquid de aliquo per medium.

Supponit secundo, quid est esse proprium rei, & eiusdem prædicatũ quidditatiuum, proprium ad differentiam generis, quidditatiuum ad differentiã accidentis proprij, hęc enim duo insunt definitioni.

Tertio supponit, quod cũ quid cõuertatur cum eo cuius est quid, debet syllogizari per mediũ etiã conuertibile.

ita

Universidad de Deusto Biblioteca

itavt oēs tres termini sint cōuertibiles cū enim conclusio vniuersalis est ex cōuertibilibus, & mediū erit pariter conuertibile, vt in literis explicat Arist,

Supponit quarto si debet concludi aliquid tanquā quid est dere, oportere vt vtraq; prēmissa sit secūdum quid est vt si A probandum est esse quid de C, oportet vt A de B, & B de C, sit in quid est, & dat huius rationem, nam nisi sic præmissæ sumantur, nō erit necesse cōclusionem esse in quid est, quasi dicat poterimus quidem cōcludere quid est per præmissas, quæ non sint secundum quid est, sed tales non ostendent necessario conclusionem esse secūdum quid est, nisi sic etiam sumantur.

Dubiū. Circa hoc suppositum est dubium, an hoc sit intelligendum quod expresse ponatur illa reduplicatio in quid, dicendo, omne B est A in quod quid, est omne C est B, etiā in quod qd, ergo omne C est A in quod quid: ita volūt multi, inter quos est Albert. Aegid. & talē vocant syllogismum duplantem, & qui dem est probabilis opinio, mihi tamen magis placet in hoc Caie. sentētia, qui dicit non fieri hanc duplicationem addendo illam particulam, sed re ipsa sumendo tales propositiones, nam sicut demonstratio debet procedere ex causis, & ex necessarijs, immediatis & reliquis, tū non est addēda particula quę hoc dicat, ita similiter est hic intelligēdus Arist. nempè vt tales propositiōes sumantur, quæ sint in quod quid est.

Solutio. Nota literam sic (sed si A de B in eo quod quid est, non autem B in quocū que in eo quod quid est) id est, si maior in quid non autem minor adde tu, non sequetur conclusio in eo quod quid est (ipsum autem quid est vtraque) id est, si vtraque est in eo quod quid est, non solùm maior, sed C B minor, tunc conclusio erit in quid.

¶ Si igitur quod quid est, & quid erat esse, &c.

Cōcludit ex suppositis in tali syllogismo peti principium in medio termino, id est, in minori, vt dicit Them. in qua mediū de subiecto cōclusionis prędicatur, quod medium cū sit quid est ipsius subiecti, petitur principium, vnū enim est quid & essentia rei vnię. licet varijs possit vocibus explicari: ob id talis essentia, quæ erat probāda, petitur, in minori: quod sit manifestum si sumamus duas propositiones immediatas, id est, in quibus quid est semper prædicetur, & in minori & in maiori.

Nota. Definitiōes esse causas dictas quid est predicat. Hic aduerte, quod non loquitur de definitione quę per causas externas datur, hæ enim non dicunt quid, sed propter quid rei tantum: sermo autem est de quid est, & de definitione explicante tale quid, & in his procedendo principium petitur vt dictū est, & hoc nota.

¶ Per conuersionem igitur &c.

Reijcit opinionē eorū, q per duas [illegible] finitiones quid est dicētes existimabā se demōstrare posse quid est, nēpè vnā per alterā, vt de anima sumebant esse id quòd à se vitam habet, similiter esse numerū se ipsum mouentē, quæ cōuertuntur inter se, & quid anima dicūt, & per vnā alterā probabant. Contra hos Arist. dicit sic etiā peti principiū, nam vnā illarū oportet petere in præmissis de subiecto, non.n sufficit q; præmissæ sint essentiales, nā etiā genus essentiale est subiecto, sed debēt esse sicut definitio & definitū, quæ vnū esse sunt, sive rò nō sic sint, non concludentur quid, si aūt sint sic petetur iā in præmissis quid vnū ipsius animæ: nota similiter hic agi de definitionibus quæ dicunt quid.

¶ Quod via diuisionis non possit demonstrari quid est, &c.

Capitul. V. TEXT. 1.

VErum enimuero neque per diuisiones via syllogizat, quemadmodum in resolutione circa figuras dictū est, nusquam enim necessarium fit rem illam esse, cū hæc sint, sed quemadmodū neq; inducens demōstrat, non enim oportet conclusionem interrogare, neque in eo quod datur esse, sed necesse est esse illis existentibus.

2. Etenim si dixerit rūdens, An ne homo animal, aut inanimatum, postea accipiat animal, non syllogizatū fuit, rursus omne animal, aut pedestre, aut aquaticū, accipiat pedestre, & hominem esse totū animal pedestre, non necesse est ex dictis sed accipit & hoc: differt autē nihil in multis aut paucis ita facere idē enim est. ¶ Nō syllogisticus igitur vsus fit ita progrediētibus, & ad ea quę contingit syllogizari, quid enim prohibet hoc verum quidem esse omne de homine, non tamē quid est, neq; quod quid erat esse significans?

4. Amplius quid ꝓhibet, aut addere aliquid, aut auferre, aut supergredi substātias? hæc igitur præmittātur quidē.

5. Contingit aūt soluere, si quis accipit ea, quæ sunt in ipso quid est, oīa, & cōsequens diuisione faciat petens primū, & nihil derelinquat, hoc aūt necessariū est, si omne in diuisionem cadit, & nihil deficit, hoc aūt necessarium, indiuiduū enim iam oportet esse. Sed syllogismū non est, sed siquidem alio modo cognoscere facit, hoc quidē nihil absurdū fuit: neq; enim inducens fortè demonstrat, sed tamen ostendit aliquid.

6. Syllogismū verò nō dicit ex diuisione dicēs definitionē, quemadmodū enim in cōclusionibus, quæ sunt sine medijs, siquis dicat, q; his existētibus necesse est hoc esse, cōtingit interrogare ꝓpter quid, ita & in diuisiuis definitionibus, q d est homo? animal mortale, habēs pedes, bipes, sine pēnis ꝓpter quid iuxta vnāquamq; appositionē dicet enim, & mōstrabit diuisione, sicut opinatur, q omne, aut mortale, aut immortale est: talis aūt oratio tota nō est definitio. quare & si demōstrarēt diuisione, nō tū hęc definitio syllogismus efficit.

Intētio Arist. nō ¶ At verò neq; per diuisionem, &c.

PRobat via diuisionis nō posse probari quid est, de quo etiā dictū est lib. 1. Prior. ca. 32. quem librum vocat resolutionē circa figuras, eo q illic syllogismos in tres figuras reducere doceamur. Probat autē primo quod per diuisionem quid est non ostendatur, sic in diuisione nō sequitur necessariò cōclusio ex præmissis positis, sed adhuc oportet petere à respōdente præter prętissas, ergo non est via necessaria qualis debet esse ad probandū quid est, cōclusio enim debet sequi ex præmissis necessariò, & non debet solū habere veritatem ex concessione, sed ex prēmissis, quamuis respondens nihil det.

posse videlicet quid probari via diuisionis.

Nota. In diuisione duplicem esse processum.

Hic aduerte in diuisione, de qua hic est sermo, esse duplicē processū: alter est syllogisticus, in quo subditur diuisum tāquā mediū, & cōiūctū ex partibę est maius extremū, & vna species, minus.

Verbi gratia, omne animal est rationale. l. irrationale, omnis homo est animal, ergo est rationalis, l. irrationalis. Alter processus est enthymematicus, in quo ab vnius. l. plurium partium exclusione proceditur ad alterię affirmationē, nēpe ex cōclusione illata, omnis homo est rationalis, l. irrationalis, nō irrationalis, ergo rationalis: & vterque iste processus diuisio vocāt in præsēti. Vtrū hō est animal, aut inanimatū, &c.

2. Nota. In diuisione duplicem esse conclusionē

Probat in tali conclusionē intētam non sequi, & aduerte q; sunt duæ cōclusiones, altera est ex prædicato cōplexo scilicet omnis homo est rationalis. l. irrationalis, & hęc quidē necessario sequitur ex prēmissis, altera est homo est rationalis, & hæc est intenta, & quæ est in quid est, sed talis nō sequitur ex præmissis nisi accedēte vlterius concessione rūdentis, q; homo non sit irrationalis. Probat igitur Arist. quid petat principium in tribus. Primo in genere, cum enim genus sit pars ipsius q; est probādi, petitur interrogando an homo sit animal, nec ne? nam saltem supremum genus est petendum, cum per diuisionē colligi nequeat, secūdo petit in differētia, quia præter illas præmissas petit

tit sibi dari hominẽ non esse irrationalẽ, similiter supponit nõ esse plures differentias alias, & in hoc similatur inducenti, vt notat S. Tho. qui supponit sic esse in reliquis singularibus, quę nõ inducit, vel illa inducta esse omnia ac ob id non demonstrat: tertio petit sibi dari hominem esse totũ hoc, animal gressibile bipes, absq; vlla coniunctione interposita, hoc enim nõ probat, quãuis singulæ partes per se probarẽtur: quia verò exẽpla posuerat in bimembri diuisione, dicit parũ hoc referre, cum id sequatur in multis, sicut in paucis.

Dubiũ. Dubitabis, quare definitio debet esse cõtinua & nõ interpolata? nota eos dẽ modo se habere cõpositũ metaphysicum q̃ constituitur ex genere & differentia, & cõpositum physicum q̃ componitur ex materia & forma, nã differẽtia est sicut forma, genę vt materia, forma autẽ vtitur materia sine aliquo intermedio, quia materia est quoddã ens imperfectũ & inconsummatũ, perficiendum & consummandum per formam, vnde sicut medietas literę alteri medietati absq; medio copulatur, ita forma materię, & cõsequenter differentia generi: ex quo fit vt nõ dicamus homo est animal & rationale, sed simul animal rationale, quod totũ tale diuisione nullo modo probatur: sed petitur.

Cõpositũ metaphysicũ, & physicum pari ratione se habere.

¶ Non syllogisticus quidem igitur, &c.

3. Concludit diuisionem non concludere quid est syllogizãdo, imò inquit nec ea quæ alias syllogizari possent, per diuisionem syllogizantur, vt quando aliquid accidentale concluditur, cũ semper petatur principium circa numerũ partium diuisi, & in petendo negationẽ aliarũ partium, vt dictum est, q̃ idẽ etiam docuit primo Prior. cap. 33.

¶ Amplius qui prohibet, &c.

4. Altero argumento conatur infringere idẽ nẽpe diuisione concludi quid est argumentũ tale est, diuisioni accidunt aliqua ex quib, nõ potest cõstare quid est, ergo non est via certa & necessaria ad probãdũ quid est, quia fit diuisio generis aliquando per accidẽtia, quæ nõ pertinent ad quid est: aliquando per vltimas differentias præ ermittendo intermedias, & tunc ex tali genere & differentia nõ fit definitio, nõ enim dices homo est viuens rationale, vt dictũ est sexto Topicorũ, quia ablatũ est aliquid hominis substãtiæ, nempe sensibile, aliquando fit nõ peruenendo vsq; ad vltimas differentias, & sic definitio non fiet propria definitio, vt si dicas homo est viuens sensibile, nõ ergo est via apta diuisio ad quid est ostendendũ. Vis argumenti hæc est: diuisio ipsa nõ ostẽdit an differẽtiæ sint accidẽtales an adæquatæ, an vltimæ, nisi aliũde ista probentur, quæ tamen sunt necessaria vt ostẽdatur quid est, non ergo est via apta ad id ostendendum probandum.

¶ Contingit autem soluere, &c.

Posset aliquis dicere argumẽtũ hoc solui, si sumamus diuisionẽ per mẽbra essentialia & cõsequenter se habẽtia, id est, adæquata, & descendẽdo vsq; ad vltimã speciem, in tali enim diuisione quid est ostẽdetur, hoc excludit Arist. dicens, adhuc non syllogizari quid est propter id q̃ dictũ est in argumẽto primo, est tã via quędã bona pro manifestando quid est, sed nõ via syllogistica, sicut inductio manifestat aliquid nẽpe vniuersale, sed non syllogizandi via.

Syllogismũ aũt nõ dixit ex diuisiõe, &c.

Docet per diuisionẽ venantẽ definitionem non syllogizari. & probat sic, illud de quo post rationem factam contingit petere propter quid, non est syllogizatũ, sed de definitione post factã diuisionẽ cõtingit petere propter quid vt propter quid homo est animal rationale bipes, ergo nõ est syllogizata: maior patet in conclusionibus, quæ necessariæ aſserũt: siue aliquo medio probãte, quarũ cõtingit petere propter quid: minor probatur, nã quãuis demus singulas definitionis partes: vt opinio illorũ existimat, diuisione ostendi, tã oratio illa tota ex singulis partibus nõ probatur esse definitio, non ergo definitionis est syllogismus.

Potest esse etiam alius sensus, quod diuisio demonstrat quidem primam cõclusionem, nempe hominem esse rationalem aut irrationalem, animal mortale aut immortale, sed hoc totum non est definitio, sed animal rationale solum, non verò irrationale, hoc verò petitur, non probatur, cum adhuc possit quæri, quare homo tantum irrationalis est.

¶ Disceptatio quod ipsum quid est non mõstretur definitione, neq; definitione contrarij: neq; alio quouis modo.

Caput. VI.

TEXT.

1. Sed an nec est demõstrare ipsum quid est secundum substantiam? ex suppositione autem accipiẽtes ipsum quidẽ quod qd erat esse, hoc, quod est ex proprijs in eo quod quid est, hæc autem in eo quod quid est sola, & propriũ omne: hoc enim est esse illi. Aut rursus accepit quod quid erat esse, & in hoc? necesse enim est per medium monstrare.

2. Amplius quemadmodum neq; in syllogismo accipitur quid est ipsum syllogizare, semper .n. tota aut pars est propositio, ex quibus syllogismus, ita neq; ipsum quod quid erat esse oportet inesse in syllogismo, sed seorsum hoc à positis esse, & ad dubitantem, si syllogizatum est, aut non hoc, occurrendum est quod, hoc enim erat syllogismus, & ad illũ, quod, non ipsum quid erat esse syllogizatum est, quod certe: hoc enim positum fuit nobis ipsum quod quid erat esse: quare necesse est & sine quid est syllogismus, aut ipsius quod quid erat esse syllogizatum fuisse aliquid.

3. Et si ex suppositione monstret, veluti si malo inest diuisibile esse, contrario autem hoc, quod est contrarium inesse quibuscunque est aliquid contrarium: bonum autem malo est contrarium, & indiuisibile diuisibili est igitur bono indiuisibile esse.

Hinc etenim accipiẽs ipsũ quid erat esse monstrat: accipit aũt ad mõstrandũ ipsum quod quid erat esse, alterũ tamẽ sit: in demõstrationibus nanq; quod est hoc de hoc, sed non ipsum, neque cuius eandem est ratio, & conuertitur.

4. Ad vtrosq; verò, & ad monstrantem secundũ diuisionem, & ad sil. syllogizãtem, eadem est dubitatio, propter quid homo est aial, bipes, pedestre, sed non animal & pedestre ex ijs enim, quę accipiuntur, nulla necessitas est vnũ fieriq̃ prædicatur, sed quemadmodum homo idem esset & musicus & grammaticus.

¶ Sed vtrum sit demonstrare, &c.

1. Aristot. intẽtio. Pergit adhuc, pbare, quid est ostẽdi nõ posse, & in pręsenti duos excludit ostendendi modos, alter est per definitionem definitionis, alter est per definitionem cõtrarij, quos vocat modos probãdi ex cõditione & suppositione, quia per vnius definitionem probãt alterius definitionem.

Proponit igitur an quid est substantiale probetur: accipiendo quid est ipsius definitionis: nempe oratio quæ soli inest, & in quid prędicatur, & fiat talis discursus, omnis oratio quæ soli inest, & in quid prædicatur, definitio est, animal rationale est huiusmodi, ergo animal rationale est hominis definitio, dicit sic non demõstrari, nam hoc modo etiam petitur principium, nã pro medio sumere oportet definitionẽ de definitio absque probatione. Aliqui dicunt principiũ peti in maiori, sumentes definitionẽ de ipsa definitione, & non probãtes: aliqui dicunt, quod in minori, quia petere, quod animal rationale insit homini soli: & in quid, est petere probandum quod sit definitio, melius dicamus, quod in vtraque petitur principium. Nota.

¶ Amplius sicut nec in syllogismo, &c. 2.

Idem etiam probat alio argumento, sicut enim probantes aliquã conclusionẽ, nẽpe, homo est risibilis, propositio-

nes sumimus vniuersales, quæ dicuntur tota, aut aliquas particulares, quę dicũtur partes, ex quib9 illud probamus, nõ autem sumimus pro prẹmissa definitionem syllogismi, sed si aliquis syllogizam conclusionẽ illam esse negat, tunc definitiõe syllogismi probamus ita nec definitione definitionis oportet probare animal rationale tanquam quid de homine, sed alio principio, quod si negetur definitum esse, tunc definitione definitionis id probare contendimus: argumentum hoc est à simili.

3: ¶ Et si ex conditione monstret, &c.

Alterum modum quid est probandi reijcit, nempe per definitionẽ vnius cõtrarij, vt bonum & malum sunt contraria, mali natura & quid est diuisibile, ergo boni natura & quid est indiuisibile, contrarijs enim cõtraria insunt: sed hic petitur principiũ, nam ad probandũ vnum quid, petit sibi aliud dari. Dices, nònne etiã in syllogismo quouis petimus propositiones ex quibus syllogizanda est conclusio? ad hoc respõdet in syllogismo peti cõclusionis probãdæ propositiones, sed non est æqua sors, & æqualis scientia ac cognitio præmissarum & conclusionis, nec per illã conclusionẽ iterũ præmissæ eodem modo probari possunt: at contrariorum ęqua est scientia & cognitio, & conuertuntur, nã eodem prorsus modo quo vnum per alterum, etiam alterum per alterum contrarium probatur, ob id in his petitur principium, tanquam in simili & pari, non autem in syllogismo.

Obiect.

Solutio.

4. ¶ Ad vtrosque autem, & secundũ, &c.

Concludit argumento communi & via diuisionis, & his vtrisque modis, non posse quid est syllogizari: quia nulla via ostendit quod homo sit animal gressibile bipes, & non gressibile & bipes, sicut dicitur grãmatic9 & musicus, cũ aũt hoc supponatur in his omnibus probãdi modis, null9 eorũ quid est syllogizat absq; principij petitiõe. Capite superiori declarata est ratio huius continuationis.

¶ Epilogo ostendit quid sit non posse monstrari.

CAPVT. VII.

TEXT.

QVomodo igitur definiens monstrabit substantiã, aut ipsum quid est? neque enim sicut demonstrans ex confessis esse manifestũ faciet, quod necesse est illis existentibus alterũ quid esse demõstratio enim hoc est, neq; sicut inducens per singularia cũ manifesta sint quod omne sic est, eo quod nihil aliter est: nõ enim quid est mõstrat, sed quod aut est, aut nõ est, quis igitur alius modus reliquis? non enim mõstrabit vtiq; sensu aut digito. 1.

Amplius quomodo monstrabit quod quid est homo? necesse est enim scientẽ quod quid est homo, aut aliud quodcũque, scire, & quod est, non ens. n. nullus nouit quod est, sed quid quidem significat oratio, aut nomen, cum dixero hircoceruus, quid autem est hircoceruus impossibile est scire. Verum enimuerò, si monstrabit quid est, & quòd est, & quomodo eadẽ ratione monstrabit: definitio. n. vnum quid significat, & demõstratio, quid autem est homo, & esse hominem, aliud est. Postea & per demonstrationem dicimus necessariũ esse mõstrari omne, quod est, nisi substantia sit ipsum verò esse nulli est substantia: nõ enim genus est ipsum ens: demõstratio igitur erit quod est, quod & nunc faciũt scientiæ. Quid enim significat triangulũ, accepit Geometra, quòd autem est monstrat: quid igitur monstrabit definiens quid est, aut triangulũ? sciens igitur aliquis definitione quid est, si est, nõ sciet, sed impossibile est. 2.

Manifestum autem & secundum modos definitionum, qui nunc sunt, quod non monstrant definientes, quod est, nam & si est ex medio æquale, sed propter quid est ipsum definitum, & propter quid hoc est circulus queritur, esset enim & definitionem orichalci dicere esse ipsum, neque enim, quod possibile est 3.

esse quod dicitur, assignant definitiones, neque quod illud est, cuius dicunt esse definitionem, sed semper licet dicere propter quid. 4.

Si igitur definiẽs demonstrat aut qd est, aut quid significat nomẽ (si non est nullo modo ipsius quid est) esset vtiq; definitio oratio idem quod nomen significans: sed absurdum. Primũ quidem enim & non substantiarum esset vtiq; & non entium, significare enim licet & non entia. Amplius omnes orationes definitiones vtiq; essent: esset enim nomen ponere cuicunq; orationi: quare definitiones vtiq; disputaremus omnes & Ilias definitio vtique esset.

Amplius nulla scientia demõstraret vtique, q̃ hoc nomen quid significat, neq; definitiones igitur hoc assignant. Ex his igitur neq; definitio & syllogismus videtur idem ens, neq; eiusdẽ syllogismus & definitio. Ad hęc autem, q̃ definitio nihil demonstrat, neq; monstrat, neq; ipsũ quid est, neq; definitiõe neq; demonstratione est cognoscere.

1. Intẽtio Aristot. hoc cap.

¶ Qualiter igitur definiens, &c.

VElut epilogũ quendam præcedentium faciẽs, probat adhuc quid est non posse vllo modo monstrari, posset enim quis dicere, quid est ostendi per definitionem? vt animal rationale indicat quid hominis, hoc intendit modo reprobare ostendendo quod ipsa definitio, quamuis dicat quid, non tã ostendit, cuiq; sit illud qd. & hoc est institutũ capitis pręsentis. Probat igitur primo sic, si definiens quid est de re ostendit, aut fit ex quibusdam principijs positis aliquid necessario inferendo: & sic non cum iste probandi modus sit syllogisticus & demonstratiuus, aut ex singularibus inferendo totum & vniuersale, eo quod nullum singulare aliter se habet sicut inductio: & sic non, quia tali via probatur tam affirmatio, quàm negatio: at definitio negatio nõ est, imò nec affirmatio, cùm non sit propositio: aut demonstrat sensu, nempè opponendo, & obijciendo sensibus ipsam rem, aut digito monstrando & sic non, hoc enim singularium sensibilium est, nullus verò si perẽt modus, ergo definitio non ostendit quid est de re ipsa.

¶ Amplius quomodo monstrabit.

Secundo idẽ probat, quid est non potest cognosci quin cognoscatur q̃ res est, sed definitio nõ potest ostẽdere de re q̃ sit, ergo nec quid sit, aliter enim posset quis cognoscere quid est res, nõ cognoscendo q̃ esset, q̃ impossibile est. Maiorem explicat docẽdo quod nomẽ significet posse cognosci antequã rem esse cognoscamus, at quid sit siue an sit præsupposito nequit cognosci. 2.

Minorẽ probat primo, definitio, sicut & demõstratio vnũ demonstrat, at quid rei, & esse rei non vnũ sunt, aliud enim est homo, aliud hominis esse, non ergo definitione vtrumque simul notescit.

Secundo probat minorem, definitio rei explicat substantiam, demõstratio verò, quæ substantiam consequuntur, at esse rei non est eius substantia, cùm non sit genus, nec sit differentia, non ergo definitione ostendi potest.

Tertio idem exemplo probat, nam demonstratio accipit quid est pro medio, & rem esse probat, vt quid sit triãgulus supposito, quod sit, demonstrat, non ergo definitio id ostendit.

Nota hic triangulum sumi, vt est passio, & quæ situm: & aduerte istud argumentum, nam ob id concludetur, nunquam cognosci definitionem, quid est rei dicere, nisi in demonstratione, vbi talis res esse probatur per definitionẽ talem mediam vt dicemus. Nota.

Dubitabis, quid sibi vult aliud est homo, aliud hominis esse, q̃ etiã dicitur. 3. animæ. ca. 4. & 1. Met. ca. 5 ex hoc loco Thomistæ colligunt essentiã & existentiam realiter distingui, nam dicũt per hominem substantiã, per esse existentiã intelligi, sed hanc quæstionem determinare non est huius loci: sensus Arist. hic forsan est, aliud essentia rei, Dubiũ. Solutio.

quæ definitur: aliud id, q̃ per talē esse tiam est vt homo est id quod per essentiā eius est, hominis vero esse ipsa essē tia per quam existit: forsan hic est verissimus Aris. sensus, & tunc per esse hominis debemus intelligere naturam in abstracto, puta humanitatē, per ipsum verò hominem naturam in concreto.

Dubi. 2.

Solutio.

Dices tu, in quo distinguūtur homo & humanitas: Dico quod secundū rem homo est humanitas idē dicunt, nam sicut homo dicit substantiam ex materia tali, & rationali anima compositam ita etiam humanitas differunt tamē in modo significādi, nam humanitas dicit naturam per modū formę abstractæ, sicut albedo, at homo naturam eandem per modum existentis per se, sicut album albedinem dicit vt in aliquo receptam.

Humanitatem & hominem ratione inter se distingui.

Homo cur desuppositis dicipositā nō autē humanitas.

Hinc est q̃ homo propter significandi modum includit suppositā, & cum accidentia insint suppositis, homo vt homo, quamuis non includit accidens vllum, cùm sit substantia, tamen non excludit accidētia, ob hæc dicitur Petrus est homo, & homo est albus, homo ambulat: at humanitas, cùm sit secūdum modum formę excludit suppositā & accidentia, ob id nō dicitur Petrus est humanitas, nec humanitas est alba.

Hominē esse compositius humanitate.

Vnde etiam fit, quòd cùm homo non excludat accidentia nec existētiam actualem, humanitas verò excludat, cōpositius dicatur homo, quia habet hoc, nempè non excludere accidentia & existētiam actualem, ac propterea dicitur aliud homo est, aliud hominis esse, puta humanitas, non q̃ alia sit substantia sed quod homini multa ex modo significandi dentur, quæ non conceduntur humanitati tanquam excludente ea à se, sed de his hactenus pro isto loco.

¶ Manifestū est & secūdū nūc modos, &c.

3 Tertio idem inductione per ipsos definitionum modos probat, quod definitio non ostendat quid de re, & sumit definitionem aliquam cōcisis verbis, nempè figura, in cuius medio est punctū, à quo lineę vsq; ad circumferentiā ductę omnes sunt æquales: hæc est definitio circuli, sed non ostendit an circulus sit, siue esse possit, nec ipsa ostēdit cuius sit an sit circuli, an sit alterius cuiusuis, vt montis aerei, cùm adhuc de circulo possit quis petere an sit, & quid sit, nō enim statim definitionibus propositis quorū sint scimus, ergo definitio non ostendit quid est de ipsa re cuius est.

¶ Si ergo definiens monstrabit, &c. 4

Quarto probat definitionem adhuc non ostendere quid est, si enim ostēdit, aut ostendit quid rei, aut quid nominis nō quid rei, vt probatum est, ergo quid nominis, sed hoc dici nō potest, si enim definitiones non nisi quid nominis ostēdunt, sequitur quod definitiones essent non entium: similiter quod omnes orationes essent definitiones, & quod orationibus loquentes, definitionibus loquerēmur: patet, nam singulis orationibus vnicum posset imponi nomen, sicut opus. Homeri dicitur Ilias: & tunc orationes definitiones illius essēt, cū quid significet explicarēt: præterea sequitur quod nulla scientia faceret definitiones nam non est scientiæ vocabulorū significationes explicare, cùm ad placitū sint scientiæ verò sint necessariorum.

Exquibus vniuersalem epilogum colligit, nempè definitionem & demōstrationem nec esse eiusdē, necesse idem, & quid est nullo modo ostendi, nec per ipsammet definitionem: hęc enim omnia disputata sunt.

Dissolutio disceptationis propositę, q̃ ipsū quid est mōstretur per aliud quid est, & quo pacto ipsius quid est fit demonstratio & definitio. TEXT.

Cap. VIII. 1.

ITerum autem considerandū quid horum dicitur benè, & quid nō benè, & quid est definitio, & ipsius quid est nunquid quodam modo est demonstratio & definitio, aut nullo modo. Quoniam autem est (vt diximus) idem scire quid est

est, & scire causam ipsi9 si est. Ratio autem huius quod est aliqua causa, & hæc aut eadem, aut alia, & si sit alia, aut demonstrabilis, aut indemonstrabilis: si igitur est alia, & contingit demōstrare, necesse est medīū esse causam, & in prima figura monstrari: vniuersale nāque est & prædicatiuum quod monstratur. Vnus igitur modus esset vtiq;, qui nūc exquisitus est, per aliud ipsum quid est monstrari, ipsorum nanque quid est, necesse est medīū esse quid est, & proprio rum proprium: quare hoc quidem monstrabit, illud verò non monstrabit ipsorum quid erat esse eidē rei. Hic igitur modus, quod non sit vtique demonstratio, dictum est prius, sed est Logicus syllogismus ipsius quid est.

1. ¶ Iterum autem speculandum est, &c.

Intētio Arist. in hoc cap.

CVm hactenus disputando processerit & nihil resoluerit, nunc ad determinanda hæc accedit, ac primo quid definitio, & an quid est aliquo modo ostendi possit, docet.

Nota.

Intendit ergo in hoc capite vnum modum tradere, quo ipsum quid est possit syllogizari, nēpè p causam ipsius quid est, & aduerte quod dictū est, per quid est, rei naturā intrinsecā intelligimus, per causam verò aliam à natura, efficiētem, finalem, & materialē, per has aūt ipsum quid ostendimus, sed talis ostēsio Logica dicitur, non quod non sit demōstratio, cùm per vnam causam aliā monstramus, sed quod non sit demonstratio ostendens & probans esse quid est.

Dicit igitur; cùm scire rem esse sit scire causam illius esse, sequitur q̃ ratio rei, & definitio sit aliqua causa, hæc potest esse duplex, aut eadē cum ipsa rei essētia & natura, aut alia, qualis est quę fit per aliquam ex prædictis tribus causis, aut omnes eas, aut aliquas: nā multiplex est causalis definitio: quod si fuerit alia, aut erit demōstrabilis, id est, apta ad demonstrandū, nēpè quia est per se & necessaria, aut indemōstrabilis, id est, inepta ad demonstrandum, vt si nō sit per se, aut non necessaria, tunc si fuerit demōstrationi apta, in prima figura demonstrabitur per talem causam quid est, & tunc omnia erunt propria, & in quid ipsius rei, cū sint causę, si verò nō fuerit apta causa, per eam nihil demonstrabitur: subdit tamen, q̃ iste est vnus modus ostendēdi quid est, sed Logicus, quia quod sit quid rei non ostendit, vti diximus.

CAPVT. IX.

QVo autem modo cōtingit dicamus aggredientes rursus à principio. TEXT. 1.

Quemadmodū enim propter quid quærimus habentes quod, non nunquam verò & simul manifesta fiunt, sed nō prius vtique propter quid possibile est cognoscere, quam quod, manifestum est, q̃ consimiliter & ipsum quid erat esse nō sine ipso quod est: impossibile est enim scire quid est ignorantes si est.

Ipsum verò si est, aliquando quidem secundum accidens habemus, aliquando autem habentes aliquid ipsius rei, vt tonitrum, quod sonus est quidam nubium, & defectū, quod est priuatio quædam luminis, & hominem, quod animal quoddam est, & animam, quod est ipsum se ipsum mouens quęcunq; igitur secundum accidens nouimus quod sunt necessarium est nullo modo se habere ad ipsum quid est, neque enim quod est scimus: quærere autem quid est, non habentes quod est, nihil quærere est. De quibuscunq; autē habemus aliquid, facilius: quare vt habemus quòd est, ita nos habemus & ad ipsum quid est: quorum habemus aliquid ipsius quid est. 2.

Sit primum quidem sic, defectus in quo A Luna in quo C, obstractio terræ in quo B. vtrum igitur deficit, aut non? quærere est, an B, sit an non? hoc autē nihil differt quærere, quam si est ratio ipsius, & si sit hoc, & illud dicimus esse. Aut vtrius contradictionis est ratio, vtrum habendi duos rectos, aut non habendi? quando autem inuenerimus simul ipsum quod, & ipsum propter quid 3.

nouimus, si per media fit: sit autem non ipsum quod nouimus, propter quid vero non.

4. Si igitur Luna C, defectus A in pleni lunio vmbr finon posse facere nullo inter nos existente manifesto, in quo B, si igitur ipsi C, inest B, quod est, nõ posse vmbram facere, cum nullus nostrum in medio sit, huic autem ipsum A, quod est deficere, quòd quidem deficit planũ propter quid autem, nondum, & quod quidem defectus est, nouimus, quid verò est non nouimus.

5. Cùm autem planum fuerit, quod A, ipsi C, inest, sed propter quid inest, quærere ipsum B, quid est, vtrũ obstructio, aut cõuersio Lunæ, aut extinctio luminis: hoc autẽ est ratio alterius extremi vt in his ipsius A, est enim defectus obiectio terræ, qd est tonitrꝰ ignis extinctio in nube, ꝓpter quid tonat? eò q̃ extinguitur ignis in nube, sit nubes C, tonitrus A, extinctio ignis B, ipsi vtiq; C, nubi inest B. extinguitur .n. in ipsa ignis, huic autem A, sonitus, & est B, vtique ratio ipsius A, primi extremi: si verò rursus huius aliud mediũ sit, ex reliqs erit rationibus. Qualiter igitur accipitur ipsum quid est, & fit notum, dictum est.

¶ Al. l. obstructio luminis.

6. Quare syllogisinꝰ quidẽ ipsius qd est nõ fit, neq; demonstratio, planũ est tamen per syllogismũ & per demõstrationẽ: quare neq; sine demonstratione est cognoscere ipsũ quid est, cuiꝰ est causa alia, neque est demõstratio ipsius quẽ admodũ & in dubitationibus diximus.

1. De intẽtiõe Ari.

¶ Quo aũt modo cõtingat, dicemus, &c.

ANtequam ad textus expositionem accedamus, intentionẽ Aristotelis in hoc capite explicemus.

1. Fund. Quid & propter quid idem esse re ratione tamen diuersa, nam definitio, quæ est quid vnius extremi, est mediũ & propter quid ad probandũ ipsum de aliquo, vel aliquid de ipso, ac propterea differre ratiõe dicuntur, nam definitio & quid est dicitur respectu ipsius rei secũdum se, propter quid verò dicitur respectu eiusdẽ rei in compositione & prædicatione sumptæ, ex quo fit vt q̃ quid est rei terminet & absoluat duas quæstiones, & quid sit, & quia sit, nã definitio eclypsis est ipsius quid, & propter quid lunæ insit.

2. Fund. Subiectũ & passionẽ in demonstratiõe aliter se habere.

Aduerte secundo aliter se habere passionem quæ demonstratur inesse, & subiectũ de quo demõstratur, passio enim cùm non aliud esse habeat quàm subiecto inesse (accidentis enim esse est inesse) fit vt non cognoscatur esse, quin cognoscatur inesse: quo fit, vt cum quid est non possit cognosci nisi res cognoscatur esse nõ cognoscatur quid passionis, nisi simul cognoscẽdo ipsius esso, hoc autẽ est in demonstratione, non ergo contingit passionis & quæsiti quid est cognosci, nisi in demõstratione, & hoc est quod Arist. hic intendit docere, quòd non cognoscitur quid ipsiꝰ passionis, nisi in ipsa demonstratione, ac ob id dicit quid, & propter quid esse idem, vt quẽadmodum propter quid nõ cognoscimus nisi simul cum quia est, quod in demonstratione fit, ita ipsum quid, quod idem est cum propter quid.

Passiõis quid nõ cognosci nisi in ipsa demonstratione.

3. Fund.

Tertiò aduerte de subiecto aliã esse rationem, nam potest quidem cognosci esse absq; passione, propterea quod eiꝰ quid est supponit tantum, quòd sit, non autẽ quale sit, sicut in passione, ideo extra demonstrationem cognoscitur: non enim eiꝰ quid, est propter quid, nisi respectu passionis, ac propterea tale quid est, ex suppositione cognoscitur, cũ non pendeat à passione.

Subiecti quid est quomodo in demonstratione cognoscat.

Quamuis eriam possumus dicere, q̃ in ipsa demonstratione cognoscitur esse quid est, dũ per ipsum quid est, eius probamus passiones de eo, non enim alibi manifestatur & ostẽditur definitio quod sit quid, nisi cum medium in demõstratione sumitur: extra demonstrationem enim tantum definitio quid de re ostẽdit ex suppositione: nota igitur Aristo. scopum in capite.

Ad textum accedamus: volens alterũ modum

modum tradere ostendendi quid est, similitudinẽ inter quid, & propter quid, vt talia sunt supponit: similitudo autem in his consistit, sicut propter quid sine quia est haberi non potest, ita nec quid est sine an sit, & sicut quia est sine propter quid aliquãdo habetur, ita & an sit & sicut propter quid, & quia simul ita etiã quid sit, & an sit simul cõsequimur: hoc ergo fundamentum proponit, vt cum quid non possit cognosci, nisi cognito quòd res sit, nõ cognoscatur quid, nisi simul cum an sit, quod in demonstratione fit.

2. Anfit res dupliciter cognosci posse.

¶ Hoc autẽ est si aliquãdo quidem, &c.

Supponit etiam alterũ, an sit absque quid sit dupliciter cognosci posse, vno modo sub conceptu aliquo accidentali, cõgnoscendo rem, vt qui scit musicos esse, scit homines esse per accidẽs, altero modo scimus rem esse aliquid ipsius rei essentiale cognescentes, vt qui scit esse priuationem quandam luminis, scit eclypsim esse, & qui scit esse aliquid se ipsum mouens, scit animam esse.

Hos modos comparat, dicens, qui scit secundũ accidens rem esse, non est dispositus ad cognoscendum quid sit, quia nondum cognouit an res illa sit, at qui cognouit per ipsum quid, est magis dispositus ad cognitionẽ perfectam ipsius quid rei, nam quo magis accedimus cognitioni an sit, eo magis cognoscimus quid sit, & tunc perfectè scimus esse, cũ ipsius quid cognoscimus.

Passiõis quid cognoscitũ eius esse cognoscitur.

Ex quo supposito intendit colligere tunc cognosci quid passionis, cũ esse cognoscimus ipsius, hoc autẽ fit in demonstratione, ob id in demõstratiõe cognoscitur quid sicut & esse: hoc item fundamentum ostendit cognosci optimè rem esse per ipsum quid, & melius quã per aliud, vt exemplis ostẽdit, & ex his duobus fundamentis intentum concludit, & nota hæc.

3. ¶ Quorũ igitur habemus aliquid, &c.

Ostendit modo, quòd scire rem esse tunc sic cum quid cognoscimus, & hoc exemplo deducit, fiat demonstratio, interpositio terræ est eclypsis, lunę terra interponitur, ergo luna eclipsatur: quę rere an luna eclipsetur, est quærere an eclipsis sit, & illud quærere, est rationẽ & causam, & quid petere, quibus positis, ponitur eclipsis, ergo scire eclipsim esse, est scire quid ipsius, quod in demõstratione fit.

Alterum exemplum ponit, cuius sensus est, quamuis variè exponatur, cum quærimꝰ an habeat angulos rectos, vel non habeat, quæ sunt partes contradictionis, idem fit: in his enim rationem & quid quærimus, ex quo infertur q̃ cum rẽ esse per eius quid cognouimꝰ, quod est scire verè rẽ esse, tunc propter quid simul sciamus quod in demonstratione fit, at cum per liquod accidens, non per causam mediam cognoscimus, non scimus propter quid, nec quid, sed tantùm quia, id est, per accidens, quod imperfectè est scire rem esse, vt dictum est: huius ponit sequens exemplum.

¶ Si ergo Luna C. defectus A. &c. 4.

Exemplum est cum eclipsim per medium accidens cognoscimus.

Verbi gratia, si quis eclipsim esse cognoscat quia luna plena non facit vmbram nostri corporis, cum nullũ sit obstaculum medium, tunc per accidẽs, & per effectum cognoscit esse, & si secundum tale medium disponatur syllogismus, nec quid, nec propter quid ostẽdit sed rem esse tantùm.

Aduerte eclipsim lunę fieri hoc pacto ipsa enim recipit lumẽ à sole, vnde illa ex parte illuminatur, secundum quam est opposita soli, eclipsatur autẽ, cũ terra est directè inter solem & ipsam, tunc enim vmbra terræ, quæ vbẽ lunę attingit, impedit quo minus illuminetur, ac ideò eclipsim patitur, luna autẽ sic eclipsata non facit vmbram ad pręsentiam corporum inferiorum, quamuis cælum totum serenum sit, quia nõ habet lumẽ quod vmbræ est causa, ac propterea est effectus eclipsis vmbram nõ facere, & si per

Nota, Eclipsis lunæ quemodo fiat.

Universidad de Deusto Biblioteca

per hoc medium eclipsis cognoscatur, per accidens, & non per quid esse cognoscitur.

2. ¶ Cum autem manifestum est, &c.

Concludit quando aliquid alicui inesse cognoscitur, vt eclypsim ipsi lunæ, nihil aliud esse quærere propter quid in sit, quã quid, & rationé eius propter quid sit, vt propter quid sit eclipsis, est petere quid sit, an sit extinctio luminis ipsius, vt alii qui putabãt, existimãtes à vaporib9 vel magno vento extingui, vel sit cõuersio, vt alii credebant, putantes mediã partem lucidam esse, & aliquãdo conuerti ad partem supernã & fieri eclipsim, vel sit interpositio, vt dictum est, quicquid sit, quid petitur semper, cum cur sit quæritur. Similiter cum propter quid sit tonitrus quæritur, quid sit quæritur, vt quia sit extinctio ignis in nube, vt arbitratur Empedo. vel concussio exalationis in nube, vt docet Arist.

Ex quibus est notũ quid esse propter quid, vnde sicut propter quid in demõstratione cognoscim9, cognoscẽtes quale est res, ita & ipsum quid in demõstratione cognoscimus, cognoscentes simul rem esse: nam ob id supposuit: quid nõ cognosci, nisi cognito simul quod res est, hoc autem in demõstratione fit.

At quia definitionem passionis semper sumebat, posset quis dicere illã nõ esse vltimum & immediatum medium: respondet postea tale mediũ posse per alias præcedentes rationes probari. Sãctus Tho. explicat per has rationes definitionem subiecti, quę est præcipuum medium. Philo. explicat alias causas earũdem passionum, sed hoc inferius examinabitur.

¶ Quare syllogismus ipsius quod quid
6. est, &c.

Infert quid est in demonstratione cognosci, non tamen per demonstrationẽ cognoscitur quidem in demonstratione cũ sumitur pro medio quo rem esse probamus, quãdo res habet causam sui esse, alias enim suppositione cognoscitur non per demonstrationem, eo quod nõ concluditur & probatur sicut propter quid in demonstratione ipsa cognoscitur, sed non per demonstrationem videtur igitur modum notificandi ipsum quid est, hoc enim fit in demonstratione, & non per demonstrationem. Atque hoc decapitis declaratione.

QVAESTIO I.

¶ De medio demõstrationis potissimę.

EST communis & non facilis difficultas, quod sit medium in potissima demonstratione, cum enim sint in quæstione, duæ partes, datum, nẽpè subiectum & quæsitum, nempè prædicatum & passio, dubium est an potissima demõstratio sumat vt medium definitionẽ subiecti, an passionis, nec est dubium de quacunq; demonstratione, constat enim aliquando per definitionem passionũ fieri demonstrationem, sed est sermo de potissima, id est, de ea quæ ex primis, immediatis, & quæ tã resolui nequeunt procedit: in qua difficultate duæ sunt præcipuæ sententiæ oppositæ.

1. Sentẽtia Alb. & aliorũ

Prior est Alber. Aegid. & aliorũ qui definitionem passionis esse potissimũ medium dicũt, quod videtur esse Arist. placitum, qui his capitibus pro medio, passionis definitionẽ sumpsit, quod expressè docet Them. 2. Post. c. 30. & videtur sentẽtia Græcorum. rationes huius sententiæ præcipuæ sunt hæ.

1. Ratio

Prima, illa est potissima demonstratio quæ magis ex immediatis procedit sed quæ fit per definitionẽ passionis est ex immediatis magis, ergo est potissima: maior est certa, minor probat̃, quia passio magis immediatè prędicatur de sua definitione, dicendo aptũ ad risum est risibile, quã de dfienitione sui subiecti, dicendo ai l rationale est risibile,

2. Ratio

Secunda, si definitio subiecti esset medium potissimum, vltima demõstrationis resolutio esset in definitionẽ illius subiecti. & nõ in principia per se nota & communia, hoc autem falsum est, nã perfectior demonstratio terminatur in principijs per se notis, nõ ergo definitio subiecti potest esse mediũ potissimũ.

3. Ratio.

Tertia, definitio subiecti est idem re cum subiecto, vt animal rationale cũ homine, ergo non potest esse medium nã alias esset probare idem per idẽ: at quia posset hoc idẽ cis objici qui diffinitionẽ passionis mediũ ponunt, rñdent definitionem purã passionis non esse mediũ, sed simul cum ea extrinseca cõiungendo non enim per priuationẽ luminis tantùm eclypsim probamus, sed per priuationem luminis ex terrę interpositione, & hoc notat Aegid.

2. Sẽtẽ. D. Tho.

Posterior sententia est S. Thom. Caiet. & communis, nempè in potissima demonstratione medium esse definitionem subiecti, & non passionis, pro qua sunt duæ præcipuæ rationes.

1. Ratio.

Prior, illa est potissima demonstratio quæ ex his quæ iam causam nõ habent procedit, sed talis est quę medio vtitur definitiõe subiecti, ergo hæc est potissima: probatur minor, nã definitio passionis cum insit subiecto, vel inest immediatè, & essentialiter, & hoc non, vel inest mediatè, & non essentialiter, & tunc erit demonstrabilis de ipso subiecto per ipsius definitionem, & hæc est potissima ratio S. Tho. qua dicit demonstrationem per definitionem passionis adhuc resoluendam in demõstrationem per definitionem subiecti, vt patet sup. capit. 2. lib. 2. Posterior.

2. Ratio.

Posterior ratio, quia demonstratio passionum superiorũ de inferiori subiecto, vt habere tres angulos de Isoscele, fit per ipsum subiectum medium ergo illud est causa, adde quod Arist. post. c. 1. 20. ipsum vniuersalẽ causam, vocat, vbi habere angulos externos æquales quatuor rectis dicit inesse Isoscheli, qa est figura, & hęc est vltima causa: nõ ergo definitio possionis, sed figuræ & subiecti est potissimũ mediũ: hæc sunt, quæ circa hoc dicũt Doctores.

At in hac difficultate mihi sic respõdendum videtur, quæ alia in competit subiecto, in duplici differentia se habere, quædam habent aliam causam extra subiectum, secundum quam ei insunt, sicut eclypsis inest lunæ propter terrę interpositionem, & tonitrua fieri ex concussione exhalationes cum nubę: quædã aliæ insunt subiecto nõ per causam extrinsecam, sed quia subiecti naturam consequũtur, sicut multæ passiones proprietates herbarũ, animaliũ, & aliorum.

Nota. passiões esse in duplici differentia.

1. concl.

Qua supposita distinctione, sit prima conclusio: potissima demonstratio est, quę per causam supremam propriam procedit, & hęc est conclusio recepta ab omnibus.

2. concl.

Secũda, cum proprietates subiectis insunt modo priori, crediderim potissimã earum demonstrationem esse per causam illarũ sicut Astrologus per interpositionẽ terræ probat eclypsim, & nõ per definitionẽ lunę, & per concussionẽ exhalationis Physicus probat tonitrũ, & hoc probant ista capita Arist.

3. concl.

Tertia, passionũ posteriori modo præcipuum medium est definitio subiecti, & hoc conuincunt argumenta S. Tho. & Prior. ex. 4. Phys. ca 4. vbi docet per definitionem rei notificari omnes passiones illius rei, & 1. animæ, text. 27.

4. concl.

Quarta conclusio: nõ semper expressè probam9 etiã in his passionibus per definitionẽ subiecti, virtualiter tamẽ probamus semper: explico, & est notãdum hoc, Geometra nõ probat expressè per definitionẽ trianguli, q̃ habeat tres angulos ęquales duob9 rectis, sed per principia quædam, quibus manifestat talem naturam triãguli, vt id ei insit, nempè per angulum extrinsecum, & per lineas æquidistantes, quibus nõ aliud facit, quàm talium linearum cõpositionem exprimat, ex qua colligit ut talis passio, & hoc modo Geometra ducit ad principia per se nota.

soluitur 2. argo.

Ex quo soluitur argumentum secundum

dum propositum pro Aegid. & hæc est causa quare varijs modis aliquãdo fit demonstratio eiusdem, hoc autem non est nisi quia natura alicuius figuræ varijs principijs notificari potest: atque hæc sunt quæ mihi in præsenti videntur dicenda esse.

Ad.1. Ad primum Aegid. & aliorum, respondeo, quòd propositio non dicitur immediata, quæ fit per causam effectui proximam, sed quę non habet aliã causam per quam demõstrari de subiecto possit, ex huiusmodi enim immediatis procedit demonstratio potissima, talis autem non est cum definitio possionis sumitur, cum adhuc ipsa passionis definitio sit aliquando de subiecto demõstrabilis, nempè cum ipsum subiectum causa est sola illius, vt dictum est.

Ad.2. Ad secundum iam responsum est in conclusione quarta.

Ad.3. Ad tertium dico cum Eustra. & Philop ca.2. huius.2. libri, quòd definitio differt à definito, nã definitio, animal rationale, formam dicit secundum hos homo verò compositum ex materia & forma, vt dictum est superius: & si sustineamus q̃ etiã animal rationale continet materiã quæ fit de essentia rei, adhuc est distinctio rationis, nã definitio substãtiæ dicit naturam, definitũ dicit naturam cum supposito, & hęc distinguuntur: quid quod non semper subiectũ demonstrationis est substantia, sed accidẽs aliquando? & tunc non est definitio prorsus eadẽ cum definito: & præterea quia aliquando prædicatum est substantia, & tunc est idem argumentũ contra eos, hæc de quæstione.

¶ Quæ definitiones demonstrari possint, quæ non

TEXT. Cap. X.

1. ESt autem horum quidẽ altera quædam causa, illorum verò non est: quare planum quod, & ipsorum quid est alia quidem immediata & principia sunt, quæ & esse & quid est supponi oportet, aut alio modo manifesta facere quod Arithmeticus facit, etenim quid est vnitatem supponit, & quod est.

Habentium autem medium, & quorum est aliqua altera causa substantiæ, est per demonstrationem. quemadmodum diximus, ostendere non ipsum quid est demonstrantes.

2. Definitio autem, quoniam est oratio ipsius quid est, manifestũ est, quòd aliqua quidem erit oratio quid significat nomen, aut oratio altera nominalis, vt quid significat quid est secũdum quòd triangulus, cuius habentes q̃ est, quærimus propter quid est, difficile est autẽ ita accipere, quę nõ nouimus quod sunt, causa verò dicta est prius difficultatis, quoniam neque si sunt, aut non, nouimus, nisi secundum accidens.

3. Oratio autem vna dupliciter est, hęc quidem coniunctione, vt Ilias, illa verò vnum de vno significans non, secundum accidẽs. Vna quidem definitio est denifitionis, quæ dicta fuit.

4. Alia autem est definitio oratio significãs propter q̃d est: quare prior quidem significat quid est: monstrat autẽ non posterior verò, manifestũ est quod erit tanquàm demonstratio ipsius quid est positione differens à demõstratiõe.

5. Differt enim dicere, propter quid tonat? & quid est tonitrus? dicet enim hic quidem, quoniam extinguitur ignis in nubibus: quid autem est tonitrus? sono ignis, qui extinguitur in nubibus: quare eadem oratio alio modo dicitur, & sic quidem demonstratio continua, sic autem definitio.

6. Amplius definitio tonitrus est, sono in nubibus, hoc autẽ est ipsius quid est demonstrationis conclusio, immediatorũ aũt definitio positio est ipsius quid est indemonstrabilis. Et igitur definitio, vna quidẽ oratio ipsio q̃d est indemonstrabilis, vna verò syllogismus ipsius quid est casu differens à demõstratione, tertia aũt demõstrationis ipsius q̃d est cõclusio. Manifestũ igit ex dictis

& quomodo est ipsio quid est demõstratio, & quomodo non est, & quorum est, & quorum non est. Amplius autem definitio quot modis dicitur, & quomodo ipsum quid est monstratur, & quomodo non, & quorum est, & quorum non. Amplius autem ad demõstrationẽ quomodo se habet, & quomodo contingit eiusdem esse, & quomodo non contingit.

1. Intẽtio Aristot. ¶ Est autẽ quorundã quædã causa, &c.

Cùm definitionem in demonstratione non per demonstrationem ostendi docuisset, modo tractat quæ definitiones sic ostendãtur, quæ verò non.

Nota.1. Quatuor sunt genera causarũ. Pro cuius exactiori intelligentia aduerte quatuor esse causarũ genera, materia ex qua res est, forma secundũ quã est efficiẽs à qua est, finis cuio gratia res est; circa has causas nota primò, q̃ non omnes res habent oẽs quatuor causas, immaterialia enim materia vacãt, res mathematicæ formam habent solam.

Nota.2. Non oẽs causas esse de essentia rerum quarũ sunt. Nota secundò, quòd etiam in illis rebus quæ has quatuor causas habent, nõ omnes sunt de illarum rerum essentia, nam efficiens & finis de essentia nullo modo sunt, nec materia est multũ de rerum essentia, sed sola forma.

Nota.3. Quis sit causarũ inter ipsas ordo. Nota tertiò has causas hoc ordine se habere, vt omnium primum locum teneat finis, secundum efficiens, tertium materia, vltimum forma, hæc enim est quæ vltimò pducitur & habet esse, vnde aliarum est effectus: idẽ dico de materia respectu aliarũ, & de efficienti respectu finis: forma dicitur quid rei, & definitio quæ secundum talem formam datur dicitur definitio quid, reliquæ causę, & quæ per eas definitiones dãtur, dicuntur propter quid.

Definitio p̃ formã data p̃ alias causas d̃monstratur. Ex his fit quòd cũ ipsum quid sit effectus aliarum causarum, possit ostendi & cõcludi per eas, & talis est definitio p̃ solam formam, & hæc non in demõstratione innotescit, sed per demonstrationem probatur, licet nõ probetur quòd sit quid, vt dictum est, reliquę in demõstratione ostenduntur, & quatenus per eas cognoscimus quid rei probantes, dicuntur habere rationem formæ: ex his nota ex Arist. intentio.

Expositio literæ. Accedamus ad literæ explicationẽ constituit distinctionem rerum, vt appareat quarũ quid est probetur, quarũ verò non inquit, quędã habent causam, quędam non habẽt, vel absolutè, vel in illa scientia, vt notat S. Tho. quæ habẽt causam illorum quid est, & essentia habet causam, nempè aut materiã, aut finalem, aut efficientem, loquitur enim de his, quæ causam habent extra essentiã & formã, & per talẽ causam ostendi possunt, quamuis non demõstretur esse quid est: quæ verò non habent causam quid est, non possunt ostendi sed supponi, qualia sunt subiecta in scientijs & principia; eorum enim definitiones supponuntur, non demonstratur, vt quid vnitas, quid punctum.

2. Quid sit definitio ¶ Definitio aũt quoniam quidẽ, &c.

Illaturus ex prędicto fundamento esse aliquot definitiones quæ probãtur, aliquot quæ supponuntur, definitionẽ diuidit in generali definiẽdo, definitio inquit, est ratio ipsius quid, quædã est quæ quid nomẽ significet explicat, siue quædam est definitio nomina ponens, id est, definiens, quod idem est, vt quid significet triangulus, vel aliud quodus nomen, & hanc habentes quid rei quærimus, & vocat propter quid quia vti diximus quid, & propter quid re idẽ sunt: at quia post nominis definitionẽ ipsum quid rei quærendum dixit, addit difficile hoc esse, statim habere quid, cum nõdum habeamus an sit, nisi per accidentia; quę importantur in definitione nominis.

3. quot modis dicatur oratio vna. ¶ Oratio autem vna est dupliciter, &c.

Quia hanc vnam esse definitionẽ dicturus erat, docet quot modis oratio dicatur vna, asserens dupliciter vnam dici, primò cõiunctione, vt Petrus & Paulus, vel orationes aliæ secũdum quas loquimur, secundò quia vnũ de vno explicat, non per accidens, id est, quia dicit aliquam

aliquam naturam alicuius, sicut definitio vna est, quia vnam dicit alicuius naturam. Philop. & alij voluut definitionem nominis dici vnam per coniunctionem, quia detur per accidentia rei, at videtur mihi posse dici, quod sit etiam vna per se, quia reuera vnius nominis explicat significationem.

¶ Alius verò terminus, est &c.

4. Alteram definitionem ponit, quæ rei est, nẽpè oratio ostẽdens propter quid res est, quam comparat priori definitioni nempè quę dicit solum quid: nam definitio quid, id est, per solã formam significat ipsum quid, sed nõ ostendit, cùm non sit ipsa medium, sed potius ostendatur: at definitio propter quid ostendit ipsum quid, & non differt à demonstratione nisi sola terminorũ dispositione, quod declarauimus satis in primo libro.

5. ¶ Differt enim dicere propter qd, &c.

Cùm definitionem propter quid demonstrationem positione differentem vocauerit, quam modo vocat continuam, non autem definitionem quid, hoc explicat, nam differt dicere, propter quid tonat & quid est tonitrus, cùm enim dicitur propter quid tonat, respõdetur quia extinguitur ignis in nube, quæ videtur demonstratio continua, id est, non distincta illatione media: at si dicitur, quid est tonitrus, quãuis idem dicatur, non eodem modo, scilicet est sonus extinctionis ignis in nubibus.

6. ¶ Amplius est terminus tonitrui, &c.

Definitionem sola formalem tonitrus ponit, nempè est sonus nubis quã definitionem dicit esse conclusionẽ demonstrationis, vt supra declarauimus, ex quibus colligit triplex definitionum genus, & quæ principiũ tantùm sunt demonstrationis, vt sunt definitiones eorum, quę non habent causam, & quę est conclusio demonstrationum, qualis est passionis definitionis formalis, & quæ est demõstratio positione differẽs, quãlis quæ quid rei cum sua causa complectitur: ex quibus vniuersalem epilogũ colligit eorum, quæ dubitata sunt, cap. 3. & nota epilogum eorum quæ hactenus dicta sunt in textu.

Triplex esse genus definitionum

¶ De causarum distinctione, & quæ mutuo concurrant, & quæ non, & quomodo illarum possit esse demonstratio.

CAPVT XI.

TEXT.

QVONIAM autẽ scire putamus. 1.
quando sciamus causam, causæ verò quatuor sunt, vna quidẽ quod quid erat esse vna autẽ, quibus existentibus necesse est hoc esse, altera verò quæ aliquid primũ mouit, quarta autẽ cuius causa omnes istæ per mediũ monstrantur, & hoc enim quòd cùm sit hoc, necesse esse, vna quidem accepta propositione non est, duabus autem ad minimum, hoc verò est, quando vnum medium habeant: hoc igitur vno accepto, conclusionem necesse est esse.

Manifestum autẽ & sic, propter quid est rectus in semicirculo? aut quo existẽte rectus est? sit vtiq; rectus, in quo A. dimidium duorum rectorum, in quo B, qui est in semicirculo, in quo C. quod igitur A. rectus insit ipsi C. ei qui est in semicirculo, causa est ipsũ B. hoc enim ipsi A æquale est hoc autẽ C. ipsi B duorum nanque rectorum dimidium est: cùm igitur B, sit dimidium duorum rectorum, A. ipsi C inest, hoc autem erat in semicirculo rectum esse. 2.

Hoc verò idem est ipsi quid erat esse eò quod hoc significat oratio, verum enimuero & ipsius quid erat esse, causa monstrata est media. 3.

Propter quid autem Medorum bellum factum est Athenienſibus? quæ causa bellum inferendi Athenienſibus, quoniam in Sardes cum Etetriensibus irruerunt, hoc enim primò mouit: sit bellum, in quo A priores eruisse B Athenienses C inest itaque B ipsi C quod est prius irruisse Athenienſibus: A verò ipsi B bellum inferunt: enim ijs, qui prius iniuria affecẽre: inest igitur ipsi quidem B A quod est bellum inferre ijs qui prius incepẽre, hoc autem ipsi C Athenienſibus, prius enim cœpere, medium igitur & hic causa est, quę primò mouit. 4.

Quorumcunque autẽ causa, ipsum gratias cuiq, vt propter quid ambulat? vt sanus fiat: propter quid domus est? vt conseruetur suppellex, illud quidẽ gratia conualescendi, hoc autem gratia conseruandi, propter quid à prandio oportet deambulare, & gratia cuius nihil differt.

Sit deambulatio à prandio C non supernatare cibaria in quo B sanari in quo A insit igitur à prandio deambulare ei, quod est facere non supernatare cibaria ad os vẽtris, & hoc salubre, videtur enim inesse ipsi deambulare, quod est C ipsum B quod est non supernatare cibaria: huic autem inest ipsum A salubre, quæ igitur est causa ipsi, C, quòd ipsum A insit ipsum cuius gratia B ꝓ est nõ supernatare, hoc autem est veluti illius ratio. A enim ita assignabitur; propter quid autem B ipsi C inest, quoniam hoc est sanari, ita se habere. Oportet autẽ trãsumere orationes, & ita magis singula apparebunt. 6 7.

Generationes verò è conuerso hic, & in causis secundum motum: ibi enim medium oportet fieri primum, hic autem ipsum C extremum, vltimum verò ipsum cuius gratia. 8.

Contingit autem idem & cuius gratia esse, & ex necessitate, vt per lucernam ingredi lumen: ex necessitate etenim ꝓgreditur, ꝓ minores habet partes, per maiores poros, siquidem lumẽ fit eò ꝓ pertransit, & gratia cuius, vt nõ offendamus. An ne ergo si esse contingit & fieri contingit? quemadmodum si tonat, cùm extinguitur ignis, necesse est [Propric est] stridere & strepere, vt Pythagorei dicunt, minarum gratia ijs, qui sunt in tartaro, vt timeant. sonare, vt eũ in aqua cãdens serrũ extinguitur. 9.

Plurima verò talia sunt, & maximè in ijs, quæ secundum naturam constituuntur & consistunt, hæc enim alicuius gratia facit ipsa natura, illa verò ex necessitate, necessitas autem duplex; hęc quidem enim secundum naturam, & appetitum, illa autẽ vi, quæ præter appetitum est quemadmodum lapis ex necessitate, & sursum & deorsum fertur sed non propter eãdem necessitatem.

In ijs verò quæ à discursu, nonnulla quidem nũquàm à casu sunt, vt domus, aut statua, neque ex necessitate; sed alicuius gratia, quadam verò & à fortuna vt sanitas & salus: maximè autẽ in quibuscunq; contingit & sic, & aliter, quãdo non à fortuna generatio fit: quare finis, quod est bonum, gratia alicuius, & fit aut natura, aut arte: à fortuna verò nihil gratia alicuius fit. 10.

Eadem autem causa est ijs quæ fiunt & factis & futuris, quæ est & ijs quæ sũt: medium enim est causa, præter quam ꝓ ijs quidem quæ sunt, quę est, ijs verò quæ fiunt, quæ fit, factis autem facta, & futuris futura, vt propter quid factis fuit defectus? quoniã facta fuit terra in medio, fit autem, quoniã fit, erit verò, quoniam erit in medio, est autem, quoniã est. Quid est Crystallus? accipiatur vtique, ꝓ est aqua congelata, aqua in quo C congelatum in quo A causa media in quo B defectus calidi omnino: inest itaque B ipsi C huic autẽ congelatum esse, quod est in quo A fit autem Crystallus, cum fit B factum est autem facto, erit autem futuro: sic igitur & causa, & cuius causa simul fiunt, qñ fiunt, & sunt quando sunt, & in eo quod factum fuit, & in futuro consimiliter. 11.

¶ Quoniam autem scire opinamur, &c. 1.

TRia Theoremata in hoc capite cõstituit, quorum primum est, per quatuor causarum genera licere monstrare. Primò aũt explicat singulas, 1. Th.

enim

enim formalis, materialis, efficiens, & finalis: formalem vocat quod quid, quæ ipsa est essentiæ præcipua pars, materialem verò qua posita necesse est aliquid esse: quãuis autem hoc possit dici de alijs causis, tñ in Physica proxima causa necessitatis qua talis est effectus est materia, vt alias declarabitur; efficiens est quæ mouet primò, & à quo primò incipit operatio: finalis est cuius gratias res fit: hæc sunt quatuor causarũ genera per quę demonstrare licet.

At quia nihil sequitur necessario ex vno solo, nisi secundũ dispositionẽ syllogisticã disponatur, in qua mediũ bis sumere idem oportet, quoties per causas hasce aliquid demonstrandũ fuerit debet mediũ bis repeti, q̃ in syllogistica argumentatione fiet, alias per causam non demonstrabimus necessario.

¶ Manifestum est autem & sic, &c.

2. Exempla causarum tradit, atq; ab ipsa materia incipit: exemplum est huiusmodi, si quis velit demonstrare angulũ triãguli supra semicirculũ descripti esse rectum, sumatq; pro medio, quia est medietas duorum rectorum, per materiã mõstrabit, nam medietas & partes habent rationẽ materiæ, fiet igitur sic demõstratio, omnis angulus qui est medietas duorum rectorum, vel æquiualẽtium duobus rectis, est rectus, omnis angulus in circumferentia triãguli supra semicirculum discripti est medietas rectorum duorum aut æquiualentiũ duobus rectis, ergo talis angulus est rectus; vide Euclid lib. 3. Theorem. tertio hic nota non esse propriè materiã in Geometricis, sed est materia intelligibilis, & materia Metaphysica, quales sunt partes respectu totius.

In geometria non esse propriè materiã.

¶ Hoc autem idem est ei, &c.

Quantum possum conijcere, sensus huius loci est, vt velit per idem mediũ concludi quid, & formam rei per quã mõstratur res, cùm non sit aliud res ipsa: ac propterea non posuit exemplum causæ formalis, quia potiũ ipsa cum re

3.

monstratur, quàm demonstret rẽ: literã attende, cũ dixisset per illud mediũ concludi illum angulum esse rectum, dicit rectum, & ipsius quod quid est, idẽ esse: cum definitio & nomen idem significet, causa autem recti assignata ipsa etiam erit causa ipsius quòd quid. Potest etiam sic exponi, quòd tale medium est q̃ quid rei, nam hoc significat illa definitio, medietas duorum rectorum nimirum ipsum rectum, talis autẽ definitio sumpta est pro medio, vt patet in demonstratione posita.

¶ Hoc autem propter quid Medorum bellum, &c. 4.

Ponit exemplum in efficienti causa, vt quare Athenienses bello vexantur à Medis? quia ipsi Athenienses primò iniusti fuerunt & inuaserunt cum Eretris ipsorum Medorum amicos, nempè Sardes: fiet igitur syllogismus, qui primò Medos inuadunt bello, à Medis bello vexantur, Athenienses primò Medos inuadunt, ergo Athenienses à Medis bello vexantur, hęc demonstratio est à causa efficienti.

¶ Quorumcunque verò causa, &c.

Exempla causę finalis assignat duo, alterum est: sanare est finis deambulationis, sic qui vult sanari deambulat, qui malè habet vult sanari, ergo qui malè habet deambulat. Alterũ est, domus finis est suppellectilia conseruare si suppellectilia conseruari debẽt, oportet domos esse, sed suppellectilia cõseruari debent ergo oportet domos esse. 5.

Statim explicat duos modos quibũ causa finalis notatur, nempè propter quid deambulemus, & cuius gratia deambulemus, vtrumque enim finem petit. 6.

¶ Sit ambulare post cœnam, &c.

Ingeniosè vult Arist. ostendere efficientem, & finalem causam adinuicem se demonstrare, ac exemplum de efficiente ponit, sumit enim pro maiori extremo sanum, pro minori deambulare: p̃ medio cibos nõ manere in ore ventriculi, hoc est, digestos esse, & facit rationem

nempe tale medium, quod est efficiens sanitatis, sic, cibos digeri sanum est, deambulare facit cibos digeri ergo deambulare sanum est, hæc demõstratio ab efficienti.

Statim dubitat, nõne sanum esse est causa finalis, vt qui deambulet, cibos digerat, & eius ratio? respondet ita esse, etsi terminos conuertas, maius extremum in medium, fiet demonstratio à fine, vt si probetur deambulans cibos digerere propter sanitatem, literæ textus per ista facile intelligetur.

7. ¶ Generationes autem è contrario &c

Ostendit in generatione causam efficientem & finalẽ aliter se habere, nã causa efficiens fit primũ & habet esse, quàm effectus probãdus, at in finali ipsum extremũ C nempè deambulare fit primum, & finis, nempè sanitas vltimo habet esse sensus est, efficiens primò fit ante effectum, at finis est vltimò productus, nã prius est deambulare & cibos digeri, quàm fit sanitas, quamuis sanitas & finis sit primus in intentione.

8. ¶ Contingit autem idem & gratia, &c.

Secũdũ theorema. Eũdem effectũ ex duplici pueni recausa.

Hoc est secundum Theorema: potest idẽ effectus prouenire duplici ex causa, & finali, & materiali, nõ solùm quantum ad esse, sed etiam quantum ad fieri ponit duo exempla, vtraq; secundum opinionem aliorum, alterum huius effectus, nimirũ lumen diffundi per laterna pellem, est causa finalis ne offendamus pedes, causa verò materialis est quia lumẽ est corpus partibilius in minutiores partes, quã sint foramina & pori illius pellis, sic enim censebãt aliqui lumen per pellẽ trãsfundi, at possum9 aliud exemplũ ponere ex Themist. dẽtes enim anteriores sunt acuti, propterea quòd sunt ad scindendum, tãquàm propter finẽ, similiter quia sunt ex materia subtiliori quã ea, ex qua sunt molares obtusi ad conterendum cibum.

Alterum exemplum ponit, sonus tonitrui fit ex extinctione ignis in nube, necessariò enim ignis extinct9 in aqua fizit, id est sonitum facit, finis autem tonitrui secundum Pythagoram est, vt paueant qui sunt in inferno, fit ergo vnus effectus ex pluribus causis.

¶ Plurima autem huiusmodi sunt, &c.

Cum idem & à fine, & ex necessitate, id est, materia, vt Philop. dicit, fieri docuisset, inquit plurima esse huiusmodi, præsertim quæ natura constãt, id est entia naturalia: dicuntur autem entia naturalia, quæ principium in se alicuius motus habent, qualia sunt plantæ, animalia elementa, & ex his mixta, in quibus est duplex ex causa, & finis, & necessitas, scilicet materia. 9.

Nota literam, illa duo verba (hæc, illa) sunt nominatiui casus cum natura, vt sit sensus, in his quæ natura constãt, hæc natura est propter hoc, illa ex necessitate, id est, est quædam causa finis est etiam causa materia.

At quia est necessitas multiplex, distinguit, est enim quædam necessitas extrinseca, quę prouenit à causa efficienti, vt sagitta emissa sursum tendit necessario, & alia necessitas intrinseca quæ est à principio interno rei, & hæc est secundũ rei inclinationem & appetitũ, vt cum lapis deorsum descendit, & ignis sursum ascendit, & per talem necessitatem, causam probamus ipsius effectus, cum sit necessitas per se.

Sed in his quæ sunt ab intelligẽtia, &c. 10.

Postquàm docuit causas illas reperiri in naturalibus, docet non id semper in his esse, quæ ab intelligentia & intellectu fiunt, id est, in artificialibus, artificialia enim quædã nec ex necessitate fiunt, nec à fortuna, sed tãtum propter finem, vt domus effigies: hæc enim solũ sunt pro arbitrio agentis, non ex materia ipsa necessario proueniunt, sed tãtum propter finem, & hinc est, quòd nõ à fortuna proueniant, cùm non nisi ex intensione agentis fiant.

Illud autem dicitur à fortuna prouenire, q̃ præter intentionẽ agentis particularis prouenit, vt si quis domo egres- Quid à fortuna dicatur prouenire.

sus negotiãdi causa, liberatq; est à morte, nẽpè quia domus ruinã fecit, hoc illi à fortuna euenit: dico autem agentis particularis, quia illud non euenit prẹter intentionem agentis vniuersalis, nẽpè Dei, qui omnia præscit, & nihil ei à fortuna euenit, domus igitur & similia nunquàm à fortuna eueniunt, quia non sunt nisi ex agentium intentione.

Quedam alia artificiata à fortuna eueniunt, vt sanitas, nauigationis exitus, cuius rationem Arist. reddit, nẽpè quia ab alia causa prouenire possunt, quàm ab arte, sanitas enim etiam à natura, nauigatio etiam à ventis prouenit, cũ autẽ illa à tali causa prẹter artẽ euẹniant, possunt à fortuna euenire, nempè cum accidant præter intentionẽ, nõ quòd à fortuna sit generatio rei, sed cum ab illo principio prẹter intentionem venit, à fortuna dicitur.

In arte igitur finis est, qua parte ab arte res proueniunt, & in hoc cum natura conuenit, vtraq; enim est propter finem, quæ enim sunt à fortuna, nõ sunt propter finem, cum non sint secundum causarum particularium intentionem.

11. Tertiũ theorema. ¶ Eadem autem causa est, & in his, &c.

Tertiũ theorema est, in causis, & effectibus quæ simul sunt eodem modo variari causam, quo effectus, quantum ad temporũ varietatem, vt quare est eclypsis? qa est interpositio, quare fuit eclypsis? quia est interpositio: quare futura est? quia futura est interpositio: ponit exẽplum aliud præteriti, quare glacies est? reducas ad cũplexũ sumpta significatione nominis, vt supra diximq, & nota hũc locũ? reduces sic, quare aqua est cõgelata? qa est exhalata, puta qa partes calidæ prorsq euaporatæ sũt & calor recessit, & hoc idẽ potest variari secundũ quãlibet tẽporis differẽtiã.

TEXT. CAPVT XII.

1. IN ijs verò, quæ nõ simul sunt, an ne sunt in continuo tempore? quemadmodum videtur nobis alias aliorũ causas esse, ipsius quidem facti factam alteram, & futuri alteram futuram, & ipsius fieri, si quid prius factum fuit.

2. Est vtiq; à posteriq facto syllogismq, principium aũt & horũ ipsa facta, quare & in ijs quæ fiunt cõsimiliter: à priori verò non est, vt quoniam hoc factum fuit, quia hoc posterius factum fuit, & in futurum consimiliter: neq; enim indefiniti, neq; definiti erit tẽporis, quare quoniam hoc verum est dicere factũ fuisse, hoc autem est verum dicere factũ fuisse, posterius, in intermedio nãque falsum erit dicere hoc iam altero facto. Eadem autem ratio & in futuro.

3. Neque quoniam hoc factum fuit, hoc erit: medium enim cõgenitum oportet esse factorũ factum, & futurorũ futurum, eorum quæ fiunt quod fit, entium ens: id verò quod fuit, & id quod erit nõ contingit esse cõgenitum. Amplius neque indefinitum cõtingit esse, tempus intermedium neque definitum, falsum enim erit dicere in intermedio.

4. Considerandum autem quid est ipsum cõtinuum, vt post ipsum factum esse, ipsum fieri sit in rebus, an manifestum est, quòd non est cõtinuum facto quod fit, neque enim factum facto: termini namque sunt & indiuidui: quẽadmodum igitur neque pũcta sunt sibi inuicem contingua, neque facta, ambo enim indiuidua sunt, nequeutique quod fit facto prẹpter idem, nam quod fit, diuisibile est, factum autem indiuisibile: quemadmodũ igitur linea ad pũctum se habet, ita quod fit, ad factum: insunt enim infinita facta in eo quod fit: magis autẽ manifestè in vniuersalibus de motu oportet dici de his.

5. Quinto Physicorũ. c. de cõtinuo & contiguo & alibi. De eo igitur quod est, quomodo, cum generatio consequenter sit, se habeat mediũ quod est causa, in tantũ acceptũ sit: necesse est enim & in his medium & primum immediata esse: vt A. factum fuit, quoniam C. factum fuit: posterius autem C. factum fuit: prius autem A. principium autẽ C. eo quòd proximus ipsius tunc est quod est principium tẽporis, C. verò factum est, si D. factũ est: cum igitur D. sit necesse est A. factũ esse, causa autem est C. cũ enim D. factũ est, necesse est C. factum esse: C. aũt facto necesse est prius A. factũ fuisse. Ita verò accipienti medium, stabitur. licubi in immediatum, an semper extra cadet propter infinitum? non enim est cõtiguum factũ facto, quemadmodum dictum fuit, sed incipere tamẽ neçesse est medio & ab ipso nunc primò. Similiter autem & in ipso erit: si enim verũ est dicere, quod erit: D. necesse prius verũ dicere, quod A. erit: huius autem causa ipsum C. si enim D. erit, prius ipsum C erit, si verò C. erit, prius ipsum A. erit similiter autẽ infinita est sectio & in his: non enim sunt futura contingua inter se principium verò & in his immediatum accipiendum est.

7. Sed habet autem sic in operibus, si facta est domus, necesse est incisos fuisse lapides, & factum fuisse hoc ✝ propter quid: quoniam necesse est fundamentum factum fuisse, si quidẽ & domus facta fuit: si verò fundamentum est, prius lapides factos fuisse necesse est. Rursus si erit domus, consimiliter prius erunt lapides (monstratur autem per mediũ similiter) erit enim fundamentũ prius.

[Nõnulli codices non habent illud, propter qd.

¶ In his autem quæ nõ simul sunt, &c.

1. Intẽtio Aristot. CVM intentio theoremate prẹcedẽti de causis & effectibus quæ simul sunt, locutus esset, nunc de causis & effectibus quæ non simul sunt, sed successione procedunt quærit an talia, licet simul non sint, saltem in continuo sint tẽpore, vt cum fundamenta, & muri, & domus fiunt: an sunt continuo tempore, si ent videtur nobis cõmuniter, ita vt effectus facti sit altera causa prius facta cõtinuo tempore, & futuri futura, & eius quod fit aliqua prẹcedens, licet simul non sint omnia.

¶ Est igitur à posteriq facto syllogismo.

2. Antequàm quæstionem determinet, statuit modum demonstrandi in similibus causis, docens in his quæ facta sunt procedendũ à posteriori ad prius factũ & similiter in his, quẹ futura sunt à posterius futuro ad prius, sic, facta est domus, ergo facta sunt fundamẽta futura est domus, ergo futura sunt fundamenta, nõ licet autem à prioribus procedere, ac propterea vocat syllogismum, nõ autem demonstrationem.

¶ Neque enim infinito, aut finito erit tempore, &c. 3.

Probat quòd non sit verum dicere: quia prius est factum posterius esse factum, nec signando tempus certum & finitum nempè quia hoc est factum, illud tali die est factum, nec non signando tẽpus vllum, sed infinitè & determinatè: neutro enim modo est verũ dicere, quia prius factum est, nempè fundamẽta, factum est posterius, puta domus, quia sumendo tale tempus intermedium, erit quidem verùm dicere factũ esse prius, non autem posterius. Idem dicendũ est de futuro.

¶ Neq; qm̃ hoc factũ est, hoc erit, &c. 4.

Non solum à priori ad posterius non valere contẽdit in facto vel futuro esse sed nec à facto ad futurũ valere probat non enim licet dicere, quia fundamẽta facta sunt, domus erit, primò, quia mediũ & q̃ per mediũ probatur debet esse conteporanea & congenita, vt vtrũq; futurum, aut vtrumque præteritũ, aut vtrũque inesse aut in in fieri, at factũ esse & futurum non sunt simul congenita: præterea, quia siue sit certum tepus siue incertum, in quo futurã esse domũ dicatur, in medio tempore falsum erit dicere quod erit, cum impediri possit, & si fundamenta posita sint.

¶ Speculãdũ ergo quid est cõtinuũ, &c. 5.

Conatur modò respõdere ad propositam quẹstionem de continuitate tẽporis effectus & causæ, quẹ simul non sunt ac dicit quod oportet speculari quid sit cõtinuum, erit enim manifestum quod factum esse nec cum fieri, nec cum alio factum esse sit continuũ, nam facta esse

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt sicut pũcta in linea, fieri verò sicut ipsa linea, vt igitur punctũ non est continuũ puncto, cum indiuisibia sint, nec linea puncto, quia posito aliquo pũcto non dabitur pars lineæ ita immediata puncto illi, quin detur alia minor versus illud punctũ, ita nec factũ esse cum facto esse, nec cum fieri continuum est: at qa hoc excedebat limites Logicos, remittit se ad libros Physicorũ, in quibus de motu in vniuersali tractatur.

6. ¶ De eo igitur quomodo cum eo, &c.

Ostendit hæc solùm dicta esse vt ostẽdatur quomodo in his quæ consequenter & successiuè fiũt, sit causa media accipiẽda, nam cum causa media debeat esse immediata extremo maiori, oportuit cognoscere quomodo ista immediata sint, licet aliquid ex philosophia miscatur. Quo autẽ modo sint immediata docet, primo repetendo principium quod sit, hoc autẽ est vltimum factum esse, per hoc enim probamus prius, vt A. esse, nempè fundamenta, quia C. est nempè quia muri facti sunt, & muros factos, quia D. nempè domus est, semper autem vltimum dicitur principiũ, quia proximum est ipsi nunc præsenti, quod dicitur principium temporis.

Nota, Hic nota, quod sicut in linea datur principium incipiẽdo extrinsecè, nempè à puncto primo versus lineam, non autem datur principium à linea versus punctum, ita datur principium à facto esse incipiendo, quod nũc, versus antecedentia, non tamen à prioribus factis esse incipiendo, ac ob id principiũ primum debet esse quod vltimum est, ac ob hoc ad priora procedendum: in prioribus autem non est dare primum factũ esse sicut datur vltimũ factũ esse: ac ob id à posteriori sumẽdũ est principiũ, eadẽ est ratio in futuro, ab eo enim quod posterius est, principium sumi debet.

7. ¶ Hoc autem se sic in operibus, &c.

Docet quamuis in tempore nõ detur ista immediatio vnius facti esse cum altero facto esse, vel cũ fieri, tamẽ ea quę facta sunt, habere hanc immediationẽ & in his nõ esse processũ in infinitũ versus priora: nã domus facta est, ergo lapides deciũ sunt, quod est vltimũ & lapides deciũ sunt, quia fundamẽta sunt, q̃ est mediũ: datur igitur immediatio in rebus, licet non in tẽpore: hæc pro capite sufficiãt, sunt enim ista philosophica.

CAPVT. XIII.

TEXT. 1. Quoniam autem videmus in ijs quæ fiunt, circulo generationem quãdam esse, contingit hoc esse, si quidem sequantur se inuicem mediũ & extra: in his enim ipsum conuertere est: mõstratũ verò est hoc in primis, quod cõuertuntur cõclusiones, quod aũt circulo hoc est, in operibus autẽ apparet sic: madefacta terra, necesse est vaporem fieri, hoc autẽ facto nubem, hoc autem facto aquam, hoc autẽ facto, necesse est madefactã esse terrã: hoc aũt erat q̃ à principio, quare circulo circuiuit, vno em̃ ipsorũ quocunq; existẽte, alterũ est, & illo aliud, & hoc primum. 1. Po. c. 3

Sunt autẽ nonnulla quidem quæ fiũt vniuersaliter, nanque & semper & in omni, aut sic se habent, aut fiunt, alia verò semper quidem, nõ vt plurimum autẽ, vt non omnis homo masculus barbam emittit, sed vt plurimum. 2.

Talium itaq; necesse est & medium vt plurimum esse, si enim A. de B. vniuersaliter prædicatur, & hoc de C. vniuersaliter, necesse est A. de C. semper & in omni prædicari, hoc enim est vniuersale & in omni & semper, sed supponebatur vt plurimum: necesse est igitur & medium vt plurimum esse, quod est, in quo B. erũt igitur & eorũ, quę vt plurimũ, principia immediata, quæcunq; vt plurimum ita sunt, aut fiunt.

¶ Quoniam autem videmus in ijs, &c 1. Intẽtio Aristot.

Cùm in his, quę simul non sunt causis & effectibus à posteriori argumentũ sumendum esse docuisset, nũc docet in quibusdam etiam quæ non simul sunt, nihil

nihil referre à posteriori vel à priori incipere, hæc autẽ sunt quæ mutuò & circulo quodã nõ indiuiduo, sed specie generantur adinuicẽ: & in his cõclusiones præmissas, & præmissæ conuersim conclusiones ostendunt, vt prius dictũ est, nempè secundo Priorum cap. 5.

Verbi gratia, si terra madefacta est, vapores erunt, si vapores, erunt nubes, si nubes, pluuia, si pluuia, terra erit madefacta, vnde est circulus, & in his per vapores futuras pluuias, & per pluuias vapores etiã futuros probare possumus neutrum enim in specie habet rationẽ veram prioris aut posterioris. 2.

Medium tale esse debere quale illud q̃ probatur. ¶ Sunt autem quædam, quæ fiunt vniuersaliter, &c.

Theorema quoddã cõstituit, tale esse medium oportere, quale id q̃ probatur, sunt enim quædã quę semper sunt aut fiunt sine defectu, vt q̃ triangulus habeat tres angulos, q̃ sol oriatur, q̃ occidat: quædam quæ frequẽter euenĩũt, licet aliquando deficiant, vt q̃ vir barbam habeat, quod pluuiæ sint in hyeme: eorum igitur quę semper sunt aut fiunt, & medium debet esse semper, in his verò quę plerunque, & mediũ etiã plerunque: & probat secundũ, nam si A dicitur de B semper, & B de C semper & A dicetur de C semper, non ergo plerunque, vt dicebatur, vnde per principium de omni, medium semper nõ erit ipsius plerunq;, erit ergo q̃ est plerunque sine medio, aut medium debet esse etiam plerunque vt dictum est.

¶ De compositione definitionis ex suis partibus, & quando sunt ignotæ quo pacto venentur.

CAPVT. XI II.

TEXT. 1. Quomodo igitur ipsum quid est in definitiõe assignatur, & quomodo demõstratio, aut definitio est ipsius, aut non est, dictum est prius. Quomodo autem oportet venari, quæ in eo q̃ quid est prædicantur, nũc dicamus. Eorum igitur, quæ insunt semper vnicuique nonnulla extendũtur in plus, non tamen extra genus: dico autẽ in plus in esse, quæcunq; insunt quidem vniceiq; vniuersaliter, at verò & alij: veluti est impar, q̃ omni inest trinitati, sed & nõ trinitati, quemadmodũ ens inest trinitati, sed & non [numero: sed & impar inest in omni trinitati, & in plus inest, nam & quinario inest, sed nõ extra genus: quinarius enim est numerus, nihil autem extra numerum & impar. †a.l. trinitati.

Talia itaq; accipienda sunt vsque ad hoc, quousq; tot accepta fuerint primũ quorum vnumquodq; quidem in plus inerit, omnia verò nõ in plus sunt: hãc enim necesse est esse substãtiam rei: vt trinitati inest omni numerus, impar primus vtroq; modo, & vt non mensuretur numero, & vt non componatur ex numeris: hoc igitur iam est trinitas numerus impar, primus, & ita primus: horũ enim vnumquodq;, alia quidẽ imparibus omnibus insunt, vltimum verò & dualitati, omnia autem † nulli. [a.l. nulli nisi tria.

Quoniã verò declaratũ est nobis in superioribus, q̃ necessaria quidẽ sunt, quæ in eo q̃ quid est prædicantur, vniuersalia verò necessaria sunt, trinitati aũt, & cuilibet alij sic accipiuntur in eo q̃ quid est, quæ accipiũtur sic, ex necessitate quidẽ essent vtiq; trinitas hæc: q̃ autem substantia sit, ex his planũ est: necesse enim est, si non hoc esset trinitatis esse, vt genus aliquid esse hoc aut nominatum aut innominatum: erit igitur in plus quã trinitati inexistens; supponatur enim tale esse genus, vt insit secundũ potentiã in plus: si igitur nulli inest alij, quã indiuiduis trinitatibus hoc vtiq; esset trinitati esse, supponat enim & hoc substãtia vniuscuiusq; esse quæ est in indiuiduis vltima talis pdicatio: quare cõsimiliter & alij cuicunque ita monstratorum eidem esse erit. 3.

Oportet autem, quando totũ aliquid negocietur quispiam, diuidere genus in indiuidua specie prima, vt numerũ in trinitatem & dualitatem: postea 4.

sit illorum definitiones tentare accipere vt rectæ lineę & circuli, & recti anguli; post hæc autem accipiẽtem quid est genus, veluti vtrum quantorũ, aut qualium proprias passiones speculari per communia prima accidentia.

5 Nanque ijs quæ componuntur ex in diuiduis, ex definitionibus erunt plana, eò quod principium est omnium ✠ definitionũ ipsum simplex, & simplicibus solis per se insunt accidentia, alijs verò secundum illa.

[a.] definitio & ipsũ simplex.

6. Diuisiones autem, quæ sunt secundũ differentias, vtiles sunt ad ita pertranseundum, vt tamen monstrant, dictũ est in præcedẽtibus: vtiles verò esset ita solum ad syllogizandũ ipsum quid est. At qui videretur vtiq;, nihil, sed statim accipere oĩa, ac si quispiam à principio acciperet absque diuisione.

7. Differt autem aliquid primũ & posterius eorum quæ prædicantur prædicari, vt dicere, animal mansuetum bipes, aut bipes animal mansuetũ: si enim omni ex duobus est, & vnum quiddam est animal mansuetum, & rursus ex hoc & differentia, homo, aut quodcunque est, quòd vnum sit, necessariũ est diuidentem petere.

Amplij, vt nihil derelinquatur in eo quod quid est, ita solum contingit, quã do enim primum acceptum sit genus, si inferiorum quidem aliquam diuisionũ accipiat, non incidet omne in hoc: vt non omne animal aut integris aut scissis penis est, sed pennatũ animal omne, huius enim differentia hæc, prima verò differentia animalis est, in quã omne animal incidit: similiter autẽ & aliorũ vniuscuiusq; & extrinsecorũ generũ & eorũ quæ sub ipso, vt auis, in quã omnis auis: & piscis, in quã oĩs piscis: ita igitur procedenti est scire, quoniã nihil derelictũ fuit, aliter autem & derelinquere necessarium est, & non scire.

8. Nihil autem oportet definientem & diuidentem oĩa scire entia, quãuis impossibile dicũt esse aliqui, differentias scire, quæ sunt ad vnũquodq; non scientem vnũquodq;, siue autẽ differen ijs non esse vnũquodq; scire: à quo enim non differt, idem esse huic, à quo autẽ differt, alterum ab hoc. Primum quidẽ igitur hoc falsum est: non enim secundũ omnem differẽtiam alterũ est: multæ enim differentiæ insunt eisdẽ specie sed nõ secundũ substantiã neq; per se.

Postea quando acceperit opposita, & differẽtiam, & quod omne incidit hinc aut inde, & acceperit in altero ꝙ quæritur esse, & hoc cognoscat, nihil differt scire, aut non scire, in quibuscunq; prædicantur alijs differentiæ: manifestum enim est, quoniam si ita procedens venerit in hęc, quorum non amplius est differentia, habebit rationem substantię, omne autem incidere in diuisionẽ, si sint opposita, quorum non est mediũ, non est petitio: necesse est enim omne in altero ipsorum esse, siquidem illius differentia erit. 9.

A dcõstruendã verò definitionẽ per diuisiones, tria oportet cõiectare, vt accipiantur quæ prædicãtur in eo ꝙ quid est, & hæc ordinare quid primum, aut quid secũdum est, & ꝙ hæc omnia sint. 10.

Est aũt horum vnum primũ per id, ꝙ possumus, quemadmodũ ad accidẽs, syllogizare, ꝙ inest, & per genus construere: ordinare autẽ, vt oportet, erit si primũ acceperit, hoc autem erit, cũ acceptum fuerit, ꝙ omnibus sequitur, illi autem non omnia, necesse est enim esse aliquid tale, hoc autem accepto, iam in inferioribus idem modus est, secundò nanq; aliorũ primum erit, & tertiũ consequentiũ, ablato enim superiori, ꝙ consequitur aliorũ primum erit: consimili vero & in alijs. Quod autem omnia hæc sint, manifestum est ex eo, ꝙ accepit: & primum secundum diuisionem, quoniam omne aut hoc, aut hoc animal est. inest autẽ hoc, & rursus huius totius differentiam, vltimi verò nõ amplius esse differẽtiam, aut & statim cum vltima differentia à toto non differre specie hoc: menifestũ enim quod neque plus. 11.

12. Omnia enim in eo, quod quid est accepta sunt horum, neq; deficit vllum: aut enim genus, aut differentia vtique esset: genus quidem igitur & primum, & hoc quod cum differentijs assumitur differentiæ verò omnes habentur, non enim amplius sunt posteriora specie: nanque differret vtiq; ipsum vltimum, hoc autem dictum est non differre.

13 Quærere verò oportet in speciẽtẽ ad similia & in differẽtia: primũ quid omne idẽ habẽt, postea rursus in alteris, quæ in eodẽ quidẽ genere sunt cũ illis: sunt aũt ipsis quidẽ eadem specie, ab illis autem altera, quando autem in his acceptũ fuerit aliquid omnino idẽ, & alijs cõsimiliter in acceptis omninò cõsiderare si idẽ, quousq; ad vnam deuenerit rationem, hæc enim erit rei definitio: si verò nõ processerit in vnam, sed in duas, aut plures, planũ quod non esset, vtiq; vnũ aliquid quod quæritur, sed plura.

14. Vt dico, si quid est magnanimitas: quęreremus, considerandum in quibusdam magnanimis, quos scimus, quid habent vnum omnes in quantum tales, vt si Alcibiades magnanimus, aut Achilles, & Aiax, quid vnum omnes habent? nõ tolerare iniuria affecti, ille enim bellauit iste autẽ iratus est, hic verò interemit se ipsum. Rursus in alteris, vt Lysandro aut Socrate, si vtique indifferẽtes sunt & bona & mala fortuna affecti: hęc duo capiens cõsidero, quid idẽ habent, & nõ impatibilitas circa fortunas, & non tolerantia cũ iniuriãtur, si verò nihil, duę vtiq; species essent magnanimitatis.

15 Semper autẽ est omnis definitio vniuersalis, non enim alicui oculo dicit salubre Medicus, sed aut omni, aut specie determinans.

1. ¶ Quomodo quidẽ sit, ꝙ quid est, &c.

Intẽtio Arist. Postquam quomodo quod quid est definiatur, & qualiter in demonstratione ostendatur ostensum est, proponit se dicturũ qua via definitionem venari possimus, definitio autem aut est alicuius speciei specialissimę, aut alicuius generis subalterni: incipit autem à methodo definiendę speciei, vt vult Themist. & Philoponus.

Ante omnia verò diuisionem prædicatorum essentialium statuit: quædam inquit, essentialiter prædicãtur de specie, ita tamen vt excedant genus illius speciei, sicut ens prdicatur de ternario, excedit tamen genus ipsius, nempè numerum, similiter prædicatur quantitas excedit tamen, quædam verò essẽtialiter prædicãtur: in plus tamen, ita vt excedant speciem illam, non tamẽ genus sicut impar, primum, insunt ternario in plus, quia alijs etiã numeris insunt, non soli ternario, sed non excedunt numerum cum non nisi numeris insit: ita fit etiam in alijs speciebus. Diuisio attributorũ essẽtialium.

¶ Huiusmodi igitur accipiẽda sunt, &c. 2.

Distinctione prædicatorum essentialium de specie proposita, methodus cõsistit in hoc, vt circa speciẽ definiẽdam tot prædicata essentialia sub illo genere sumamus quousque omnia simul iuncta soli illi insint speciei, licet singula separata excedant speciem. Methodus inuestigandi definitionem speciei.

Verbi gratia, est definiẽdus ternarius cuius genus est numerus, sumam de ternario essentialia omnia, nempè quod est impar, quod est primus vtrobique & quãuis ista singula sint cõmunia per se (nam impar inest etiam quinario, primus vtrobique binario? tamen totum simul soli ternario inest.

Aduerte dupliciter dici numerũ primum, vno modo, quia sola vnitate mensuratur & non numero aliquo, sicut ternarius, quinarius, septenarius, & alij: altero modo qa non componitur ex numeris quomodo soli binario, & ternario primi dicuntur, vnde vterq; dicitur primus vtrobique, id est, quia nec mensuratur numero, nec cõponitur numeris, si igitur primũ cõsideretur per se, inest binario, impar per se, inest alijs, totũ verò ternario soli, atq; hęc est via definiendi Nota. Numerum dupliciter primum dici.

speciem, quæ magis deseruit pro indaganda differentia, quæ difficilius cognoscitur.

8. ¶ Quoniã autem ostensum à nobis, &c.

Probat prædictam orationẽ esse definitionem ipsius ternarij, & primò probat esse necessariũ prędicatũ, sic, in qd prædicata prędicantur necessario, illa talia prędicãtur in quid, vt notũ est, ergo necessaria sunt: maior patet, quia in quid prædicata vniuersaliter prædicantur, vniuersalia autem necessaria sunt: idem dicendũ in alijs omnibus à ternario: sed quod sit substantia & definitio probatur, illa oratio prædicatur in quid de ternario, ergo vel est genus vel definitio, non genus, quia cõpeteret alijs à ternario, genus.n. superius est, ergo est definitio, cum definitio sit oratio quę in quid, & soli inest. Dices, quomodo illæ differentiæ prædicantur inquid? respõdet Philop. differẽtiam per se in quale quid prædicari, at in definitione simul cum ipso genere prædicatur in quid, definitio enim in quid prædicatur.

Obiect.

Diluti.

Quęstio an sit vltima differẽtia simplex specierũ specialissimarũ. Pri, opi. D. Tho.

Hic est vna difficultas notanda, an vnius speciei specialissimę vna sit vltima differentia conuertibilis cũ specie eadẽ Sanctus Thomas, hoc loco lect. 13 respondet quamlibet specię specialissimã habere vnicam vltimam differentiam conuertibilem cũ ipsa, at quia tales differẽtiæ sunt ignotæ, circumscribimus illam per varia accidentia communia simul iniuncta, quę dicuntur essentialia, quia formam rei essentialem circunscribuntur: non autem circunscribimus per accidẽtia propria, quia per talem definitionem oportet demonstrare ipsa propria de specie.

Rat. D. Tho.

Ratio Sancti Thomę est, quia cũ differentia sumatur à forma, sit autem vnica forma vltima in specie, erit etiam & differẽtia vltima, hoc idẽ, Alber. tract. de differentia, c. 5. & in præsenti capite, & videtur hoc idẽ docere Aristoteles septimo Metaphysicę, cap. 12. text. 43. vbi differentias vltimas cum specie conuerti docet, & primò de partibus animali, cap. 1. esse species, inquit, quę vnica indigent differentia. Simplicius cap. 3. ante prædica. docet Porphyrium differẽtias, vt in plurimum definisse, hæ autẽ communes sunt vbi insinuat non deesse vltimas differentias: at Porphyrius differentiam vltimam specificam nullam videtur facere: sed solum illud aggregatum ex multis cõmunibus, quem alij quoque sequuntur.

Secũdarat. Por.

Pro hac opinione esse videtur, quod potest fieri vt omnes gradus qui sunt alicuius formæ rei, inueniãtur seorsum in varijs rebus, licet simul iuncti nõ nisi in illa re, & profecto hoc in homine cõstat nã forma ipsi est principiũ vitæ, quẽ gradum in formis plantarũ inuenimus, est etiã principium sentiendi, qui gradus est in bruti, est etiã principiũ intelligẽdi, qui gradus est in Angelis, at simul intelligẽdo, non est nisi in homine nã si tu dicas, intelligere hominis esse cũ discursu, ac ob id non inueniri in angelis, dicẽt hi, nihil aliud esse intelligere cum discursu, quam intelligere coniunctum sensitiuo, vnde qui dicit rationale, dicit duo, nẽpè intellectiuũ cum sensitiuo, vnde iuxta istorum sententiã illa erat exacta hominis definitio, substantia intellectiua, sensitiua.

1. ratio.

Et quamuis hæc opinio non careat probabilitate, tamen non est negandũ, posse esse differẽtias vltimas simplices vltimarum specierum, cum possint multis inesse simplices gradus formę solis speciebus cõpetentes, quauis hoc fortè non sit demonstrabile, est tamen probabilius, quàm contrarium.

Vltimas differentias simplices posse esse infimarum specierũ

¶ Congruum autem est cum totũ, &c.

4. Methodus vtge nerisub alterni ẽfinitio indagetur.

Alteram constituit methodum pro genere subalterno definiendo, generalissima enim nõ habẽt definitionẽ: methodus autem consistit in tribus, primũ est, vt tali genere propositio fiat eius diuisio in suas vltimas species secundũ, vt singulę definiantur, & sumatur id quod in eis inuentum fuerit commune, hoc enim

enim erit differẽtia illius: tertiũ, vt prędicamẽtum illius inquiratur, in quo ipsius est genus, hoc autem fiet considerãdo proprietates ipsorum prædicamentorum, quæ in singulis prædicamentis superius expositæ sunt, & sic perfectam habebimus definitionem.

Verbi gratia, volo definire lineam, diuidam eam in suas species, rectã, & circularẽ, postea singulas definiam: recta est longitudo sine latitudine, cuius medio inest pũctum, à quo lineæ omnes ductę vsque ad ipsam sunt ęquales: sumam ab vtraque illud commune, nempe lõgitudinem sine latitudine, postea per proprietates quantitatis comperiam lineã esse quantitatem, & continuam, quia secundum eam est æquale vnum alteri & eius partes terminum habent cõmunem, dicã igitur linea est quantitas continua, longa sine latitudine: atque hæc methodus est pro genere.

5.

¶ Compositis enim ex athomis, &c.

Vult Arist. ostẽdere meritò ad methodum definitionis generis vtendum esse definitionibus specierũ, nam cũ genera non fiunt nisi ex speciebus collecta, meritò per ea quæ speciebus insunt ad genę ascendimus: cum in speciebus primò inuentantur & cognoscantur.

Litera autem sic est exponenda, secũdum Themist. & Philop. quauis aliter S. Tho. exponat. conuenientia compositis ex athomis, id est, quæ insunt generibus, quę ex vltimis & indiuisibilibus speciebus componũtur, ex ipsarum specierũ definitione erunt manifesta, propterea quod omniũ principium est definitio, & quod simplex, id est, generum & vniuersalium definitio simplicis speciei principiũ est, & quę insunt simplicibus speciebus, per se illis cõpetere cognoscũtur, alijs verò, nempe generibus non nisi per species inesse illa percipiuntur.

6.

¶ Sed diuisiones, quæ sunt secundum differentiam, &c.

Vt Philopon. dicit duas vtilitates ex diuisione ad has methodos definiendi proponit, præmittit tamen non demonstrari definitionem per diuisionem, vt dictum est prius.

Diuisiones quæ sit vtilitas ad inuestigationẽ definitionis.

Prior vtilitas est ad ordinem inter partes definitionis, refert enim multũ dicere, homo est animal, mansuetum bipes vel bipes mansuetum.

Priorvtilitas.

Cuius rationem dat, nam semper partes præcedẽtes faciunt vnũ genus, quod per bipes cõtrahitur, propterea multũ refert vnam partem, aut alterã præponere, quamuis vt dicit Arist. hoc non demonstretur ex diuisione, sed accipiatur tamẽ vtilis est ad hoc diuisio, nam si recta sit, partes ipsius priores proponi debent, posteriores verò postponi.

¶ Amplius nihil reliquendum, &c.

7.

Altera vtilitas diuisionis est, vt nihil relinquatur in definitione, relinquitur autem, cum prætermittitur differẽtia proximè diuidẽs genus: signum autem cognoscendi quando differentiæ nõ sint generi adęquatę, hoc est, cũ enim ipsæ differentiæ non adæquãt ipsum genus vniuersaliter sumptum, non sunt proximæ, vt habere scissas pennas, & habere non scissas, sicut habent vespæ, muscæ, & vespertiliones, non sunt differentiæ proximè animalis, cum non omne animal habeat pennas scissas, aut non scissas, hæ enim differentiæ auis sunt, atq; hoc signum est pro cognoscendis proximis differentijs generis alicuius, & aliorum generum, quæ extrã illud sunt, nẽpe superiorum, & eorũ quæ sub illo sunt atque ex hoc cõlligitur prædicta vtilitas ad definitiones.

¶ Nihil tamen oportet definiẽtem, &c.

8

Excludit errorem quẽdam, quẽ Themist. & Philo. tribuunt Pseusippo repoti Platonis, hic enim dicebat non posse cognosci differẽtiã alicuius, nisi cognoscãtur omnia, à quibus differt, sine differentia verò non cognosci quicquam nã à quo non differt, est idem cũ eo, à quo verò differt, est aliud ab eo si igitur id cognos-

cognoscitur res sine differẽtia nec differentia, nisi alijs omnibus cognitis, non contingit definire aut diuidere nisi omnibus cognitis.

Hoc reijcit Arist. ac primò illud fundamentũ refutat, nẽpe quod differt ab alio alterũ est ab eo: hoc docet esse falsum, nam indiuidua vnius speciei differunt ab inuicem, non tamẽ vnum dicitur alterum, id est, diuersum in substantia ab alio, cum non omnis differentia sit essentialis, ex quo fit vt ad cognoscendum quid res sit, nõ sit opus omnia cognoscere, cum saltẽ indiuidua illius speciei non sit opus cognita habere.

9. ¶ Postea cum accipiantur omnia, &c.

Respondet modo non opus esse cognoscere omnia in particulari, à quibus res differt, sed si genus diuidatur p duas differentias, in quibus non sit medium, aut per plures, & definitũ accipiatur in vna, satis erit vt cognoscatur differre ab omnibus alijs, quibus inest opposita differentia, licet non cognoscãtur illa omnia in particulari, vt satis est scire omne animal esse aut rationale, aut irrationale: & hominem esse rationalem, vt cognoscatur ab alijs omnibus animalibus differre, quãuis in particulari nõ cognoscantur, sed vniuersaliter nempe esse irrationalia.

Quod si dicas, vnde sciam omne animal esse rationale, aut irrationale? forsan erit aliud: respondet Arist. nõ posse esse aliud, q̃ a differẽtię sunt immediatè oppositæ, ob id nõ petitur principiũ, quando nulla alia statuitur: quod si per huiusmodi diuisiones procedamus, non opus erit omnia in particulari cognoscere, sed tantum rem definiendã esse sub oppositis differẽtijs.

10. ¶ Ad probandum autem terminũ per diuisiones, &c.

Post methodos definiendi traditas, vult docere diuisionẽ esse vtilem ad definitionem probandam, non quidem demonstratiuè, vt dictum est, sed alio probationis genere: ad hoc autem oportet tria in diuisione obseruare: primũ est, vt non accipiantur in diuisione nisi tantũ essentialia, & non accidentia aliqua, alterum, vt ordinatè accipiãtur talia prædicata vt primum sit loco primo, secundum loco secundo, & sic consequenter, tertium vt sumãtur omnia membra diuisionis vsq; ad vltimam speciem, vel vsque ad aliud quod definiri debet.

¶ Est autem vnum horum, &c.

11. Diuisionẽ vtilẽ esse ad definitionis probationẽ

Ostendit modum quo ista indiuisione obseruari possunt, primum quidem obseruabitur examinãdo talia prædicata per problemata generis, sicut examinatur accidens per sua problemata, id est, per præcepta quę dantur ad determinãda problemata accidentis vel generis.

Obseruabitur secundum, si primũ prędicatum fuerit primo loco, illud aũt est primũ, quod sequitur omni alia, non tamen omnia alia sequuntur & inferũtur ex ipso, vt viuens est primum quam animal: nam omne animal est viuens, nõ è contra omne viuens animal, & idem obseruabitur in sequẽtibus, nã semper respectu sequentiũ antecedẽtia dicuntur prima, & eodẽ modo sunt examinãda.

Obseruabitur verò tertium duplici signo primo ne intermedia prętermittãtur, sumendo differẽtias adequatas, q̃ cognoscitur, quando genus vniuersaliter non continetur sub illis, nam cum adæquatæ sunt, exactè diuidunt genus vniuersaliter sumptũ, vt diximus paulò superius in hoc capite: secũdo, vt diuisio procedat vsq; ad vltimum, quod cognoscetur, quando iam amplius sub illo toto non possumus differentiã sumere, vel si sumamus, est idem cum ipso toto, vnde quando peruentum est ad hominẽ, scimus absolutam esse diuisionẽ, quia sub homine non licet differentiam sumere vel si differentia sit, puta rationale, est conuertibilis & idem cum homine, diuisiua verò differẽtia debet esse inferior.

¶ Omnia enim in eo, quod quid est, &c. 12.

Probat modo per talem diuisionem rectè colligi & probari definitionẽ, nã omnia

oia prædicata ista sunt essentialia, non ergo est quid superfluũ, similiter nihil erit diminutũ, nam nõ deest genus, cũ acceptũ sit primũ genus, non deest differentia, quia omnia intermedia vsque ad vltima accepta sunt, erit ergo bona per talem diuisionẽ accepta definitio.

¶ Quærere aũt oportet intẽdentẽ, &c.

13. Intẽrio Arist.

Non conuenit inter omnes exposito res quid Arist. hic intendat. Sãctus Thomas enim vult, vt hic tradatur alia methodus definiendi speciem per resolutionẽ, Alb. verò Aeg. vt tradatur hic methodus definiendæ passionis ipsius speciei, at potius mihi videtur dicendũ cum Themist. & Philo. q̃ Arist. doceat modum separandi æquiuocum à genere, quia sępe accidit, vt videantur genera, quę tamen sunt ęquiuoca, traditur autem hic via hoc dignoscendi.

Methodus qua genus ab æquiuoco valeat distinguí.

Via autem hæc consistit in his, primò vt illius propositi generis sumamus illa singularia, quæ cẽsetur vnius speciei & consideremus ea, in quibus sunt similia & indifferẽtia: secundò, vt sumamus alia singularia, quæ censentur vnius esse speciei inter se, diuersa tamen à priori sub illo genere, & pari ratione considderemus similia in his & indifferentia: tertiò, vt vtraq; cõparemus, & videamus an in aliquo communi conueniãt in illis similitudinibus reperto: si enim hoc est, erit huius communis definitio si verò ratio nõ est vna communis, est ęquiuocum tale propositum, & non est definiendum.

Verbi gratia, volo definire animal, diuidã in singularia hominis, & quærã an habeant aliquid commune, quo dicũtur animal, & inueniam esse sensibilia rationalia: postea sumam indiuidua leonis & inueniã esse sensibilia rugibilia, q̃ si vtraq; comparem, cõmune inuentam, nempe sensibile, ob id igitur animal vniuocum & genus erit.

¶ Vt dico si quid est magnanimitas, &c.

Exemplum proponit Aristo. si velis q̃ sit magnanimitas definire, prius cõsidera eos qui magnanimi dicũtur vnius speciei magnanimitatis, vt Achillem, Aiacem, Alcibiadem, hi magnanimi dicuntur, quia noluerunt pati iniuriam, Aiax enim occidit se, propterea quod arma Achillis fuerunt sibi denegata, Achilles verò abstinuit se à bello propter Briseidẽ raptam ab Agamennone, Alcibiades pugnauit contra suos, quia propter accusationẽ à bello fuit reuocatus, omnes hi cõueniunt in hoc quòd vindictam sumebat illatæ iniuriæ.

Postea considera alios magnanimos alterius speciei, scilicet Socratẽ, & Lysandrũ hi enim magnanimi dicti sunt, quia ęquo animo se haberent, tam in aduersis, quàm in prosperis.

Si verò fiat cõparatio inter has magnanimitates, nihil inuenietur cõmune, vt volunt Græci, propterea non erit vnica magnanimitatis definitio. Sãctus Thomas vult, quod sit aliquid cõmune nempe quod omnes se dignos magnis existimabant, ac inde procedebat vel vindicare iniuriã, vel nihili facere, & vtraq; expositio conuenit textui.

¶ Semper est enim omnis definitio vniuersalis, &c. 15.

Definitiones esse solum rerũ vniuersaliũ

Nequis cũ singula considerata sint, ea definiri existimaret, docet definitiones non esse singulariũ, sed vniuersaliũ solum & cõmunium, vt Medicus non cõsiderat sanitatem huius vel illius oculi sed in cõmuni, nempe oculi in vniuersali, aut in specie, puta oculi colerici, sanguinei, vel alterius, itaque definit.

Nota. Medicũ partim vniuersale partim singulare sibi ꝓponere.

Aduerte Medicũ habere speculationẽ & praxim, quantũ ad speculationem respicit vniuersale, quantũ ad praxim & operationem respicit singulare. Sũt aũt in singulari tria consideranda & natura, illius, & singularitas, & totum simul suppositum, natura est principium quo actionis vel passionis, quia per eã fit actio vel passio, singularitas est conditio necessaria actionis vel passionis, quia non est actio physica, quæ non sit in singulari, similiter passio: dico physicam,

Tria quędam in singulari cõsiderari.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſicam, quia intellectus operatio fertur in vniuerſale, ad totum ſuppoſitum eſt quod agit vel patitur, agere enim vel pati ſuppoſitorum eſt.

CAPVT. XV.

TEXT. 1. FAcilius autem eſt ſingulare definire quam vniuerſale: qua propter oportet à ſingularib9 ad vniuerſalia trãſire: æquiuocationes etenim latent magis in vniuerſalibus, quam in differentibus. Quemadmodum autẽ in demonſtrationibus oportet eſse ipſum ſyllogizatum fuiſse, ita & in definitiõibus manifeſtum eſt: hoc autem erit, ſi per ea quæ ſingulariter dicuntur, fit in vnoquoque genere definire ſeorſum, vt ſimile non omne, ſed quod in coloribus, & figuris: & acutum, quod in voce, & ita in commune progredi obſeruãtem, ne æquiuocatio incidat. Si verò neq; diſputare oportet translationibus, planum, quod neque definire, neque translationibus: diſputare enim neceſse erit in translationibus.

1. ¶Facilè autem eſt magis definire ſingulare, &c.

Intẽtio Ariſt. EX præcedenti doctrina infert vnum facilius eſse definire ſingularia, id eſt minus vniuerſalia, quam cõmunia, vnde oportet ex definitione inferiorũ aſcendere ad ſuperiora.

Probat primò, quia æquiuocatio impedit definitiones, hęc autem eſt frequentior in vniuerſaliori, propter amplitudinem eorum, quam in minus vniuerſalibus, quæ non habent ſimilitudinem cum æquiuocis.

Probat ſecundò, ſicut demonſtratio debet ſyllogizare, ita definitio declarare, ſed clarior eſt definitio, quę incipit à particularibus, vt ſi velis definire ſimile, acutũ, quæ cõmunia multis ſunt, melius erit vnumquodq; per ſe definire, nempè ſimile in coloribus, ſimile in figuris, ſimiliter acutum in voce, acutũ in ſono, & ſic paulatim procedere, atẽdo ne æquiuocum definiamus.

Ex quo reijcit modũ definiendi metaphoricum, qui obſcurus eſt, vt enim nõ eſt diſputandũ per metaphoras, ita nec definiendum, ſi enim definitiones eſsent, eſsent etiam diſputationes.

Hic attende, q̃ hic non intendit docere ſpeciem prius definiri, quã genus ſe d à toto genere loquẽdo facilius eſt & inferius definire particularia, quam cõmunia, de quibus nõ conſtat eſse genus: hoc non prohibet, quin incipientes à genere, ipſum prius definiamus. Nota.

¶Quo pacto problemata venentur tũ diuiſione, tum etiã propoſitione.

Capitul. XVI.

TEXT. 1. AD hoc autem, quod habeamus problemata, eligere oportet & deciſiones & diuiſiões, ita verò eligere ſupponentem genus cõmune omnium, vt ſi animalia eſsent, quæ ſpeculata ſunt, qualia omni animali inſunt: his autem acceptis rurſus reliquorum primo qualia omne ſequantur: vt ſi hoc eſt auis, qualia omnem ſequantur autem, & ita ſemper proxima: planum enim quod habebimus iam dicere propter quid inſunt conſequẽtia ijs quæ ſunt ſub communi, vt propter quid homini aut equo inſunt: ſi autem animal, in quo A, B, verò conſequentia omne animal: in quibus autem C, D, E, aliqua animalia: planũ igitur propter quid B, ineſt ipſi D, namque per A, conſimiliter autem & alijs. Et ſemper in alijs eadem eſt ratio nunc quidem igitur ſecundum tradita communia nomina dicimus.

Oportet autem non ſolum in his conſiderare, ſed & ſi aliud quid vſum fuerit inexiſtens commune, excipientem poſtea quę hoc ſequitur, & qualia hoc ſequuntur, vt cornua habentia habere erinaceum, & non vtrinque denta, eſſe: rurſus cornua habere, quæ ſequitur planum enim propter quid illis inerit, quod dictum eſt, propter enim cornua habere inerit.

Amplius

Amplius autem alius modus, eſt ſecundum proportionale eligere: vnum enim accipere non eſt idem, quod oportet vocare ſepium, & ſpinam, & eos, erunt autem conſequentia & his, tanquã vna quadam natura tali exiſtente.

4. Eadẽ verò problemata ſunt, hęc quidem eo, quod idem medium habent, vt quoniam omnia ✝contra reſiſtẽtia: horum autem quędam genere eadẽ ſunt quęcunque habẽt differẽtias eo, quod aliorũ, aut aliter ſunt: vt propter quid reſonat? aut propter quid apparet? & propter quid iris? omnia enim hęc idẽ problemata ſunt genere, omnia enim ſunt refractio, ſed ſpecie altera. Aliqua verò eo, quod mediũ ſub alterò medio eſt, differunt problemata, vt propter qd Nilus decreſcẽte mẽſe magis fluit? quoniam hybernior decreſcens eſt, & propter quid hibernior decreſcens eſt? quoniam Luna deficit, hæc enim ita ſe habent inter ſe.

✝antepariſtaſis. Græcè dicitur. hoc eſt cõtrarij ſtatus.

1. ¶Vt habeam9 ꝓpoſita eligere oportet

Intẽtio Ariſtot. HOc capitẽ oſtendit diuiſionem & deciſionem, nempè conſiderationem cõmunis & vniuerſalis abſtracti à particularibus, conducere ad determinanda & multiplicanda problemata, & ponit tria theoremata circa hoc, quorũ primum eſt, vt ſeparatim cõſideremus vniuerſalia & cõmunia & quę eis inſunt ſecũdũ ſe, omnia ſpeculemur, nã poſtea ꝑ ipſum cõmune poterim9 illa omnia de particularib9 ꝓbare & demõſtrare. 1.Theo.

Vt ſumamus animal, & quæ ei inſunt ſecundum ſe cõſideremus, nempè ſomnum, vigiliam, ſenſum, motum localẽ & alia poſtea de ſingulis animalib9 eadem per animal medium demonſtrabimus, & ſic faciendũ eſt in quolibet alio vniuerſali, vnde fit abſtractio & deciſio illus communis, & conſiderantur, quæ ei inſunt, poſtea fit deciſio, vt eadẽ de inferioribus demonſtremus.

2. ¶Oportet autem non ſolũ in his conſiderare, &c.

2.Theo. Secundum Theorema eſt, non ſolum oportere ſeligere iſta cõmunia, quę nomina habent poſita, ſed quæcũque alia communia etiam ſi nominata non ſint & cõſiderare ea, quæ eis inſunt, poſtea de illorum inferioribus demonſtrare.

Vt conſiderare hoc commune, nempe habere cornua, & quid ſequatur ex hoc, nempè non habere dentes ſuperiores, & habere multos ventres, nam animalia, quæ cornua habẽt, materiã dentium ſuperiorum in cornua cõuertunt, & ob id multos habẽt ventres, vt cibos poſtea ruminare poſſint, & ab vno in alium ventrem transferre, nam cũ dentes non habeant, non ita facilè poſsunt cibum conterere.

Per cornigerum igitur illa de animalibus habẽtibus cornua in particulari demonſtrabuntur. Themiſt. per hoc cõmune intelligit genus innominatum, Albert. verò paſſionem aliquam communem, etiam ſi non ſit genus.

¶Amplius alius modus eſt, &c. 1.

Tertium Theorema eſt, vt nõ ſolum commune vniuocũ ſumamus, ſed etiã analogum, cum ea, quæ probanda ſunt analoga etiam ſunt, vt ſepium, ſpina, & os nullum habẽt cõmune vniuocũ, ſed analogum, vt enim ſe habet os in terreſtribus, ita ſpina in aquatilibus, & ſepium in quodã piſce, qui ſepia dicitur, tale proportionale eſt ſumẽdum, & quę cõmuniter inſunt inueſtiganda, poſtetius enim per tale commune de ſingulis illa probantur. 3.Theo.

¶Eadem autem propoſita, &c. 4.

Merito cum multa problemata vnico medio docuerit determinari oſtẽdi illa omnia dici eadem problemata quę vnico medio determinantur, ſicut omnes quęſtiones, quæ per antiperiſtaſim probantur, eadẽ dicuntur, quare fontes ſubterranei ſint frigidi in ęſtate, calidi in hyeme: quare lucernę viuaciores ſint v gẽte frigore: quare fiãt grãdines in autumno, & ſimilia problemata dicũtur eadẽ, quia eadẽ eſt cauſa, nẽpè antiperiſtaſis, id eſt, obiectio cõtrarij.

Si

Si medium fuerit idem specie, erunt problemata eadē specie: si genere, similiter & problemata, vt quare fit appareat in is: quare fiat imago in speculo: quare echo in aere: omnium horū idē est mediū genere scilicet repercussio, licet, diuersa sit repercussio in illis trib9.

Dicuntur etiam eadem problemata quæ vnicum habent medium, sed subordinatione quadam, nam illud est vnius medium, & hoc postea est alterius me-
4. diū: vt quare nilus magis crescit in fine mensis lunaris: quia est tempus hyemalius finis mēsis, iterum quare est tēpus hyemalius tunc? quia luna deficit, illa duo dicuntur eadem, quia ab vnico medio pendent, ordine tamen quodam.

Quomodo causę & effectus se habeant inter se, & quo pacto causę venētur & an vnius effectus plures sint causæ.

Cap. XVII.

TEXT.

1. DE causa verò & cuius causa dubitaret vtiq; aliquis, an quādo est causarū & causa est, quemadmodū si fluunt folia, aut deficit, & causa fluēdi folia, aut deficiendi erit, veluti, si huius est lata folia habere ipsi9 verò deficere, est terram in medio esse: si enim non est, alia quādā erit causa ipsorū, siue causa est simul & tantum, vt si in medio terra est deficit aut si latifolium est, fluunt folia.

2. Si verò sic simul vtiq; essent, & monstrarentur per se inuicem: fit enim folio fluere, in quo A, latifolium verò in quo B, vitis autem in quo C, si itaque ipsi B, inest A, omne enim latifolium fluit folio, ipsi verò C, inest B, omnis enim vitis est latifolia, ipsi C, inest A, & omnis vitis fluit folio, causa verò B, medium, sed & quoniam latifolia est vitis est per folio fluere demōstrare, fit enim D, quidem latifolium E, verò folio fluere, vitis autem in, quod F, ipsi itaque F, inest E, folio fluit enim omnis vitis ipsi autem E, D, omne enim folio fluens est latifolium, omnis igitur vitis est latifolias causa aūt est folio fluere: si verò non cōtingit causas esse sibi inuicem, causa.n. prior est eo cuius est causa, & deficiēdi quidem causa est in medio terram esse: quod autem in medio terra sit, non est causa ipsum deficere: si igitur per causam quidem demonstratio est propter quid, quæ verò non per causam ipsius q̄ quod terra quidem in medio est, nouit, propter quid autem non: quoniā ipsum deficere nō est causa, quod sit in medio sed hoc ipsius deficere manifestū est, in ratione namq; ipsius deficere inest esse in medio: quare planū, quod per hoc, illud cognoscitur, sed non hoc per illud.

3 An contingit vnius plures esse causas? si enim est idem de pluribus, primū prædicari: sit A, ipsi B, primo existētes, & ipsi C, alij primo, & hæc ipsis D, E, inerit igitur A, ipsis D, E, causa verò est ipsi quidem D, B, ipsi verò E, C, quare causa quidem existēte, necesse est rem esse, re autem existente, nō necesse est omne esse, quodcunque sit causa, sed causa, quidem, non tamen omnis.

4. Aut si semper vniuersale problema est & causa totū quiddam, & cuius causa vniuersale, vt folio fluere toto aliquo determinato, licet species ipsius sint, & his vniuersaliter, aut plantis, aut his plantis, quare & mediū ęquale oportet esse in his, & cuius causa, & conuerti: vt propter quid arbores folio fluunt, si itaque propter congelationem humidi, & si folio fluit arbor, oportet esse congelationem, & si congelatio inest non cuicunq; sed arbo.i, est folio fluere.

5. Vtrum autem contingit non eādem causam esse eiusdem omnibus, sed alteram, aut non? an siquidem per se demōstretur & non per signum, aut accidēs? nō potest fieri: namq; ratio extremi medium est, si verò non, ita contingit.

6. Est autem & cuius causa, & cui considerare secundum accidens, non tamē videntur problemata esse: si verò nō, similiter habebūt mediū, siquidem sunt æquiuoca, æquiuocorum medium est: si verò

verò vt in genere, similiter habebunt, vt propter quid & permutat improportionale? alia enim causa est in lineis, & numeris, & eadem vtiq; in quantū quidem lineæ, alia in quantū verò habens augmentum tale, eadem, ita & in omnibus: huius autem similiter esse colorem colori, & figuram figurę, aliā alij:
6. æquiuocum enim est simile in his: hic quidē fortasse proportionabiliter habere latera & ęquales angulos in coloribus verò sensum vnū esse, aut aliud aliquid tale: quæ verò secundum analogiam, eadem & medium habebunt secundum analogiam.

Sed habet autem sic consequi causa subinuicem, & cuius causa, & cui causa: singulum quidem accipienti, cuius causa in plus est, vt extrinsecos ęquales esse quatuor in plus est, quam triangulū, aut quadrangulū, omnibus verò æqualiter: quæcunq; enim quatuor rectis æquales esse extrinsecos, & medium similiter: est autem medium ratio primi extremi, quo circa omnes scientię per definitionē fiunt: vt folio fluere simul sequitur vitem & excedit, & ficum & excedit, sed non omnes, sed æquale est: si igitur acceperis primum mediū, ratio folio fluendi est: erit enim primū quidem in altera mediū, quoniā talia omnia sunt postea huius medium; quoniā succus congelatur, aut aliud aliquid tale, quid autem est folio fluere, congelari succum in contactu seminis.

In figuris verò ita assignabit, quærē
5. tibus assecutionem causæ & cuius causa sit A inexistens B omni B verò vniuiq; eorū, quæ D in plus aūt B vtique vniuersale esset ijs, quæ sunt D, hoc enim dico vniuersale, q̄ nō conuertitur primū verò vniuersale, cum quo vnum quodq; quidē non conuertitur, omnia aūt conuertuntur & non excedunt: ipsis itaq; D causa est ipsius A ipsum B, oportet igitur A in plus quā B extēdi: si verò nō quid magis causa erit hoc illius? si itaq; omnibus E inest ipsum A erunt aliquid illa vnum omnia aliud à B si enim non quomodo erit dicere, q̄ cui inest E ipsum A omni inest: cui verò A non omni ipsum E propter quid enim non erit aliqua causa, vt insit omnibus D ✠ sed nunquid & quæ sunt E, erunt aliquid vnum? Cōsiderare oportet hoc, & sit C.

8. Contingit itaque eiusdem plures causas esse, sed non ijsdem specie: vt q̄ lōgæua sint, quadrupedia quædam, eo quia non habent bilem, volatilia verò eo, quod sicca sūt, aut alterum quid. Si verò ad indiuiduū non statim veniūt, non solum vnū est mediū, sed & plura, & causæ plures: vtrum verò causa mediorum, quod vniuersale primū, aut q̄ ad singulare, singularibus? planum itaque ea esse, quæ proxima sunt vnicuiq; cui sunt causa primū .n. sub vniuersali esse, hæc est causa ✠ vt ipsi D inesse ipsū C ipsum [A inesse, est causa: ipsi igitur D ipsum C causa ipsius est A ipsi verò C ipsum B huic autem idem.

9. De syllogismo igitur ac demōstratione, & quid vtrunq; est: & quomodo fit: manifestū est: simul verò & de sciētia demonstratiua, idem enim est.

¶ De causa autē, & cuius causa est, &c.

HOc caput nescio an à multis sit intellectū, propter obscurū procedēdi modū: dicā quæ mihi videntur textui maximè quadrare, dubium proponit Arist. nunquid cū effectus sit, causa sit, ita vt liceat ab effectu causā collige re, vt si eclypsis sit, terra sit in medio, & si arbor defrondescit, lata habeat folia, quod est causa argumētatur à parte affirmatiua, nā si effect9 est absq; illa causa, ergo habebit aliā causam, non. n. cōtingit effectum esse sine vlla causa.

¶ Si verò causa sit & causarum, &c. 2.

Argumentatur pro parte negatiua, q̄ non sint simul effectus & causa, aliter enim esset circulus à causa ad effectum & è contrà, vt probare vitē defrondescere, quia lata habet folia, & cōtra, lata habere folia, q̄ d̄frōdescit: hoc argamentū,

mentum soluit dicẽdo quod iste circulus non est in causis, sed vna est demonstratio à causa, altera est ab effectu, & quia, & hoc non est vllum incoueniens, vt superius diximus, textus est aperto.

¶ An cõtingit vnius plures esse causas, &c.

3. Argumentatur secundo ad probandũ quòd nõ valeat ab effectu ad causã potest idẽ effectus à pluribus causis primis prouenire, at vituperabile à superbia, & ab intẽperãtia, ergo iam non ab effectu licebit colligere causam, nõ. n. licet dicere, est vituperabile, ergo ꝓpter superbiã, qa potest esse ꝓpter intẽperãtiã, nec licet dicere ꝓpter intẽperãtiam, qa potest esse ꝓpter superbiã.

Nota. Ista argumenta Arist. proponit dubitatiuè, quia nõ probat antẽcedẽtia, quia sunt dubia & opinabilia, solũ tangit difficultatẽ, hoc ergo argumẽto ꝓbat, ꝙ ex effectu nõ licet inferre causam omnẽ, sed disiunctiuè aliquã: ipse hoc literis explicat, vt A puta vituperabile habet duas causas totales B superbiã, & C intẽperantiã, & prædicatur vituperabile de D nẽpè superbo & de E nẽpè intẽperato, de illo per mediũ B superbiã, de hoc per C intẽperãtiã, igit ex singulis medijs colliges effectũ, nõ ex effectu singulas causas, qa est superior effectus, causa verò inferior.

4. ¶ An si semper vniuersale, &c.

Rursus contra hanc secundã rationẽ instat, quia videtur, ꝙ qũ problema seu ꝓpositio probãda est vniuersalis posteriористice, causa est vniuersalis, & cuius est causa, id est, passio est etiã vniuersalis, & ita oẽs tres termini erunt conuertibiles: sensus est: si sumatur proprijũ subiectũ & vniuersale passionis, causa erit æqualis, & conuertetur cum ijs.

V. g. si defrondescere sumatur de proprio subiecto, nẽpè non de hac vel illa plãta, sed de illo cõmuni omnibus his, quæ defrondescunt, tunc mediũ etiã erit æquale, nẽpè quia humidũ dẽsatur & cõgelatur, nõ quodcunq; sed illarũ plantarũ taliũ: & tunc ista erũt conuertibilia: & nota hic, ꝙ vera causa defrondescendi est humidũ cõgelari, nõ quòd lata sint folia, hoc enim signũ quoddã est, nec opus est hæc declarare cũ philosophica sint, satis est vt exẽpla intelligãtur prout sufficiunt ꝑsenti instituto. Cur arbores defrondescant.

¶ Vtrum autem contingat, &c.

Replicat contra hoc etiã dubitando videtur enim, quòd possit esse, qd eiusdẽ effectus sint plures causæ in diuersis subiectis, & nõ vna, verbi gratia longæuũ inest ceruo, & cornici, sed illa qa caret felle, huic quia siccũ animal est. 5.

Iterũ contra hoc dubitat, quia videtur, quòd qũ passio demonstratur per se, & non per signa, vel per accidentia (hæc enim vnius possũt esse plura) tũc nõ possit esse, quòd vnius effectus plures sint causę, & probat, nam mediũ est definitio passionis & maioris extremi, erit igitur ipsi æquale, si extremũ vniuocũ & mediũ similiter, si vnũ genus & alterũ etiam, si vnũ analogũ, etiã & alterũ, vt cõmutari proportionaliter, & lineis, & numeris, & alijs simul analogicè inest, quia alia ratiõe inest lineæ alia inest singulis, quãuis inter se similitudinẽ habeant: si quis igitur velit dare mediũ huius, erit etiam analogum.

Similiter simile inest coloribus, & figuris, est enim color colori, & figura figuræ similis, sed analogicè, nã colores alia ratione dicũtur similes, quia eodẽ modo mouẽt visum, alia ratiõe figuræ, quia latera habent æqualia, mediũ igitur huius similitudinis proba, quæ erit analogum, sicut & extremum ipsum.

¶ Se habet autem sic consequi, &c. 6.

Ex hac præcedẽti doctrina determinat modo, cum mediũ tale sumendum sit, nẽpè definitio extremi (vt oẽs scientiæ sumunt) tunc omnia futura cõuertibilia, nempè cuius est causa, id est, maior extremũ, & cui est causa, id est, subiectum, & ipsa causa, id est, mediũ quòd si sub subiecto sumuntur inferiora singula non conuertentur: tamen omnia simul, vel subiectum complectens illa, conuertetur cum extremo.

Verbi gratia, habere extrinsecos angulos æquales quatuor rectis, non conuertitur cum triangulo, aut cum singulis alijs, tamen cum omnibus conuertitur simul & cum subiecto illa continente, similiter defrondescere & humidum seminis densari, conuertuntur cũ omnibus simul inferioribus: vocat succum seminis, quia ex eodem humido ex quo nutriuntur folia etiam nutriuntur fructus & semina arborum,

Nota. Quãdo demonstratiõis termini conuertantur & quando non.

Ex quo habes, ꝙ quando sumitur definitio passionis, licet id nõ semper sit, & propriũ subiectum, conuertuntur omnes termini demõstrationis, & causa cũ effectu: quando verò non sumitur subiectũ propriũ, sed inferius, nõ conuertitur extremum cũ inferioribus singulis cum omnibus tũ simul conuertitur.

¶ In figuris autem sic assignabit. &c.

7. Vult consecutionẽ causæ & effectus petentibus, per ipsas figuras syllogistica hoc declarare, & ostẽdere, quod potest aliquando fieri vt eiusdem effectꝰ plures sint causę nec repugnare hoc modo syllogizandi.

Notaqd sit vniuersale, & vniuersale primum.

Aduerte duos terminos in hoc textu, vniuersale, & vniuersali primum: vniuersale dicitur id, quod nõ cũ alijs cõuertitur, vt animal indiuiduis hominis vniuersale est, cum omnibus enim simul nõ conuertitur; vniuersale primũ dicitur, quod licet cum alio non cõuertatur, tamen simul cum omnibus illis cõuertitur, vt homo suis singulis, in diuiduis vniuersale primum est.

Hoc supposito sumit, sit A puta viuẽs in omni B puta animali, & animal sit in D puta in omnibꝰ speciebus suis, singulis aũt in plus, tunc A erit in plus, quã B nempè animal, quia erat vniuersale ipsi, viuens enim non conuertitur cum animali, alias esse illius causa, id est, inferret animal, ꝙ non est: sumit autem hic causam, in inferẽdo, vt vult Philop. si igitur A est in B, & B in D A, erit in D per ipsum D, id est, viuẽs de speciebus animalis, per ipsũ animal dicetur: vlterius si A viuẽs est superiꝰ animali, erit in alijs, puta plantis E nẽpe ficubꝰ populis, & reliquis: si enim nõ esset in his non esset superius A inest ergo in istis, quæ sunt distincta ab ipso B puta ab animali, quòd si ista sunt distincta à B, erit ergo A in eis per mediũ aliquod sicut inerat D per B si ergo inest his plãtis, puta E per medium aliud C puta arborem, iã vnius effectus plures sunt: vnde in consequentia syllogistica vnũ per multa concludi potest.

¶ Contingit igitur eiusdem, &c. 8.

Cõcludit, posse vnum effectum per plures causas eiusdẽ generis intellige demonstrari, sed non de eadem specie: vel de eodem subiecto, sed de diuersis, vt longæuũ de ceruo, quia caret colera, de cornice, quia est animal siccum.

Si enim definitionem effectus proximam sumimus, effectus vniuersalis vnica est causa, vt longæui, esse bene proportionatos humores.

At præter hanc causam cõmunem, in singulis speciebus multiplicãtur causæ, & quo magis species multiplicantur etiam causæ, nã alia ratione est ceruus lõgæuus alia cornix, & alia aliæ species non tamen semper, nã aliquot species eandem causam possunt participare.

Dices, vtra melior causa, ea quæ est vniuersalis passionis, an ea, quę est proxima subiecti, singulis? rndet Aristo. eãesse, quę est proxima cuiq; subiecto. Nota. Demonstrationẽ in resolutione vsque ad definitionẽ & causam ꝓximã subiectorum progredi.

Vide clarè demonstrationem non sistere in definitione passionũ, sed in definitione & causa proxima subiectorũ, vt causa quare ceruus sit longęuus, id est, D sit A est per C quia est bene temperatus, causa quare est benè temperatus est B quia non habet colerã, hæc tam non habet vlterius causam.

Si iste textus ecõtrã legatur incipiẽdo à particulari causa viq; ad vniuersalẽ vt quare ceruus longæuus? quia nõ habet coleram, vlterius quare non habens

bens coleram est longæuum? quia est bene temperatum, tũc fauet opinioni Aegi. Rum. de medio pasionis, sed nihil contra nos, qui aliquando definitionem pasionis medium constituimus.

Epilog. lit. rorũ Priorũ & Posteriorum.

Tan dẽ epiloũ facit Arist. ex li. Priorum & Posteriorũ simul, nẽpè dictum esse iam de syllogismo in cõmuni, & de demonstratione, & de scientia ipsa demonstratiua, q̃ idẽ est, hæc de capite.

¶ Quomodo principia cognoscãtur, & quis principiorũ sit habitus.

TEXT. Cap. XVIII.

1. DE principijs verò & quomodo fiũt nota, & quis cognoscens habitus, hinc est planum ad dubitantibus primum: quod quidem igitur non contingit scire per demonstrationem nõ cognoscendi prima principia immediata, dictum est prius: Immediatorum verò cognitio vtrum eadẽ sit, aut non eadẽ dubitare posset aliquis: & vtrum scientia vtriusq; aut non, aut huius quidem

2. scientia, illius verò alterum quid genq̃ & vtrum non inexistentes habitus innascantur, aut inexistentes latuere.

Si itaq; habemus ipsos: absurdũ est; contingit enim certiores habentes cognitiones demonstratione latere: si verò accipimus, non habentes prius, quomodo vtiq; cognosceremus, & disceremus ex non præexistente cognitione? impossibile namq; quemadmodum & in demonstratione dicebamus. Manifestum igitur, quoniam neq; habere possibile est, neq; ignorantibus, & nullum habentibus habitum innasci.

3. Necesse igitur habere quidẽ aliquã potentiam, non talem autem habere, quæ est his honorabilior secundũ certitudinem. Apparet autem hoc vtique omnibus inexistens animalibus: habẽt enim congenitam potentiam iudicatiuam, quam vocant sensum.

4. Inexistente autẽ sensu, in alijs quidẽ animalium fit permãsio sensati, in alijs verò non fit, in quocunq; igitur nõ fit, aut omninò, aut circa quæ non fit, non est his cognitio extra ipsum sentire.

5. In quibus verò inest sentientibus habere vnum quiddam in anima cũ multa talia fiant, tam differentia quædam fit: vt his quidẽ fiat ratio ex talium permansione, his verò non. Ex sensu quidẽ igitur fit memoria, quemadmodum dicimus, ex memoria verò, quæ plerunq; eiusdem fit, experientia: multæ namq; memoriæ numero experientia vna est, experientia autem, aut ex omni quiescente vniuersali in anima, aut vno præter multa, q̃ vtiq; in omnibus vnum sit illis idem, est artis principium & scientiæ: si circa generationem quidem, artis, si verò circa ens, scientię.

Idem in proœmio metaphys.

6. Neq; itaque insunt determinati habitus, neq; ab alijs habitibus fiunt notioribus, sed à sensu, vt in pugna versione facta vno stante, aliter ste it, postea alter, quousq; ad principiũ venit, anima verò est talis vt possit pati hoc. Quod aũt dictum quidẽ fuit pridem, nõ manifestè verò dictum fuit, rursus dicamus.

7. Cum enim steterit indifferentium vnum, primũ quidem in anima vniuersale est, sentitur enim singulare, sensus verò ipsius vniuersalis est, vt hominis, sed non Calliæ hominis. Rursus in his statur quousque ad impartibilia steterint & vniuersalia, vt tale hoc animalis, quousq; animal, & in hoc consimiliter: planum itaq;, quod nobis prima inductione cognoscere necessarium est, sensus enim sic vniuersale facit.

8. Quoniam verò habituum, qui circa discursum sunt quibus verò fitamus, alij qui semp veri sunt, alij verò suscipiũt falsum, vt opinio, & ratiocinatio, vera aũt semper sunt scientia & intellectus, & nullũ scientię genus aliud certius est, quã intellectus: principia verò demonstrationũ notiora sunt, scientia aũt omnis cum ratione est, principiorũ quidẽ scientia vtiq; non erit: quoniam verò nihil contingit esse verius scientia, quã intellectũ, intellectus vtiq; erit principiorum

cipiorum, & ex his considerantibus, & quoniam demonstrationis principium non est demonstratio: quare neq; scientiæ est scientia. Si igitur nullum aliud præter scientiarum genus habemus verum, intellectus vtiq; erit scientiæ principium, & principium, quidẽ principij vtiq; erit. + si autem omnis, consimiliter se habent ad omnem rem.

† Arg. I. scientia autẽ ad omnem rem sese habet similiter. Alia lit. quæ aũt omnis.

¶ Posteriorum analyticorum finis.

¶ De principijs autem qualiter fiunt cognita, &c.

Intẽtio Arist.

POstquam Arist. de his quę ad ipsam demonstrationẽ, & eius structuram pertinent, hactenus disseruerit, ac de eius medio, quod sit & quomodo cognoscatur tractauit, tunc tandem de modo quo ipsa principia complexa acquirantur disputat.

Dictũ iam non est non esse demonstratiuam scientiam absq; horũ immediatorum principiorũ cognitione, poterit tamen aliquis tria dubitare, primò, an cognitio mediatorum, & immediatorum sit eadem, id est eiusdem rationis: secundò, an cognitio principiorũ immediatorum sit scientia, sicut mediatorũ, vel aliquod aliud altius scientiæ & cognitionis genus: tertiò, an ille habitus & cognitiones principiorũ acquirãtur ã nouo, an sint naturales, sed latentes à principio, & post notificati.

Tria proponũtur dubiã.

¶ Siquidem igitur habemus ipsos,

2. Incipit disputare circa tertiam quæstionem ad vtranq; ipsius partem, nam si habemus tales habitus à natura, latentes tamen multo tempore, vt dicebat Plato: absurdum est profecto dicere, q̃ habemus à natura cognitiones & habitus, qui sint certiores demõstratione, & tamen non cognoscamus per ipsos, cum nullus possit demonstrationem habere, quin cognoscat statim.

Argumẽtatur pro vtraque parte tertię quæstionis.

Quod si dicatur tales habitus esse acquisitos, videtur aliud incõueniens maius, nam cum cognitio acquisita fiat ex præexistenti cognitione, vt dictum est, oporteret ante illos habitus alias priores cognitiones & habitus ponere quę tamen non sunt,

Concluditur ergo non esse dicendã tales habitus inesse à natura, nec q̃ ex cognitione præcedenti non fiant, cum omnis cognitio acquisita ex præcedẽti fiat, at quę nam sit ista cognitio, ex qua principiorũ cognitio fiat, explicat modo.

¶ Necesse est itaq; habere quandam potentiam, &c. 3.

Intendit docere sensum inesse hominibus à natura, & ex hoc sensu prouenire memoriam, & ex memoria experientiam, & ex hac colligi per intellectum vniuersalis cognitionẽ, atq; hoc esse principium scientiæ, vnde constat non inesse cognitiones principiorum à natura, nec fieri ex alijs præexistentibus in intellectu, sed à sensu originem ducere, qui quidem inest nobis à natura, q̃ etiam docet 1. Meta. cap. 1, Sẽsum à natura hominibus tributum.

Dicit ergo primum necessarium esse ante principiorum cognitionẽ, præcedere in nobis quandam cognoscitiuam potentiã, hac autem non est alius habitus, vel cognitio certior, & honorabilior principiorum cognitione, sicut ipsa principiorum cognitio est certior, & honorabilior cognitione conclusionis, non sic inquam est illa potentia sensitiua, sed est quoddã principium quo indiget intellectus ad suas intellectiones.

At ne quis putaret hanc potentiam hominibus esse propriã, dicit omnibus animalibus inesse, quæ dicitur sensus, animal enim eo animal est, quo sensum habet, hanc potentiam vocat cornaturalem, quia animalia sensum per generationem simul cum esse suo accipiũt. 4. Sensum non ita homini, vt alijs animalibus inesse.

¶ Cum in sit autem sensus, &c.

Non vniformiter sensum hũc animalibus reliquis, & hominibus inesse ostẽdit, ne quis decipiatur dicens, sicut ex sensu non fit in animalibus principiorum cognitio, ita nec in homine.

Universidad de Deusto Biblioteca

Duas autē diuisiones facit: prior est quēdā animalia præter sensum memoriā habēt, quædam aūt præter sensum memoriam non habent, memoriam habent, illa, in quibus species & imagines rerū sensatarū manent etiam post præsentia illarum rerū: nam hoc pacto fit memoria, illa verò non habent, in quibus non manent tales imagines, ac propterea extra rei præsentiā nō sentiūt.

Quēdam animalia habeāt memoriam.

Nota.

Nota, quòd dicit ista animalia nō sentire nisi in præsentia obiecti illa, quæ sentiunt, loquitur aūt de sunctiuè omninò non sentiūt in absentia, aut nō sentiūt illa quorum imagines non manent, nā animalia, quæ memoriam non habent aliquando recordātur: quando aliquod sensibile vehemens perceperūt, & quæ memoriam etiam habent, nō recordantur, quando debiliter speciē receperūt nec manet: hoc aūt est, vt intelligas memoriam fieri ex permanentia imaginū sēsatarū rerū in parte interiori capitis.

5. ¶ In quibus aūt in est sentientibus, &c.

Posterior diuisio est, ex his memoriā habentibus, quēdā habent virtutē qua ex multis memoriis vnū colligant & inferant, quēdam non habent illā vt vnū colligere possint, atque ex his quę tale vnum colligūt: fit quædam animalium differētia distincta ab omnib9 alijs, qua vnum ratione & intellectu vtatur, atq; hic est homo, qui ex memorijs multis vnum vniuersale colligit, & ratione vtitur, reliquis verò id non est cōcessum.

Ordo cognitionis in homine.

Ex quo infert ordinem cognitionum in homine, ex sensibus.n. exterioribus fit memoria manētibus imaginib9 rerū sensatarum ex multis autem memorijs similibus experimētum, est enim experimentū collatio multorum singulariū sensibilium; ex hoc autem experimēto & ex toto vniuersali collecto iam & abstracto, & facto vno propter multa, fit principiū artis & scientię, artis si fuerit in rebus factibilibus, scientiæ si fuerit in speculabilibus: vnde principium artis & scientiæ est propositio vniuersalis collecta per intellectum ex experientia & ex memoria, & vltimo ex sensu.

Circa litteram, aut, copulatiuè est legēdum, vt notat Philop. hęc omnia clarius explicātur in præd. Met.

6. Respon sio tertię quęstionis.

¶ Neque igitur insunt determinati, &c.

Infert ex prædictis responsionem tertiæ quæstionis, nempè cognitionē principiorum nō inesse nobis à natura, nec fieri ex alia notiori intellectiua cognitione, sed à sensu modo, qui dictus est, p duci, & exemplū ponit, sicut aliquādo pugna existente accidit milites hinc inde dispersos fugere, ac exercitū destruere, tunc vnus stat, quo stante alius etiā stat, & post hos alius, dōnec pluribus stātibus, fit iterū exercitus, sic fit vniuersale ex hoc, & illo, & alio, & multis singularibus cōseruatis in memoria, quę quidē dispersa erant, sed adunātur & colliguntur in intellectu cōprehendēte similitudinem omnium per abstractionem.

Dubitat

Quod si dicas, quomodo anima potest recipere has species & singularia in se de nouo? respondet aīam esse talē vt possit pati ista, nā intellectus secūdū Aris. 3. aīę, text. 32. est vt tabula rasa, q̄ potest rerū similitudines in se recipere.

Solut.

Vnde repetit clarius modum quo vniuersale fiat, dicens quādo est aliqua natura secundū se vna, & indifferens multis, vt homo, animal, albū, & hoc per intellectum, nam extra intellectū nō est separata natura communis: cum igitur talis natura sic est facta vna & cōmunis est vniuersale, vt Petrus est homo, & cęteri etiam sunt homines: at quando sumitur homo per se, qui in illis est, sic separatus, tam est vniuersale, ante nō erat, fit autem hoc per intellectum.

Vniuersale qūo fiat.

Dubiū.

Dices, nōnne sensus circa vniuersalia feruntur? nam visus habet pro obiecto ipsum colorem, non hūc vel illum: respondet potentiam sensitiuā habere ipsam naturam communem pro obiecto tamen actus & sensationes non hunt, nisi circa singularia, intellect9 verò actus est, qui in vniuersalia fertur.

Solut.

Huius

Huius loci declarationem vide superius lib. 1. super ca. 24. vnde sequitur, q̄ intellectus collectè & adunate intelligit naturam, quā sensus sparsim in multis percipiunt singularibus, ac ideò per inductionem, quæ sensu fit, cognoscere seu intelligere incipimus.

7. Solutio 2. & 3. quæstionis.

¶ Quoniam autem circa, &c.

Secundam & tertiam soluit quæstionem, ostendens cōgnitionem principiorum non esse scientiam, sed alium habitum scientia certiorem, nempè intellectum: ex quo fit, vt non sint eiusdem rationis cognitio principiorum, & eorum quæ ex principijs deriuantur.

Habitus intellectiuos speculatiuos veros esse tres.

Supponit autem duo, alterum est habitus intellectiuos verò speculatiuos esse tres, primo, qui potest recipere falsum, vt opinio & ratio, id est, syllogismo topico, qui est causa opinionis: alter est scientia, quæ est cognitio necessariorū p causam, tertius est intellectus, qui est cognitio necessariorum immediatorū, atque hi duo semper sunt veri.

Suppoit secundò, quòd nulla cognitio est certior, quàm scientia, nisi habito hic, qui dicitur intellectus, quæ duo colligūtur ex 6. Ethi. c. 3. tunc argumentū est, horum principiorum nō est opinio, quia semper sunt vera, non est scientia quia non habēt causam: nec per discursum cognoscūtur, & præterea, quia sunt certiora his quorū est scientia, ergo eorum erit intellectus, non enim restat alius habitus intellectiu9 certior scientia, præterea quia scientię non est scientia, alias enim esset processus in infinitum deuenire est ergo ad aliquam cognitionem, quæ non sit scientia, & hæc est intellectus.

Ex quo colligit hanc cognitionem, quæ intellectus dicitur, esse principiū, & principiū principij, id est, cognitionem, qua cognoscimus ipsas propositiones primas, quæ sunt principia.

Sic autem se habet omnis scientia ad omnem conclusionem, vt enim est scientia cognitio procedēs ex alia, & qua cognoscimus id, quod ex alio sequitur, ita & intellectus est cognitio, sed nō ex alia intellectiua cognitione, ac ideò est principium.

Similiter est cognitio, qua propositiones primæ, quæ ex alijs nō sunt, cognoscuntur, ac propterea est principiū principij ex quibus omnibus tres propositæ quæstiones solutæ sunt.

QVAESTIO. I.

¶ An principia per se nota inductione cognoscantur.

Primū Nota. De sensu quæstionis. Principia aliae sse rei, alia cognitionis.

VT sensus quæstionis sit manifestus aduerte primò, duo esse genera principiorum, quędam sunt rei, quędam cognitiōis principia rei principia sūt, à quibus res suum esse accipit sicut materia, forma, & reliquę causæ dicuntur rei principia: cognitionis verò principia sunt, à quibus cognitio rei procedit, sicut propositiōes sunt principia cognitionis ipsius conclusionis: nō aūt existimes, q̄ semper differant re ista principia, cum enim à posterioribus procedimus ad cognitionem priorū, tunc differunt re principia cognitionis & rei, at cum à prioribus est processus, tunc eadem re sunt principia cognitionis & rei, semper tū differunt ratione, nā rei principia sunt secūdum suum esse, cognitionis verò, secundum q̄ per intellectum sumuntur, ipsorum cognitio aliorum est causa cognitionis.

Secūdū notam. Intellectus esse duplicē operationem.

Aduerte secundò, q̄ intellectus noster duplicem habet operationē, & apprehendendi, & iudicandi, per apprehēsionem enim rei ipsas cōcipit in se, per iudicium verò earum veritatē vel falsitatē cōprehendit, assentiendo vel dissentiendo: has aūt operationes esse diuersas experiētia ostendit, multa enim apprehendimus, de quorū veritate dubitamus, in hac vtraq; operatione intellectus est dependens, nam in apprehensione indiget obiecto, quod per

 cipiat

cipiat,& hocà sensibus accipit,in iudicio etiam dependet ab apprehensione, non enim iudicium fit,nisi de rebus apprehensis,& præterea indiget iudicio præterea apprehensionem alio iuditio adiuuante, nam iudicium conclusionis pendet ex iudicio premissarũ,& quãdo in intellectu iam non est aliud iudiciũ quo præmissas cognoscamus, fit recursus ad iudiciũ sensus per inductionẽ,an verò semper omne iudiciũ intellectus dependeat ex alio iuditio siue sensus,sive intellectus,hoc dubitatur modo, & difficultas est propter illas propositiones per se notas communissimas,nempè quodlibet est,vel non est,omne totũ est maius sua parte, & similes: de his enim est quæstio,an notæ sint per inductionem singularium,ita vt absque inductione non cognoscantur.

1. Opin. Est quorundam opinio, quòd hęc cõmunissimę propositiones inductione cognoscantur,nec intellectus eis acquiesceret,nisi precedẽte iudicio sensus per singularia: rationes autem huius sentẽtiæ hæ sunt.

1. Ratio Prima,causa vniuersalis non producit effectus,nisi mediantibus causis particularibus,vt patet de cælo, & sole,& gloriosa Deo,quãdo naturaliter operatur,semper enim cũ his causis particularibus operatur,at intellectus est causa vniuersalis omnũ assensuum intellectiuorum,ergo ad particulares assẽsus opus est,quod fiat alij assensus,vt enim ad assensum huius cõclusionis vtitur assensu harum præmissarum & principiorum,ita ad assensum principiorum vtetur assẽsu & iudicio sensus,vt si fiat inductio quædã ex singularibus illorũ principiorum, nempè hoc totum est maius sua parte,& hoc totũ est minus sua parte, & sic de cæteris,ergo omne totũ est maius parte,tunc singularia illa sensu, vniuersale intellectu comprehẽditur.

2. Ratio Secundò,si ista principia non cognoscerentur inductione,solo lumine intellectus fierent,nota, sed hoc est falsum, nam hoc modo nullus posset ea negare at constat hæc principia à multis esse negata,vt dicitur.4. Meta. & notat Auerro.2.Metaph.com.15.ergo non cognoscuntur solo lumine intellectus,sed per inductionem.

Circa hoc aduerte non esse dubiũ de principijs, immediatis vnius scientiæ, sunt enim multa ex his,quæ inductione cognosci debẽt:sed de cõmunibus multarum scientiarum, & communissimis omnium,vt superius diximus. 1. Fund.

Et de his est prima conclusio:solum lumen intellectus facta prius apprehẽsione sufficit ad certo assentiendũ istis dignitatibus patet cõclusio.1.Post.c.3 vbi ex terminis cognosci has propositiones dicit Arist. sufficit,inquit,quid per totũ quid per partẽ intelligatur,cognosce,vt statim nullo iudicio præcedenti cognoscatur omne totũ esse maius parte,vbi Alb.vt diximus comparabat has propositiones visibilibus luminosis,quę suo proprio videtur lumine absq; vllo alio extrinseco: & Aegid.hoc loco dicit sicut oculus informatus specie videt colorẽ,ita intellectus apprehẽsione facta assẽtit istis. Et Linc.1 post.c.9.præterea Arist.2.Met.c.1.vocat has ianuas scientiarum,in quibus non cõtingit error:preterea quia ęquè notũ est,singulare hoc totũ est maius parte, sicut omne totũ est maius parte,prę sertim cũ per sensum non percipiamus aliqua singularia harũ propositionum, nõ enim sensu cognoscitur,siab his æqualibus hæc demas æqualia remanebunt æqualia. 1. Cõcl. Dignitates solo intellectu lumine intelligi.

Secunda conclusio, licet ista principia possint syllogizari & induci,tamen non fiunt nota ex tali inductione & syllogismo,cum in seipsis clarissima sint,& per se fidem habeant. 2. Cõcl.

Vnde ad primum argumentum respondeo,quòd satis est determinatio ex parte speciei obiecti, per quam speciẽ fit apprehensio, & præterea quia sicut lumẽ solis est causa vniuersalis,tamẽ se solo calefacit,ita & lumẽ intellectus se Ad.1.

solo

solo inducit assensum illorũ principiorum, absq; alio particulari iudicio, cũ ille assẽsus principiorũ fit,quid vniuersale & cõmune,ex quo deriuantur multi assensus particulares conclusionum aliarum. Ad secundum dico,quod negare aliquid multipliciter contingat,aut ore exterius,aut corde interius, non loquimur de interiori negatione, quia quilibet potest negare omnia sed de interiori:hæc est tripiex,aut virtualis,aut formalis,& hæc directa, vel indirecta, virtualis,cum negamus aliquid in alio, vt qui dicit nullum corpus esse album, virtualiter negat nullam niuem esse albam:formalis,cum aliquid in se ipso negatur: hoc verò si negatur,quia rationes faciunt apparere aliter,tunc est negatio directa:si verò negatur, quia licet in se verum appareat semper,tamẽ nescire ea, quæ sequuntur ex illo,facit de illo dubitare,est negatio indirecta, quo pacto Zeno negabat motũ & sensũ, quia nesciebat intelligere quomodo si mouetur aliquid,posset pertransire infinitas partes,quę sunt in spatio. Ad.2. Negatio alia exterior alia interior est, atq; triplex.

Dico negare principia virtualiter non arguit illa per se cognita non esse,imò quoties in bona consequentia aliquis concedit præmissas,& negat conclusio nẽ, virtualiter negat quodlibet est vel non est. Dignitates virtualiter posse negari.

Dico secundò, nullus negat directè illas dignitates,cum non sit ratio directa contra eas apparens.

Dico tertiò,indirectè negãtur,sed hoc non arguit eas nõ esse per se notas, nã etiam hunc motũ esse,est per se cognitum sensu,& tamen zeno negabat.

Dices Arist.dicit has pendere à sensu:dico primò, quòd loquitur de intrinsecis propositionibus & particularibus demonstrationum immediatarum:Dico secundò quòd etiam istæ communissimę à sensu pendent, quia est necessaria apprehensio terminorum,quæ non fit sine sensu. Obiect. Solutio.

Hæc de quæstio breuiter, quæ latius examinari debet lib.2. Metaph.atque de tota enarratione in libros Posteriorum. Sit laus Deo Opt.Max.qui ad finem nos perduxit. Amen.

Finis Secundi Libri Posteriorum.

LAVS DEO.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca